~~145. 45. 46~~



MATTHÆUS HOSTUS BERLINENSIS PROFESSOR
GRÆCÆ LINGUÆ IN ACADEMIA FRANCOFURTANA
SUPRA ANNOS 50. VIR. SCRIPTIS ERUDITIS
TOTI ORBI NOTISSIMUS.
Natus 1509 Obiit in Dignitate Antecessoria Anno 1587

HISTORIÆ
REI NVMMARIÆ
VETERIS

SCRIPTORES ALIQVOT INSIGNIORES
AD
LECTIONEM
SACRORVM ET PROFANORVM SCRIPTORVM VTILES,
CVM
BIBLIOTHECA NVMMARIA,
ET
PRÆFATIONE
ADAMI RECHENBERGI
IN ACAD. LIPS. P. P.

LIPSIAE

SVMPTIBVS JOH. GEORG. LIPPERTI
BIBLIOPOL. LVNEBVRG.
A. O. REDEMT. cIↄ Iↄc XCII.

Tractatuum Series.

I.

MATTHAEI HOSTI

HISTORICA ANTIQVITAS

Rei Nummariæ

Mensurarum

Ponderum, &c.

IN TRES TOMOS DISTINCTA.

II.

IOANNIS SELDENI,

Liber de Nummis.

III.

PHILIPPI LABBE

Bibliotheca Nummaria.

IV.

GVILIELMI BVDAEI

De Asse & Partibus eius.

LIBRI V.

CVM INDICIBVS LOCVPLETISSIMIS.

ILLVSTRISSIMO

COMITI AC DOMINO

DOMINO

ANTONIO GVNTHERO,

S. R. IMPERII QVATVOR - VIRO,

COMITI SCHWARZBVRGI ET HOHNSTEINII,

DYNASTÆ ARNSTADII,

SONDERSHVSÆ, LEVTENBERGÆ, LOHRÆ,

ET CLETTENBERGÆ, ETC.

DOMINO SVO GRATIOSISSIMO,

VITAM, SALVTEM

ET INCOLVMITATEM PERPETVAM,

ILLVSTRISSIME COMES AC DOMINE,

NOn eo audaciæ proceſſiſſem, vt TVVM EXCELSVM NOMEN, *huic ſcriptorum volumini lucem aliquam fœneraturus, eidem præfigere ſuſtinuiſſem; niſi* DOMINE PERCLEMENS, *de Tuo in rem numariam ſtudio, ac illuſtri in eos fauore, qui eandem quouis modo adiutum eunt, certiſſimis iam documentis conſtaret. Nam in illuſtri fortuna conſtitutus, laudabili*

magnorum Principum exemplo, thesaurum rarissimorum numismatum non tantum collegisti; sed etiam, quod in id fastigii Heroibus rarissimum est, ipse antiquos numos genuinos ab adulterinis, qui Italorum arte, antiquitatis nomen saepe mentiri solent, ex notis vel indiciis certis internoscere, varii generis signa olim monetae impressa cum indicare, tum pretium inde aestimare rectius nosti, quam qui ex eruditorum turba vulgo audiunt antiquarii. Recordor adhuc, cum TVAM ILLVSTRISSIMAM EXCELLENTIAM, *non sine admiratione, de his, coram in aedibus meis disserere magna cum animi voluptate audirem, deque re monetali ea discerem, quae in hac arte, vt Plato alicubi vocat,*

multum verſatis forte rarius obſeruantur. TV *enim* DOMINE PERCLEMENS, *varia numorum ſigna, quæ Deorum Dearumque nomina, ſimulacra, aras, ſacerdotes & ſacrificia Romanis præcipue vſitata monſtrant, promte indicabas ; quæ militiæ veteris ordinem, legionum nomina, ſigna cohortium : quæ paludamenta, ſagula, bigas, trigas, quadrigas & currus triumphales, quæ virorum & fœminarum illuſtrium veſtes, quæ genera coronarum, quæ officia domus Auguſtæ priuatæque exprimunt, ſolertiſſime obſeruabas ; quæ theatra, amphitheatra, circos, prouincias debellatas, nationes deuictas oſtendunt,* TIBI *perſpecta erant omnia. Quam vero hæc inſignis humanæ ſapientiæ pars ſit,*

illi ſoli intelligunt, qui penitiorem hiſtoriæ antiquæ notitiam ſibi compararunt. Quapropter, cum ex eo tempore, quo Tua gratia, DOMINE PERCLEMENS, *mihi frui datum fuerat, ſollicite cogitarim, quo venerationis & obſequii modo Tuam gratiam demereri poſſem; opportunam mihi occaſionem declarandi deuotiſſimum* TIBI *cultum ſuppeditare viſus eſt Ioh. Georgius Lippertus, Bibliopola integerrimus, qui ſumtus in hos ſcriptores rei numariæ recudendos fecit. Quos vt* ILLVSTRISSIMO *ac* CELSISSIMO NOMINI TVO *inſcriberem, cauſſæ iam adductæ præcipue me ſtimularunt. Itaque ſubmiſſione, qua decet, humillima oro atque rogo, digneris, hoc obſeruantiæ atque obſequii mei pi-*

gnus tenue, fronte TIBI *propria, hoc est, serena, velut strenam accipere, affectumque offerentis benigne æstimare. DEVM ter Optimum Maximum veneror, vt, quem hodie auspicamur nouum, multosque insecuturos annos, cum* SERENISSIMA CONIVGE DOMOQVE TVA CELSISSIMA, *sub gratiæ diuinæ alis, ex voto omnium ciuium Tuorum & clientum, lætus & incolumis transigas, annes atque perennes FELICITER!*

ILLVSTRISSIMAE TVAE EXCELLENTIAE

Scribeb. Lipsiæ Cal. Ian.
M DC XCII.

Deuotissimus
ADAMVS RECHENBERG.

Lectori Benevolo,

Salutem officiosissimam

D.

ADAMVS RECHENBERG.

QVo magis inter homines vitæ neceſſitatibus aut etiam luxuriæ intentos amor nunc creuit, eo maiori ſtudio & induſtria viri doctiſſimi in rei numariæ hiſtoriam excolendam, hoc decurrente noſtro & ſuperiori æuo incumbere cœperunt; euoluentes, tum quid ſigna olim publica autoritate numis impreſſa notarint, tum quis valor eorum apud gentes in diuerſis ciuitatibus fuerit receptus. Quo ſane ſtudio hiſtoriæ antiquæ illuſtrandæ lucem accenſam fuiſſe inſignem, quiuis facile in veterum autorum lectione vel mediocriter verſatus intelligit. Nos, cum omne hoc ſcriptorum genus commode in duas velut claſſes diſtingui poſſe, arbitremur, *uni* eos accenſemus, qui numorum antiquitatem, materiam, inſcriptiones, ſigna, titulos, lemmata, horumque cauſſas & autores erudita & curioſa indagine perſcrutati delinearunt. Quorum *Labbeus* infra volumini huic inſertus prolixum dedit in-

dicem. Ad *alteram classem* illos referimus, qui valorem veteris monetæ perquirentes, eam cum pretio monetæ quæ hodie in diuersis ciuitatibus usitata est, conferre adeoque sic valorem pristinum metiri exacta ratione studuerunt. In priori classe cum multi viri insignes excellant, ut *Occo*, *Gorlæus*, *Piso*, *Hulsius*, *Tristanus*, *Angellonus*, *Fulv. Vrsinus*, *Patinus*, *Vaillantius*, *Seguinus*, *Iac. Biæus*, *Sponnius*, *Ascanius*, *Hemelarius*, *Oyselius*, *Bellorius*, *Paruta*, *Augustinus*, *Carolus du Fresne*, *Fr. Mediobarbus Biragus S. R. I. Comes*, *nobilissimus Begerus*, tum maxime iure suo eminet *Ezechiel Spanhemius*, *vir illustris & rerum ciuilium tractatione in Principum magnorum aulis clarus*: qui de *præstantia & vsu numismatum antiquorum*, egregium commentarium publicauit. Vnde constare potest, non minorem historiæ antiquæ illustrandæ vsum præstare veterum numismata, quam inscriptiones monumentorum antiquorum magno labore hinc inde collectas atque a viris antiquitatis cæteroquin peritissimis, doctis commentariis explicatas. Dictam vero laudabilem viri industriam ex parte imitatus *Ioannes Hardvvinus*, non ita pridem de *Numis antiquis populorum & urbium*, librum Parisiis euulgauit. In quo totam de numis disputationem in tres partes diuidi posse existimat: quarum primam *symbolicam*, alteram, *historicam*, tertiam denique *geographicam* vocat. Vbi omissis prioribus partibus ab aliis passim occupatis, ultimam, quæ populorum situm, æras, originem, prærogatiuas ac magi-

magiſtratus continet, erudite perſequi inſtituit. Facit huc etiam *de Re Monetali veterum Romanorum Diſſertatio Academica eruditiſſima celeberrimi VVagenſeilii* hoc anno Aldorfii Noricorum excuſa. Sed de his laudatiſſimis viris plura dicere hic nihil attinet; cum, qui de pretio & valore numorum egerint, potiſſimum laudare inſtituto huic conueniat. Quorum vt ingens catalogus contexi poteſt; ita inter hos primi & præcipui fuerunt *G. Budæus Pariſienſis, Conſiliarius Regius, Galliæ literatæ decus*, & quatuorviri qui Germaniam noſtram proximo abhinc ſeculo illuſtrarunt, *Bilibaldus Pirkheimerus, Philippus Melanchthon, Ioachimus Camerarius & Georgius Agricola*. Horum poſtea quoad hanc rei numariæ partem, induſtriam imitatos eſſe novimus *Ioſiam Simlerum, Aldum Manutium* Aldi nep. *Andr. Schottum, Ludouicum Cellotium, Pariſinum, Eduardum Brerevvoodium, Gaſp. VVaſerum, Iacobum Turinum, Philibertum Monetum, Pontum Heuterum, Ant. Auguſtinum, Didacum Couarruuiam, Henricum Boterum, Henr. Mameranum, Io. a Chockier, Marqu. Freherum, Leonardum Portium, I. Lipſium & VVillebord. Snellium*. Aſt ante hos Budæi imprimis exemplo excitatus *Matthæus Hoſtus, in Academia Francofurtenſi ad Viadrum quondam hiſtoriarum Profeſſor clariſſimus*, operam ad eandem hiſtoriæ partem illuſtrandam contulit vtiliſſimam. Nam quæ a laudatis primum autoribus vel breuiter, aut quaſi per ſaturam ſcripta fuerant, ille aut ſuppleuit, aut copioſius expoſuit, aut meliore ordine digeſſit. Vt quemque vel in-

inſpectio huius libri docere poteſt. Quanta autem in hoc labore perficiendo, opus ſit cura & induſtria, ii ſoli intelligunt, qui veteres ſcriptores ſibi reddiderunt familiares, ac tot numorum diuerſa genera ac nomina, quorum valor multis ſæpenumero modis differt, obſeruarunt. Etſi enim plerisque gentibus commodiſſimum viſum ſit, metalla nobiliora, vt aurum, argentum & æs numis cudendis adhibere; quippe quorum materia ad cuſtodiam maxime habilis eſſet paulloque rarior vt pretia rerum iis æſtimari poſſent; in pretio tamen aſſignando numis, non una ſemper ratio & cauſa fuit, nec hodie apud nos eſt, cum pretia eorum variis de cauſſis vel augeri vel minui ſoleant. Quod *doctiſſimus VVagenſeilius in laudata iam Diſſertatione cap.* XXI. docet. In vniuerſum quidem numorum valor ex impoſitione & conuentione hominum deducendus eſt: qui ad expedienda inter ciues & exteros commercia tales cudi primum curarunt, temperando ſcilicet metalli quantitatem & bonitatem, pro illius nobilitate vel raritate; ne commercia inter homines neceſſaria ſufflaminarentur. Sed & illud ex hiſtoria diſcere eſt, pretium numorum ſæpe, vt noſtra hac tempeſtate fieri ſueuit, fuiſſe auctum aut imminutum. Apud *Polyænum l.* VI. *de Leucone* legitur, ipſum pecuniæ indigentem iuſſiſſe ciues, omnes ſuos conferre numos, vt alia excuſi forma valerent; inde iisdem ſignum impreſiſſe, duplicique pretio valere unumquemque numum iuſſiſſe, & ſic dimidiam partem lucratum citra

ciui-

ciuium iniuriam. Penes rectores enim ciuitatis eſt, valorem monetæ determinare, habita tamen & æris & commerciorum humanorum ratione. Nam quod *Arriani Epictet. l. III. c. 3.* habet: *Cæſaris numum nec argentario, nec hortulano adprobare licet, ſed oſtenſo eo, ſiue nolit, ſiue velit, mercem ſuam tradere neceſſe eſt*; id inquam, inter ciues eiusdem ciuitatis tantum locum habet, non apud exteros, qui alio & forte meliori numorum genere vtuntur. Principes tamen quandoque materiam numi & valorem eius mutarunt, vt vel ærarium ſuum augerent, vel auaritiæ & luxuriæ hominum modum aliquem ponerent. Exemplum talis mutationis, *Lycurgus* apud *Plutarchum* exhibet. *Plato l. v. de LL.* haut dubie etiam huc reſpexit, quando ciues ſuos a nimio quæſtu auocaturus, vetat in ſua ciuitate priuatos aurum & argentum posſidere. Enimuero quid imperantibus circa rem numariam eiusque mutationem, ſuadente forſan reipublicæ vtilitate aut neceſſitate, obſeruandum ſit, noſtrum hic non eſt definire. Propoſitum enim tantum eſt, qui de valore veteris monetæ egerunt ſcriptores non vbiuis obuios hic vno quaſi faſce comprehenſos in gratiam ſtudioſorum antiquitatis laudare. Sane *Matthæus Hoſtus*, qui poſt *Budæum*, primum hic locum iure ſuo obtinet, hiſtoriam rei numariæ tanta induſtria ac perſpicuitate elaborauit, quanta ante ipſum nemo, quod ſciam fecerat. Quicquid enim in ſacris, quicquid in Græcis & Romanis ſcriptoribus, de numis, menſuris & ponderibus notatu dignum

gnum occurrit, id omne diligenter euoluit atque dilucidauit: vt valorem eorum, numis in nobiliori parte Europæ vſitatis æſtimare, non adeo videatur difficile. Huic *Guilielmi Budæi quinque libros de Aſſe*, exquiſita eruditione refertiſſimos, *bibliopolæ*, *viro integerrimo*, iungere ideo ſuaſimus, quod *Hoſtus* noſter non tantum in multis, eiusdem autoritate niteretur; ſed quod multa, quæ ad hiſtoriam ſtatus ſuperioris æui tam ciuilis, quam eccleſiaſtici faciunt, facta ſemel iterumque iucunda digreſſione, ſimul traderet. Vt adeo quis plura, quam libri inſcriptio polliceri videtur, diſcere inde queat. Tandem & *Iohannis Seldeni*, *Angli doctiſſimi* libellum, quo Romanam & Græcam pecuniam ad rationem æris Anglicani redegit, cum *Philippi Labbei*, *Biturici*, *ſocietatis Ieſu Presbyteri Bibliotheca numaria*, ex Theologis, Ictis, Medicis ac Philologis concinnata, & in duas partes, quarum prima de Antiquis Numismatibus Hebræis, Græcis, Romanis; altera de Monetis, Ponderibus & Menſuris agit, diſtributa, adiecimus: vt, qui notitiam ſcriptorum in hoc genere obuiorum ſibi comparare velit, habeat, vnde quærat & ad vſus ſuos transferat. Indices a viro iuuene erudito confectos, ſingulis iam memoratis ſcriptoribus typographus ſubiecit, vt lectori forte his inſpectis, de argumenti cuiusque libri copia conſtare poſſit. Vale *Lector beneuole*, & rem litterariam etiam hac qualicunque parte iuuare volentibus faue!

MAT-

MATTHAEI HOSTI
PROFESSORIS IN ACADEMIA FRANCOFVRTANA
supra annos quinquaginta clariss.

HISTORICA ANTIQVITAS
REI NVMMARIAE MENSVRARVM PONDERVM, ETC.

IN

TRES TOMOS

DISTINCTA

QVORVM

PRIMVS

continet

EXQVISITAM NVMMORVM VETERVM ROMANORVM
GRAECORVM
HEBRAICORVM ET EXTERNORVM
INTER SE ET CVM PRAECIPVIS NVMMIS GERMANICIS
COLLATIONEM.

CVM INDICE COPIOSIORE.

ILLVSTRISSIMIS
PRINCIPIBVS AC DOMINIS
DOMINO
IOHANNI GEORGIO
SACRI ROM. IMPERII ARCHICAMERARIO
ET ELECTORI,
ET
DOMINO
IOACHIMO FRIDERICO
ARCHIEPISCOPATVS MAGDEBVRGENSIS
ADMINISTRATORI
MARCHIONIBVS BRANDEBVRGICIS
BORVSSIÆ, STETINI ET POMERANIÆ, CASSVBIORVM
ET VANDALORVM
NEC NON
IN SILESIA CROSNÆ DVCIB. BVRGRAVIIS
NOREBERGICIS
ET RVGIÆ PRINCIPIBVS
DOMINIS SVIS CLEMENTISSIMIS
SALVTEM ET FELICITATEM PRECATVR.

ILLVSTRISSIMI PRINCIPES, Domini clementisſimi, perpetuaque obſeruantia reuerenter colendi, P. Scipionem illum, qui ab Africa deuicta primus Africanus appellatus eſt, dicere ſolitum ſcripſit Cato, vt Cicero refert: Nunquam ſe minus otioſum eſſe, quam cum otioſus:

nec minus solum, quam cum solus esset. Magnifica vero vox, inquit Cicero, & magno viro & sapiente digna: quæ declarat illum & in otio de negotiis cogitare: & in solitudine secum loqui solitum: vt neque cessaret vnquam, & interdum colloquio alterius non egeret. Itaque duæ res, quæ languorem adferunt cæteris, illum acuebant, otium & solitudo, Hæc Cicero. Hoc illustre exemplum Cicero adduxit, & sibi ad imitandum proposuit. Nam & ipse quidem, vt ille, magnas res & domi in vrbe, & foris in prouinciis, quamdiu Resp. stetit, gessit. Prætor enim Vrbanus præ multis aliis, quos potentes habuit competitores, primus renunciatus, iudicia integre & innocenter dispensauit: Licinium Marcum, & suis opibus præualidum, & Crassi auxilio subnixum, ad suum tribunal repetundarum postulauit: &, cum omnium iudicum sententiis damnatum renunciasset, ad mortem præ mœrore compulit. Fuit ea res Ciceroni magno honori, quod iudices accurate sortitus esset. Manilium quendam de peculatu detulit: vt de multis aliis eius in hac prætura actionibus iam nihil dicam amplius.

Ad consulatum non minus ab optimatibus quam a plebe prouectus, cum alia multa in hac administratione vtiliter gessit: tum vero coniurationem Catilinariam Reip. perniciosiss. sua prudentia non solum fortiter repressit: sed etiam penitus oppressit. Nam Catilinam, hominem audacem, irrequietum & versipellem, istius sanguinariæ coniurationis ducem ad mortem tandem adegit: eiusque coniurationis complices plerosque vltimo supplicio affecit: & ita Remp. e maximo periculo liberauit, & Patriam conseruauit, & imperium tutatus est. Vnde honores Ciceroni ampliss. habiti sunt. Hæc & multa alia Cicero domi in Vrbe Reip. salutariter gessit.

Foris autem non minus publicæ vtilitati consulere studuit.

duit. Nam primum Quæstor creatus, & Siciliam sortitus, tantum in annonæ difficultate frumenti ad vrbem mittere Provinciales compulit, vt ciues in illa penuria facile subleuarentur.

Deinde Proconsul Ciliciam prouinciam sortitus, illam ipsam, ad Parthicam cladem & Syriæ tumultum suspensam, leni suo imperio ita placauit pacauitque, vt perpetuo in pace contineret: Cappadociam Regi Ariobarsani, vt ei iniunctum erat, reconciliauit,& dicto obedientem præstitit. Latrones, qui Amanum montem tenebant, fudit, fugauitque: Vnde Imperator ab exercitu appellari meruit: & Romæ triumphus, quem tamen non gessit, ei decretus est. Ex quibus omnibus & multis aliis, quæ hic breuitatis gratia a me omittuntur, satis constat, quantus vir Cicero fuerit, & quam præclare de Rep. Rom. & domi & foris meritus sit.

Sed longe maiora censenda sunt, quæ in otio ab illo sunt profecta. Nam primum cum a rebus Vrbanis vacaret, deinde a Rep. forensibusque negotiis armis impiis prohibitus, otium se persequi, & relicta vrbe rura peragrare, ipse scribit. Multa quidem Cicero alias in otio scripsit, sed longe plura, cum iam Resp. in Regnum dominante Cæsare conuersa esset. Tum enim a publicis actionibus ad hoc honestum otium literarium se reduxit, & studiosis Philosophiæ iuuenibus vacauit. Itaque plura breui tempore euersa, quam multis annis stante Rep. scripsit. In suo enim otio illo Rep. adhuc salua,& in hoc oppressa, vniuersam Philosophiam, Logicam, Physicam & Ethicam latinis literis primus illustrandam suscepit: id quod ipse de se scribit,& libri editi abunde testantur. Nam in ocio, cum ab vrbanis rebus vacaret, præclara illa sui ingenii monumenta conscripsit, edidit, & posteritati reliquit. In hoc otio scripsit nunquam satis laudatos tres illos libros de Officiis: Li-

bros quinque de finibus bonorum & malorum: libros quinque Tusculanarum Quæstionum: Libros tres de natura Deorum, Tres Libros deLegibus, de Fato, Dialogum de Amicitia, de Senectute, vt de libris Oratoriis & aliis nihil iam dicamus.

Si quis nunc res illas, vel domi in vrbe, vel foris in prouinciis, præclare a Cicerone administratas & gestas, cum hisce ingenii monumentis, in otio ab illo scriptis, & posteritati relictis, inter se conferre, & diligenter expendere velit: is procul dubio, hæc illis longe maiora & præstantiora esse comperiet: quod illa quidem tum Reip. temporibus semel tantum profuerunt: hæc vero literarum monumenta postea omnibus seculis apud omnem posteritatem prosunt, mortales erudiunt, excolunt, & ad omnia in Rep. Christiana officia & negotia rectius administranda longe aptiores reddunt ac instruunt.

Hæc enim Ciceronis scripta, quamdiu in scholis locum habuerunt, omnes a fœda barbarie facile vindicauerunt. Quam primum vero e scholis exulauerunt, in omnes sublimiores professiones eadem ipsa fœda barbaries inuasit, grassata est, easque mirum in modum deformauit: id quod retro aliquot secula superiora abunde testantur ac confirmant. Itaque sapientiss. vir Cicero sui potius otii, quam negotiorum perpetuam memoriam apud omnem posteritatem relinquere & extare maluit.

Ex tam illustribus exemplis, Africani & Ciceronis dico, quisque prudens facile iam ratiocinabitur: bonorum virorum non minus, si non etiam magis, otii quam negotiorum rationem extare oportere. Etsi vero tantorum virorum præstantiam imitatione nemo se consequi posse temere confidat: voluntate certe quemque anniti decet, vt & sui otii aliqua saltem ratio extet, quæ bonis probetur. Itaque

que & ego ſedulo quidem & meum in Academia Francofordiana officium hactenus feci. Nam & publice & priuatim in noſtra Rep. literaria docui adoleſcentes, noſtræ fidei commiſſos recte erudiui: optimos quosque autores veteres, & latinos & græcos erudite enarraui. In qua functione & ſtatione iam ad annum quadrageſimum quintum adhuc perſeuero. Sed vt & otii mei, quod a publicis negotiis mihi conceſſum fuit, aliquam ſaltem rationem bonis reddere poſſem, quædam vtilia commentari cœpi, quæ ſtudioſis quoque communicaui. Edidi bis præter alia, quæ adhuc domi condita habeo, epitomen quandam rei Nummariæ veteris: in qua exacte inter ſe conferre conatus ſum nummos veteres, Romanos, Græcos, Hebraicos & externos, quotquot in libris veteribus, tam ſacris quam profanis, vſpiam extant: ad hos accurate exegi nummos noſtrates, in noſtra Germania hodie vſitatos. Hanc epitomen in publicam diſputationem attuli, & profeſſoribus examinandam propoſui, eruditorum iudicia exploraturus. Cum vero ea, quæ in hac diſputatione propoſita erant, doctis probarentur, id em argumentum copioſius tractare & illuſtrare volui, eruditæ antiquitatis ſtudioſis gratificaturus. Epitome enim illa prius edita, quod breuior eſſet, obſcurior viſa fuit. Hoſce commentarios, in otio meo a me collectos & concinnatos, cum apud me aliquot docti viri vidiſſent, me monere, & precibus quoque a me contendere non deſtiterunt, vt in lucem eos ederem, publicique iuris facerem. Pro ſua enim prudentia mecum ſentiunt: & hoſce meos libros ad expeditiorem veterum autorum, tam ſacrorum quam profanorum lectionem magnum adiumentum allaturos eſſe recte iudicant. Horum votis diutius reluctari iniquum duxi, & bonis gratificandum eſſe

pu-

putaui. Commisi itaque prelo hosce meos labores, publicæ vtilitatis gratia susceptos, & magna sedulitate exhaustos: præsertim cum illi ipsi boni viri & amici non solum editionem vrgerent, sed etiam auxiliares manus præberent, suppetias ferrent, & pecuniam partim gratis, plerique vero mutuo darent. Horum consilio & auxilio opus iam feliciter est absolutum.

De huius autem dedicatione mihi sollicite cogitanti nemo inuentus est, cui inscribere & dedicare iustis de causis, æquius esse censerem, quam V.C. Illustriss. Principes, Domini clementissimi. Primum enim non solum publicæ functionis meæ in C.V. Academia Francofordiana, sed etiam æque priuati otii, a publicis negotiis mihi concessi, aliquam saltem rationem V.C. constare ac innotescere volui.

Deinde cum C.V. Academiæ sim alumnus, vt quæ me & instituerit & erudiuerit: (in hac enim iam viuo annos LIII. doceo annos XLV.) eidem velut almæ matri θρεπτήρια & nutricia, nimirum institutionis & educationis præmia, reponere, vt æquiss. est, studeo. In huius itaque C.V. Academiæ honorem, & publicam vtilitatem hos scriptionis labores suscipere, & multas molestias deuorare & tandem publicare non recusaui.

Ad hæc cum calumniosæ delationes in Principum aulas sæpe irrepere soleant, vt, si quando & aduersus me tale quid, quod meam innocentiam lædat, ac suggillet, existat, ab inertiæ suspicione & crimine coram C.V. me tuear, & exortæ calumniæ euanescant. Mea quidem innocentia & integritate abunde hactenus excusatus & tutus fui.

Accedit quod hanc gratitudinem C.V. optimi Principes me debere facile intelligo libenter agnosco & prædico: quod in C.V. ditione non solum natus & educatus sum, non procul

cui Colonia ad Spream in pago Wilhelmsdorff. ſed quod etiam ſub C. V. patrocinio perpetuo literis incumbere licuit. Vnde C. V. merito vt Patres patriæ agnoſco, veneror coloque.

Poſtremo clarorum virorum exempla me intueri, & ſequi decet: qui ſua ingenii monumenta Principibus fere inſcribere, & dedicare ſolent, vt ſub ipſorum patrocinio eo tutius publicentur, in lucem edantur, in hominum manus veniant, & aduerſus iniquas quorundam calumnias defendantur.

Hæ ſunt grauisſimæ & iuſtisſimæ cauſæ illuſtrisſimi Principes, domini clementisſimi: cur meas haſce lucubrationes C. V. & inſcribendas & dedicandas eſſe cenſuerim.

Etſi vero hæc, quæ nunc in publicum edo, tenuia eſſe videntur: vt quæ in hominum oculos non incurrant: quæ quoque a multis non ſolum negligantur, ſed etiam quaſi ad ſolidam eruditionem parum faciant, contemnantur: magna tamen absque his conſtare non poſſe, certum eſt: quantumuis leuia eſſe videantur. Quemadmodum enim in ſplendidis Principum aulis & auguſtis Magnatum ædibus ea tantum quæ eminent, videntur, in oculos omnium incurrunt, omnibusque ſunt admirationi: fundamenta vero, quibus illæ magnificæ ædes innituntur, latent, nec ſunt admirationi: licet magna cura faciantur, magnisque impenſis educantur. Ita quoque hæc ſolidioris politiorisque eruditionis velut exordia & ornamenta licet non ita ſplendent: magnos tamen Principes eadem fouere, iuuare & ſuſtentare decet: ne nullis exiſtentibus fœda barbaries rurſus inualeſcat, in ſcholas inuadat, humaniores & elegantiores literas denuo fœde contaminet. Quare hoſce meos labores C. V. de meliore nota commendatos eſſe cupio: quod eos multis bonis & gratos

& viles fore certo ſtatuam: de quibus doctiores rectius iudicabunt.

Peto autem, ne C. V. hanc meam importunam interpellationem iniquo animo ferat: & me ſenem cum tota mea familia ſuo patrocinio tueatur, ſuſtentet, foueat ac ſubleuet. Æternum autem Deum, Patrem Domini noſtri IESV CHRISTI oro, vt C. V. gubernationem hoc periculoſo ſeculo fortunet, & exoptatum euentum clementer largiatur, Amen. Datum Francofordiæ ad Oderam IX. Calend. Mart. Anno a Chriſti nato M D LXXX.

C. V.

obſequentiſſ.

MATTHAEVS HOSTVS
GRAECAE LINGVAE IN C. V. ACADEMIA
FRANCOFORDIANA PROFESSOR.

AD

AD
CANDIDVM LECTOREM.

Edidi quidem iam hosce meos de veteribus nummis quinque libros: idque meis propemodum propriis sumtibus: Quorum lectio quid vtilitatis lucisque ad præcipuorum veterum Scriptorum, tam Sacrorum quam profanorum, faciliorem lectionem eruditæ antiquitatis studiosis allatura sit, ipsi reipsa experiantur, ac candide tandem iudicent. Quod si hunc meum laborem gratum esse intellexero, suo tempore postea & alia multa, quæ domi condita contineo, in bonorum gratiam in lucem emittam. Et sunt ea, quæ non nisi doctis politiorisque literaturæ amantibus grata & vtilia esse possunt, quotquot veteres autores præcipuos cum fructu legere instituunt. Collegi enim librum de mensuris veteribus Romanis, Græcis, Hebraicis, & externis rerum tam liquidarum quam aridarum.

Item librum de ponderibus veteribus Romanis, Græcis, Hebraicis & externis.

Item librum de menſuris interuallorum Romanis, Græcis, Hebraicis, & externis.

Hæc tria genera Moſes vno verſu complexus eſt, Leuit. 19. cum inquit: Non facies iniquum in dimenſione, (bamiddah) in pondere, (bamiskal) in menſura, (bameſurah) Ariſtoteles vna voce vocat μέτρα.

Horum guſtum quendam ſtudioſis exhibere volui, editis a me quibusdam Diſputationibus, vt:

De capacitate ſex hydriarum Ioh. 2.

De chanice græca & de Romano demenſo.

De Arcæ Noah fabrica.

De Amphora Romana eiusque fabrica.

De capacitate maris fuſilis & x. Kioroth.

De Menſuris Hebraicis.

Sunt & alia, quæ vtiliter a me in gratiam eorum, qui elegantioris literaturæ & antiquæ ſolidæque eruditionis amantes ſunt, publicari poſſunt. Modo venditis diſtractisque hiſce libris ad alia edenda expenſas colligere liceat. B V.

IN LIBROS

M. MATTHAEI HOSTI

DE

RE NVMMARIA VETERI.

Hos de nummorum Viadri prope flumina vidit
  Calliope veterum cognitione libros:
Et mirata recens,docta quod ab arte profectum,
  Perfectum & numeris omnibus exit, opus:
Dignus es,& merito dignum te iudico,nummi
  Vt tibi pro nummis HOSTE, ferantur, ait.
Sed tibi non rutilo ſapientia venditur auro:
  Quin potius curam poſteritatis agis.
Perge,tuo capies quoque præmia digna labore:
  Et laudem a ſera poſteritate feres,
Cætera fac edas modo ſcripta, recondita ſeruas
  Quæ de menſuris ponderibusque domi.
Clarius authores veteres ſic lumen habebunt:
  Rectius & poterunt Biblia ſacra legi.
Sic ait. Hoſce libros cupide ſed volue,reuolue,
  Quisquis es: haud fructu res caret illa ſuo.

VRBANVS PIERIVS D.F.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ

Εἰς τὴν τῶν νομισμάτων ἀρχαιολογίαν τοῦ ματθαίου Ὄσου.

Εἰ βούλει ἀρχαίων πολυποίκιλα κέρματα γνῶναι,
ἐυσυνέτοις ταύτην ὄμμασι βίβλον ἴδε.
Ἔνθα γένη, ἀρχὴν, τίμημα, χαράγματ' ὀπεύσεις,
ὅς σ' ἐπίσημον ἔχει χαλκίον, ἠδὲ χρυσός,
Ουδείς σοι δείξει τάδε λώιον ἀργυρογνώμων.
Ἤ ὅγε τεχνίτης πευκαλίμησι φρεσίν.
Ταῦτα νοῶν, τοῖς θυμοσόφοις ἐπιλέξῃ ἄμεινον:
Καὶ σοφίης αὐτῶν ἔμμορος εὐθὺς ἔσῃ.
Οἵ μάλ' ἐπισταμένως πανθελγέ' μύθῳ ἔγραψαν,
ἢ περὶ τῶν θείων, ἢ περὶ ἀνδρομέων.
Ἦ μάκαρες νεαροὶ καὶ τρὶς καὶ τετράκις εἰσίν,
οἵ νῦν τοιοῦτον καιρὸν ἔχουσι μαθεῖν.
Ἀλλὰ σὺ πιερίδων κῦδος σῆς εἵνεκα σπουδῆς
Ἀιδίοιο κλέους ἄξιος ΟΣΤΕ πέλεις.
Τοῦτο κλέος, παρὰ ντε χάρειν σοι χείρος ὀπάσῃ:
ἠδὲ τεῷ οἴκῳ ὄλβον ἄπαντα νέμῃ,

M. PETRVS VVEITZKE.

HISTO-

HISTORIAE REI NVMMARIAE VETERIS
LIBRI PRIMI
CAPITA.

CAP. IX.

HISTORIAE REI NVMMARIAE

LIBRI SECVNDI

QVI EST DE NVMMIS ROMANIS CAPITA EORVMQVE ELENCHVS.

HISTORIAE REI NVMMARIAE VETERIS

LIBRI TERTII

QVI EST DE NVMMIS GRAECIS ET EXTERNIS, ET QVIBVSDAM BARBARICIS CAPITA.

HISTO-

HISTORIAE
REI NVMMARIAE
VETERIS
LIBRI QVARTI
QVI EST DE NVMMIS HEBRAICIS.

HISTO-

HISTORIAE
REI NVMMARIAE VETERIS
LIBRI QVINTI
QVI EST DE NVMMIS AVREIS, CAPITA.

HISTORIÆ REI NVMMARIÆ VETERIS

LIBER I.

MATTHÆO HOSTO AVTORE.

DE *OPERIS SVSCEPTI RATIONE*

CAPVT I.

Qvemadmodum bonarum artium & aliarum rerum, quæ cognitione dignæ ſunt : ita nummi quoque veteris liberalis doctrina & ſolida eruditio , non ſolum magnam vtilitatem , ſed & vſum multiplicem bonis ingeniis , eruditæ antiquitatis amantibus , adferre ſolet. Nam exacta veteris monetæ cognitione ac notitia bene exculti , commodeque inſtructi , primum optimos quosque autores antiquos multo libentius legunt, multoque rectius intelligunt,& maiori cum fructu eosdem longe eruditius dexteriusque aliis enarrant. Deinde maiori alacritate minorique cum tædio vetuſta literarum monumenta legunt illi, qui priſcorum nummorum appellationes , pondera , valores , & pretia bene habent perſpecta. Qui vero hac doctrina turpiter deſti-

ſtituuntur, præterquam quod optima quæque veterum ſcripta cum quadam moleſtia ac tædio legunt, parum quoque commercii cum vtiliſſimis libris antiquis ſe habere, non ſine laboris impenſi diſpendio, reipſa tandem experiuntur. Quod ſi veneranda vetuſtas aliis rebus & dignitatem & admirationem bonis ingeniis conciliat: eandem certe rei nummariæ omnium antiquiſſimæ (nummi vſum ante Diluuium, in primo ſtatim Mundi millenario fuiſſe, mox explicabitur) merito conciliare & debet & poteſt. Nam cum monetæ vtilitas eximia eſſet, & vſus in omnibus negotiis, tam publicis quam priuatis, multiplex eadem mundus diu carere non potuit. Quamobrem qui ſuis ſtudiis, in quacunque tandem profeſſione, & vitæ genere verſentur, rectius conſultum eſſe cupiunt, (omnes certe vetuſtatis eruditæ amantes ac ſtudioſi cupere debent) vt aliarum rerum, ita rei nummariæ quoque cognitioni, modo in aliquo inter eruditos numero eſſe velint, mediocrem ſaltem operam nauabunt. Nam primum ſine hac liberali veterum nummorum notitia, quorum apud autores veteres, tam ſacros quam profanos, crebra mentio extat, omnis certe hiſtoria vetus, tam ſacra quam profana, cæca quodammodo exiſtit: neque plene intelligi poteſt: quod crebra paſſim veterum nummorum mentio apud Hiſtoricos extet. Deinde non exigua profecto vtilitas Medico ex hac de nummis veteribus doctrina expectanda eſt. Nam veteres Medici, vt Cor. Celſus, Scribonius Largus, item Plinius & alii, apud Latinos: Hippocrates, Galenus, Paulus Aegineta, & alii apud Græcos, vt de Arabibus Medicis hic nihil iam dicam, ſua medicamenta ſæpe componunt, miſcentque ad pondus nunc denarii, nunc victoriati, nunc drachmæ, nunc oboli, nunc minæ, nunc libræ, earumque partium, &c. quæ & nummorum veterum & ponderum nomina eſſe, certum eſt. Quare vt horum autorum ſcripta rectius intelligantur, & nummorum illorum exacta cognitio Medicis non inutilis futura eſt. Adhæc non minus eſt vtilis veteris monetæ notitia ad bonas leges in Iure Ciuili rectius intelligendas eruditiusque explicandas: vt cum quæritur: Quod ſit pretium quinque ſolidorum, lib. 2. Feudorum de pace tenenda? Item: Qua ratione LXXII. ſolidis libra auri feratur accepta, L quotienscunque C de ſuſceptoribus? Item:

Item : Quomodo pro ſingulis libris argenti quinque ſolidi inferri iubeantur ab imperatore, l. vnica C de argenti pretio ? Item : Quantum noſtratis pecuniæ faciant dena ſeſtertia : quæ Claudius Cæſar aduocatis conceſſit ? Ex quibus & multis aliis veteris pecuniæ notitiam ad verum intellectum & eruditam legum interpretationem vtilem eſſe, nemini amplius dubium eſſe poteſt.

Iam ad ſacras literas quod attinet, neceſſe eſt, turpiter hallucinari, ac velut in ignota regione cæcos oberrare eos, qui linguarum, præſertim ſanctæ, rudes quid ſit ſiclus, quid ſtater, quid denarius, quid didrachmum, quid mina, quid talentum, quid argenteus, quorum triginta Ieſus Chriſtus, noſter Saluator, diuenditus fuit, non certo didicerint. Gen. 37. eſt : Ioſeph a ſuis fratribus diuenditum fuiſſe Iſmaelitis viginti Keſeph, hoc eſt, argenteis. LXX. interpretes habent εἴκοσι χρυσῶν, hoc eſt, viginti aureis : Ioſephus lib. 2. Ἀρχαιολ. εἴκοσι μνῶν interpretatur. Hanc varietatem nemo ſane dextre explicabit, niſi hanc veteris nummi doctrinam ante bene pertractatam habuerit. Et, vt ad inferiora & humiliora deſcendamus, quam inepte, quam indocte vulgus in ſcholis docentium bonos autores antiquos tractet, & dictu & auditu turpe eſt. Qui enim alios recte docere poteſt id, quod quis ipſe nunquam recte didicerit ? Quod, quæſo, genus ſcriptorum cum ſolido nauatæ operæ fructu leget veteris nummi ignarus ? Mirum ſane eſt, quod Dictionaria quoque quæ vocant, in vtraque lingua, Latina & Græca, addo etiam in Hebræa, in vulgus ſæpe quoque edita, rem nummariam admodum frigide, nec ſatis pro dignitate rei tantæ commode tractent : vt taceam quam turpiter in pleriſque hallucinentur ; & alios rudiores in fœdos errores ſecum abducant. Quod qui non credunt, in hac ſaltem re periculum faciant : & noſtra cum aliis conferant. His autem malis omnibus veteris pecuniæ liberalis cognitio vel ſola iuſtum remedium adferre, & craſſiſſimis illis flagitioſæ inſcitiæ tenebris diſpellentis claram lucem inferre poteſt. Quamobrem cum tanta ſit huius doctrinæ vtilitas, vſus tam multiplex, atque adeo tanta neceſſitas, maxime operæ pretium fuerit, vt eidem nonnihil ſaltem laboris ſtudiique a ſtudioſis impendatur : modo vel liberalis alicuius eruditionis opinionem auferre : vel vete-

res libros cum fructu saltem aliquo legere, vel alios recte erudire velint. Sunt enim veteres scriptores in tribus præcipuis linguis, quod ad rem nummariam attinet, nonnihil obscuri, & intellectu difficiles: & propterea multi, vel ab eorum lectione deterrentur facile: vel, si legunt, pauca in hac re intelligunt. Quod manifestius est, quam vt aut negari possit, aut multis probari debeat: cum ea res hodie vel doctissimis quibusque multum negotii facessat. Hæc tamen obscuritas tanta certe non est amplius, vt ab honestissimo proposito veterum scripta cognoscendi quenquam deterrere debeat: quod huius difficultatis caussa quodammodo sublata sit: & ea iam non tam in rebus ipsis lateat, quam in nostra ipsorum culpa, quos laboris tædet, hæreat: si quis rem ipsam diligentius expendere velit. Nam Budæus sane, vnicum illud Galliarum decus, nummos veteres in venerandæ antiquitatis librorum monumentis, ceu thesauros sacros conditos abditosque & a nemine hactenus satis, neque animaduersos neque refossos erutosue, sed superiorum aliquot retro seculorum non solum incuria, sed etiam inscitia, velut in cœno barbarico profundissimo immersos ac abstrusos magnis laboribus curisque primus inuestigare, non minori industria effodere ac eruere, effossos erutosque sedulo abstergere, abstersos in lucem proferre & aliis liberaliter communicare conatus est. Neque honestissimum conatum spes fefellit: nec egregiam illam in hac quoque parte rem literariam iuuandi voluntatem frustrata est.

Magna enim perspicuitate hanc rem nummariam antiquam vir ille in eruditissimis illis quinque libris, quos de Asse ab argumento inscripsit, tractauit: & ita certis rationibus firmisque probatissimorum veterum autorum testimoniis confirmauit, vt plærisque doctis abunde satisfecerit. Conatus enim est veteres nummos Romanos, Græcos & externos cum suæ patriæ nummis Gallicis diligenter conferre, eisque exæquare. Budæum secutus est G. Agricola, licet in nonnullis ab illo dissentiat: qui idem argumentum & prisci & noui nummi tractandum & illustrandum suscepit in tribus illis libris, quos de metallorum & monetarum pretio exactissime scripsit. Maxima sane cura vterque veteres nummos explicare, ad suæ patriæ nummos exacte exigere, & hoc argumentum plane illustrare studuit.

Sed

Sed quotus quisque vel inter doctos hodie est, quis vtriusuis horum libros, eruditissime quidem scriptos, lectuque dignissimos, vel sedulo legit, vel cognoscere saltem dignatur? Nam multi quidem grauioribus negotiis, aliisque studiis occupati ac distracti: & ideo suo iure quodammodo excusati, hos libros vel prorsus non cognoscunt: vel, si cognoscunt, leguntque iustam tamen operam in eis minime ponunt. Alii vero vel inerti otio dediti, vel blanda voluptate auersi, vel pudendo luxu impediti, vel his malis simul omnibus eneruati ac fracti, ab vtilissimarum rerum studio & inquisitione facile auocantur: vt non solum negligant, sed tandem etiam, quasi hæc non omnino necessaria sint, strenue contemnant. Quocirca minime mirum est, si veneranda doctæ antiquitatis monumenta in tanta hominum securitate ac socordia, rerumque abstrusarum obscuritate a paucis hodie legantur, parumque recte intelligantur. Nos vero & ipsi hac quoque in parte adolescentiæ studia nonnihil subleuare: & rem nummariam priscam pro nostro iudicio & captu augere ac illustrare, & cum ea potiss. moneta, quæ in Imperio Romano per totam propemodum Germaniam nostram hodie nota & vsitata est, diligenter conferre conati sumus: vt nostra quoque opera rudiores ex rebus intricatioribus sese eo facilius extricare possint. Guilhelmus Budæus veteres nummos cum Gallicis: Bilibaldus Pyrckhemerus, Patricius Norebergicus, cum Norebergicis: Didacus Couarruuias a Leyna, Hispanus, Episcopus S. Dominici, cum nummis Hispanicis suæ patriæ: G. Agricola cum Misnicis, quisque cum suæ patriæ nummis conferre studuit. Quod vero illis in re honesta licuit, id aliis certe in simili re iure denegari neque debet neque potest: præsertim si præterea non leues caussæ ad scribendum impellant. Quid enim nos præstiterimus: & an etiam suscepti a nobis operis ac laboris post tantos viros, Budæum, G. Agricolam, & alios dico, vsus aliquis esse possit, doctiorum, vbi hæc nostra scripta cognouerint, iudicium esto: modo de alienis laboribus candide, vt æquum est, iudicare velint. Speramus certe ipsi, imo vero etiam confidimus potius: hosce labores non sine graui consilio, inanique studio in studiosorum gratiam a nobis esse susceptos. Multa sane quæ assidua & diuturna bonorum au-

autorum veterum, tam Græcorum quam Latinorum, lectio & accurata collatio ſuppeditauit, & ad hanc rem nummariam augendam ac illuſtrandam non leue momentum allatura eſſe viſa ſunt,huc congerere ac explicare conatus ſum: vt candidos lectores hiſce commentariis largius acciperem, liberalius tractarem, & pleniore obſequio mihi demererer.

Quod vt intelligant,operis totius diuiſionem ſubiungam: vt mea in hoc methodus, & ratio docendi omnibus innoteſcat. Totum enim opus hoc meum in quinque libros diſtribuere ac diſtinguere placuit: quorum primus initio explicat nummi antiquitatem & inuentionem & varias eiusdem appellationes: mox eius definitionem declarat, & diuiſiones enumerat. Adduntur quædam de Nummorum ſpectatoribus: item de pœna eorum, qui nummos adulterant, cum nonnullis aliis. In ſecundo libro mox ſubiungitur nummorum veterum Ro. enumeratio, & copioſior explicatio. Additur hic de Aſſe, de Seſtertio, de Denario, de Libra ſeu pondo Ro. hiſtorica narratio plenior, gratia leuandi tædium lectionis. Tertius liber explicat nummos Græcos veteres: & enumerat quosdam nummos externos & barbaricos. Additur & hic plenior narratio ex hiſtoriis de Drachma, de Mina, & de Talento. Quartus liber continet nummos hebraicos ex ſacris potiſſimum libris. Additur & hic ſuis locis hiſtorica narratio copioſior.

Quintus & vltimus totus tribuitur explicationi nummorum aureorum veterum Romanorum, Græcorum, Hebraicorum, & quorundam aliorum externorum ac Barbaricorum. Hic eſt elenchus librorum huius mei operis, vt quid ex vno quoque libro lectori expectandum ſit, ſtatim cognoſcatur. Sed hæc plenius cognoſcentur ex capitum in ſingulis libris argumentis: quæ quoque initio præmittuntur. Porro paſſim quoque inſeruntur hiſtoriæ ex optimis quibusque autoribus vetuſtis de multis, magnis, variis, vtilibus & cognitione digniſſimis rebus: vt ſunt: Quæ, quantaque variarum rerum olim pretia fuerint: Qui ciuitatum reditus: Quantæ ciuium opes,diuitiæ & facultates: Qui V. claſſium ciuium Ro. cenſus: Quæ quantaque ædium pretia, & locaria: Quod æs alienum: Quæ militum ſtipendia: Quæ quanta-

que

que Imperatorum & Principum in milites donatiua : Quæ quantaque in ciues eorundem congiaria : Quæ quantæque multorum profusiones, donationes ac largitiones : Quis quantusque aliquorum ambitus : Quæ quantaque salaria, mercedes & honoraria Medicorum, Aduocatorum, Statuariorum, Pictorum, & aliorum artificum : Quæ quantæque prandiorum, cœnarum, & conuiuiorum impensæ ac sumtus : Quæ, quantæque rapinæ : quæ furta : quæ vectigalia : quantæ aquæductuum impensæ, &c.

Porro nummi æstimationem hodie variare, nec perpetuo vnam eandemque esse, notius est, quam vt aut possit negari, aut multis debeat probari. Nam alia quidem est exacta, quippe legitima, argyrognomonica, principalis & edictalis : quæ aut Principis, aut alioqui magistratus legitimi edicto & autoritate, aut priuato instituto pro cuiusque industria & studio inuestigata ex metalli natura, conditione ac temperatura sancita ac constituta est. Alia vero æstimatio est vulgaris, mediocris, Mercurialis mercatoria & negotiatoria : quæ illam legitimam, magistratu ad id conniuente, in commerciis longe exuperat sæpeque variat.

Aequissimum profecto atque vtilissimum erat, & ex vsu Reip. quam maxime, ne nummis iactaretur : neue eius pretium pro cuiusuis libitu libidineue mutaretur ac variaretur. Sed vt idem potius statum, certumque perpetuo esset : si idipsum in tanta hominum cupiditate ac iniquitate obtineri posset.

Aestimationem illam exquisitissimam Georgius Agricola in tribus suis libris, quos de metallorum & monetarum pretio eruditissime scripsit, est secutus : & in aliquibus a Budæo dissentit, variatque : id quod suo loco, additis etiam caussis & hypothesibus vnde sua extruxit, indicabo. Budæus Coronatum Gallicum, suæ patriæ nummum aureum non nisi æris centenis, sestertiis quadragenis, denariis Romanis, & drachmis Atticis denis æstimat : qui faciunt hodie grossos Misnicos duodenarios tricenos, nummulos 360. Hanc æstimationem & Philippus Melanchthon sequitur. Hic enim quinque drachmas pretium Medimni Tritici Athenis dimidium Coronati interpretatur in oratione de tribus satis farinæ. Hodie vero hic Coronatus pluris vulgo æstimatur, exponitur, ac commutatur.

Hac

Hac ratione nummus argenteus a materia, vncialis a pondere dictus, taxatur æris octogenis, sestertiis binis & tricenis, denariis Romanis vel drachmis Atticis octonis. Hic nummus hodie κατ' ἐξοχὴν appellatur Vallensis Ioachimicus: quippe a Valle Ioachimica, vbi diuites sunt argentifodinæ. Qui hodie vulgo æstimatur, exponitur & commutatur grossis Misnicis duodenariis vicenis quaternis, hoc est, nummulis 288.

Georgius vero Agricola, exquisitissimam metallorum æstimationem argyrognomonicam, Monetariis vsitatam, secutus, hunc nummum argenteum vncialem tanti non æstimat: sed tantum duodenariis grossis Misnicis viginti duobus, & præterea vndecim nummulis Misnicis: vt in summa sint nummuli Misnici 275. Variat itaque hæc Agricolæ æstimatio ab illa vulgari nummulis Misnicis tredecim. Coronatum vero, aureum Gallicum, idem Francicum vocat: & taxat nummo argenteo vno vnciali cum octo grossis duodenariis, & octo nummulis Misnicis cum semisse: vt sint in summa nummuli 379. cum semisse: cum, si Budæum sequaris, tantum 360, nummulis æstimetur. Superat itaque Agricolæ æstimatio nummulis Misnicis 19. Eadem taxatione exacta examinat & æstimat æs, assem, sestertium, denarium, pondo, nummos Romanos: obolum, drachmam, minam, talentum, græca numismata, & alios nummos externos, & argenteos & aureos. Necesse itaque est summas valde variare, cum eorum æstimationes non ex eisdem hypothesibus extruantur: quemadmodum suo loco passim diligenter seduloque monebo. Porro si qui hæc nostra fortasse sint reprehensuri: hos moneo, vt sint memores præcepti & consilii Iesu Siracidæ cap. 11. cum inquit: πρὶν ἢ ἐξετάσῃς, μὴ μέμψῃ νόησον πρῶτον, καὶ τότε ἐπιτίμα, hoc est, priusquam examinaueris, non reprehendas: intellige primum, & tunc increpa. Non enim est hominis candidi ea reprehendere, quæ quis non prius diligenter expenderit, exacte inter se contulerit, penitusque perspexerit. Cupio autem me benigne moneri de iis, quæ prima facie fortassis alicui minus probentur: vt me explicare possim. Dedi passim operam in toto opere, vt cuiuis satisfacerem, & dubia, si qua exoritura suspicabar, perspicue explicarem, additis vel rationibus, vel bonorum autorum ido-

idoneis teſtimoniis. De nummis autem illis in his libris diſputatio ſuſcepta eſt, quorum mentio extat apud probatos autores veteres, latinos & græcos, tam ſacros quàm profanos: qui ante mille & plures annos fere vixerunt.

Effodiuntur quidem adhuc hodie paſſim, & inueniuntur nummi veteres aurei, argentei, & ærei, nunc ſinceri, nunc mixti: & a multis in maximo habentur precio propter antiquitatem. Ex quibus multi poſterioribus ſeculis percuſſi videntur: quòd nulla eorum apud antiquos autores probatos mentio extet. Hujuſmodi tamen ab antiquariis nonnullis tanti fiunt hodie, vt æreos etiam ne cum aureis quidem commutarent. Trahit enim ſua quemque voluptas, & ſuis quisque cupiditatibus nimium indulget. Conſtantinus Landus, illuſtris Comes, Italus, aliquot Principum Rom. vetera numiſmata ærea, argentea, & aurea eruditiſſime explicuit, rationem typorum & cauſſam inſcriptionis ex hiſtoriis illuſtrauit. Sed neque ponderis neque precii valorisque vllam mentionem facit. Liber in quarto Lugduni eſt editus M D L X. Sed de his iam ſatis dictum ſit: & ad alia progrediendum eſt.

DE
NVMMI ANTIQVITATE,
ET QVIS EVM PRIMVS PERCVSSERIT.

CAPVT II.

Etſi, quis æs, argentum, & aurum primus publice percuſſerit, ſignaritque apud varias gentes ac populos, inter veteres autores magna controuerſia eſt: tamen nummum ſignatum apud antiquisſimos, quippe longe ante Diluuium vniuerſale in vſu fuiſſe, haud leuis quædam coniectura eſt. Nam Cain, Adæ protoplaſti primogenitus, πλήθει χρημάτων, hoc eſt, multitudine pecuniarum, rapinis & violentia domum ſuam auxiſſe, traditur, vt Ioſeph. lib. I. ἀρχαιολ. ſcribit. Quod tamen de nummis ſignatis non temere quis affirmare auſit: cum vox χρήματα ſit ambigua, & tam κτήματα, hoc eſt, omnes res, quæ acquiruntur & posſidentur, vt Xeno-

phon in Oeconomico teſtatur, ſignificat, quam pecunias ipſas. Nihilominus de eodem veriſimile adhuc eſt: quod pondera & menſuras excogitarit: vt idem Ioſephus teſtatur, cum inquit, αὔξων δὲ τὸν οἶκον πλήθει χρημάτων ἐξ ἁρπαγῆς καὶ βίας, πρὸς ἡδονὴν καὶ λῃστείαν τοὺς ἐντυγχάνοντας παρακαλῶν, διδάσκαλος αὐτοῖς πονηρῶν ὑπῆρχεν ἐπιτηδευμάτων, καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην μὲν, ᾗ πρότερον συνέζων οἱ ἄνθρωποι, μέτρων ἐπινοίᾳ καὶ σταθμῶν μετεστήσατο, hoc eſt, *Augens vero rem familiarem copia pecuniarum, per rapinam & vim congeſtarum, ad luxum & latrocinium ſuos aſſeclas inuitans, magiſter improborum inſtitutorum eis fuit: & tranquillitatem quidem, qua homines ante inter ſe viuebant, menſurarum & ponderum inuentione commutauit,* hæc Ioſephus. De Tubal Cain vero, qui eſt quintus, in linea Cain deſcendens, idem aſſerere procliuius iam fuerit fortasſis. Idque duabus de causſis: Priore quidem, quod is fuerit σφυροκόπος χαλκεὺς χαλκοῦ καὶ σιδήρου, vt habent LXX Interpretes, *Geneſ. 4.* hoc eſt, vt vetus interpres exponit, *Malleator & faber in cuncta opera æris & ferri.* Poſteriore verò, quod, vt Ioſephus ſcribit, χαλκείαν πρῶτος ἐπενόησε, hoc eſt, artem ærariam primus excogitarit. Quocirca & ante Diluuium in primo ſtatim Mundi millenario, nummum ſignatum in vſu fuiſſe, non temere coniicitur. Porro de Noah, qui ſecundi millenarij gubernator fuit, idem multo certius eſt. Is enim primus in Italia æra ſignaſſe traditur, cum ſecundo in Italiam veniſſet, circiter annum ducenteſimum ac ſeptuageſimum ab aquarum inundatione & ſalute, ſub Nino III. Rege Babylonio. Hic Noah Ianus pater dictus fuit. Ac Ianum quidem vocarunt, quod vineam primus plantaſſet, vt eſt *Gen 9.* Ianus enim ab Aramæis dicitur *vitifer* ſeu *vinifer*, teſte Beroſo lib. 3. & 5, ab hebræa voce Iain, יין quæ vinum ſignificat: vnde & græca vox οἶνος, & germanica Wein deprauata eſſe videtur. Inde & latinum vocabulum, *vinum*, deflexum eſt. A græcis idem Ianus οἰνώτριος appellatur, a voce οἶνος. Patrem vero appellant Noah, quod generis humani ab aquarum diluuio conſeruator ac inſtaurator fuit. Eius rei apud omnem poſteritatem certum argumentum memoriamque extare voluerunt veteres. Nam nota æris a Iano, qui Noah eſt, ſignati, in vna quidem parte Ianus geminus ſeu bifrons: ex altera vero roſtrum nauis fuit, vt Plin. lib.

33.

33. cap. 3. quoque testatur. Meminit & Ouidius in primo Fastorum, cum canit:

> *Multa quidem didici: sed cur naualis in ære*
> *Altera signata est, altera forma biceps?* & mox:
> *At bona posteritas puppim formauit in ære,*
> *Hospitis aduentum testificata Dei.*

Consule Plutarchum, in descriptione Capitum Rom. Homeri interpres in 5. Iliad. de Iano loquens sic quoque ait: Οὗτος εὗρε πρῶτος στέφανον, καὶ σχεδίας, καὶ πλοῖα. καὶ νόμισμα χαλκοῦν πρῶτος ἐχάραξε. Διὸ τῶν καθ' ἑλλάδα καὶ ἰταλίαν καὶ σικελίαν πολλαὶ πόλεις ἐπὶ νομίσματι ἐνεχάραττον πρόσωπον δικέφαλον καὶ ἐκ τοῦ θατέρου μέρους ἢ σχεδίαν ἢ στέφανον ἢ πλοῖον, hoc est, *Hic primus inuenit coronam & rates, & naues: & nummum æreum primus signauit. Quocirca multæ vrbes in Græcia, & in Italia, & in Sicilia faciem bicipitem nummo inscribebant: & ex altera parte aut ratem, aut coronam, aut nauem.* Hæc ille.

Consule Nicolaum Leonicum *lib. 1 cap. 71 de varia Historia.* Eutropius libro 1. autor est: Saturnum æreos nummos in Italia primum instituisse: quod superiori sententiæ non admodum refragatur. Ianus enim pater sub Saturno in Italiam secundo aduenit, vt Berosus scribit. Vnde in Saturni æde apud Romanos ærarium fuit, vt custodis & præsidis publicarum pecuniarum, vt Plutarchus in *Præceptis* & in *Publicola* scribit. Qua ratione æs signatum fuisse certum est, ante Romam conditam annis amplius mille ducentis & octoginta. Non autem dubium est, quin idem Noah, cum mandata daret suis liberis ac nepotibus de coloniis in omnes terras deducendis, eosdem cum aliis multis vtilissimis monitis, tum vero ratione signandi pecuniam quoque instruxerit. De Abrahamo, qui tertii millenarii Mundi gubernator fuit, scriptura dicit *Gen.* 12. Erat autem Abraham *diues valde in possessione auri & argenti*, postquam ex Ægypto in terram Canaan rursus ascenderat. Abimelech Rex Saræ, vxori Abrahæ, *mille Keseph*, כסף hoc est, argenteos donat, *Gen.* 20. Ioseph a fratribus venditur viginti *Keseph*, hoc est, argenteis, *Gen.* 37. quod LXX habent εἴκοσι χρυσῶν, hoc est, viginti aureis: Ioseph donat fratri Beniamin trecentos *Keseph*, hoc est, argenteos, *Gen.* 45: LXX & hic habent

 χρυ-

χρυσοῦς, hoc eſt, aureos. Hæc ſacrarum literarum teſtimonia, vſum nummi ſignati antiquisſimum eſſe, demonſtrant. Scriptores vero Ethnici, multis ſeculis poſt nummos percuſſos eſſe, ſcribunt. Nam Phido Argiuus, vt eſt apud Pollucem *lib.* 9, primus νόμισμα γράψαι traditur, hoc eſt, nummum ſignaſſe. Strabo *libro* 9 ſcribit, Phidonem Eleum, ex poſteritate Temeni, ſua ætate potentisſimum, nummum cum alium tum argenteum ſignare docuiſſe. Ephorus autem literis prodidit, argentum in Ægina inſula a Phidone primum ſignatum eſſe, vt eſt apud Strabonem *lib.* 8. Idem repetit Ælianus *lib.* 12. *de varia Hiſtoria.* Hic Phido vixiſſe fertur circiter annum Mundi 3050, annis amplius 70 ante Romam conditam, ſub Proca Syluio, XIV Rege latinorum. Vnde hic Phido Abrahamo quidem annis amplius 1120: Ioſepho vero in Ægypto plus 900 annis poſterior fuiſſe colligitur. Herodotus *lib.* 1 id Lydis tribuit, cum inquit: πρῶτοι δὲ τῶν ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κοψάμενοι ἐχρήσαντο, hoc eſt, *Primi autem hominum* (Lydi) *quos nos nouimus, nummo ex auro & argento percuſſo vſi ſunt.* Quod multis annis poſt circiter annum mundi 3180 eueniſſe conſtat. Erichthonium Athenienſibus & Lyciis nummum ſignaſſe, ſcribit Iulius Pollux *lib.* 9 idem alii Naxiis, alii Phœnicibus, alii Iono in Theſſalia, teſte Lucano, tribuunt. Lucani verſus ſunt:

Primus Theſſalicæ Rector telluris Ionus
In formam calidæ percuſſit pondera maſſæ:
Fudit & argentum flammis, aurumque moneta:
Fregit & immenſis coxit fornacibus æra.
Illic quod populos ſcelerata impegit in arma,
Diuitias numerare datum eſt.

Cumæis Hermodice, Midæ, Regis Phrygiæ, vxor, prima nummum percusſit, vt *Celius lib.* 21 *antiqu. lect. c.* 48. refert, circiter annum Mundi 2657. Plin. *lib.* 33 *c.* 3 ſcribit: Seruium Tullum, vt Regem Rom. æs primum Romæ ſignaſſe: cum ære rudi ante Romæ vterentur, circiter annum Mundi 3388, anno V. C. 176. Argentum ibidem ſignatum eſt anno V. C. 585, vel, vt alii volunt, 484. Aureus autem nummus poſt annum 62 percuſſus eſt, quam argenteus, vt idem autor ibidem ſcribit. Suidas tamen in voce ἀσσάρια teſtatur: Numam,

mam, qui II Rex Rom. fuit, nummos è ferro & ære factos, Romanis dedisse: vnde ἀσσάρια νυμμία dicta sint. Suidæ verba sunt: Νύμμας ὁ πρῶτος βασιλεύς μετὰ ῥώμυλον γεγωνὼς, ἀπὸ σιδήρου καὶ χαλκοῦ πεποιημένα, πρῶτος ἐχαρίσατο ῥωμαίοις τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων διὰ σκυτίνων καὶ ὀστρακίνων τὴν χρείαν πληρούντων. ἅπερ ὠνόμασεν ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος νυμμία, ὥς φησι τραγκύλλιος, hoc est, Numma, qui primus Rex post Romulum fuit, nummos e ferro & ære factos, primus donauit Romanis: cum omnes ante eum per scorteos & testaceos vsum explerent: quos ex proprio nomine Nummia appellauit, vt ait Tranquillus.

Ex his adductis testimoniis satis constare arbitror, sacrarum litterarum historiam, vt & in aliis omnibus, ita & in re nummaria non solum longe esse certiorem, sed etiam multo antiquiorem, atque est historia Ethnica. Hæc de nummi inuentione & antiquitate, quantum quidem ad præsens institutum & vtile & necessarium esse arbitramur, dicta sint. Iam vero nummorum veterum explicationem subiungam, vbi nummi appellationes, definitionem & diuisionem prius præmisero.

DE
NVMMI VETERIS
APPELLATIONIBVS COMMVNIBVS.

CAPVT III.

I.

Communes & vsitatæ rei nummariæ veteris appellationes, quæ pecuniam & nummos in genere significant, a quatuor fere caussis apud probatos autores veteres sumuntur: quippe a materia, a forma, ab efficiente, & a fine.

II. Præcipua materia, vnde nummi fere cuduntur, in tribus præcipuis linguis est triplex. Apud Latinos quidem est æs, argentum, & aurum: apud Græcos vero est χαλκὸς, ἄργυρος & χρυσος: sed apud Hebræos est Nachus נחוש, Keseph כסף, & Zahau זהב. Horum vnumquodque metallum rursus est triplex. Est

 enim

enim vel rude seu infectum, quod Græcis est ἄσημον: quod substantiam ipsam significat: Vel est factum, Græci vocant εἰργασμένον, elaboratum: quod de ornamentis, operibus, & vasculis ex ipso factis, intelligitur; Vel est, signatum, quod græce dicitur ἐπίσημον: & de signata pecunia & moneta dicitur.

I.

A DE APPELLATIONE NVMMORVM

A MATERIA APVD LATINOS TRIPLICI

III. Hinc a materia, vnde cuduntur, nummi veteres, in tribus præcipuis linguis, nimirum Latina, Græca & Hebræa, sunt aut ærei, aut argentei, aut aurei, aut ex æris, argenti, auriue temperatura mixti & facti.

DE AERE I.

IV. Ab ære autem ideo hic initium facere par est, quod id apud antiquissimos prius in vsu fuit, quam ferrum, vt Hesiodus quoque testatur, vnde & pecunia e solo ære primum cudi cœpta est: & hinc paulatim factum est, vt qualiscunque pecunia æris appellatione comprehenderetur.

V. Nam æs apud Latinos absolute sine aliqua additione positum, sæpissime est vocabulum relatiuum: & significat primum nummos æreos in genere per synecdochen vsitatam. Deinde κατ' ἐξοχὴν ex quauis quoque materia nummos signatos notat, absque vlla certi ponderis, precii, valorisue nota, vt Vlpianus Iurisconsultus quoque confirmat, cum inquit: *l. 159 ff de verbor. significa.* Etiam aureos nummos æs dicimus.

VI. Apud Terentium est. *Aere ancillam emptam suo.*

Redit miles, æs petit, Plautus ait.

Fundum, æribus suis emptum, possidebant, Cato.

Aere mutare est precio aliquid emere, aut vendere, Plinio & Columellæ.

VII. *Aes alienum* est, quod nos aliis debemus: *æs suum* est. quod alii nobis debent, *l. 213 ff de verbor. signif.* Apud Ciceronem in VI *Verrina* de Hegio Mamertino: *Video enim* inquit, *hominem non*

non modo in ære alieno nullo : sed in suis nummis multis esse, ac semper fuisse.

IIX. Hinc est quoque dictum illud vsitatum: *Qui non habet in ære, luat in corpore.* Per æs quælibet pecunia hic intelligitur, qua quis mulctari, & sic pœnam soluere potest.

IX. *Aes circumforaneum* apud Ciceronem ad Atticum est *fœneraticium*, & apud forum a Trapezitis e tabernis, quæ circum forum sub porticibus erant, in vsuram acceptum.

X. *Aere dirutus miles* apud Ciceronem est, cui stipendium ignominiæ caussa ademptum est.

XI. *Ab ære* est ærarium Romæ locus in æde Saturni, in quo conditur & asseruatur pecunia publica, Cicero & Plutarchus. Item *Aerarium militare*, ab Augusto Cæsare institutum, vnde militibus stipendium soluitur, teste Suetonio *in Augusto cap.49.* & Dione.*lib.55.*

XII. Ab ære *ærarii milites* appellati sunt, *æra*, id est, stipendia facientes, teste Varrone.

XIII. *Aerarii Pretores* apud Corn. Tacitum sunt, qui ærarium aliquando tractarunt.

XIV. *Aerarii Tribuni, & æris Tribuni* sunt apud *Cic. lib.1. ad Atticum*, & apud *Plin. lib.33 cap. 2.* & *lib.34. cap.1*, & apud Suetonium Tranquillum *in Iulio Cæsare cap. 41*, quos ab ære tribuendo dictos esse, Festus Pompeius scribit. His enim pecunia tributa erat, quam militibus redderent, vt Varro testatur. *Aerarii Quæstores* apud Corn. Tacitum *lib. 13.* sunt, qui alias *Quæstores ab ærario* quoque appellantur.

XV. *Ab ære* sunt ærarii scribæ apud Cic. *pro Cluentio.*

XVI. *Aerarii* quoque apud Martialem sunt, qui in ære cudendo sunt occupati.

XVII. *Aerarios* historia Romana vocat eos, qui plebeii ordinis delicti nomine in cæritum tabulas a Censoribus reiecti, nec in centuriæ albo scripti amplius, pro capite duntaxat tributi caussa æs conferebant, vt ex Liuio *lib. 9. Decad.3* constat: quod Lud. Cælius *lib. 29. cap. 6.* repetit. Vnde est formula loquendi apud Ciceronem *lib. 2 de Oratore : Ex ærariis eximere:* item : *Inter ærarios referre*, apud eundem Ciceronem in Oratione *pro Cluentio.*

XIIX. *Ab ære* est ærusc are, hoc est, æra seu pecunias vndique col-

colligere, vt Festus Pompeius ait. Inde sunt *ærusçatores* Chaldæi, vilissimi homines, cibum quæstumque vndique ex mendaciis fallaciisque captantes, apud *Gell. lib. 14 cap. 1.* Apud eundem *lib. 9. cap. 2*, Musonius inquit, *Aeruscanti cuipiam, & Philosophum se ostentanti, dari iussit mille nummûm.* Aeruscanti dixit, pro nummos petenti. Antoninus Imp. Augures vocat *æruscatores* in epistola *ad Faustam vxorem.*

XIX. *Ab ære* Aesculanus Deus dicebatur apud Romanos, vt D. Augustinus habet *lib. 4 cap. 21 de Ciuitat. Dei.*

Item *Deus Aerinus*: sic *Argentinus* & *Aurinus* dii sunt habiti, quod æs, argentum & aurum, hoc est, nummos seu pecuniam hominibus largiri crederentur, apud eundem Augustinum.

XX. *Adærare* in Codice *lib. 12.* est ære æstimare, & ad pecuniæ æstimationem, seu taxationem redigere.

XXI. *Obæratus* apud Liuium & Cæsarem est ære alieno oppressus: qui Ciceroni sunt & ærati.

XXII. *Subærari* a Iurisconsultis dicitur ære obligari, obnoxium reddi, cum suam operam in dandis consiliis & de iure respondendo alicui locant.

XXIII. *Subærati* nummi, *ὑπόχαλκοι*, sunt nummi ære admixto adulterati.

XXIV. *Aes publice signare* Cicero dixit, *lib. 3. de legibus.*

XXV. *Aeri rudi* æs signatum opponitur apud Liuium *lib. 5 ab V. C.*

XXVI. Hæc in genere de ære signato pro quauis pecunia sunt intelligenda.

XXVII. Aes vero in specie est quoque nummus Romanus certi ponderis & valoris, de quo est *cap. 1. lib. seq.*

DE ARGENTO II.

I. Argentum absolute positum eodem modo per synecdochen est vocabulum respectiuum: & primum in genere pro quouis nummo vsurpatur: cuius rei exempla sunt: *Argento delinita lena.*

Argenti sitis & fames, apud Horatium.

II. Ar-

II. Argenti nomen pecunia numerata retinet, Cicero *in Topicis.*

III. *Argentum alicujus conficere* Terentio est, eim andern sein Geld verthun.

Argentum consumere, Geld verthun.

Argento aliquem circumvertere, jemand umb sein Geld bringen/ hoc est, dolo auferre.

Argentum in stipendium imponere, Ein Geldsteur aufflegen zur Besoldung der Kriegsleute.

Argentum locare fœnori, Plauto est, Geld auff Wucher auszleihen.

IV. *Argentum suum*, & quod *in credito est*, opponuntur, *l.28.ff. de argento legato.*

V. *Argentariam facere* Ciceroni *in Verrem* est vsuram exercere, aut argentarii seu nummularii munus obire.

VI. *Argentariam dissoluere* est Ciceroni cedere foro; quando nummularius tabernæ suæ exercitium deserit.

VII. *Argentariam rationem putare*, est apud Catonem *cap. 2. de re rustica*, Rechnung halten.

VIII. *Argentum cudere* apud Terentium est nummos signare & cudere.

IX. *Argentum publice signare* apud Ciceronem potissimum de nummis argenteis intelligitur, *lib.3. de legib.*

X. *Argentum præsentarium* Plauto est, quod Ciceroni est pecunia numerata, bar Geld.

Ex his & multis aliis facile colligitur, *argentum* in genere pro *quauis pecunia* apud veteres autores vsurpari.

XI. Deinde *argentum in specie* quoq; vsurpari pro *certi ponderis, precii, valorisq́; nummo* ex Liuio constat: vt cum inquit *lib.10. Decad.4.* de Liguribus loquens: *Traducti sunt publico sumptu ad XLM liberorum capitum cum fœminis puerisq́: argenti data CLM. vnde in nouas ædes compararent, quæ opus essent.* Idem *lib. 6. Decad. 4*, per eosdem, inquit, dies M. Fuluius Nobilior ex vlteriore Hispania ouans vrbem est ingressus: *argenti transtulit XIIM:* bigati argenti centum triginta: Sic est apud Plinium *lib.33. cap.3.* Nota argenti fuere bigæ atq; quadrigæ: & bigati quadrigatiq; dicti. Hæc non nisi de

 spe-

specie intelligi debent, hoc est, de certis nummis argenteis, de quibus postea.

XII. Quemadmodum Plutarchus, Dio, Athenæus, Appianus, &c. apud Græcos per vocem ἀργυρίῳ drachmam Atticam ferè intelligunt, vt infra *libro tertio* constat.

DE AVRO III.

I. Et *aurum*, absolute positum, est vocabulum τῶν πρός τι, hoc est, Relatiuum: & per synecdochen pro quauis pecunia & nummo in vsu est apud veteres autores: vt cum dicitur: *Auro venire*, apud Horatium: *auri sacra fames*, apud Virgil. *1. Aeneid.* Plautus in *Aulularia: Effodio aulam auri plenam.* Hæc certe non nisi κατ' ἐξοχὴν de aureis nummis intelliguntur: & in genere de aliis quoq; nummis æreis & argenteis, præcipue verò de aureis nummis accipi debent.

II. Hæc est præcipua materia triplex nummorum apud Latinos, æs, argentum, & aurum: & vnumquodq; hoc metallum triplex est, infectum seu rude, factum & signatum.

III. Iurisconsulti sic distinguunt: Infectæ quidem materiæ pondus, signatæ verò numerum, factæ autem speciem dici oportet, vt Octauenus apud Paulum definit, *l. si in rem ff de rei vendicat*: simile fere est *l.19. ff. de furtis.*

IV. Huiusmodi metallum infectum rudem substantiam significat: factum vero vascula, seu ornamenta ex eodem facta: sed signatum non nisi nummos ex eo percussos: vt apud Ciceronem est *lib.3. de Legibus.*

V. MINORES MAGISTRATVS AES, ARGENTVM, AVRVMVE PVBLICE SIGNANTO: quo nummi ratione materiæ distinguuntur.

VI. Cum hisce appellationibus, signatum, additur: vt *æs signatum*, nummos æreos: *argentum signatum*, nummos argenteos: *aurum signatum*, aureos vsitate significat.

II. DE

II.

DE MATERIA NVMMORVM APVD GRÆCOS TRIPLICI.

ΧΑΛΚΟΣ I.

I. Apud Græcos eodem modo nummorum materia triplex eſt,vt ex probatis autoribus certo conſtat : nimirum χαλκὸς, ἄργυρος & χρυσὸς : quæ cum abſolute ponuntur,ſunt τῶν πρός τι,& pro nummis in genere vſurpantur.

II. Nam primum χαλκὸν & χαλκίον pro quouis nummo in genere accipi,& in vſu eſſe,Iulius Pollux *lib. 9.* teſtatur, cum inquit : τὸν δὲ νῦν χαλκὸν οἱ ἀττικοὶ χαλκίον εἰώθασι καλεῖν. ἡδὲ τῶν πολλῶν καὶ τῶν ἰδιωτῶν χρῆσις τὸν χαλκὸν ἀργύριον λέγει. οἷον οὐκ ἔχει χαλκὸν,hoc eſt,χαλκὸν vero nunc Attici χαλκίον ſolent vocare. Multorũ vero etiã idiotarum ſeu priuatorum vſus æs argentum dicit : vt *non habet as.*

III. Hoc ſæpe adulteratum fuiſſe veteres ſcriptores grauiter queruntur,vt ille apud Ariſtophanem in Ranis :

χρώμεθα τούτοις τοῖς πονηροῖς χαλκίοις,
χθές τε καὶ πρώην κοπεῖσι τῷ κακίστῳ κόμματι.

h.e.*Vtimur his malis areis ſ. nummis Et heri & nuper percuſſis peſſimo commate.*

IV. Apud Heſychium quoq; eſt in voce χαλκοῦς : τοῦτο ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ, καὶ τοῦ ἀργυρίου ἔλεγον, hoc eſt , Aereus : hoc de auro & argento dicebant. Matth.*10. cap.* μὴ κτήσησθε χαλκὸν εἰς ζώνας, hoc eſt, Ne comparetis *as in zonas.* Marci 12 : Et cum ſederet Ieſus ex aduerſo Gazophylacii, ſpectabat,quomodo turba mitteret χαλκὸν, hoc eſt, æs in Gazophylacium.

V. Hinc eſt apud Gregorium ἄχαλκος,hoc eſt,*ære carens*, vbi de Apoſtolis loquitur,

VI. Ab ære eſt ἀχαλκεῖν , hoc eſt, æris pecuniæq; inopia laborare. Quod & ex epigrammate quodam Lucilii conſtat,quod eſt :

ἑρμοδότου τόδε δόγμα τὸ πάνσοφον ὅστις ἀχαλκεῖ,
Μηκέτι πεινάτω, θεὶς τὸ χιτωνάριον

hoc eſt :

Hermodoti hoc dogma eſt, quiſquis miſer indiget ære,
Philoſophi aſſumat pallia, diues erit.

C 2 VII. χαλκο-

VII. χαλκολογεῖν est νομίσματα συλλέγειν Hesych. hoc est, *nummos colligere.*

VIII. χαλκιδίζειν & χαλκιδεύειν Erasmus in prouerbio Chalcidissare *Chil.3.2.40.* interpretatur de moribus Chalcidensium in insula Eubœa, quod essent rapaciores, & ad rem plus satis attenti: quippe studio congerendæ pecuniæ incumbentes. Suidas & Hesychius aliter interpretantur. χαλκίζειν apud Pollucem *lib.7.* est νομίσματα ἀρτιάζειν, hoc est, *nummis ludere par impar*: vnde is lusus dicitur χαλκισμὸς apud Homeri interpretem, vnde Pollux repetit *lib.9.*

IX. χαλκιδῖτις apud Iosephum dicitur πόρνη, hoc est, meretrix à nummi, quo suam pudicitiam prostituit, vilitate.

X. χαλκὸν κόπτειν est æs cudere.

χαλκὸν σημαίνειν, & ἐπισημαίνειν est apud Aristot. *as signare.*

XI. Porrò χαλκὸς in specie est nummus exiguus apud Græcos, de quo *lib.3.*

ΑΡΓΥΡΟΣ II.

I. Deinde ἄργυρος & ἀργύριον pro quouis nummo vsurpatur absq; vlla vel materiæ, vel precii valorisué mentione. Nam quod est apud Dionysium Halicarnass. ἀρχαιολ. *lib.9.* ἦν δὲ ἀσσάριον χάλκεον νόμισμα, βάρος λιτραῖον, hoc est, Erat verò æs seu as *areus nummus*: pondere *libralis.* Id apud Plutarchum in Camillo est: ἀσσάριον γὰρ ἦν τὸ ἀργύριον, hoc est, *Aes seu as enim erat argentum*, hoc est, pecunia seu nummus.

II. Cum verò huic additur ἐπίσημος f. ἄργυρος: tum est signatum argentum, & pro moneta accipitur, apud Thucydidem *histor.2.* Cuius contrarium est ἄργυρος ἄσημος apud eundem historia 6. hoc est, argentum non signatum sed rude.

III. Apud Pollucem est *lib.3*: τὸ δὲ ἀργύριον καλεῖται χρήματα καὶ νομίσματα, hoc est, argentum verò vocantur pecuniæ & nummi.

IV. Eodem modo & Varinus scribit: ἀργύριον πᾶν νόμισμα εἴτ' ἐν χαλκῷ, εἴτ' ἐν ἀργύρῳ, εἴτ' ἐν χρυσῷ, hoc est, Argentum est quilibet nummus, siue in ære, siue in argento, siue in auro.

V. Sophocles in Antigona:

Οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν οἷον ἄργυρος·
κακὸν νόμισμα ἔβλαστεν.

h.e. *Nihil enim hominib. vt argentum. Malum nummus germinauit.*

VI. Ab

VI. Ab ἀργύριον est diminutiuum ἀργυρίδιον, apud Aristophanem: ἐγωγί τοι διὰ σμικρὸν ἀργυρίδιον δοῦλος γεγένημαι, hoc est, *Equidem propter exiguam pecuniolam seruus factus sum.*

VII. Τὰς βλάβας πρὸς ἀργύριον ἀναπράττειν, apud Dionysium Halicarn. *libro 3.* ἀρχαιολ. est: Damna argento, hoc est, pecunia exigere & æstimare.

VIII. Ἄργυρος ἄπεφθος est argentum excoctum, *purum putum*, vt est in fœderibus apud Gellium *lib.6. c.5.*

IX. Grammatici aliquando distinguere solent hoc modo: quòd ἄργυρος materiam, ἀργύριον nummum fere, sed ἀργυροῦν vasculum argenteum significat. Sed id discrimen sæpe confunditur. Quòd verò ἄργυρος & ἀργύριον nummum in genere fere significent, multa inde deriuata id quoq; testantur.

X. Nam hinc sunt ἀργυρικαὶ ζημίαι *argentariæ*, hoc est, *pecuniariæ* mulctæ apud Plutarch.

XI. ἀργυρολογεῖν apud Thucydidem *histor. 2.3. & 8.* est: ἀργύριον, hoc est, pecuniam colligere & exigere. Aeschines, ἠργυρολόγησε τοὺς Ἕλληνας, hoc est, pecuniam à Græcis exegit.

XII. ἀργυρολόγος est Quæstor colligendæ pecuniæ præfectus, qui apud Ciceronem dicitur *Coactor*, Thucydides histor. *2. & 4*: Aristophanes in Equitibus vocat νῆας ἀργυρολόγους, τὸ ἀργύριον συλλεγούσας, hoc est, pecunias colligentes.

XIII. Ἀργυρολογία apud Xenophontem *lib.1. & 4.* ἑλληνικ. est pecuniæ exactio, collectio.

XIV. Idem constat ex historia Demosthenis, qui cum pecunia largitionibusq; corruptus silentium Milesiis legatis, ne contra se diceret, vendidisset, συνάγχην, hoc est, angina se simulabat laborare. Cui à faceteis obiectum est, eum non συνάγχῃ, sed ἀργυράγχῃ laborare: hoc est, *accepta pecunia præfocari*, quo minus ad dicendum prodiret: Historia extat apud Gellium *lib. 11. cap. 9.* Plutarchus in *Demosthene* eam historiam paulo aliter narrat. Repetit Erasmus *Chiliad.1.7.19. Argentinam patitur.*

XV. ἀνάργυρος apud Platonem *lib.3. de Legibus* & Athenæum *lib.6. Dipnosoph.* est, qui pecunia destituitur, & nummis caret.

XVI. Ἀργυρώνητος seruus pecunia emptus, *Gen. 17.* & apud Euripid.

XVII. ἐπάργυρος dicitur μισθωτὸς, hoc eſt, Mercenarius argento, hoc eſt, pecunia conductus.

XVIII. φιλάργυρος apud Xenophontem & Demoſthenem eſt auarus, pecuniæ nimis cupidus.

XIX. φιλαργυρεῖν eſt pecuniis congerendis cupide inhiare ac inuigilare, *2. Machab.*

XX. ἄργυρον κόπτειν, ἀργυροκοπεῖν eſt argentum cudere, ſignare, argenteos nummos ferire.

ἄργυρον σημαίνειν, ἐπισημαίνεσθαι argentum ſignare.

XXI. ἀργυροκοπεῖον eſt officina monetaria, in qua nummi cuduntur. Suidæ ἡμαντήριον eſt, voce deprauata pro σημαντήριον, vt eſt apud Varinum.

XXII. ἀργυροκόπος monetæ cuſor, monetarius, *4. Reg. 12.*

XXIII. ἀργυρῶ & ἐξαργυρῶ eſt apud Herod. *Hiſtor. 6.* ἐξαργυρίζω eſt apud Thucyd. *hiſtor. 8.* hoc eſt, *Exargento*, & in pecuniam redigo, pecuniam ex aliqua re conficio.

XXIV. ἀργυροπωλήσας δὲ τὰς πόλεις, καὶ κυριεύσας πολλῶν χρημάτων eſt apud Polyb. *lib. 3.* hoc eſt, cum argento & pecunia vrbes vendidiſſet, & multis pecuniis potitus eſſet.

XXV. Adhæc apud Suidam eſt: ἀργύριον λεπτὸν νόμισμα καλοῦσι, hoc eſt, argentum exiguum nummum vocant.

XXVI. Hæc ferè omnia, ἄργυρον in genere pro qualibet pecunia accipi & vſurpari ex quauis materia percuſſa, perſpicue conſtat.

XXVII. Sed ἀργύριον aliquando etiam in ſpecie pro nummo certo argenteo, ſ. vel drachma vel denario, in crebro vſu eſt apud Græcos; ſed tum fere ponitur in genitiuo, ἀργυρίου, addito numerali, cuius rei multa exempla paſſim extant: ex quibus quædam referuntur infra *lib. 3. cap. 1. & 2.* ex Plutarcho, Dione, Ioſepho & aliis.

ΧΡΥΣΟΣ III.

I. Eodem modo χρυσὸς, hoc eſt, aurum in genere pro qualibet pecunia in vſu eſt apud Græcos: quod è Thucyd. *Hiſtor. 2*, Herodoto *hiſtor. 1*, & Xenophon. *lib. 3. Cyri Pædiæ* liquet. Et Pollux *lib. 3.* ſic habet, cum inquit: τὸ δὲ ἀργύριον καλεῖται χρήματα καὶ νομίσματα.

ὥσπερ

ὠνεῖται καὶ τὸ χρυσίον, hoc eſt, Argentum vero vocantur pecuniæ & nummi: quemadmodum & aurum.

II. χρυσίον ἐπίσημον eſt aurum ſignatum, apud Herod. *Hiſt.1,* Thucyd.*Hiſt.2.* Xenoph.*4.Cyri Pæd.*

III. ἄχρυσοι apud Platonem *lib.3.de Legibus* ſunt,quibus nummi deſunt,qui pecunia ſunt deſtituti.

IV. χρυσώνητοι apud Cretenſes dicebantur ſerui pecunia empti,Athenæ.*lib.6.*

V. In ſpecie vero χρυσοῦς & χρυσίον pro aureo nummo quoq; in vſu eſt vtrunq;, de quo *infra lib.5.*

VI. χρυσὸν σημαίνειν, eſt aureos nummos cudere & ſignare, apud Ariſtotelem,item ἐπισημαίνειν.

VII. Eſt & hoc metallum Græcis triplex,ſ. χαλκὸς, ἄργυρος & χρυσὸς, ἄσημος & ἀργὸς, εἰργασμένος, & ἐπίσημος.

VIII. Cum verò hiſce vocabulis additur vox ἐπίσημος, vt χαλκὸς ἐπίσημος, ἄργυρος ἐπίσημος, apud Thucydidem *hiſtor.2*, χρυσὸς ἐπίσημος apud Lucian. *in Timone*, item apud Herodot.*Hiſtor.9.* cum inquit: ἔχειν γὰρ χρυσὸν πολλὸν μὲν ἐπίσημον, πολλὸν δὲ καὶ ἄσημον, hoc eſt,*Habere enim aurum tum multum ſignatum, tum vero multum etiam non ſignatum.* Sic & apud Thucydid. *Hiſtor.2*, tum diſtinctè intelligitur nummus æreus, argenteus, & aureus ſignatus.

IX. χαλκὸν κόπτειν, χαλκὸν, ἄργυρον, χρυσὸν σημαίνειν, σημαίνεσθαι, ἐπισημαίνειν, ἐπισημήνασθαι apud Ariſtot.*lib.2. Oeconom.* eſt æs, argentum, aurum ſignare. Matthæi *cap.10.* hæc tria coniunguntur. Sic n. habet: μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν,hoc eſt,*Ne comparetis aurum neq; argentum,neq; æs in zonis veſtris.* Intelligit nummos ex triplici metallo percuſſos,in viaticum ſ.aureos,argenteos & æreos.

III.
DE MATERIA NVMMORVM APVD HEBRÆOS TRIPLICI,
NACHVS I.

I. Apud Hebræos quoq; eſt triplex nummorum ſeu pecuniæ materia: vnde nummi ſunt aut ærei,aut argentei,aut aurei: quippe

pe *Nachus, Keseph*, & *Zahau*. Quæ in genere etiam pro quauis pecunia usurpantur: & ratione materiæ pro nummis sumuntur. Nam Nachus quidem, quod æs significat, in genere pro pecunia sumitur *Ezech. 16*, cum inquit: *Quia effusum est æs* (Nachus) *tuum*, hoc est, Propterea quod æs tuum, hoc est, pecuniam tuam tam large effundis ac profundis. D. Lutherus reddit: Dieweil du so milde Geld giebest.

II. Dicitur autem Nachus apud Hebræos a sono & tinnitu: quod hoc metallum æs omnium maxime sit sonorum, & alioqui res potentissima. Qua de re quædam congessit L. Cælius *lib. 19. cap. 10.* Eò respexisse videtur D. Paulus *1. Corint. 13*, cum inquit: *Si charitatem non habeam, factus sum æs resonans*,

KESEPH II.

I. Keseph, hoc est argentum, apud Hebræos nomen habet ab effectu & efficacia: quod eius desiderio omnes tenentur.

II. In genere autem pro pecunia sumitur: cuius rei exempla sunt *Gen. 23, 42. Exodi 21*, *Hierem. 32*, & alibi passim. D. Lutherus transfert Geld/ *Job. 31.* dicit se non comedisse alienos fructus absq; *Keseph*, hoc est, pecunia.

III. *4. Reg. 12.* est Keseph, hoc est, pecunia transeuntis, vt Pagninus transfert, gangbare Müntze/ Geld das genge und gebe ist. Sed ibi potius est didrachmum illud, quod transeundo numerati in populo Israëlitico quotannis in templi vsum pendere cogebantur, de quo infra *lib. 4. cap. 3.*

IV. *Esaiæ 55.* Deus iubet a se aquas petere sine *Keseph*, hoc est, sine pecunia.

V. Cum vero hæc vox hebræa cum nomine numerali, vel cum nomine ponderis coniungitur, nummum argenteum certi ponderis, precii, valorisq; significat. Cuius rei passim exempla extant in sacris literis, vt *Genes. 20*, *Iudic. 17*, *Deuter. 22*, &c. De his plura *lib. 4.*

I. ZAHAV III.

Hebræis plura sunt vocabula, aurum significantia, quæ in genere quoq; pro qualibet pecunia, in specie vero pro nummo aureo, vsur-

vſurpantur. Nam ZAHAU, aurum, ſignificat pecuniam : potiſſimum tamen de aurea moneta accipitur : præſertim cum argento coniungitur, vt *Genes.* 13. Abraham erat diues valde in pecore, in argento, & in auro, *Zahau* : *Geneſ.* 24. Dedit ei oues & boues, argentum & *Zahau*, aurum : item *Ioſue* 7. 4. *Reg.* 7. Dicitur autem *Zahau* a colore fuluo.

II. DAHAV.

Idem litera vna mutata dicitur DAHAU, quod Chaldæorum eſt, *Eſaiæ* 14 : Quomodo ceſſauit exactor, quieuit cupida *dahau*, hoc eſt, auri, quod eſt pecuniæ.

III. BEZAR.

BEZAR auri gruma eſt : & pro pecunia in genere vſurpatur, *Iob.* 22. Ponet pro puluere *Bezar*, hoc eſt, aurum, ſeu pecuniam : ibid : Et erit omnipotens *Bezarim*, pro aureorum in plurali numero. Dicitur *bezar* à munitione & propugnatione : quod auro abundans aduerſus omnia mala ſe facile tueatur, ac ceu valido muro muniat.

IV. SEGOR.

SEGOR nomen habet, quod, cum ſit aurum optimum, in theſauris condatur, ſolicitaq; cura claudatur ac cuſtodiatur propter bonitatem. Dicitur enim a verbo *Sagar*, quod clauſit, ſignificat, *Iob.* 28.

V. KETHEM.

KETHEM itidem dicitur aurum optimum, ſeu optimi & mundiſſimi auri maſſa, *Iob.* 31. Si poſui *Kethem*, hoc eſt, aurum, ſpem meam.

VI. PAZ.

PAZ dicitur aurum ſolidiſſimum & optimum, purum putum, probeq; purgatum : & à *pazaz* deriuatur, quod eſt confirmauit, conſolidauit, *Pſal.* 19. 119. *Iob.* 28. Vnde *Vphaz Hierem.* 10. *Danielis* 10. nomen loci, vbi aurum abundat, & vnde id aurum apportatur.

VII. OPHIR.

Ophir est aurum, ab Ophira regione sic dictum, vnde olim adferebatur, *Iob. 22. 3. Reg. 9*: quæ terra aurea quoq; dictâ est, teste Iosepho *lib.* 8. ἀρχαιολ. Vnde aurum Ophirizum & obrizum dicitur, *Iob. 22. Esaiæ 13.*

Plinius *lib. 33. cap. 3.* sic habet, de auri præstantia loquens: Sed quia rerum vni nihil igne deperit: tuto etiam in incendiis rogisq; durante materia. Quinimo quo sepius arsit, proficit ad bonitatem. Auriq; experimento ignis est, vt simili colore rubeat, quo ignis: atq; ipsum obryzum vocant.

VIII. CHARVZ.

Charuz quoq; aurum appellatur, a verbo *charaz*, quod est exacuit, vim suam exeruit, rem suam ad finem perduxit. Dicitur itaq; ab effectu, efficacia, & vsu: quod auri maxima sit potentia, vis & efficacia in rebus humanis, vnde *charuz* dicitur vir acer ac strenuus, qui opus suum destinatum ad finem perducit. *Iob. 41.* Sternet *charuz*, hoc est, aurum iuxta lutum. Vel dicitur a contusione & concisione: quippe tum quod vascula inde fiant: tum quod aurei nummi inde cudantur, percutiantur, ac signentur.

1. Hæ sunt & apud Hebræos nummorum appellationes, a triplici materia sumptæ, & tam sacris quam profanis literis vsitatæ: quæ passim in lectione occurrunt.

2. Porro populus Iudaicus inter alias oblationes hoc quoq; triplex metallum, aurum, argentum, & æs Domino donare iubetur, *Exodi 25.*

3. Est quidem hæc triplex materia, æs, argentum, & aurum, in tribus præcipuis linguis, latina, græca & hebræa, vnde nummi apud veteres sunt percussi: eaq; est præcipua materia: ex qua vel pura puta, vel mixta pecunia olim formata fuit.

4. Attamen ex aliis quoq; & metallis & rebus monetam olim factam fuisse, ex veteribus autoribus constat. Qua de re quædam adferentur infra capite de nummorum diuisione.

5. Porro nummi, si materiam, vnde cuduntur, spectes, ad substantiam referuntur: Sin vero ad Quantitatem respicias, qua num-

mi ſunt longi, lati & craſſi, ad tertiam ſpeciem Quantitatis continuæ ſ. ad corpus referuntur : Sed quatenus ſpectatur nummorum forma, qua cuduntur vel rotundi, vel quadranguli, &c. ad quartam ſpeciem Qualitatis iure reijciuntur. Cur autem & in relatione nummi numerentur, dicitur *infra cap. 5.*

II.
DE APPELLATIONE NUMMORUM A CAUSSA FORMALI PECUNIA.

I. A cauſſa formali vna communis rei nummariæ appellatio ſumitur. Pecunia enim apud Latinos dicitur a forma, typo, & effigie impreſſa κατ' ἐξοχὴν. Appellatur enim pecunia vel a pecore, vt Colum. *in præfat. 6.* teſtatur, vel, vt Varro ait, *a pecu* : quod Seruius Tullius, VI. Rex Ro. ouium, boumq; effigie æs primus apud Romanos ſignarit : cum ære rudi Romæ antea vſi eſſent, vt teſtatur Plinius *lib. 18. cap. 3. & lib. 33. cap. 3.*

II. Idem ſcribit Plutarchus in Publicola, cum inquit : διὸ καὶ τὰς οὐσίας ἄχρι νῦν ἀπὸ τῶν προβάτων πεκύλια καλοῦσι, καὶ τῶν νομισμάτων τοῖς παλαιοτάτοις βοῦν ἐπεχάραττον, ἢ πρόβατον, ἢ σῦν, hoc eſt, *Quocirca ſuas facultates etiamnum a pecudibus peculia nominant :* (Romani) *& vetuſtiſſ. nummis bouem aut ouem, aut ſuem inſculpebant.*

III. Idem Plutarchus in Capitibus Romanis ſcribit : ἑτέρῳ δὲ ἐχρήσαντο νομίσματι βοῦν ἔχοντι, καὶ πρόβατον, καὶ ὗν παράσημον, εὐποροῦντες ἀπὸ τῶν θρεμμάτων μάλιστα, καὶ τὴν περιουσίαν ἀπὸ τούτων ἔχοντες, hoc eſt, *Alio vero vſi ſunt nummo, bouem habente, & ouem & ſuem, inſigne : a pecudibus potiſſimum abundantes, & facultates ab his habentes.*

IV. Sextus Pompeius Peculatum, furtum publicum, a pecore quoq; appellari affirmat tum, cum Romani præter pecudes nihil habebant. Apud Ciceronem eſt *in Philippicis :* Cum pecuniam publicam auerterit, num fraude poterit carere peculatus ?

V. Apud Iſidorum eſt *lib. 16. cap. 17. etymolog.* pecuniam dictam eſſe, quod nummi de pecudum corio inciſi ac ſignati fuerint, cui quid tribuendum ſit hac in re, non eſt obſcurum.

VI. A pecunia eſt *peculium*, quod dicitur quaſi *puſilla pecunia*, ſiue puſillum patrimonium : quod ſeruus domini permiſſu ſeparatum

tum a rationibus dominicis habet, vt est *l. 5. ff. de peculio.* Et est, quicquid alicuius labore & industria partum est, teste Pompeio.

VII. Peculium *profectitium* est in *Dig.* quod Pater viuens filio permittit.

VIII. Peculium *aduenticium* ibidem est, quod aliquis alii exercendum concedit.

IX. Peculium *castrense* est, quod a parentibus vel cognatis in militia agenti donatum est : vel quod ipse filiusfamilias in militia acquisiuit : quod, nisi militaret, acquisiturus non fuisset.

X. In *Orci peculio* numerari, est esse mortuum.

XI. Cupidinis peculio adnumerari, est amoris vinculis captum teneri.

XII. Pecunia ratione materiæ est aut ærea aut argentea, aut aurea, apud Modestinum *l. 35. ff. de pactis.*

XIII. Pecunia numerata Ciceroni & iureconsultis est bar Geld.

XIV. Pecuniæ nomine non solum numerata pecunia, sed etiam omnes res, tam soli quàm mobiles, & tam corpora quàm iura continentur, vt Hermogenianus ait, *ff. de verb. signifi.* Et Vlpianus ibidem ait ; *Pecuniæ verbum non solum numeratam pecuniam complectitur, verum omnem omnino pecuniam*, hoc est, omnia corpora. Nam corpora quoq; pecuniæ appellatione contineri, nemo est, qui approbet.

XV. In pecunia robur omne patrimoniorum veteres posuerunt, vt est *l. 22. C. de Administ: tut.* Et genus & formam *Regina pecunia donat*, Horat. Pecunia *belli neruus*, Livius.

XVI. A pecunia magna fit *pecuniosus* apud Varronem : & *a pecunia valere* est esse bene nummatum & diuitem, apud Plautum.

XVII. A pecunia sunt caussæ pecuniariæ apud Paulum *ff. de offic. præf. vrbi.*

XVIII. Pecuniam *collybo curare* vel mittere Budæo est Geld auff Wechsel zu schicken.

XIX. *Pecunia fœnebris* est, quæ fœnori datur : quippe quæ faciendis nominibus occupata est. Vnde est pecuniam fœnebrem exercere, & mutuam sumere *l. 33. ff. si cert. pet.*

XX. *Pecunia ociosa* Demostheni est ἀργὸν χρῆμα, & est quæ

non

non occupatur, nec exercetur, nec in nomina, aut prædiorum emptionem collocatur. Hæc pecunia opponitur pecuniæ fœnebri apud Plin. Iuniorem.

XXI. *Pecuniam occupare* Ciceroni eſt pecuniam exercere & nominibus collocare.

XXII. *Pecunia calendario deſtinata*: vel in calendarium conuerſa in *Digeſtis* Eadem eſt, quæ *fænebris*, quæ fœnori datur, & faciendis nominibus occupata eſt: quod Calendis menſium pecunia fœnori daretur, vt eſt apud Ariſtophanem.

XXIII. *Pecunia attributa* apud Aſconium eſt, quæ militibus in ſtipendium Quæſtoribus a Tribunis ærariis annumeratur.

XXIV. *Pecuniam* Romani *Deam*, vocarunt: haud dubie, quod eam pecuniam dare, largiri & tueri crediderunt, vt D. Auguſtinus *lib. 4. cap. 24. de Ciuit. Dei* teſtatur. Apud Iuuenalem eſt:

Etſi funeſta Pecunia templo
Nondum habitas: nullas Nummorum ereximus aras.

XXV. A *pecunia* vox Saxonica *penninck* deprauata eſſe videtur.

XXVI. Pecunia *aroſa* in Codice dicitur, cui multum æris ineſt: hæc alias *ſubærata* & ὑπόχαλκος dicitur.

XXVII. Pecuniam ſignatam dixit Vlpianus, *l. cum aurum ff. de auro legato*, Q. Curtius *lib. 3.* & Fab. Quintilianus. Pecuniam ſignare Geld müntzen.

XXVIII. Porro a forma, typo & effigie multi nummi peculiares certi ponderis preciiq;, & apud Latinos & Græcos, nomen ſortiti ſunt: vt *Victoriatus, bigatus, quadrigatus, ſerratus*, &c. βοῦς, κόρη, παρθένος, χελώνη, πῶλος, γλαῦξ, &c. vt poſtea in *ſecundo & tertio libro* copioſius explicabitur.

XXIX. Forma illa nummis impreſſa, der Schlag. apud Latinos quidem dicitur forma, *nota, effigies, imago*, apud Plinium *lib. 18. cap. 3. lib. 33. c. 3 & alibi.*

XXX. Apud Græcos eſt τύπος, τύμμα, τύπωμα, κόμμα, (κόμμα enim non eſt nummus, vt L. Cælius putat) σύμβολον, χαρακτήρ, χάραγμα, ἐπιχάραγμα, apud Plutarchum, Ariſtotelem, Heſychium, Pollucem & alios.

XXXI. Sed εἰκὼν, hoc eſt, imago *Matth. 22.* eſt Principis, Cæſaris, &c. effigies, das Gebildniß/das Gepreg auff der Müntz.

XXXII. Inde eſt χαρακτῆρα κόπτειν, ἐπικόπτειν, ἐπιβάλλειν, apud Ariſtotelem, hoc eſt, pecuniam percutere, & inſcripta forma ſignare.

XXXIII. Typi ſeu formæ in nummis vſum indicat Ariſtoteles *lib. 1. cap. 6. de Rep.* cum inquit, de nummo loquens: τὸ μὲν πρῶτον ἁπλῶς ὁρισθὲν (*ſ.* νόμισμα) μεγέθει καὶ σταθμῷ. τὸ δὲ τελευταῖον καὶ χαρακτῆρα ἐπιβαλλόντων, ἵνα ἀπολύσῃ τῆς μετρήσεως αὐτούς. ὁ γὰρ χαρακτὴρ ἐτέθη ποσοῦ σημεῖον. hoc eſt, *Primum quidem omnino finitus ſ. nummus, magnitudine & pondere: tandem vero & charactere impreſſo, vt a dimenſione eos liberaret. Character enim quantitatis nota conſtituta eſt.*

XXXIV. Ἐπιγραφὴ, hoc eſt, inſcriptio literas, nomina, & cauſſas eorum, qui percuſſerunt, continet, vt de autore & cauſſa admoneat: quod nummus certo pondere & magnitudine, iuſta materia & æſtimatione, vt de valore, precio & bonitate non dubitetur, percuſſus ſit.

XXXV. Maxime enim refert ac prodeſt, & Reip. intereſt, vt nummi certis notis ac typis vel Principum, vel Ciuitatum, vel Rerumpubl. ſignentur: vt ſimplicitati proborum, ne a callidioribus circumueniantur, ſubueniatur: & improborum fraudes excludantur.

III.
C. DE NUMMORUM APPELLATIONE
A CAUSSA EFFICIENTE.

A cauſſa efficiente principali & dominante quædam communes nummorum appellationes apud veteres in vſu fuerunt.

Νόμισμα I.

I. Νόμισμα enim nummus dicitur, quod vel Principis edicto, vel gentis, populi, ciuitatiſue decreto, vel ſenatus conſulto, addita publica forma, valorem & precium communi conſenſu in certi metalli particula, certa quantitate, iuſtoq; pondere conſtituat.

II. Apud Suidam eſt: νόμισμα τὸ κόμμα τοῦ τετυπωμένου χαλκοῦ, hoc eſt, Nummus eſt nota ſignati æris. Apud Ariſtophanis interpre-

terpretem est : νόμισμα τὸ τύμμα τῦ τετυπωμένυ χαλκῦ ἢ χρυσῦ, hoc est, Nummus est nota signati æris aut auri.

III. Νόμισμα dicitur a verbo νομίζειν, quod præter alia est sancire, æstimare, statuere, &c. Sed Plato *in Eryxia* pro nummo vti vtitur, vt Suidas repetit & interpretatur.

IV. Νομισματοπωλικὴ apud Platonem in Sophista est ars, qua Sophistæ suos sectatores emungunt. Apud Pollucem est *lib. 9.* πλάτωνι μὲν γὰρ καὶ τέχνη τίς ἐςὶ πωλικὴ νομισμάτων, hoc est, Nam Platoni quidem & ars quædam est, quæ nummos vendit.

V. Νομισματοπωλικὸν πρᾶγμα apud eundem Pollucem est *lib. 7.* hoc est, negocium, quo nummi a Trapezitis venduntur.

VI. κατανομιςεύειν Suidæ est νόμισμα ἐργάσασθαι, hoc est, ad nummos redigere : & additur : ὁ δὲ κατὰ σπάνιν ἤδη χρημάτων ὅσον εἶχε κόσμον κατανομιςεύσας ἀντωνίῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἔπεμπε, hoc est, Hic vero in pecuniarum penuria iam constitutus, ornatu, quantum habebat ad nummos redacto, Antonio eiusq; comitibus mittebat. Est enim κατανομιςεύειν zu Geld machen.

VII. Νόμισμα apud Horatium & Iurisconsultos vna litera mutata dicitur *numisma*.

VIII. Νόμισμα dicitur, quod non natura, sed potius lege, hominum instituto ac decreto constet : quod ex Aristotele *lib. 5.* Ethicorum *ad Nicomach.* liquet, cum inquit : τοὔνομα δ' ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐςί, hoc est, *Nomen habet nummus, quod non natura, sed lege constat.*

IX. Νόμισμα κόπτειν κατακόπτειν, est apud Herodotum *histor. 1. & 3.* hoc est, nummum cudere.

X. Νόμισμα τυπῶσαι, ἐντυπῶσαι, apud Aristophanem, nummum typo impresso cudere & signare.

XI. Νόμισμα χαράττειν dixit Strabo pro eodem.

XII. Νομίσματα ἐγχαράττειν, nummos typo inscribere.

XIII. Numismata a materia sunt aut aurea aut argentea, apud Pomponium *l. 21. ff. de vsufructu* : Numismatum aureorum vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis vti solent, vsus fructus legari potest.

Νόμ☉

Νόμος II.

I. Et νόμος pro nummo in vſu eſt, vt Suidas teſtatur, cum inquit, de voce νόμος loquens: Δωριεῖς δὲ ἐπὶ νομίσματος χρῶνται τῇ λέξει, hoc eſt, Dorienſes vero de nummo vtuntur dictione hac.

II. A Romanis dicitur *Numus* literis mutatis. Quæ vox, quod a græca deriûatur, indicio eſſe poteſt, quod in libris πανδεκτῶν perpetuo *per m ſimplex* ſcribatur *Numus*.

Νοῦμμος, Nummus III.

I. Suidas ſtatim ſubiungit: ῥωμαῖοι παρατρέψαντες νοῦμμον λέγουσι, hoc eſt, Romani peruertentes *nummum* dicunt: quippe prima ſyllaba extenſa addita litera *m*.

II. Apud Pollucem eſt *lib. 9.* ὁ δὲ νοῦμμος δοκεῖ μὲν εἶναι ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ νομίσματος. ἔστι δὲ ἑλληνικὸν τῶν ἐν ἰταλίᾳ καὶ σικελίᾳ δωριέων (Sic enim pro ὅριων reponendum eſt) ὁ ἐπίχαρμος ἐν ταῖς χύτραις φησίν: κήρυξ ἰὼν εὐθὺς πρίω μοι δέκα νούμμων μόσχον καλὸν h. e. *nummus autem videtur quidem eſſe Romanorum nomen nummi.* Eſt vero græcum in Italia & Sicilia Dorienſium. Nam Epicharmus *in Chytris* ait: *Præco vadens*

Illico eme mihi decem nummis vitulum bonum. Ibidem mox additur: καὶ ἀριστοτέλης ἐν τῇ ταραντίνων πολιτείᾳ φησὶ καλεῖσθαι νόμισμα παρ᾽ αὐτοῖς νοῦμμον, ἐφ᾽ οὗ ἐντετυπῶσθαι. τάραντα τὸν ποσειδῶνος, δελφῖνι ἐποχούμενον, hoc eſt, *Et Ariſtoteles in Tarentinorum Rep. ait numiſma apud eos vocari nummum, in quo inſculptus fuit Taras, Neptuni F. delphino vectus.* Vtitur & Plutarch. *in Sylla* hac voce latina. Sed à Numa, ſecundo Rege Rom. denominari veriſimile eſt, vt infra *lib. 2. cap. 5.* iterum mentio fiet. Vnde & a Latinis *nummus per geminatum m* ſcribitur.

III. Vſurpatur autem Nummus duobus modis: Priore quidem in genere pro quauis pecunia: cuius rei hæc ſunt exempla apud Ciceronem *pro M. Fonteio:* Nummus in Gallia nullus ſine ciuium Rom tabulis commouetur: nummum commouere eſt pecuniam a menſariis accipere fœnori. Apud eundem eſt *in Epiſtolis familiaribus:* Ad nummos peruenire: Nummum commutare, eſt Geld wechſeln. Vlpianus ait: *Nummis indiſtincte legatis, receptum, vt exiguiores legati videantur.*

IV. *Num-*

IV. *Nummariam rem constituere* apud Ciceronem *lib.3.Offic.* est de nummis aliquid certi statuere: vt quid quisque nummus valeat, certo constet.

V. A nummo est *Nummaria tessera* apud Suetonium: quæ est scheda, qua pecuniæ creditæ & exhibitæ repræsentantur.

VI. Eodem modo & diminutiuum νομισμάτιον apud Græcos, & Nummulus apud Latinos pro quauis exigua moneta vsurpatur. Cicero *lib.1.ad Atticum*: Tu si tuis blanditiis a Sicyoniis nummulorum aliquid expresseris. Idem *lib.8.* Nihil prorsus aliud curant, nisi agros, nisi villulas, nisi nummulos suos.

VII. Posteriore vero modo Nummus est species: nimirum idem, quod Sestertius: vt sit Denarii pars quarta: de quo *infra lib. 2.* peculiari capite agetur.

VIII. De nummo prouerbium natum esse arbitror, quod est: Numo addicere, apud Iurisconsultos: item Vlpianus *l si quis ff. locati*: Si quis conduxerit numo vno, conductio nulla est: quia & hoc donationis inducit: item *l. si quis ff. de acquir. possess.* Quia conductio nulla est, quæ est in numo vno.

IX. Apud Plautum est in Pseudolo: *Nunquam eris nummo ditior.* Et Erasmus *Chil. 4.9.1.* Nummum dixit pro *vilissimo precio.* Cicero de finibus: *Ne nummum quidem attigisset.*

X. Ad nummos omnia redigere, est *l. 22. C de administ. tut.* alles zu Gelde machen/quod est Græcis καταναμισματόειν, vt paulo ante allatum est.

XI. A nummo est *nummaria difficultas*, quæ Ciceroni est argentaria inopia.

XII. Aes, pecuniam, nummos cudere, est apud Terentium, Plautum, & *l. si quis C. de falsa moneta.* Nummum percutere, ferire est apud Plinium *lib.33. cap.3.* Nummus publica forma percussus, est apud Senecam, Suetonium *in Augusto cap. 94.*

IV.

D. DE NUMMORUM APPELLATIONE A CAUSSA FINALI ET VSU.

Quarto & vltimo sunt aliquot appellationes pecuniæ, quæ in genere nummos significant, ratione caussæ finalis & vsus.

MONETA I.

I. Primum *moneta* vox latina a monendo dicta, apud Martialem, ab officio, fine, & vsu sumitur: nimirum quod signi impressione & inscriptione certi autoris, temporis, ponderis, precii, valoris, & aliarum rerum nos admoneat: ne qua fraus fiat. Ouid. *lib. 1. Fastorum* sic habet:

Æra dabant olim, melius nunc omen in auro est:
Victaq; concessit prisca moneta nouæ.

II. A voce *moneta* germanica vox Müntz/deriuatur: quemadmodum a dictione *Monetarius*, Müntzer. Apud Hesychium est μονητάριος τὸ κέρμα ἐργαζόμενος, hoc est, *Monetarius est, qui minutam monetam facit cuditq;.*

III. A moneta olim dicebantur *Monetales Triumuiri*, de quibus postea loco suo agetur: Item *Monetaria officina.*

IV. Moneta proba, adulterina, accisa & arrosa, &c.

χρήματα II.

I. Deinde χρήματα dicuntur pecuniæ ab vsu, commodo maxime idoneo, & vtilitate multiplici, ad rerum necessariarum comparationem: quæ appellatio tam late patet apud Græcos, atq; *pecuniæ* nomen apud Latinos.

II. Sunt χρήματα fortunæ, pecuniæ, & opes, quibus hominum bona & facultates continentur. Dicuntur enim χρήματα; κτήματα, χρήσιμα, ὑπάρχοντα, οὐσία, & ὠφελήματα, hoc est, Res omnes, quæ possidentur, quæ acquisitæ & partæ sunt: quæ in possessione & re familiari sunt vtiles & vsui: quæ emolumentum adferunt, vt est apud Xenophontem *in Oeconomico.*

III. Sic habet & Aristoteles *lib. 4. Ethic. Nicomach.* χρήματα δὲ λέγομεν πάντα, ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται hoc est, *Pecunias dicimus omnia, quorumcunq; precium nummo æstimatur.*

IV. Suidas idem confirmat, cum inquit: συνήθως μὲν οἵ τε ἰδιῶται καὶ οἱ ῥήτορες τῷ ὀνόματι τῶν χρημάτων, ἐπὶ νομίσματι χρῶνται ἀργυρίου καὶ χρυσίου, καὶ ἐπὶ τῆς ὅλης οὐσίας τὴν λέξιν ἔταξαν, hoc est, *Vsitate quidem & plebeii & oratores χρημάτων nomine de nummis argenteis & aureis vtuntur, & de vniuersa substantia hanc dictionem constituerunt.*

runt. A voce χρῆμα sunt ἐγχρήματοι, hoc est, pecuniosi, πολυχρήματοι, φιλοχρήματοι.

V. Hinc sunt phrases vsitatæ obseruandæ, χρήματα ποιεῖν apud Aristot: *de Rep.* Nummos parare.

VI. χρήματα αἰτεῖν, Thucyd. *histor. 1.* nummos poscere.

VII. χρημάτων κτῆσιν ποιεῖσθαι, Thuc. nummos acquirere.

VIII. χρήματα ἐκπράττειν, ἀναπράττειν, πράττεσθαι, Thucyd. *histor. 4. & 8.* Nummos cogere, exigere.

IX. χρήματα δημεύειν, Xenoph. *lib. 1.* ἑλληνικ. est bona publicare.

X. χρήματα ἀπογραψάσθαι apud Xenophont. *lib. 2. & 4.* ἑλληνικ: est reorum & damnatorum bona describere & obsignare: item, publicanda aut publicata bona annotare & obsignare.

XI. χρήμασι ζημιοῦν, & εἰς χρήματα ζημιοῦν, apud Dionys. Halicar. est pecuniis multare: quod idem est χρημάτων τιμήσασθαι, apud Thucyd.

XII. χρήμασι δυνατὸς, pecuniis opibusq; potens, apud Dionys. Halicar.

XIII. χρήμασιν ἀδύνατος Thucyd. *histor. 7.* est pecuniis opibusq; destitutus. Δεῖ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων, Demosth. *Olynth. 1.*

XIV. Anaxagoras ἐν τῷ περὶ βασιλείας dixit: χρήματα χαλεπὸν μὲν συναγείρασθαι. χαλεπώτερον δὲ φυλακὴν τούτοις περιθεῖναι, hoc est, *Pecunias difficile quidem est cumulare: difficilius vero custodiam his circundare:* & hoc apud Græcos celebre est: ὥσπερ ἐχῖνον λαβεῖν μὲν ῥᾴδιον, συνέχειν χαλεπὸν, οὕτω καὶ τὰ χρήματα, hoc est, *Quemadmodum Echinum capere quidem facile est: retinere vero difficile: ita & pecunias.*

XV. χρῆμα ἀργὸν Demostheni est pecunia, quæ non occupatur, nec exercetur, nec in nomina, aut prædiorum emptionem collocatur.

Κέρματα III.

I. Κέρμα, κέρματα, & per diminutionem κερμάτια apud Pollucem *lib. 6.* sunt exigui nummuli, qui sunt maioribus nummis commu-

mutandis idonei. Sic enim dicuntur ab vſu & fine nummuli minutiores.

II. Seneca κέρμα vocat minutiam æris.

III. Apud Iohannem Euangeliſtam eſt huius vocis vſus, cum inquit, de Ieſu loquens: καὶ τῶν κολυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα. hoc eſt, Et nummulariorum æs effudit, vt Eraſmus interpretatur: alii hic κέρμα nummulos exponunt.

IV. Euſtathius in 9. Iliad. κέρματα etiam denarios intelligit. Tribuit enim Talento χιλιάδες κερμάτων ἕξ, hoc eſt, Sex millia nummorum: qua de re infra *lib.3.*

V. Deducitur a verbo κείρω, quod eſt tondeo, incido, &c. Inde eſt verbum κερματίζειν, & κατακερματίζειν, quod præter alia ſignificat nummos *maiores minutis nummulis commutare*, permutare. Apud Suidam eſt: ἐξήγαγεν ἐκ τῆς ζώνης τοὺς χρυσοὺς δαρικοὺς κατακερματίσαι θέλων, καὶ διαλύσασθαι τῷ πανδοχεῖ, hoc eſt, Deprompſit e zona *aureos Daricos*, commutare volens, & hoſpiti perſoluere. Ariſtophanes *in Veſpis*:

Δραχμὴν μετ' ἐμοῦ πρώην λαβὼν
ἐλθὼν διεκερμάτιζε μ' ἐν τοῖς ἰχθύσι.

hoc eſt,

Drachmam cum mecum paulo ante accepiſſem
Veniens commutabat mihi inter piſces.

Apud Pollucem *eſt lib.9.* ex Ariſtophane: οὐδ' ἀργύριον τ' ἐστι κεκερματισμένον, hoc eſt, Neq; argenti quippiam eſt commutatum.

VI. Ακερμία inde eſt nummorum inopia apud eundem Pollucem.

Hæ ſunt præcipuæ appellationes, quæ pecuniam ſeu nummos in genere ſignificant: ſumptæ a quatuor cauſſis.

VII. Speciales vero nummorum nomenclaturæ nomina ſortiuntur vel a materia, vt æs, χαλκὸς, argenteus, ἀργυροῦς ἀργύριος, aureus: χρυσοῦς, χρυσὸς, vel a pondere, eiusq; partibus, vt *as, aſſis, libella, ſembella, ſextula, quadrans, teruncius, triens, ſextans, ſemiſſis, vncia*, δραχμὴ, & inde compoſita, &c. Vel a numero, vnde totum integratur, vt *denarius, ſeſtertius, quinarius*: vel a forma & typo, vt *victoriatus, bigatus, quadrigatus, ſerratus, bos*, γλαῦξ, *noctua*, ſeu *vlula*, κόρη, παρθένος,

νος, πῶλος, χελώνη, &c. Quæ cum multis aliis, quodq; suo loco, in toto opere explicabuntur.

DE

QVIBVSDAM REI

NVMMARIAE PHRASIBVS.

CAPVT IV.

PORro antequam ad nummi definitionem & diuisionem accedam, explicationi communium appellationum quasdam phrases, quæ ad rem nummariam pertinent, subiungam.

I. Aes, argentum, aurum publice signare, est apud Cic. *lib. 3. de legibus*, & *lib. 3. Epist. Famil.* Vnde æs, argentum, & aurum signatum dicitur, Geschlagen Müntz.

II. Aes, pecuniam, nummos cudere, est apud Terentium, Plautum, & Imp. *in l. Si quis C. de falsa moneta.*

III. Asses, nummum, pecuniam ferire, percutere, apud Plinium est *lib. 33. cap. 3.* Müntz schlagen. Nummus publica forma percussus, est apud Senecam & Suetonium *in Augusto Cæsare cap. 94.*

IV. Ex auro denarium signare, est apud Plinium *lib. 33.* Gülden schlagen.

V. Aureos nummos formare, apud Aelium Lampridium est.

VI. Eodem modo Græci dicunt χαλκὸν κόπτειν, apud Aristo. 2. *Oeconom.* & Plutarchum *in Theseo*, hoc est, æs cudere.

VII. χαλκὸν, ἄργυρον, χρυσὸν σημαίνειν, σημαίνεσθαι, ἐπισημαίνειν, ἐπισημήνασθαι, apud Aristot. 2. *Oeconom.* est signare æs, argentum, aurum.

VIII. Νόμισμα κόπτειν, κατακόπτειν, apud Herod. *Hist. 1. & 3.* hoc est, nummum cudere, percutere.

IX. χαρακτῆρα ἐπιβάλλειν, nummo formam addere, est apud Aristotelem *lib. 1. de Repub.*

X. χαρακτῆρα κόψαι, ἐπικόψαι, Aristot. 2. *Oecon. dixit*, hoc est, Charactere inscripto nummum percutere.

XI. Hinc eſt κακὸν κόμμα & πονηρὸν, apud Ariſtopha. *Pluto*, id eſt, typus nummi improbus. Homines viles, improbos, & velut rejiciendos vocat, idem κακοῦ κόμματος, hoc eſt, improbæ, reiectæq; notæ, in Pluto & alibi paſſim : Καινὸν κόμμα, eſt *in Ranis* Ariſtoph. de nouo nummo.

XII. Νόμισμα τυπῶσαι, ἐντυπῶσαι, ἐντυπώσασθαι, apud Pollucem *lib.3.* hoc eſt, nummum ſignare addita nota, Ariſtoph. *in Equitibus* γλαῦξ ἐνετετύπωτο τῷ ἀττικῷ χρυσῷ νομίσματι, hoc eſt, *Noctua Attico aureo nummo inſcripta erat.*

XIII. Νόμισμα χαράττειν dixit Strabo *lib.3.* de Lugduno, Galliæ oppido loquens : καὶ τὸ νόμισμα χαράττουσιν ἐνταῦθα τό, τε ἀργυροῦν καὶ τὸ χρυσοῦν, hoc eſt, *Nummum ſignant ibi & argenteum & aureum*, ſ. Romani duces.

XIV. Apud Stephanum *de Vrbibus* in voce τένεδος eſt, ἐπὶ νομίσματος κεχαράχθαι, ἐν μὲν τῷ ἑτέρῳ μέρει πέλεκυν, hoc eſt, *In nummi vna quidem parte inſculptam eſſe ſecurim* : νόμισμα χαλκοῦν χαράττειν, nummum æreum ſignare, apud Homeri interpretem.

XV. Νομίσματι ἐγχαράττειν, apud Pol. *lib. 9.* nummo inſcribere : οἱ μιτυληναῖοι μὲν Σαπφὼ τῷ νομίσματι ἐνεχάραττον, hoc eſt, *Mitylenæi quidem Sappho nummo inſcribebant.* τῷ νομίσματι πρόσωπον δικέφαλον ἐγχαράττειν, apud Homeri interpretem, hoc eſt, *Nummo faciem bicipitem inſcribere.*

XVI. Νομίσματι βοῦν ἐπιχαράττειν, Plutarchus *in Publicola.* καὶ τῶν νομισμάτων τοῖς παλαιοτάτοις βοῦν ἐπεχάραττον, ἢ πρόβατον, ἢ σῦν, hoc eſt, *Et nummis antiquiſſimis bouem inſcribebant, aut ouem, aut ſuem*, βοῦν ἐκτυποῦν, hoc eſt, bouem exprimere, apud Euſtathium eſt, *in 2. Iliados Homeri.*

XVII. Νόμισμα γράφειν & ἐπιγράφειν, hoc eſt, nummum inſcribere & ſignare : quod inſcriptionem potiſſ. reſpicit. Nam Principum, Magiſtratuum, & Ciuitatum, a quibus nummi cuduntur, inſignia, emblemata, & nomina vna cum imaginibus ideo inſcribuntur, vt quis, & vbi nummum percuſſerit, certo conſtet. Quam inſcribendi rationem publica tum vtilitas & neceſſitas, ne qua fraus fiat, excogitauit : tum vt de pondere & valore certo conſtet : tum vt adulteratorum peruerſitati occurratur : Heſych. ἐπιγράψειν exponit ἐπιχάραξειν.

XVIII.

XVIII. Aeram Grammatici eſſe volunt numeri notam, monetæ inſcriptam, quæ, quid nummus valeat, indicaret: & adducunt Lucilium, cùm inquit; Hæc eſt ratio peruerſa, æra numeri ſubacta improbe.

XIX. Apud Suidam eſt: γνῶθι σεαυτὸν, καὶ τὸ νόμισμα παραχάραξον, hoc eſt, *Noſce te ipſum, & nummum adulterato*: eſt præceptum Delphicum, non iubens nummum adulterare: ſed ſi in alterutro ſit peccandum, potius nummum quam veritatem eſſe violandam monet.

Hæ & ſimiles phraſes ex probatis vtriusq; linguæ autoribus vetuſtis ſedulo ſunt colligendæ, vt res nummaria augeatur. Ex his autem & antea quædam allata ſunt.

DE

NVMMI DEFINITIONE,

QVID SIT, ET CVR INVENTVS?

CAPVT. V.

I.

OMnia rei nummariæ vocabula ſunt τῶν πρός τι, hoc eſt, Relatiua: & ad prædicamentum Relationis pertinent: quod præter materiam & ſubſtantiam, vnde nummi cuduntur, ad alia quoq; referuntur. Eſt itaq; in nummis obſeruandum, quodnam eorum ſit fundamentum, & quis terminus.

II. Ac Fundamentum quidem eſt, quod nummis autoritate aut Principis, aut Magiſtratus, aut Ciuitatis, aut Populi, in aliquo metallo ſeu materia ſit impreſſa forma publica cum inſcriptione, certo pondere, magnitudine, valore, & æſtimatione. Nam vt de certo valore conſtet, iuſtum & æquabile pondus in nummo requiritur.

III. Terminus vero eſt, quod nummi ſint ordinati & conſtituti, vt his quælibet res certo precio æſtimentur ac commutentur.

IV. Hinc nummi definitio breuior quidem extat apud Suidam hoc modo: νόμισμα τὸ κόμμα τοῦ τετυπωμένου χαλκοῦ, hoc eſt, *Nummus eſt nota expreſſa ſignati æris.* Et Ariſtophanis interpres ſic habet:

habet: νόμισμα τὸ τύμμα τῦ τετυπωμένυ χαλκῦ ἢ χρυσῦ, hoc est, *Nummus est nota percussa signati æris aut auri.*

V. Plenior vero definitio ex caussis hoc modo extrui potest: *Nummus est vel æs, vel argentum, vel aurum, vel stannum, vel ferrum, &c. legitimi magistratus autoritate, publica forma, eaq́ fere rotunda, signatum inscriptumq́, & certa magnitudine, debito, iustoq́ pondere, vt de valore ac precio constet, percussum, vt publica perpetuaq́ æstimatione permutationum difficultatibus æqualitate quantitatis subueniat: & rerum inæqualium precia ad æqualitatem reuocet, exigatq́.* Quæ definitio est caussalis, & colligitur partim ex *tit. ff. de contrahenda Emptione*, partim ex Aristot. & aliis.

VI. Sumunt autem nummi e substantia quidem materiam, vt dictum est: ex Quantitate vero magnitudinem & pondus, τὸ μέγεθος καὶ σταθμὸν, vt Aristoteles vocat. Sic *Genes. 43.* est, ἀργύριον ἐν σταθμῷ, hoc est, argentum seu pecunia in pondere. Sed ex Qualitate nummi sumunt formam seu typum, hoc est, expressam effigiem, notam, & figuram.

Hæc enim tria, nimirum materia, pondus, & figura in nummo requiruntur, vt & Isidorus *lib. 16. cap. 17. Etymol.* testatur.

VII. Solent autem Principum, Ciuitatum, & Regnorum imagines & insignia, velut emblemata, nummis inscribi, insculpi, ac imprimi, tum propter certitudinem, vt magnitudinis & ponderis sit nota, teste Aristotele: tum vt adulterantium fraudes reprimantur.

Inde est apud Matthæum Euangelistam *cap. 22.* item apud Marcum *cap. 12.* εἰκὼν καὶ ἐπιγραφὴ, hoc est, *imago & inscriptio.*

VIII. Aristoteles *lib 4. Ethicorum Nicomach.* rotundius sic finit: νόμισμα, ᾧ χρήματα πάντα, ὅσων ἡ ἀξία μετρεῖται, hoc est, *Nummus est, quo res omnes, quarumcunq́ precium est, æstimantur.* In verbo μετρεῖται est metaphora a ponderibus & mensuris sumpta. Est enim nummus velut communis quædam mensura ac regula, ad quam res omnes exigantur.

IX. Georgius vero Agricola sic finit: *Moneta est bractea aurea, vel argentea, vel ærea, vel orichalcea, vel plumbea, vel deniq́ ferrea, in rotundam plerunq́, vel quadratam figuram formata: & iussu Regis aut Principis, aut Ciuitatis, &c. publice signata.*

NVM-

NVMMVS CVR INVENTVS?

X. Inuentus est nummus non solum gratia necessitatis, indigentiæ, & inopiæ: sed & insignis vtilitatis & commoditatis caussa. Nam, cum res omnes, quarum commutationem quotidianus vsus, & priuatus & publicus, postulat, commode permutari nequeant, inuentus est nummus, certa magnitudine, iusto, debitoque pondere, & perpetua æstimatione ac valore percussus ac signatus, vt inopiæ in permutationibus subueniat, & contrahentes commoda facilitate in commerciis expediat. Fieri enim non potest, quin aliqui in variarum rerum permutationibus, nisi nummus interuenerit, defraudentur, & simpliciores a callidioribus circumueniantur. Quæ vt melius intelligantur, Aristotelis & Platonis de nummi vsu testimonia quædam, quod ad præsens institutum attinet, adscribam.

XI. Ac Aristotelis quidem *libro 5. Ethicorum ad Nicomachum cap. 5.* verba græca cum mea interpretatione latina ponam.

Διὸ πάντα συμβλητὰ δεῖ πως εἶναι, ὧν ἐστιν ἀλλαγή. ἐφ' ὃ τὸ νόμισμα ἐλήλυθε· καὶ γίνεταί πως μέσον, πάντα γὰρ μετρεῖ.

Hoc est, *Itaque omnia, quorum est commutatio, talia esse oportet, vt quodammodo inter se comparari possint*: ob quam caussam nummus in vsum venit: qui, quoniam omnia metitur, est quodammodo medium. & mox:

Δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον. τοῦτο δ' ἐστὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία, ἣ πάντα συνέχει. εἰ γὰρ μηθὲν δέοιντο, ἢ μὴ ὁμοίως, ἢ οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ, ἢ οὐχ ἡ αὐτή. οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην. καὶ διὰ τοῦτο τοὔνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστί. καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβάλλειν, καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον.

Hoc est, *Proinde omnia vna re aliqua æstimari oportet, vt dictum est antea. Ea autem reuera quidem est indigentia, quæ omnia continet. Nam si nullius (homines) egerent: aut non simili modo, aut nulla futura esset commutatio, aut non eadem. Nummus autem inopiæ indigentiæq; velut succedaneum quoddam ex instituto constitutus est. Et propterea nummus nomen habet, quod non a natura, sed a lege existit. Et in nobis situm est, vt mutemus, & inutilem reddamus.*

F Ibi-

Ibidem mox ſubiungitur.

Τὸ νόμισμα οἷον ἐγγυητής ἐστιν ἡμῖν. δεῖ γὰρ τοῦτο φέροντι εἶναι λαβεῖν. πάσχει μὲν οὖν καὶ τοῦτο τὸ αὐτό. οὐ γὰρ ἀεὶ ἴσον δύναται, ὅμως δὲ βούλεται μένειν μᾶλλον. διὸ δεῖ πάντα τετιμῆσθαι. οὕτω γὰρ ἀεὶ ἔσται ἀλλαγή. εἰ δὲ τοῦτο, κοινωνία. τὸ δὴ νόμισμα ὥσπερ μέτρον σύμμετρα ποιῆσαν ἰσάζει. οὔτε γὰρ ἂν μὴ οὔσης ἀλλαγῆς κοινωνία ἦν, οὔτ' ἀλλαγὴ, ἰσότητος μὴ οὔσης. οὔτ' ἰσότης μὴ οὔσης συμμετρίας. τῇ μὲν οὖν ἀληθείᾳ ἀδύνατον τὰ τοσοῦτον διαφέροντα, σύμμετρα γενέσθαι. πρὸς δὲ τὴν χρείαν ἐνδέχεται ἱκανῶς. ἓν δή τι δεῖ εἶναι, τοῦτο δὲ ἐξ ὑποθέσεως. διὸ νόμισμα καλεῖται. τοῦτο γὰρ πάντα ποιεῖ σύμμετρα. μετρεῖται γὰρ πάντα νομίσματι, &c.

Hoc eſt, *Nummus velut fideiuſſor nobis eſt. Aequum enim eſt, vt ei, qui hunc adfert, accipere liceat. Obtinet itaq. & hoc ipſum. Non enim ſemper par poteſt: Veruntamen manere mauult. Quocirca omnium certa precia conſtituta eſſe oportet. Hoc enim modo perpetua futura eſt commutatio: quæ ſi eſt, ſocietas communioq; eſt.*

Nummus itaq;, ceu menſura, res inter ſe dimenſus, apte exæquat. Neq; enim niſi commutatio ſit, ſocietas communioq; eſſe poteſt: neq; commutatio, niſi ſit æqualitas: neq; æqualitas, niſi ſit quædam velut commenſuratio & paritas q;. Ac reuera quidem fieri non poteſt, vt ea, quæ tantum inter ſe differunt, paria fiant: ad vſum vero neceſſarium commode poſſunt. Vnum itaq; aliquid eſſe oportet, id vero ex hypotheſi: quocirca nummus vocatur: hic enim omnia paria facit: æſtimantur enim omnia nummo.

Ibidem *lib. 1. cap. 6. de Rep.* ſic ait:

Ξενικωτέρας γὰρ γενομένης τῆς βοηθείας τῷ εἰσάγεσθαι, ὧν ἐνδεεῖς, καὶ ἐκπέμπειν, ὧν ἐπλεόναζον, ἐξ ἀνάγκης ἡ τοῦ νομίσματος ἐπορίσθη χρῆσις. οὐ γὰρ εὐβάστακτον ἕκαστον τῶν κατὰ φύσιν ἀναγκαίων. διὸ πρὸς τὰς ἀλλαγὰς τοιοῦτόν τι συνέθεντο πρὸς σφᾶς αὐτοὺς διδόναι, καὶ λαμβάνειν, ὃ τῶν χρησίμων αὐτὸ ὄν, εἶχε τὴν χρείαν εὐμεταχείριστον πρὸς τὸ ζῆν, οἷον σίδηρος, καὶ ἄργυρος, καὶ εἴτε τοιοῦτον ἕτερον, τὸ μὲν πρῶτον ἁπλῶς ὁρισθὲν μεγέθει καὶ σταθμῷ. τὸ δὲ τελευταῖον καὶ χαρακτῆρα ἐπιβαλλόντων, ἵνα ἀπολύσῃ τῆς μετρήσεως αὐτούς. ὁ γὰρ χαρακτὴρ ἐτέθη τοῦ ποσοῦ σημεῖον. πορισθέντος οὖν ἤδη νομίσματος ἐκ τῆς ἀναγκαίας ἀλλαγῆς, θάτερον εἶδος τῆς χρηματιστικῆς ἐγένετο τὸ καπηλικόν. τὸ μὲν γὰρ

πρῶτον

πρῶτον ἁπλῶς ἴσως γινόμενον, εἶτα δι' ἐμπειρίας ἤδη τεχνικώτερον, πόθεν καὶ πῶς μεταβαλλόμενον πλεῖστον ποιήσει κέρδος. Διὸ δοκεῖ ἡ χρηματιστικὴ μάλιστα περὶ τὸ νόμισμα εἶναι. καὶ ἔργον αὐτῆς, τὸ δύνασθαι θεωρῆσαι, πόθεν ἔσται πλῆθος χρημάτων. ποιητικὴ γὰρ εἶναι τοῦ πλούτου καὶ χρημάτων. καὶ γὰρ τὸν πλοῦτον πολλάκις τιθέασι νομίσματος πλῆθος, διὰ τὸ περὶ τοῦτ' εἶναι τὴν χρηματιστικὴν καὶ τὴν καπηλικήν. ὁτὲ δὲ πάλιν, λῆρος εἶναι δοκεῖ τὸ νόμισμα, καὶ νόμος παντάπασι. φύσει δ' οὐθέν, ὅτι μεταθεμένων τε τῶν χρωμένων, οὐθενὸς ἄξιον, οὔτε χρήσιμον πρὸς οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων ἐστί, καὶ νομίσματος πλουτῶν, πολλάκις ἀπορήσει τῆς ἀναγκαίας τροφῆς.

Hoc est, *Nam cum externum auxilium expeteretur iis rebus, quibus egebant, importandis, & quibus abundabant, exportandis, necessario nummi usus comparatus est. Non enim facile est, ut, quae secundum naturam necessaria sunt, deferantur. Quocirca ad commutationes huiusmodi aliquid dare & accipere inter sese pacti sunt: quod, cum id in rebus utilibus esset, usum ad vitam accommodatum haberet, ut est ferrum, & argentum, & si quid est eiusmodi aliud: Primum quidem quod omnino magnitudine & pondere finitum: tandem vero & forma impressa, ut eos a dimensione liberaret. Forma enim quantitatis nota constituta est. Cum igitur nummus necessariae commutationis causa iam comparatus esset: alia species quaerendae pecuniae, quae est cauponaria, secuta est, Nam quod primum quidem simpliciter fortassis factum est: deinde per exercitationem iam maior iam ars accessit. Unde etiam quodam modo commutandis rebus plurimum lucri facturus esset. Quocirca ars quaerendi pecunias in nummo potissimum versari videtur: & eius officium esse, posse perspicere, unde pecuniarum copia futura sit. Nam opum & pecuniarum efficiens esse videtur. Etenim opes saepe ponunt nummorum copiam: propterea quod ratio pecuniae quaerendae & cauponaria in his versetur. Aliquando vero contra nugamentum esse videtur: & una lex omnino: natura autem nihil (esse) Quoniam si illi, qui utuntur, mutauerint, neq. ullius precii est, neque ad quicquam eorum, quae necessaria sunt, utilis est: & qui nummo abundat, saepe necessario victu destituetur.*

Et mox:

τὸ γὰρ νόμισμα στοιχεῖον καὶ πέρας τῆς ἀλλαγῆς ἐστι, &c.

Hoc est: *Nam nummus commutationis initium & finis est.*

Haec sunt Aristotelis de nummi usu illustria testimonia.

XII. Iam vero audiamus & Platonem: cuius hæc sunt verba *lib. 5. de Legibus.* πρὸς τούτοις δ' ἔτι, νόμος ἕπεται πᾶσι τούτοις, μηδ' ἐξεῖναι χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον κεκτῆσθαι μηδένα μηδενὶ ἰδιώτῃ.

Hoc est: *Ad hæc vero iam lex sequitur hæc omnia: Nulli priuato licere, neque auri neque argenti quicquam possidere.*

Νόμισμα δὲ ἕνεκα ἀλλαγῆς, τῆς καθ' ἡμέραν, ἣν δημιουργοῖς τε ἀλλάττεσθαι σχεδὸν ἀναγκαῖον, καὶ πᾶσιν ὁπόσων χρεία τῶν τοιούτων, μισθοὺς μισθωτοῖς δούλοις καὶ ἐποίκοις ἀποτίνειν ὧν ἕνεκα φαμὲν τὸ νόμισμα κτητέον· αὐτοῖς μὲν ἔντιμον, τοῖς δὲ ἄλλοις ἀνθρώποις ἀδόκιμον. κοινὸν δ' ἑλληνικὸν νόμισμα, ἕνεκά τε στρατειῶν καὶ ἀποδημιῶν εἰς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, οἷον πρεσβειῶν, ἢ καί τινος ἀναγκαίας ἄλλης τῇ πόλει νομισμα ἑλληνικόν. ἰδιώτῃ δ' ἂν ἄρα ποτὲ ἀνάγκη γίγνηται ἀποδημεῖν, παραιτησάμενος μὲν τοὺς ἄρχοντας, ἀποδημείτω. νόμισμα δ' ἄν ποθεν ἔχων ξενικὸν οἴκαδε ἀφίκηται περιγενόμενον, τῇ πόλει αὐτὸ καταβαλλέτω, πρὸς λόγον ἀπολαμβάνων τὸ ἐπιχώριον. ἰδιούμενος δ' ἄν τις φαίνηται δημόσιόν τε γιγνέσθω, καὶ ὁ ξυνειδὼς, καὶ μὴ φράζων, ἀρᾷ καὶ ὀνείδει μετὰ τοῦ ἀγαγόντος, ἔνοχος ἔστω, καὶ ζημίᾳ πρὸς τούτοις μὴ ἐλάττονι τοῦ ξενικοῦ κομισθέντος νομίσματος.

Hoc est: *Nummus vero quotidianæ commutationis caussa, qua & artifices commutant, propemodum necessarius est: & omnes, quotquot huiusmodi opus est, vt mercenariis, seruis, & aduenis mercedem soluant: quorum gratia nummum possidere concedimus: vt ipsi quidem in pretio habeant: alii vero homines reprobent. Communem vero græcum nummum gratia tum expeditionum bellicarum, tum ad alios homines profectionum, vt legationum, aut etiam alicuius alius rei, necessariæ Reip. nummum græcum. Priuato vero si quando necesse sit peregrinari: vt, vbi magistratus exorauerit, peregre proficiscatur. Sin vero nummum forte externum domum reuersus reliquum habeat, Reip. eum deponat, patrium recipiens pro ratione. Si quis vero in priuatum vsum vertere videatur, publicetur: & qui conscius est, & non indicat, maledicto & probro vna cum eo, qui inuexit, obnoxius sit: & adhæc non minore pœna atque is, qui externum nummum importauit, afficiatur.*

Idem *lib. 8. de Legib.* sic ait:

ἀλλάττεσθαι νόμισμάτι χρημάτων, καὶ χρήματα νομίσματος.

Hoc est: *Commutari nummum rebus & res nummo.*

Apud

Apud eandem est 2. *de Rep.*

ἀγορὰ δὴ ἡμῖν, καὶ νόμισμα ξύμβολον τῆς ἀλλαγῆς ἕνεκα γενήσεται ἐκ τούτου;

Hoc est: *Forum sane nobis, & nummus symbolum commutationis gratia ex hoc instituetur?*

Hæc illustria summorum Philosophorum de nummi vsu, vtilitate, & necessitate testimonia, in gratiam studiosorum adferre placuit.

DE
PERMVTATIONE.
CAPVT VI.

I.

PORRO vtranq;, & permutationem, qua res rebus commutantur, & emptionem, qua res nummo comparantur, Troianis temporibus in vsu fuisse, testatur Homerus *Iliad* 7. his versibus:

> νῆες δ' ἐκ Λήμνοιο παρέστασαν οἶνον ἄγουσαι,
> ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
> ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
> ἄλλοι δὴ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν,
> ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσιν.

Hos versus Budæus in prioribus annotationibus *inff.* sic latine reddit:

> *Affuit ex Lemno ratib. tum copia vini,*
> *Cæsarie insignes redimunt hinc vina Pelasgi:*
> *Pars dedit æs nitidum, ferrum, pars altera bobus*
> *Tergora diripiens hic protulit, ille agit ipsos*
> *Ad naues tauros, hic bello corpora capta.*

II. Cuius loci Homerici *Plin. lib.* 33. *cap.* 1. his verbis meminit: Quantum feliciore æuo, cum res ipsæ permutabantur inter se: sicut & Troianis temporibus factitatum, Homero teste, credi conuenit. Ita enim, vt opinor, commercia victus gratia inuenta, alios coriis boum, alios ferro, captiuisq; rebus emptitasse tradit: quan-

quam & ipſe miratus aurum æſtimationes rerum ita fecit, vt centum boum arma aurea permutaſſe Glaucum diceret cum Diomedis armis nouem boum.

III. Alter Homeri locus, cuius Plinius meminit, extat *lib. 6. Iliad.*

ἔνθ' αὖτε γλαύκῳ κρονίδης φρένας ἐξέλετο ζεύς,
ὃς πρὸς τυδείδην διομήδεα τεύχε' ἄμειβε
χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Budæus ſic conuertit latine :

Iuppiter eripuit mire hic præcordia Glauco :
Qui cum Tydide demens crepitantia mutat
Arma, ſubæratis auro viſenda corüſco.

IV. In his Homeri verbis Sabinus & Caſſius Iureconſulti emptionem & venditionem eſſe putant. Sed Nerua & Proculus permutationem, non emptionem hoc eſſe. Quam ſententiam Paulus veriorem eſſe cenſet : quòd,vt aliud eſt vendere,aliud emere, alius emptor, alius venditor, ſic aliud ſit precium, aliud merx : quod in permutatione diſcerni non poteſt ; neq; vter emptor, nec vter venditor ſit.

V. Iuſtinianus quoq; in *Inſtitutionib. de Emptione & Venditione* ſententiam Proculi, dicentis permutationem eſſe propriam ſpeciem contractus, a venditione ſeparatam, merito præualuiſſe aſſerit.

VI. Emptionis vero, qua res nummo comparantur, exemplum extat apud eundem Homerum *Odyſſ. ι* :

τήν ποτε λαέρτης πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσι
πρωθήβην ἔτ' ἐοῦσαν. ἐεικοσάβοια δ' ἔδωκεν.

Hoc eſt : *Hanc olim Laertes emit facultatibus ſuis,*
Iuuencula cum adhuc eſſet . viginti enim boues dedit.

Sic enim ad verbum transferre placuit.

Extat aliud emptionis exemplum apud eundem Poetam *Odyſſ. ξ.* de Eumæo Subulco, qui μεσαύλιον emit ſeruum abſente Vlyſſe, ſic enim ait :

ὅν ῥα συβώτης
αὐτὸς κτήσατο οἶος ἀποιχομένοιο ἄνακτος,
πὰρ δ' ἄρα μιν ταφίων πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσιν.

Hoc

Hoc est: *Quem Sibulus*

Ipse comparauit sibi peregre absente Rege,
A Taphiis famellum emit facultatibus suis.

VII. Et Vlpianus permutationem ab emptione distinguit, cum inquit: Emptorem eum accipere debemus, qui precio emit: sed si permutatum erit, dicendum est, vtrumq; emptoris & venditoris loco haberi *l.19.ff.de Aedilitio edicto.*

DE

VARIA NVMMI DIVISIONE.

CAPUT VII.

I. RATIONE MATERIAE.

I.

NUmmi definitionem eiusdem diuisio iusto ordine sequitur: quæ varia institui potest iuxta locos dialecticos. Nam primum quidem nummi diuiduntur ratione materiæ seu substantiæ, vnde cuduntur. Alii enim sunt ærei, alii argentei, alii aurei, alii ferrei, alii Orichalcei, alii plumbei, alii scortei, alii testacei, alii corticei, &c.

II. Deinde ex materiæ mixtura & temperatura vocantur *nummi suberati*, νομίσματα ὑπόχαλκα. Suidas refert χαλκοῦν λέγεσθαι τὸ κακὸν νόμισμα τὸ χρυσοῦν, hoc est, *Aereum dici malum nummum aureum.* Et apud Hesychium est νόμισμα χαλκόκρας & χαλκόκρατον, hoc est, *Nummus ære mixtus.* Dionysius Poeta & Orator χαλκοῦς dici cœpit, quòd, vt æreis nummis vterentur, Atheniensibus autor ac suasor fuisset, vt est apud Athenæum *lib. vltimo.*

III. Etsi vero nummi probati ex triplici potiss. materia, quippe ære, argento, & auro, horumq; iusta temperatura, omnibus fere seculis percussi sunt: nihilominus tamen ex alia quoq; materia nummum [illegible] percussum esse, certum est.

NVMMI FERREI. I.

IV. Nam & Lycurgus apud Lacedæmonios primum monetam omnem, auream & argenteam, antiquauit, soli ferro, vi eius aceto he-

to hebetata, autoritatem tribuit, vt est apud Plutarchum *in Lycurgo*, cum inquit: πρῶτον μὲν ἀποκυρώσας πᾶν νόμισμα χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν, μόνῳ χρῆσθαι τῷ σιδήρῳ προσέταξεν. καὶ τούτῳ δὲ ἀπὸ πολλοῦ σταθμοῦ καὶ ὄγκου δύναμιν ὀλίγην ἔδωκεν, ὥστε δέκα μνῶν ἀμοιβὴν ἀποθήκης τε μεγάλης ἐν οἰκίᾳ δεῖσθαι, καὶ ζεύγους ἄγοντος.

& mox:

ὄξει (ὡς λέγεται γὰρ) διάπυρον σίδηρον τὸ στόμωμα κατασβέσας, ἀφείλετο τὴν εἰς τ' ἄλλα χρείαν καὶ δύναμιν, ἀδρανοῦς καὶ δυσέργου γενομένου.

Hoc est: *Primum quidem, cum omnem nummum, aureum & argentum, abrogasset, solo ferro uti praecepit. Huic vero ingentis ponderis & molis exiguum precium statuit, vt decem minarum commutatio & amplum armarium in domo, & plaustrum, quo veheretur, desideraret.* Et mox: *Aceto* (sic enim dicitur) *candentis ferri acie restincta, vsum & facultatem, ad alia vtilem, abstulit, cum imbecille & inutile factum esset.* Idem repetit idem Plutarchus *in Lysandro.* Hic nummus ferreus Spartanus in prouerbium abiit, de re conatus quidem magni, emolumenti vero propemodum nullius: cuius & Pollux *lib.9.* meminit. Lycurgum ideo ferreum nummum instituisse traditur, vt plæraq; genera malorum facinorum e sua Rep. eijceret: quod nemo velit aliquid furari, alios donis corrumpere, fidem depositi fallere, aliena rapere, cum hæc facile occultari nequeant.

V. Deinde fuit & Byzantiorum nummus ferreus, vt idem Pollux testis est ibidem. Sic quoq; est apud Aristophanis interpretem *in Nebulas*: ἐδόκει τὸ τῶν Βυζαντίων νόμισμα, εἶναι ἄχρηστον πάντων καὶ φαυλότατον, ὅτι σιδηροῦν ὑπάρχον. Hoc est: *Videbatur Byzantiorum nummus omnium esse minimus & vilissimus*: quippe cum ferreus esset.

Plato Comicus *in Pisandro* ait:

χαλεπῶς ἂν οἰκήσαιμεν ἐν Βυζαντίοις.
ὅπου σιδαρέοισιν τοῖς νομίσμασι
χρῶνται, hoc est:
Difficulter Byzantiis habitassemus,
Vbi ferreis nummis nunc
Vtuntur. Sic quoq; est apud Suidam; λεπτῷ δὲ νομίσματι ἐχρῶντο οἱ Βυζάντιοι: Hoc est: *Exiguo nummo vtebantur Byzantii.*

He-

Hesychius in voce σιδάρεοι : ἐν τῷ λεπτῷ νομίσματι, ᾧ σιδηρῷ καὶ ἐλαχίστῳ ἐχρῶντο βυζάντιοι, hoc est ; *In exiguo nummo, quo ferreo & minimo vtebantur Byzantii.*

VI. Adhæc Clazomenii nummum ferreum percusserunt XX. talentorum, vt est apud Aristot. *lib.2. Oeconom.*

NVMMI ORICHALCEI II.

VII. Et ex Orichalco nummos apud veteres in vsu fuisse, Plautus *in Milite* innuit, hoc versu:

Credo treis mihi homines orichalco ita emptos istis moribus.

Ratiocinatores hodie vsurpant nummos orichalceos partim signatos partim non signatos.

NVMMI STANNEI III.

VIII. Stanneus nummus aliquando quoq; olim in vsu fuit. Nam Dionysius Syracusanus, argento destitutus, e stanno nummum percussit: &, vt pro argenteo haberetur, edixit: quæ historia extat apud Aristotelem *lib.2. Oeconom.* Julius Pollux *lib.9.* huiusmodi nummum stanneum quatuor drachmas Atticas, quæ Vallensis Joach. semissem faciunt, pro vna valuisse refert.

IX. Nigritæ Libyæ populi e plumbo candido nummos signant, quos Maiulias nominant. Similiter habitatores insulæ Taprobanes.

X. Plumbeus nummus in prouerbium vilitatis abiit apud veteres: & de minima vilissimaq; pecunia hyperbole prouerbiali vsurpatur. Plautus in *Trinummo* ait:

Cui, si capitis reus sit, nummum nunq; credam plumbeum.

Idem *in Casina*:

Cui homini hodie peculi nummus non est plumbeus.

Idem in *Mostellaria*:

Tace sis faber, qui cudere soles plumbeos nummos.

Erasmus *Chil.5.1.9.* testatur, Angliam adhuc hodie nosse nummos plumbeos. Consule eundem *Chil.3.7.52.*

DE NVMMIS SCORT. IV.

XI. Porro non ſolum e metallo,ſed ex alia quoq; materia,vt e corio ſeu loro ſcorteos ſeu coriaceos ſeu loreos nummos aliquando in vſu fuiſſe ex Platonis dialogo *Eryxia*,qui eſt de Diuitiis, ſatis conſtat. Sic enim ait : αὐτίκα γὰρ οὗτοι Καρχηδόνιοι νομίσματι χρῶνται τοιῷδε. ἐν δερματίῳ μικρῷ ἀποδέδεται, ὅσον τε στατῆρος τὸ μέγεθος μάλιστα, ὅ,τι δὲ ἐστὶ τὸ ἐναποδεδεμένον, οὐδεὶς γινώσκει, εἰ μὴ οἱ ποιοῦντες, εἶτα κατεσφραγισμένῳ τούτῳ νομίζουσι. καὶ ὁ πλεῖστα τοιαῦτα κεκτημένος, οὗτος πλεῖστα δοκεῖ χρήματα κεκτῆσθαι καὶ πλουσιώτατος εἶναι, Hoc eſt : *Mox enim hi Carthaginenſes nummo huiuſmodi vtuntur. In pellicula exigua illigatum eſt, quanta eſt ſtateris amplitudo maxime : quid vero illigatum ſit, nemo ſcit, niſi qui faciunt. Deinde hoc obſignato pro nummo vtuntur. Et qui huiuſmodi nummos plurimos poſſidet, is plurimas pecunias poſſidere,& ditiſſimus eſſe videtur.* Meminit ſcortei nummi & Suidas in voce ἀσσάρια : quod ante Numam Regem Ro. nummis σκυτίνοις, hoc eſt, ſcorteis vſi eſſent.

XII. Fridericus Aenobarbus, cum graue & diuturnum cum Italis bellum gereret,& vrbem Victoriam conderet, atq; argenti auriq; inopia laboraret,corium ſua imagine clauiculis argenteis inſertis ſignaſſe,aurei nummi valore,& militi ſtipendium perſoluiſſe, dicitur : ſe illud totum, quicquid eſſet,primo quoq; tempore auro & argento redempturum pollicitus : & id feciſſe Annales tradunt. Scortei nummi & D.Hieronymus meminit.

XIII. Eodem modo Timotheus Athenienſis nummum ex ære percuſſum militibus pro argento dedit, argento eundem mox commutaturus, vt Ariſtoteles *libro 2.Oeconom.* refert.

TESTACEI V.

XIV. Ὀστρακίνων,hoc eſt, teſtaceorum nummorum vſum ante Numam fuiſſe,teſtis eſt Suidas in voce ἀσσάρια.

CORTICEI VI.

XV. Cham,Tartarorum Rex, in ciuitate Combali monetam cudit de interioribus mori corticibus. Et omnes lapides precioſos,

aurum &argentum Rex a mercatoribus accipit, eisq; illorum vice ſuam monetam rependit.

EX ASTRAGALIS VII.

XVI. Diogenes ἀστραγάλους, hoc eſt, talos nummos eſſe, in ſua Rep.conſtituit, vt teſtatur Athenæus *lib.4.*

E SALE VIII.

XVII. Caniclæ regionis incolæ nummos ſale formant, vt teſtis eſt Paulus Venetus.

E CORALLIO IX.

XVIII. Et Corallio nummi loco Tebetini vtuntur.

E PAPYRO X.

XIX. Carhaini gens Inda, monetam in vſu habent papyraceam forma quadrata, regis imagine in ea expreſſa: qua vetuſtate obliterata, obſoletam cum recentius impreſſa in Regia commutant, Ioh.Aubanus *lib.2.cap.8.* de moribus gentium.

II. BONI, MALI A QVALITATE.

XX. Adhæc a materiæ qualitate, temperatura, & conditione nummus dicitur aut bonus aut malus: probus aut improbus & adulterinus. Quæ diuiſio extat apud Ciceronem *libro 3. de Officiis.*

XXI. Ac bonus quidem nummus eſt, qui legitima temperatura, iuſto pondere & magnitudine, typo Principis, vel Ciuitatis, &c. percuſſus & ſignatus eſt.

XXII. Is græce dicitur *νόμισμα γνήσιον, καθαρόν, ἀμιγὲς, ἀκέραιον, ἄδολον, ἀχάραττον, ἀκίβδηλον, ἀδιάφθορον, ἀνεπιβούλευτον, ὀρθῶς κόπτεν, κεκωδωνισμένον*, apud Pollucem *libro 9.* hoc eſt: *Nummus genuinus, quippe genuinum typum & effigiem præferens, purus, non mixtus, ſyncerus, doli expers, incorruptus, non adulteratus, integer, fraudis expers, recte percuſſus, tinniens ſeu tinnitu exploratus.* Vide & Ariſtophanis *Ranas.*

XXIII. Malus vero nummus est, qui a græcis dicitur νόμισμα κίβδηλον, hoc est, nummus adulterinus. Apud Aristophanem νόμισμα φαυλότατον, nummus vilissimus. κεκιβδηλευμένον, adulteratus, apud Pollucem *lib. 9.* Νομίσματα κίβδηλα dicuntur, de Chiis nummi adulterati, mutata χ in κ: quod Athenienses, bellum cum Chiis gerentes, eorum nummos, χ litera inscripta notatos, auersabantur. Vnde vsus inualuit, vt nummos fraude vitiatos, κιβδήλους appellent.

XXIV. Κίβδηλις metallorum excrementa, sordes & scoriam significat. Vnde est νόμισμα κιβδηλεύειν, hoc est, nummum adulterare, apud Aristotelem *lib. 9. Ethicorum.*

XXV. Dio, in Caracallæ regno fuisse, scribit νόμισμα κίβδηλον, τὸ μὲν ἐκ μολύβδου καταργυρούμενον, τὸ δὲ ἐκ χαλκοῦ καταχρυσούμενον, hoc est: Nummum adulterinum partim quidem e plumbo deargentatum, partim vero ex ære deauratum. Quibus autem modis nummi adulterentur, dicitur infra capite de nummi spectatoribus.

III A FORMA NVMMI.

XXVI. A caussa formali & specie nummus est signatus, græcis νόμισμα ἔντυπον, ἐπίσημον, νόμιμον, ἀκριβὲς, hoc est, *nummus insignitus, legitimus, exquisitus.*

XXVII. Contra νόμισμα ἄσημον non signatus, typo carens, κακὸν malus.

XXVIII. Κακὸν κόμμα, apud Aristoph. *Eccles.* κόμμα κάκιστον, & χάλκιον, hoc est, typus malus, typus pessimus, & æreus. Κόμμα enim non est nummus, vt Ludouicus Cælius putat *lib. 10. cap. 2.* sed potius typum, notam & formam respicit.

XXIX. A forma inscripta nummos nomina sortiri, dictum est ante, & postea in enumeratione nummorum innotescet.

XXX. Nummi fere rotunda forma cuduntur: aliquando tamen & alia cudi solent, licet raro. Quadrati nummi meminit Lucianus.

Oboli, quod initio oblongi cuderentur, instar veru, initio dicti sunt ὀβολοί Moschicus Princeps hodie nummos, & maiores & minores, forma quadrangula & oblonga cudere dicitur.

XXXI. Hæc autem nummi forma & species proba esse debet, alioqui nummus est improbus, vt est *l. 1. C. de vet. numm. potestate.*

XXXII.

XXXII. A caussa formali, quippe a typo, effigie, nota & imagine nummi quoq; appellationes sortiuntur: vt apud græcos dicitur βοῦς, hoc est, bos: κόρη, puella: παρθένος virgo: χελώνη, testudo: γλαῦξ, noctua, διώβολον, τετρώβολον, πῶλος, pullus, &c.

XXXIII. Apud Romanos est victoriatus, bigatus, quadrigatus, serratus, &c. de quibus singulis postea suo loco dicetur. De hac re dictum quoq; est paulo ante. Porro quem quæq; gens typum suo nummo inscripserit, postea *capite 8. huius* exponitur.

IV. A PONDERE.

XXXIV. Adhæc nullum fere pondus est, tam apud Græcos quam apud Latinos, quo non etiam vel nummus, vel certa quædam rei nummariæ summa significari soleat. Id autem pondus sit debitum, vt est *l. 1. C. de vet. num. potes.* Vnde a quantitate & pondere nummi sunt nunc drachmæ vnius, nunc duarum, nunc trium, nunc quatuor, &c. Græci vocant νομίσματα δραχμιαῖα, δίδραχμα, τρίδραχμα, τετράδραχμα, & per syncopen τέτραχμα.

XXXV. Τετράδραχμα sunt νομίσματα, nummi *semunciales* Ioachimici Vallenses hodie *vnciales*, hoc est, octo drachmarum cuduntur.

XXXVI. Aes, seu as, æreus nummus, olim erat quoq; libralis, vt est apud Plinium *lib. 33. cap. 3.* Assipondium quoque inde vocarunt.

XXXVII. Argenteos autem nummos aut aureos *librales* veteres raro apud autores reperias. Nam quod Tiberius Constantinus Imperator aureos quosdam librales percussit, quibus Hilpericum, Francorum Regem, donauit, vt Georgius Agricola refert, est ratum, & alias vix vsurpatum.

XXXVIII. Paulus Aemilius scribit hos nummos quinquaginta fuisse: quorum inscriptio in vna quidem parte cum Imp. imagine fuisse traditur, hæc: TIBERII CONSTANTINI PERPETVO AVGVSTI: in altera vero: GLORIA ROMANORVM.

XXXIX. Percussit quoq; aureos nummos ad bilibres vsq;, portentum naturæ, Heliogabalus Imp. sed hos eius successor Alexander Seuerus mox conflari iussit, vt est apud Aelium Lampridium.

XL. Porro quod pecuniam olim ponderarint, vel saltem certo pondere signarint, ex multis sane constat. Nam primum as ipse pondus quoq; significat, quod as libralis fuit, vt dictum est.

XLI. Deinde ab hac reexpensa in rationibus adhuc dicuntur, vt est apud Plinium *lib.33.cap.3.* item impendia, & dependere: quin & stipendiorum militum, hoc est, stipis ponderandæ pensatores, libripendes appellantur. Qua consuetudine in his emptionibus, quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Hæc Plinius.

XLII. Adhæc *στατὴρ, stater*, apud Græcos a verbo *ἱστάναι*, quod est appendere, deriuatur.

XLIII. Eodem modo apud Hebræos *Sekel, Siclus*, a verbo *sakal*, quod itidem appendit, librauit, significat, deducitur. Inde est *Zachar.11.* Appenderunt autem mercedem meam triginta argenteos: quod LXX. sic habent: *καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυροῦς.*

XLIV. Minime itaq; dubium est, quin olim pecuniæ summa e pondere haberetur, quemadmodum hodie apud nos nummi, certo tamen pondere percussi, adnumerantur.

V. A QVANTITATE.

XLV. Quinto ex relatione Quantitatis nummus est aut magnus, aut paruus, seu exiguus, seu minutus: Græcis est *νόμισμα μέγα ἢ λεπτὸν*, item *σμικρὸν*, & apud Aristophanis interpretem *ἐλάχιστοι* hoc est, minimum.

XLVI. *Drachma Aeginea* apud Pollucem dicitur *παχεῖα*, id est, crassa, ad differentiam *drachmæ Atticæ*, quæ dicitur *λεπτὴ*, id est, exilis, quippe *ἑξώβολος*, sex obolorum Atticorum.

XLVII. *Κέρματα*, & per diminutionem *κερμάτια*, sunt nummuli minuti, crassioribus nummis commutandis idonei. Vnde est verbum *κερματίζειν*, quod est in minuta diuidere. Et *κατακερματίσαι*, minutis nummis commutare, wechseln.

Apud Pollucem est *καταλλάττειν νόμισμα lib.7.* h.e. commutare nummum.

XLVIII. Quemadmodum *gerah* & *agorah* apud Hebræos, pro minutis nummis fere vsurpantur.

XLIX.

XLIX. Hoc modo posterior ætas nummos crassiores *Grossos* vsitate vocauit: voce quidem latina, sed qua in alia significatione veteres vsi sunt. *Grossi* enim latine dicuntur proprie fici antequam maturescunt: quos Græci ὄλυνθους appellant. Plinius *lib.13.cap.17.* Grossus eius non maturescit. Idem Plinius in fœminino vtitur, *lib.23.cap.7.* Crudæ grossi verrucas tollunt. Cor. Celsus vero *lib.5.* in masculino ponit: Grossi in aqua cocti. *Grossus* barbaris est *crassus*.

VI. AB EFFICIENTIBVS.

L. Sexto ab efficientibus dominantibus, qui nummos fieri iusserunt, sunt nummi Regii apud Suetonium *in Augusto cap.75.* Hinc nummus dicitur Alexandreus, Crœseus, Daricus, Philippeus, qui & Philippus apud Horatium appellatur. Sunt autem στατῆρες apud Pollucem *lib. 9.* Sic est, νόμισμα βερενίκιον, δημαρέτιον, πτολεμαϊκόν. Monarchæ enim Reges, Principes, Ciuitates, Resp. Populi αὐτοκράτορες, & illustres fœminæ solum ius habent cudendi nummum.

LI. Antiochus, Rex Syriæ, Simoni Iudæo idem ius cudendi nummum permittit. Sic enim est *lib.1.Machab.14.* Et permisi tibi, vt propria forma nummum ditioni tuæ facias.

LII. Ab efficientibus item est, nummus *adulterinus*: κίβδηλόν τε καὶ ἐπίσημον apud Pollucem *lib.9.* hoc est, Adulterinus & insignitus nummus. κίβδηλον dicitur quasi χίβδηλον: nimirum nummus adulterinus litera χ de Chio insula notatus. Consule Eustath. *in 3.lib. Odyss. Homeri.* Est quoq; νόμισμα κεκιβδηλευμένον pro eodem.

LIII. Νομίσματα κιβδηλεύειν apud Aristote. *lib 9. cap.3. Ethic. Nicomach.* est nummos adulterare: quod alias dicitur νόμισμα παραχαράττειν, hoc est, *illegitime sculpere*, signare, quod Modestino est *falsare*, νόμισμα κίβδηλον ὃ παράσημον ἐκαλεῖτο, Eustath. *in 11. Odyss.*

LIV. Apud Diogenem Laertium est *lib.6.* Diogenem, Icesii mensarii filium, pecuniam παραχαράξαι, hoc est, adulterasse, & falso adulterinoq; signo impresso signasse.

LV. Vnde dicitur παραχαράκτης, hoc est, nummorum *adulterator*: qui in Codice Theodosiano *tit. de falsa moneta* est *Paracharacta* terminatione latina.

LVI.

LVI. Moneta *falsa & adulterina* dicitur, *lib.9.C.tit.24.* quæ ab eo cuditur, cui potestas cudendi non est.

LVII. Autor huius dicitur *adulter* solidorum & nummorum.

LVIII. Porro quod nummi adulterati a nummulariis ita subsignarentur, vt eorum improbitas manifesta fieret, teste Suida, dicta sunt *νομίσματα παράτυπα, παρατετυπωμένα*, & Hesychio *παράσημα, τὰ τῶν νομισμάτων κίβδηλα, παρασεσημασμένα, παρακεχαραγμένα, παραγεγραμμένα.*

Aristophanes *in Acharnens*: figurate dixit; *παρακεκομμένα* pro adulteratis.

LIX. *l.24.ff.de pigno.act.* sunt nummi reprobi.

LX. Orator ignominia notatus, apud Demosthenem pro Ctesiphonte figurate dicitur *ῥήτωρ παράσημος.*

LXI. Qui monetam cudit, *monetarius* dicitur, græce *ἀργυροκόπος*. Officina monetaria est *ἀργυροκοπεῖον*, de quib. supra.

LXII. Sylla tempore belli Mithridatici Lucullo signandi nummi in Peloponeso negocium dedit: Vnde is nummus *Lucullens* diu dictus est, vt Plutarchus *in Lucullo* testatur.

VII. A NATIONE.

LXIII. Septimo a natione, gente & populo, nummus quoq; dicitur, *Græcus* & *Barbaricus*: Græcis est *νόμισμα ἑλληνικὸν & βαρβαρικόν*, apud Pollucem *lib.9.* Item nummus *Romanus, Italicus, Asiaticus, Persicus, Sardonicus, Iudaicus*, &c. apud Athenæum *lib.4.*

LXIV. Nummus *Græcus* rursus est, *Atticus, Spartanus, Aeginæus*, &c.

VIII. A LOCO.

LXV. Octauo a loco nummus dicitur *vernaculus*, qui & patrius dicitur apud Plutarch. *in Lysandro*, & *peregrinus*. Apud Tranquill. in Augusto est *externus*: græcis: *νόμισμα ἐπιχώριον & ξενικόν*, apud Platonem *lib.5.de Legib.* Herodotus *histor.3.* sic ait: Polycrates *ἐπιχώριον νόμισμα*, id est, patrium nummum, e plumbo percussum, inauratum Lacedæmoniis tradidisse fertur.

IX. AB

IX. AB VSV.

LXVI. Nono ab vſu & fine nummus dicitur *communis & proprius*, Græcis νόμισμα κοινὸν & ἴδιον, apud Platonem *libro 5. de Legibus*: δημόσια καὶ ἴδια νομίσματα, hoc eſt, publici & priuati ſeu proprii nummi, apud Ariſtoph.

LXVII. Νόμισμα φιλίας, hoc eſt, *nummum amicitiæ* Plutarchus *de Polyphilia* eſſe cenſet beneuolentiam & gratiam cum virtute coniunctam, quibus natura nihil habet rarius.

LXVIII. Huc referri poteſt *Siclus ſacer* ſeu ſanctuarii, *Leuitici 27.* vt cuius in templo fere vſus fuerit. Item *Siclus publicus, profanus*, ſeu vulgaris.

X. A TEMPORE.

LXIX. Decimo a tempore: Nummus eſt aut *nouus* aut *antiquus* ſeu vetus, apud Tranquill. *in Auguſto.* Græcis νόμισμα νέον ſeu καινὸν & ἀρχαῖον ſeu παλαιὸν, apud Suidam in voce χάλκια: & apud Ariſtophanem *in Ranis*, cum inquit:

πολλάκις γ' ἡμῖν ἔδοξεν ἡ πόλις πεπονθέναι
ταὐτὸν, ἔς τε τῶν πολιτῶν τοὺς καλούς κἀγαθοὺς,
εἰς τε τἀρχαῖον νόμισμα, καὶ τὸ καινὸν χρυσίον,
οὔτε γὰρ τούτοισιν οὖσιν οὐ κεκιβδηλευμένοις,
ἀλλὰ καλλίστοις ἁπάντων, ὡς δοκεῖ, νομισμάτων,
καὶ μόνοις ὀρθῶς κοπεῖσι καὶ κεκωδωνισμένοις,
ἔν τε τοῖς Ἕλλησι καὶ τοῖς βαρβάροισι πανταχοῦ
χρώμεθα οὐδὲν, ἀλλὰ τούτοις τοῖς πονηροῖς χαλκίοις,
χθές τε καὶ πρώην κοπεῖσι τῷ κακίστῳ κόμματι.

Hoc eſt:

Perſæpe nobis viſum eſt, ciuitati vſu veniſſe
Idem, & in ciuibus malis ac bonis,
Et in veteri nummo ac nouo auro.
Nam neque his, qui non ſunt adulterati,
Sed omnium optimis, vt videtur, nummis,
Et ſolis recte percuſſis, & tinnitu probatis
Tum inter Græcos tum Barbaros paſſim
Minime vtimur: ſed his improbis, æreis
Heri & nuper percuſſis, peſſimo commate.

XI. A TOTO ET PARTIBVS.

LXX. Vndecimo ratione totius & partium, nummus dicitur *Solidus*: quod sit totus, integer, vt χρυσοῦς ἡμίχρυσος apud Pollucem, *libro 9.* hoc est, *Aureus, Semiaureus*: στατήρ, ἡμιστατήρ, Hesychius. ἡμίχα interpretatur ἡμιστατῆρα. Item δαρεικὰ, ἡμιδαρεικὰ σ... μα... *ta*, apud Xenoph. *1. Anab. Cyri*, hoc est Darici, Semidarici nummi.

LXXI. Hinc *Stater* quoq; dicitur *Solidus*, qui est tetradrachmus. Huc pertinet illud Plinii *lib. 20. cap. 1.* Modus portione virium ab dimidio obolo ad solidum, hoc est, integrum obolum, licet de pondere loquatur.

LXXII. Quemadmodum adhuc hodie eodem modo dicuntur solidi a Ciuitatibus, vt *Solidus Sundensis*, quorum duo hodie sestertium valent, scilicet nouem nummulos Misnicos: *Lubecensis*, qui sestertio Romano hodie par censetur: taxatur enim nouem nummulis Misnicis: Solidus *Stendaliensis*, qui in Marchia duodenis nummulis Marchicis constat. Et Budæus *lib. 2. de asse* solidos duodenarios vocat. Hodie solidus vocatur ein Schilling.

LXXIII. Fachsius autor *differentiarum* in fine *de Iure Saxonum* XXX. solidos XL. argenteos, hoc est, grossos Misnicos duodenarios facere testatur. Vnde sequitur *Solidum* continere nummulos Misnicos sedecim.

LXXIV. Huc pertinet as cum suis partibus vt semissis, bes, triens, quadrans, dodrans, vncia, &c.

LXXV. Solidi aurei, scilicet semissis, tremissis, &c. de quibus *infra lib. 5.*

XII.

LXXVI. Duodecimo ex loco a pronunciatis, nummus est *probus & improbus*: probatus & improbatus, seu reprobus & reprobatus. Græcis νόμισμα ἔντιμον, δόκιμον, apud Plato; *lib. 5. de Leg.* Vnde est *Genes. 23.* ἀργύριον δόκιμον ἐμπόροις, hoc est: *argentum probatum mercatoribus*: seu moneta publica & probata, gangbare Müntze. Sic est quoq; *1. Paralip. 29.*

LXXVII. Item νόμισμα ἀδόκιμον, apud Platonem. νόμισμα ἀδόκιμον ποιεῖν, apud Aristotelem *lib. 2. Oeconom*: est nummum improbare, seu reprobare.

LXXVIII.

LXXVIII. Est quoq; νόμισμα παράσημον, nummus notatus, de quo paulo ante.

XIII. A CONTINGENTIBVS.

LXXIX. Tertiodecimo & vltimo ex loco a contingentibus nummi varias admittunt appellationes & diuisiones: quarum quasdam hic ordine numerabo.

LXXX. χρήματα νοθεῖα, apud Suidam ex Demosthene, dicuntur pecuniæ, quæ νόθοις, hoc est, spuriis & illegitimis liberis de paternis bonis apud Athenienses ex lege dabantur. Concedebatur enim Athenis, vt Maioribus & Parentibus in nothos conferre liceret ad drachmas mille: quæ faciunt Ioachimicos vnciales CXXV. coronatos vero centum.

LXXXI. χρήματα ὑποφόνια, apud Suidam ex breuibus scholiis in Homerum *Iliad.18.* sunt pecuniæ, quæ propter cædem factam propinquis ab homicida dabantur, ne iudicii periculum subire cogeretur: Germani vocant Mann-Geld & Blut-Geld. Idem Cælius ex Theophrasto repetit.

LXXXII. χρήματα δημιόπρατα sunt pecuniæ, e bonis publicatis & confiscatis ac diuenditis collecta, apud Aristophanem *in Vespis.*

LXXXIII. χρήματα θεωρικά sunt pecuniæ theatrales apud Demosthenem *in Olynthiacis*: Duo enim oboli Athenis dabantur ciuibus ex ærario publico, quibus locum in Theatro, vt ludos spectarent, conducebant. Hi duo oboli faciunt grossum Misnicum.

LXXXIV. χρήματα στρατιωτικά sunt pecuniæ militares, quæ militibus in stipendium soluuntur. Demosthenes *in 3. Olynthiaca* Ciuos suos persuadere conatur, vt χρήματα θεωρικά in στρατιωτικά commutent.

LXXXV. χρήματα κειμήλια, ἀπόθετα ab Hesych. dicuntur pecuniæ reconditæ, quæ in thesauris habentur. Sic finiuntur ab eodem & [illegible]ια, item θημίλια, & κειμήλια.

LXXXVI. Ναῦλον τὸ εἰς στόμα νεκρῶν ἐμβαλλόμενον νομισμάτιον Hesych. hoc est, *Naulum* est nummulus, qui in os defunctorum inijcitur. Vide in voce δανάκη, δαναη, & δανικὸν *libro 3.*

LXXXVII. γαῦλοι καὶ ἐνται καὶ γαυλικὰ χρήματα, τὰ ἀπὸ τῶν πλοίων, hoc eſt, *Gauli* vocantur & *gaulicæ pecuniæ*, quæ a nauib. ſunt. Heſychius.

LXXXVIII. ξυνήια κοινὰ καὶ ἀδιαίρετα χρήματα, apud Heſychium, hoc eſt, *Xyneia* communes & indiuiſæ pecuniæ.

LXXXIX. χρήματα ἄτιμα Demoſtheni ſunt, quæ inuadere & rapere licet, die da preiß gegeben ſeyn.

XC. *Pecunia fœnebris*, calendario deſtinata, *ff. in calendarium conuerſa*, occupata, &c.

XCI. *Pecunia ocioſa* apud Plin. Iuniorem.

XCII. *Pecunia attributa*, quæ militibus in ſtipendium adnumeratur, Aſcon. Pædianus.

XCIII. *Moneta acciſa*, arroſa, ἀργύριον περικοπέν, περικεκομμένον, περικεχαραγμένον, beſchnitten Müntze.

XCIV. Hæc de varia nummorum diuiſione adferre placuit: quibus quæ quotidiana veterum autorum aſſidua lectio ſuppeditat, adijcere licebit, vt rei nummariæ ſuppellex copioſior tandem colligatur.

QVIS CVIQVE GENTI POPVLOVE TYPVS IN SVO NVMMO VSVI FVIT.

CAPVT VIII.

A.

Aetoli ſuo nummo inſcripſerunt *Herculem*, cornua Acheloo claua confringentem.

Alexander Macedo *Bucephalum* equum, item ſuam effigiem in ſolio ſedentem, & auem tenentem in manu: item victoriam alatam ſuis nummis inſcripſit.

Argiui *lupum* indiderunt, vt vult Sophoclis interpres: vel *murem* iuxta Pollucem.

Aſpendii Palæſtritas, Pollux.

Aſia puerum, delphino vectum, Poll.

Athe-

Athenienses *noctuam* insculpserunt, cum Palladis effigie : item *bouem.*

Augustus Cæsar sidus *Capricornum*, sub quo natus erat : item in ærea moneta quoq; erat Ciceronis effigies.

B.

Bœotii *musca alata* suos nummos insigniuerunt cum *ceruo* : & cantharo Bacchi cum racemo.

Brutus hinc suam effigiem, illinc *pileum cum duobus pugionibus* nummo inscripsit, Dio.*lib.*47.

Byzantini *delphinum*, tridenti circumfusum.

C.

Cephalenes *equum*, Pollux.

Chii *Harpyiam* in nummis insigne habuerunt, item Homerum, Pollux.

Corcyræi *triremem*, remigio subactam.

Corinthii *Pegasum* cum Neptuno tridentigero sedente : quippe πῶλον, hoc est, pullum, Pollux.

Crotoniatæ *tripedem* Delphicum.

Cyrenæi in vna quidem parte *Ammonem*, in altera vero Silpii effigiem.

Cyziceni *leonem.*

D.

Dardania *gallorum duorum pugnam*, Pollux.

Demetrius *Neptunum* reducem.

Dymæi *capram* insculpserunt, ranam proterentem.

E.

Eretrienses *Dianæ effigiem* impresserunt.

H.

Hadrianus *Imp. sedentem* iusticiam in suis nummis habuit.

Hebræi siclo suo insculpserunt *virgam Aaronis* efflorescentem cum thuribulo seu caliculo fumante.

Histiæi *Neptunum* ceto insidentem.

I.

Iasenses *puerum Delphino insidentem*, quam historiam habet Plutarchus in fine libri, cuius titulus est : *de intelligentia bestiarum terrestrium*

& aquatilium : καὶ τοῦ πάθους ἐπίσημον ἰασιῶσι τὸ χάραγμα τοῦ νομίσματός ἐστι, παῖς ὑπὲρ δελφῖνος ὀχούμενος.

Itali *Ianum bifrontem* & *ratem*, Plini. item *bouem & ouem* : vnde pecunia dicitur a pecore seu pecu, Plin.

L.

Leucadii *nauem*.

Liuia *Cererem* legiferam inscripsit.

Locrorum alii *stellam*, alii *cicadam*, alii *pugilem*.

Lycii *leonem* cum capra insidente.

M.

Macedones *Herculis clauam* & cornua hircina.

Mitylenæi *Sapphus*, ciuis suæ, *effigiem*, Pollux.

Metapontini *Cererem* cum arista.

N.

Naxii *Bacchum* barbatum, & *Satyrum* cum poculo.

P.

Parii *Aratum* suis drachmis ἐπίσημον insculpunt, Diog. Laert. in *Arcesilao lib. 4.*

Persæ *Sagittarium*, Plutarch. in *Laconicis*.

Peloponesii *testudinem*, Hesych.

Philippus Macedo *bigas* habuit insigne. Item suam faciem: & in altera parte sedentem in solio, manu tenentem auem.

Phocenses *aquilam* & *tripodem* inscripserunt.

Pyrrhus *Palladem hastatam*, in solio sedentem.

R.

Rhegini *leporem* cum curru, Pollux.

S.

Samii *pauonem*, Athen. *lib 14.*

Seleucus Nicator *Anchoram* nummo insculptam habuit, Nico. Leonicus *lib. 2. cap. 20. de varia historia*.

T.

Tarentini *conditorem, delphino insidentem*.

Tenedii *securim*, seu *bipennem* cum binis capitibus, viri & fœminæ auersis, Stephanus *de vrbibus*.

Thasii *Perseum*, Pollux. *Herculem* seruatorem suo tetradrachmo inscripserunt, & *Bacchum* coronatum.

The-

Thebani *Herculis bipennem* nummo insculpserunt.

Thessali *equum*.

Trachinii *Herculem* se[illegible]tem.

Troezenii *tridentem* in vna parte, cum effigie Mineruæ in altera parte, Plutarchus.

Troiani *Troiam*, hoc est, *scrofam* inscripserunt.

V.

Vespasianus in suo nummo habuit *delphinum* anchoratum.

Sed quis omnium nummorum imagines enumeret? Romani Imp. suas effigies inscripserunt: Cuiusmodi vidi Vespasiani, Adriani, Aureliani, Antonini, C. Iulii Cæsaris, Seueri, & aliorum multorum. Consule & Camerarii *historiam rei nummariæ*.

DE

NVMMI SPECTATORIBVS,
DE NVMMVLARIIS, ET DE COLLYBISTIS.

CAPVT IX.

I.

Porro nummi ab improbis, idq; omnibus ætatibus ac seculis, sæpe corrumpi, adulterari & diminui solent: idq; variis modis. Nam aut pondus minuitur: aut materia vilior alia admiscetur: aut alia pro alia substituitur: & sic nummus adulterinus conflatur: aut nummus factus raditur, aut circuncidicur, aut tingitur, aut fingitur, aut signum immutatur.

II. Aliquando vero Reip. temporibus autoritate publica nummi sunt imminuti: quod Plinius *lib. 33. cap. 3.* de Pop. Ro. his verbis testatur: *Libræ autem æris pondus est imminutum bello Punico pr[illegible]um impensis Resp. non sufficeret: constitutumq;, vt asses sextantario [illegible]ferr[illegible]etur. Ita quinq; partes factæ lucri: dissolutumq; æs alienum.* [illegible]reas Alciatus hic apud Plinium, *Dextantario* legit: & ita quint[illegible] facta. Ibidem mox apud Plinium sequitur: *Postea Hanni[illegible] Q. Fabio Maximo Dictatore, asses vnciales facti: placuitq; [illegible]um [illegible] decim assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis [illegible]dium Respub. lucrata est.* Ibidem mox lege Papyriana

riana semunciales asses facti. Tales asses postea manserunt eodem valore. Liuius Drusus in tribunatu plebis octauam partem æris argento miscuit. Antonius triumuir denario ferrum miscuit, vt idem Plinius testatur *libro 33. cap. 9.* Hæc, inquam aliquando fiunt authoritate publica, temporib. Reip quæ, quoniam in perpetuum non durant, minime sunt reprehendenda: sed æquissimis iudicibus facile excusantur. Et tales nummi boni habentur, licet sint leuiores, & ideo viliores.

III. Sed homines auari sæpe ex malicia, ausu improbo, nummos adulterare, & falsos cudere, & adulteratos pro bonis exponere, & minus cautos decipere ac defraudare solent. Ad huiusmodi imposturas & explorandas & coercendas legibus sancitum & constitutum est, vt nummi spectentur: *ne quis adulterinos vel cudat, vel pro bonis exponat.*

IV. Apud Græcos quidem constituti erant ἀργυρογνώμονες, hoc est, *argenti spectatores, censores,* Wardein/ab officio sic dicti: qui nummos pe[illegible]arent, censerent, &, quid nummi [illegible]herent, æstimarent. Iidem ali[illegible] a Græcis dicuntur δοκιμασταὶ, quasi d. *exploratores,* censores, æstimatores ac probatores. Qui ceu critici nummos vel tinnitu, vel coticula Lydia, quæ ob id græce βάσανος dicitur, latine index, explorabant, probabantq; : & adulterinos, scilicet, aut subæratos, aut inferioris indicaturæ, aut ieiunæ æstimationis, improbabant, reiiciebant, & ceu nothos notabant. Vnde νομίσματα παράσημα, παράσημα, &, vt Lucianus vocat, παρακεκομμένα appellantur.

V. Τὸ ἀδόκιμον νόμισμα οἱ παλαιοὶ διέκοπτον, Suidas, hoc est, *Improbam monetam veteres contundebant.* Hinc nummi æstimatio est ἀργυρογνωμονική, vtpote ab Argyrognomonibus facta, apud Budæum *lib. 2. de Asse.* Apud Lucianum est in *Hermotino*: καὶ ὑπάρχειν σοι καὶ τοὺς ἀργυρογνώμονας διαγινώσκειν ἅτε δόκιμα καὶ ἀκίβδηλα καὶ παρακεκομμένα, hoc est: *Et esse tibi potestatem etiam secundum argenti spectatores dijudicandi tum probos, tum adulteratos, & falso percussos nummos.*

VI. Ante paucos annos in Sacri Rom. Imperii Comitiis de communi moneta deliberatum est: vbi & improbi nummi publica autoritate & scripto sunt notati: quod illi voce a *valere* fortassis deriuata dicere videntur *valorare*; vnde vox germanica fortassis vel

depra-

depravata [illegible] : [illegible] dicas, nummorum valorem indicare, & nummos [illegible].

VII. Id [illegible] spectandi nummos Censorum olim erat apud Romanos, vt ex *tertio lib. de Legib.* apud Ciceronem ex lege XII. tabularum satis constat, quæ est : CENSORES PECVNIAS CENSENTO.

VIII. Cicero hanc rem nummos censendi vocat spectationem, vt ex his verbis *in Verrina* patet, cum inquit :

Ex omni pecunia, quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant : primum pro spectatione.

Item *l.39. ff. de Solut* : Si soluturus pecuniam, tibi iussu tuo signatam, eam apud nummularium, quoad probaretur, deposuerim : & mox : vt illud maxime spectetur.

IX. Porro quam vtilis & grata hæc res nummos spectandi populo Ro. fuerit olim, ex eiusdem Ciceronis verbis colligitur, quæ extant *lib. 3. de Officiis.* Sic enim inquit : Nec noster quidem Gratidianus officio boni viri functus est tunc, cum Prætor esset : collegiumq; Prætorum Tribuni plebis adhibuissent : *vt res nummaria de communi sententia constitueretur.* Iactabatur enim temporibus illis nummus sic, vt nemo scire posset, quid haberet. Conscripserunt communiter edictum cum pœna atq; iudicio : constitueruntq;, vt omnes simul in Rostra post meridiem descenderent : & cæteri quidem alius alio : Marius a subselliis in Rostra recta : idq; quod communiter compositum fuerat, solus edixit. Et ea res, si quæris, ei magno honori fuit : omnibus vicis statuæ factæ sunt : ad eas thus & ceteri. Plinius *lib.33. cap.10.* idipsum his verbis paucis repetit : Igitur [illegible] denarios probare, tam iucunda lege plebi, vt Mario Gratidiano [illegible] totas statuas dicarit.

X. Item multo ante quoq; eam ob rem apud Romanos creati fuerunt *III. Viri monetales*, æris, argenti, auri flatores, vt est *lib. 1. ff. de Origine Iuris.* Cicero *lib. 7. Famil. Epist.* ad Trebatium : Treuiros, inquit, vites censeo : audio capitales : mallem auro, argento, æreq; essent.

XI. In antiquis nummis inuenitur: C. PLOTIVS III. VIR. A. A. A. F. F. hoc est, *auro, argento, ære, flando, feriundo*. Item:
C. COSSVTIVS MARIDIANVS A. A. A. F. F. Item:
S. C. M. SALVIVS OTHO III. VIR A. A. A. F. F. Item:
M. MELLIVS IVLIVS III. VIR A. A. A. F. F. vt Constantinus Landus refert.

XII. Potestas signandi nummi Romæ commissa fuit minoribus Magistratibus: quod Cicero *lib. 3. de Legibus* ex legibus XII. Tabul. his verbis testatur: MINORES MAGISTRATVS AES, ARGENTVM, AVRVMVE PVBLICE SIGNANTO.

XIII. Porro qui pecunias commutant a Græcis appellantur ἀργυραμοιβοὶ. οἱ ἀντὶ ἀργυρίου κέρματα ἀμείβοντες, Aristoph. Interpres, hoc est: Qui pro argento minutos nummos commutant. Suidas ἀργυραμοιβὸς ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργύρου ἀλλασσόμενος, hoc est, qui minutam pecuniam cum argento commutat, facta appellatione ab argento. Nazianzenus vero Iudam Iscarioten ἀργυραμοιβὸν appellat, quod Christum Iesum, nostrum Saluatorem, xxx. argenteis nummis acceptis vendiderit ac velut commutarit. Iidem dicuntur & χρυσαμοιβοὶ ab Hesychio, facta nomenclatura ab auro.

XIV. Latini appellant *argentarios* voce ab argento deriuata. Item nummularios generaliore appellatione. Distingui autem vt diuersa vocabula, testatur Paulus Iureconsultus *l. 9. ff. de Edendo*, cum inquit: Nummularios quoq; non esse iniquum cogi rationes edere, Pomponius scribit: quia & hi, sicut argentarii rationes scribunt. Item *ff. de Officio Prætoris*: Præterea curare debebit Præfectus Vrbis vt nummularii probe se gerant circa omne negocium: & temperent his, quæ sunt prohibita.

XV. Iidem sunt τραπεζῖται apud Suidam, quod ad mensam apud forum perpetuo fere assident: qui latinis sunt mensarii & mensularii *l. 1. ff. de priuil. credit.* Mensæ nummulariæ fit mentio *l. 20. ff. de Instit. actio.* Apud Liuium est *lib. 7. ab V. C.* Fœnebrem quoque rem leuare aggressi, solutionem alieni æris in publicam curam verterunt, quinq; viris creatis: quos mensarios ab dispensatione appellarunt: & paulo post: *Mensis cum ære in foro positis dissoluit*.

XVI Ap-

XVI. Appellantur idem & κολλυβιςαὶ a verbo κολλυβίζειν, a quo est id nomen verbale formatum: Est & κόλλυβος apud Pollucem lib. 3 & 7. ἀργυρίου ἀλλαγή, hoc est, Collybus est argenti seu pecuniæ permutatio: & merces seu lucrum Trapezitæ in permutationibus. Et est pecuniæ detrimentum, quod apud nummularium de summa decedit, ac velut deperit: cum videlicet pecunia ad exteras nationes exportanda est: & apud nummularium aliis speciebus nummorum commutanda. Id indicat Cicero lib. 12. ad Atticum, cum inquit: Sed certe in collybo est detrimentum. Idem in Verrina: Nam collybus esse qui potest, cum vtantur omnes vno genere nummorum? Inde sunt σύμβολα κολλυβιςικὰ, hoc est, *Tesseræ seu literæ* ad pecuniam alibi commutandam institutæ. Apud Suetonium dicitur tessera nummaria, quæ est scheda, qua pecuniæ exhibitæ alibi repræsentantur. Collybo pecuniam curare, vel mittere Budæo est, Geld auff Wechsel zu schicken. Collybus vulgo dicitur Cambium: & κολλυβιςαί, Campsores a verbo cambire: vnde adfertur verbum frequentatiuum campsare a Prisciano *lib. 10.* ex Ennio, pro commutare.

XVII. Porro etsi præcipuus, proprius, & verus nummi vsus sit, vt rerum sit precium in emptione & venditione, *l. 1. ff. de contrah. empt.*: Est tamen & alius eiusdem vsus, licet improprius: vt pecunia cum pecunia commutetur: quod huiusmodi pecuniarum commutatio Reip. admodum sit vtilis: & vtentibus valde commoda.

DE
POENA PECVNIAE
ADVLTERATAE, ET DE VARIIS MODIS PECVNIAE ADVLTERANDAE.

CAPVT X.

I.

PORro etsi pœna monetæ adulteratæ non vbiq; eadem apud omnes gentes & populos olim fuit: eandem tamen vbiq; & semper grauissimam fuisse, certo constat. Nam Diogenes Sinopæus, Icesii mensarii filius, pecuniam παραχαράξαι, hoc est, adulterasse traditur, & ob

id in exilium vna cum patre pulsus est, vt Diogenes Laertius *lib. 6. in Diogene* testatur : idem reperit Suidas.

II. Apud Aegyptios monetæ adulteratoribus ambæ manus amputabantur : quod Diodorus Siculus, *lib. 2. de Aegyptiorum legibus* loquens, his verbis testatur : Ei, qui monetam circumcideret : aut adulterinam cuderet : aut pondus vel signa immutaret : aut literis inscriberet : aut de scripto demeret, ambæ manus amputabantur : vt, quæ corporis pars peccasset, eadem per vniuersam vitam lueret pœnam.

III. Alia vero pœna constituta est in iure ciuili. Sic enim Vlpianus ait, *in l. Quicunq. ff. ad L. Corneliam* de falsis : Quicunq. nummos aureos partim raserint, partim tinxerint, vel finxerint : si quidem liberi sunt, ad bestias dari : si serui, summo supplicio affici debent. Ibidem mox lege sequenti : Lege Cornelia cauetur, vt, qui in aurum vitii quid addiderit, quiue argenteos nummos adulterinos conflauerit, falsi crimine teneatur. Eadem pœna afficitur etiam is, qui, cum prohibere tale quid posset, non prohibuit.

IV. Eadem lege exprimitur : ne quis nummos stanneos, plumbeos emere, *vendere dolo malo* vellet. Et *lege 19.* ibidem Paulus ait : Qui falsam monetam percusserint, si id totum formare noluerunt, suffragio iustæ pœnitentiæ absoluuntur.

V. Et falsæ monetæ criminis reos dominos detegere, seruis permissum est, *l. 53 ff. vbi quis agere.* Et *l. 2. C. Quibus ex caussis serui propræ . lib. accip.* Serui, qui monetarios, adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes, in publicum detulerint, ciuitate Romana donentur : vt eorum domini precium a fisco percipiant.

VI. Tacitus Imp. cauit : vt si quis argento publice priuatimq; æs miscuisset : si quis auro argentum, si quis æri plumbum, capitale esse cum bonorum proscriptione, Flauius Vopiscus *in eius vita fol. 220.*

VII. Monetarios, adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes, vltimo supplicio afficiendos esse, & domum vel fundum, in quo fabricantur, publicandam, Imperator Constantinus rescripsit in *l. 1. C. de falsa moneta.* Idem Imperator ibidem sic quoque rescribit *l. 2* : Si quis nummos falsa fusione formauerit, vniuersas eius facultates fisco nostro præcipimus addici. In monetis enim

tan-

[illegible] studium frequentari volumus. Cives [illegible] committunt : & præmio [illegible] toribus pro[illegible]; [illegible] lorum adulter poterit reperiri, vel a quocunq; [illegible] dilatione summo [illegible] marum exi[illegible] mancipentur.

VIII. Et Doctores h[illegible]c de re [illegible] tradunt : Facto committitur falsum, vt in moneta & mensura. In moneta distingue : aut quis habet potestatem cudendi, & cudit falsam, & detrahit legitimum pondus, & tenetur *lege Cornelia, de falsis*. Aut quis non habet potestatem cudendi, & tunc, si alicuius monetam, non agnoscentis superiorem, falsauerit, comburitur : & omnia bona sua confiscantur, aut falsat monetam eius, qui agnoscit superiorem, tunc deportatur. Domus autem, in qua commissum est, publicatur. Idem est, si quis monetam raserit, &c.

IX. Iure Saxonico hodie viui igne cremantur huiusmodi falsæ monetæ cusores.

X. Porro adulterinorum nummorum septem genera G. Agricola *in fine primi libri*, qui est *de precio Metallorum*, his verbis enumerat : Adulterinorum autem nummorum septem sunt genera :

Primum est eorum, qui [illegible] con[illegible]ent : [illegible] legitimum habeant, pondus & inscriptionem. Id in multas partes distribuitur. Etenim, quod ad aureos nummos attinet, aut argentei nummi vel ærei vel orichalcei inaurantur : quos qui pro aureis soluit, eum, qui accipit, improbe fraudat. Aut aurei ex auro fiunt, cum quo orichalcum vel æs sit permixtum. Aut aurei ex auro fiunt, in quo plus argenti inest, quam leges permittunt ; verbi gratia, si aurei Vngarici formentur ex auro, cui insit quarta pars argenti : Rhenani ex mistura, cuius pars dimidia sit aurum, dimidia argentum. Quod vero ad argenteos nummos pertinet, aut ex solo ære candido formantur : aut ex plumbo candido : aut ex ære candido cum quo exigua argenti portio sit permista : aut ex argento quidem, sed in quo æris plus est, quam per leges liceat : aut ex argento, cui mistum sit ferrum : quales denarios Triumuir Antonius percussit, vt autor est *Plinius*. Quod autem ad æreos nummos attinet, adulterini sunt, qui signantur [illegible] ære, cum quo permistum sit ferrum : quales iterum Triumuir Antonius percussit, vt idem *Plinius* scribit.

Alterum genus est eorum adulterorum nummum qui ex proba quidem constant materia, & legitimam habent inscriptionem, sed iusto carent pondere: verbi caussa, si ex besse aurei Rhenani signentur LXXX. aurei, cum iustum sit LXX. signari: quamquam nunc LXXIII. & paulo plus quam duæ vnius tertiæ signentur: quos tres & duas tertias partim soluunt his, qui in monetam cudendam operas solent dare. Quin Romæ fuerunt, quod *Plinius* memoriæ prodidit, qui aliquid de pondere denarii detraherent, cum esset iustum LXXXIV. e libris signari.

Tertium genus est eorum falsorum nummum, qui etiamsi ex proba constent materia, & pondus eorum non sit imminutum: tamen aut signum est immutatum, vel inscriptio: aut aliquid de signo vel de inscriptione est ademptum. Qui enim monetarii tales nummos percutiunt, vt Reip. nullum detrimentum afferant, maiestatem Regis vel Principis vel Senatus minuunt.

Quartum genus est eorum adulterinorum nummum, qui ex proba quidem constant materia: sed nec iustum habent pondus, nec legitimam notam & inscriptionem.

Quintum est eorum, quibus iustum est pondus: sed nec ex proba constant materia, nec legitimam habent notam & inscriptionem.

Sextum est eorum, quibus legitima est nota & inscriptio: sed nec ex proba materia constant, nec iustum habent pondus.

Septimum eorum, qui nec ex proba constant materia, nec iustum habent pondus, nec legitimam notam & inscriptionem. Hæc G. Agricola.

HI-

HISTORIÆ REI NVMMARIÆ VETERIS

LIBER II.

MATTHÆO HOSTO AVTORE,

QVI EST

DE NVMMIS ROMANIS,

DE

AERE ET ASSE,

CAPVT I.

I.

MOnarchiæ ab Orbe condito quatuor omnino numerantur: quæ apud Danielem *cap. 2.* in magna illa ſtatua, Nabuchodonoſori, regi Babylonio, in ſomnis oblata, præmonſtrantur & adumbrantur. Harum prima fuit Aſſyriorum, Chaldæorum, & Babyloniorum, ſecunda Perſarum, tertia Græcorum, quarta & ultima Romanorum, quæ adhuc hodie durat, Imperio axiomate ad Germanos translato.

II. Num-

II. Nummos itaq; omnes, quotquot in illis quatuor Monarchiis in vsu fuerunt, & apud probatos autores, tam sacros quam profanos extare noscuntur, in hisce quinq; libris, quos de Re nummaria veteri institui, certa methodo diligenter enumerare, &, quantum quidem vetusta literarum monumenta suppeditant, exacte explicare constitui: sed ordine quodammodo præpostero & retrogrado. Ab illis enim nummis exordiri & initium facere placet, qui in quarta & vltima Monarchia, quippe Romana illa priore in vsu fuerunt, & quorum veteres autores in suis scriptis mentionem faciunt. Idq; eo consilio, vt velut a notioribus hanc commentationem incipiam: & sic ad superiora certa quadam ratione progrediar. Notiores enim nobis sunt ex autoribus antiquis nummi Romani, quam Græci, aut Hebraici, aut externi & barbarici.

III. Nummos veteres hic voco eos omnes, quotquot apud præcipuos autores, tam latinos quam Græcos, tam sacros quam profanos veteres vspiam extant: qui vel ante Christi Iesu tempora, vel paulo post vixerunt ac floruerunt.

IV. Obseruandam autem hic est initio huius tractationis: non omnes gentes ac populos easdem habuisse nummorum appellationes: nec eodem modo omnes suas summas nummarias confecisse: sed dissimiles passim apud varias gentes rationes in vsu fuisse, constat. Nam, vt ab vltimis incipiam, Romani quidem in quarta & vltima Monarchia, per *as* & *asses*, per *sestertios* seu nummos, per denarios, per *solidos* & *aureos*, per *pondo* seu *libras* rem suam pecuniariam tractant, expendunt ac conficiunt.

V. Græci vero in tertia Monarchia præcipue summas suas nummarias per *drachmas*, *obolos*, *stateres*, *minas*, & per *talenta*, &c. hoc negocium nummarium expediunt & absoluunt.

VI. In secunda autem Monarchia, quæ fuit Persarum, maxime in vsu fuerunt *aurei Darici* & *talenta*.

VII. Sed vt de aliis nihil iam dicam, Hebræi sub vtraq; & Persarum & Babyloniorum Monarchia, rem nummariam per *siclos*, *keseph*, *minas* & per *talenta* &c. consummant.

VIII. De quibus omnibus in his libris, quos de nummis antiquis institui, ordine proposito, quippe retrogrado, dicere incipiam: & in hoc secundo libro nummos Romanos deinceps explicabo omnes,

omnes, quotquot in veteribus libris, quos mihi legere contigit, vſpiam extant. Ac primum de *ære* ac *aſſe* dicam.

DE AERE ET ASSE.

IX. *Aes* æris præter generalem appellationem, qua pro quouis nummo & pecunia vſurpatur, vt dictum eſt ſuperiore libro, erat etiam nummus peculiaris *æreus*, a materia, vnde cuditur, ſic dictus. Nam ære primum rudi & informi, poſtea ſignato, Romani ſunt vſi: quod Seruius Tullius VI. Romanorum Rex, æs apud illos primum ſignarit, vt Plin. *lib.33. cap.3.* teſtatur.

X. *Aes* & *as* a Dionyſio Halicarn: *Antiquit: lib.9.* voce diminutiua *ἀσσάριον* dicitur: Sic & Plutarchus in *Camillo* vocat: Idem Plutarchus & *χαλκοῦν* appellat, in *Publicola*, in *Catone Maiore*, in *Mario*, & in *Cicerone*: eius verba mox capite ſequenti ſubijcientur.

XI. Suidas in voce *ἀσσάρια* refert: Nummam, II. Ro. Regem, *aſſes*, e ferro & ære factos, Romanis dediſſe: vnde *ἀσσάρια νουμμία* dicta ſint: Heſychius *νυμία* habet per m ſimplex: vnde nummos dici probabile eſt.

XII. *Aeris grauis* appellatio extat apud Liuium *lib. ab V.C.4. in fine*, cum inquit: Et quia nondum argentum ſignatum erat, graue æs plauſtris quidam ad ærarium conuehentes, ſpecioſam collationem faciebant.

XIII. Dicitur *æs graue*, quia eo non numerato, ſed appenſo debita ſoluebantur.

XIV. Hic obiter obſeruandum eſt: genitiuum *Aeris*, peculiari autorum vſu *κατ᾽ ἐναλλαγὴν* vſurpari ſubſtantiuum pro adiectiuo: quippe pro *æreis nummis*, ſeu pro *aſſibus*. Idem enim ſunt *Mille æris* & *Mille aſſes*: id quod multis exemplis mox declarabitur.

XV. Porro æs, as, & aſſis, ab ære dictus, teſte Varrone, idem ſunt: vt teſtimoniis bonorum confirmatur. Nam quod Liuius *lib. ab V.C. I.* in Claſſium deſcriptione dicit: *Millia æris*, idipſum Plin. *lib.33. cap.3.* appellat, *Millia aſſium*. Deinde quod in legibus XII. Tab. eſt: Si iniuriam alteri faxit, viginti quinq; æris pœnæ ſunto. Id Phauorinus, apud *Gell. lib.20. cap.1.* exponens, ſic ait: Quis erit tam inops, quem ab iniuria facienda XXV. aſſes deterreant? Viginti quinq; æris ſeu aſſes faciunt noſtra ſupputatione denarios duos cum ſe-

ſemiſſe, hoc eſt, groſſos Miſnicos ſeptem cum ſemiſſe. Adhæc Suetonius Tranquillus *in Auguſto* ait: Caium & Lucium adoptauit domi per aſſem & libram, emptos a patre Agrippa. Quod idem lex XII. Tab. dicit, *per æs & libram*. Sic quoq; eſt *lib. 2. Inſtit. Imp. de Teſta. ord.* cum inquit: Acceſſit deinde tertium teſtamentorum genus, quod dicebatur *per æs & libram*; Quod Tranquillus *aſſem & libram*, id lex XII. Tab. & Iuſtinianus *æs & libram* dicit. Hinc ſatis conſtat idem eſſe, æs æris, as aſſis, & libra.

XVI. Quod autem *aſſis* appellatio ad rem nummariam quoq; pertinet, his verbis teſtatur Voluſius Mætianus: Sicut autem aſſis appellatio ad rerum ſolidiorum hæreditatiſq; totius, diuiſio autem eius ad partium demonſtrationem pertinet: ita & ad pecuniam numeratam refertur: quæ olim in ære erat: poſtea & in argento feriri cœpit: ita vt omnis nummus argenteus ex numero æris poteſtatem haberet.

XVII. Apud Plin. eſt *lib. 21. cap. 3*: Scipioni Serapioni funeris impenſa in bonis non erat: *aſſes ergo contulit populus, ac funus elocauit.*

XVIII. Vterq; nummus, & æs as, æreus fuit: quo Romanus populus diu eſt vſus: quod argentum ſero ſignatum ſit.

XIX. Hunc nummum initio libralem fuiſſe, teſtatur Plinius *lib. 33 cap. 3.* cum inquit: *Libra*, as, vnde & nunc libella dicitur: & *dipondius* appendebat *duos aſſes* (ſic enim hic legendum eſſe cenſet Hadrianus Iunius) Idem conſtat ex Dionyſio Halicarnaſſeo *lib. 9. Antiq. Rom.* ἦν δὲ ἀσσάριον χάλκεον νόμισμα, βάρος λιτραῖον, hoc eſt: *Erat autem as æreus nummus, pondere libralis.*

XX. Dupondius, inquit Priſcianus, a duobus ponderibus: quod vnum pondus *aſſipondium* dicebatur, ideo, quod as erat libra pondus. *Dupondii* duo merces erat meretricum diobolarium, vt conijcitur ex ſexto Diuiſionum apud Senecam, vt refert *L. Celius lib. 4. cap. 7.* Iuſtinianus Imp. in præfatione Pandectarum: Adoleſcentes *ſtudioſos iuris primi anni* non voluit vetere tam friuolo quam ridiculo cognomine *dupondios* appellari: ſed *Iuſtinianeos* nuncupari.

XXI. De æris ſeu aſſis typo ſic eſt apud Plinium *libro 33. cap. 3*: Seruius Rex primus ſignauit æs: Antea rudi vſos Romæ, Remeus tradit. Signatum eſt nota pecudum, vnde & pecunia appellata: & mox:

mox : *Nota aris fuit ex altera parte Ianus Geminus : ex altera rostrum nauis.*

XXII. *In assem satisfacere*, in Digestis est satisfacere *in solidum.*

XXIII. Aes & as denarii decima pars est: valet nummulos tres Misnicos cum sex decimis : vel, quod idem est, cum tribus quintis partibus.

XXIV. Bilibaldus vero Pirckhemerus, patricius Norebergensis, hunc assem taxat denariolis seu nummulis Norebergicis tribus & paulo plus : & sic non multum a me dissidet.

XXV. Guilhelmus Budæus huic assi Ro. tribuit quaternos denariolos suos Gallicos, & paulo plus.

XXVI. Philippus Melanchthon æstimat tribus fere nummulis Misnicis.

XXVII. Camerarius assi duos *Rapos Basilienses* tribuit.

XXVIII. Quæ sententiarum diuersitas dissimulanda non est. Tutissimum autem fuerit, id in hoc nummario negocio sequi, quod collatio nummorum certissimum esse demonstrauerit.

XXIX. Georgius Agricola triplicem denarium facit, vt postea patebit : vnde triplex as seu æs quoq; erit. *Denarius sesquidrachmalis* illi valet nummulos Misnicos 52. cum semisse : cuius æs seu as, decima eius denarii pars, continebit nummulos Misnicos quinq; cum quinta parte, & paulo plus. Denario, qui unciæ Ro. septima pars est, 40. nummulos tribuit : vnde æri seu assi 4. nummuli cedunt. Sed denarium, cui drachmæ pondus est, 35. nummulis Misnicis æstimat : vnde assi cedunt nummuli tres cum semisse. Iuxta hanc denarii eiusq; partium taxationem summas pecuniæ veteris, inde extructas, Agricolæ dissimiles esse, & multum ab aliis variare necesse est.

XXX. Nos vero in toto opere *denarium* Ro. & *drachmam*, nummum Atticum, prorsus exæquamus : & tam pondere quam valore pares esse statuimus : firmissimis grauissimorum autorum veterum testimoniis, quæ infra cap. de denario congerimus, adducti.

XXXI. Huic denario Philippus Melanchthon, & alii Doctiores, tres grossos Misnicos, qui nummulos Misnicos triginta sex faciunt,

ciunt,tribuunt : vnde aſſi, decimæ denarii parti, cedunt nummuli Miſnici terni cum tribus quintis partibus. Hanc æſtimationem in toto opere ſequor : & ex hac omnes veteres ſummas colligo.

XXXII. Ioachimus Camerarius ex *Polybio* affert : Duos aſſes obolum æquare, vel minutius exquirere volenti, obolum continere aſſem vnum cum ſemiſſe, & inſuper ſextante. Sed ſi decem aſſes, hoc eſt, denarium per ſex, quot obolis *drachma Attica* conſtat, diuiſeris, vnus as cum duobus tertiis obolo cedunt.

DE ASSIS PARTIBVS.

XXXIII. Aſſis partes huc quoq; accerſendæ ſunt : quæ ab Vlpiano in *l. Seruum ff. de hered. inſtit.* ſic enummerantur : Hæreditas plærumq; diuiditur in duodecim vncias, quæ aſſis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab vncia vſq; ad aſſem hæc : *Sextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx.*

XXXIV. Sic autem ordine explicantur : *vncia* ab vno dicitur, teſte Varrone : quod ſit *vna pars aſſis*, quippe duodecima.

XXXV. *Sextans*, qui & *ſextas* apud Bedam dicitur, quod *aſſis ſexta pars* ſit, continet duas vncias.

XXXVI. *Quadrans* ſeu *quadras*, quod quarta, *tres vnciæ* ſunt.

XXXVII. *Triens* quod tertia, *quatuor vnciæ* : alias dicitur *trias*.

XXXVIII. *Quincunx* ſiue *cingus*, a *quinq; vnciis* nomen habet.

XXXIX. *Semis* ſeu *ſemiſſis*, Priſciano *ſexcunx*, quod aſſis dimidium ſit : quæ & *ſelibra* dicitur, continet *ſex vncias.*

XL. *Septunx* a ſeptem & vncia componitur : dicitur alias *ſeptus*, continet *ſeptem vncias.*

XLI. *Bes* ſiue *beſſis* apud Bedam & Priſcianum, *octo vncias* continet.

XLII. *Dodrans* ſiue *dodras* eſt *nouem vnciarum.*

XLIII. *Dextans* ſiue *decunx decem vncias* habet.

XLIV. *Deunx*, qui & *iabus* apud Bedam dicitur, quod *vncia ſaltem deſit*, vt integer as ſit.

XLV. *As* vnciarum duodecim eſt.

XLVI.

XLVI. Hisce assis partibus veteres vsi sunt, cum vel res ponderabant, vel hæreditatem, & alias quasdam res in certas partes diuidebant. Ex quibus & in re nummaria quædam appellationes, ad nummorum pondus significandum vt sic veterum petitæ sunt.

DE VNCIA I.

XLVII. Primum est *stips vnciaria* ab vncia dicta, apud Plin. *lib. 34. cap. 5.* quæ est assis quidem pars duodecima, nummulus vero minutus, dimidio minor *sextantaria*, vt Budæus *lib. 5. de asse* refert.

XLVIII. Ab vncia est *vnciaria vsura*: quæ *centesima* est Ciceroni, *vnciarium fœnus* Tacito & Liuio: quæ *centesimam sortis partem* singulis mensibus capit: & *centesimo mense sortem æquat*: de qua alibi copiosius dicetur.

DE SEMVNCIA II.

XLIX. Ab *vncia* est *semuncia*, assis pars vicesima quarta. Vnde Milonis bona *semuncia venire* dicta, apud Asconium Prædianum, quasi dicas, vel vilissimo minimoq; precio, vel gratuito. Asconii verba sunt: Milo damnatus in exilium Massiliam intra paucissimos dies profectus est. *Bona eius* propter æris alieni magnitudinem *semuncia venierunt*: *Semuncia*, si de asse nummulo æreo intelligi debet, *assis vicesima quarta pars est.*

DE SEXTVLA III.

L. *Sextula* vnciæ sexta pars est, quem nummum æreum minimum, & æris minimam partem, M. Varro dicit. De sextula *infra lib. 5.* in aureis nummis copiosius dicetur.

DE SEXTANTE IV.

LI. *Sextans* fuit nummulus æreus duarum vnciarum: estq; nummuli Misnici semissis cum decima eius parte. De hoc fortassis est intelligendus Plin. *lib. 33. cap. 10.* cum inquit: Nam quod Agrippæ Menenio sextantes æris in funus contulit (plebs) honoris id, necessitatisq; propter paupertatem Agrippæ, non largitionis esse dixerim. Qua de re sic est apud Liuium *lib. ab V. C. 2*: Eodem anno Agrippa Menenius moritur, vir omni vita pariter patribus ac plebi charus, post secessionem charior plebi factus. Huic interpreti, arbitroq;

bitroq; concordiæ ciuium, legato patrum ad plebem, reductori plebis Ro. in vrbem, funeri ſumptus defuit. *Extulit eum plebs ſextantibus collatis in capita.* Porro Plinius Iunior in *Agrippa* pro ſextantibus *quadrantes* habet.

DE QVADRANTE ET TERVNCIO V.

LII. *Quadrans* nummulus erat æreus: qui vt asſis, libralis nummi, quartam, ita denarii quadrageſimam partem valet.

LIII. Quadrans a Plinio *lib. 33. cap. 3.* vocatur *triuncis*, cum inquit; Quadrans antea *triuncis*, a *tribus vnciis*. Camerarius in Plinio legit *triuncius*. Idem & a Cicerone *lib. 5. ad Atticum*, & *lib. 3. de Finib. Teruncius* dicitur.

LIV. Vt autem *quadrans* asſis, ærei nummi, ita *teruncius* libellæ quarta pars eſt. Quod Varro teſtatur, cum inquit: Teruncius, a tribus vnciis dictus, quod ſit libellæ quarta pars: quomodo & quadrans asſis. Quadranti nummulo decima pars deeſt, ut ſit integer nummulus Miſnicus. Facit enim eius nouem partes decimas.

LV. Vtrumq; autem nomen, & *quadrans* & *teruncius*, pro minimo nummulo, ſeu pecuniola prouerbialiter vſurpatur. Martialis *lib. 2. Epigram*: Et quadrans mihi nullus eſt in arca. Matthæi *5. eſt*: Non exibis inde, donec extremum quadrantem perſolueris: quod dicitur figura prouerbiali pro eo, quod eſt, vſq; ad minimum nummulum ſatisfacere, de iis, qui ſummo iure agunt. ἔσχατος κοδράντης τὸ τέταρτον τῆς φώλεως, vt eſt apud Heſychium, hoc eſt, *extremus quadrans quarta pars Pholeos.* Eodem pertinet id D. Hieronymi, cum inquit: *Quadrante dignam eloquentiam nare ſubſanno.*

LVI. De teruncio eſt illa prouerbialis hyperbole apud Ciceronem *ad Atticum lib. 5.* cum inquit: Atq; etiam ſpero, toto anno imperii noſtri, teruncium ſumptus in prouincia nullum fore. Plautus *in Captiuis*:

Neq; ridiculos iam terunci faciunt.

Eraſmus *chil. 1. 8. 9.*

LVII. *Quadrans* olim balnei fuit merces, vt ex Horatio conſtat, cum inquit:

Dum

Dum tu quadrante lauatum
Rex ibis, &c.

Apud Iuuenalem eſt:

Cedere ſyluano porcum, quadrante lauare.

LVIII. A *Quadrante* Cicero in oratione *pro M. Cœlio* amaro ioco vtitur in Clodiam, P. Clodii ſororem, mulierem potentem, ſed parum pudicam, cum inquit: Niſi forte mulier potens, *quadrantaria illa permutatione familiaris facta eſt balneatori.* Quo vtrumq; ſignificatur, quod *quadrans* fuerit tum *precium lotionis balnearium*, tum proſtitutarum merces.

LIX. Plutarchus in *Cicerone* repetit, & κουαδραντίαν vocat: quod amatorum quidam in Clodiæ loculos quadrantes æreos, viliſſimos nummulos immiſiſſet. Plutarchi verba ſunt: κλωδίαν κυαδραντίαν ἐκάλουν, ὅτι τῶν ἐραστῶν τις αὐτῇ χαλκοῦς ἐμβαλὼν εἰς βαλάντιον, ὡς ἀργύρειον, εἰσέπεμψε. τὸ δὲ λεπτότατον τοῦ χαλκοῦ νομίσματος κυαδράντην ἐκάλουν.

LX. Cæcilius Poeta ſcortum Clytæmneſtram *quadrantariam* vocat, profligatam eius pudicitiam taxans, vt eſt apud Fab. Quintilianum *lib. 8.*

LXI. Quadrans apud Græcos dicitur τεταρτημόρειον. Quod enim Hermannus Cruſerius apud Plutarchum *in Publicola* interpretatur: Populus ſciuit, vt cadauer eius publico funere efferretur, in cuius honorem *quadrantes ſinguli contulere*: id eſt in græco: ὁ δὲ δῆμος ἐψηφίσατο δημοσίᾳ ταφῆναι τὸ σῶμα, καὶ τεταρτημόρειον ἕκαστος ἐπὶ τιμῇ συνεισήνεγκεν.

LXII. Centum quadrantes apud Iuuenalem & Martialem ſalutantibus ſportula ſeu merces a ditioribus quotidie donabatur. Facit aſſes 25. denarios duos cum ſemiſſe, groſſos Miſnicos ſeptem cum ſemiſſe. Martialis *lib. 1. Epigram.*

Dat Baiana mihi quadrantes ſportula centum.

Ibidem mox ad Sextum:

Inuitas centum quadrantibus, & bene cœnas.

Item *lib. 3.*

Centum miſelli iam valete quadrantes,
Anteambulonis congiarium laſſi, &c.

DE

LXIII. De nota quadrantis sic est apud Plin. *lib. 33. cap. 3.* Nota æris fuit ex altera parte *Ianus Geminus*, ex altera *rostrum nauis*, in triente & quadrante *rates*.

DE TRIENTE VI.

LXIV. *Triens* quoq; erat nummulus æreus, qui vt assis tertia, ita denarii tricesima pars est: quatuor vncias continet. Iuuenalis *Satyr. 3.*

Infelix nec habet, quem porrigat ore trientem.

Valet nummulum Misnicum cum quinta eius parte.

LXV. De *æreo triente* memorabilis extat historia apud Plin. *lib. 33. cap. 13.* cum inquit: Vnum etiamnum æris miraculum non omittemus: Seruilia familia illustris in Fastis, Trientem æreum pascit auro & argento, consumentem vtrunq;, origo atq; natura incomperta est mihi. Verba ipsa de ea re Messalæ senis ponam: Seruiliorum familia habet Trientem sacrum: cui summa cum cura magnificentiaq; sacra quotannis faciunt: quem ferunt alias creuisse, alias decreuisse videri: & ex eo aut diminutionem aut honorem familiæ significari, Hæc Plinius.

DE SEMISSE VII.

LXVI. *Semis* & *semissis*, assis pars dimidia, esset nummulus Misnicus, cum quatuor quintis partibus. Varro *lib. 3. cap. 7. de Re Rustica*: Magnum, inquit, condiscas hic in vrbe quotidie lucrum ex asse semissem condere in loculos.

LXVII. P. Vatinius vilissimum hominem & contemptissimum figura prouerbiali, *semissem hominem* appellat, cum inquit Ciceroni scribens: Simius, non semissis homo, contra me arma tulit: & eum bello cœpi, hoc est, *minimi precii*. Ineptam huius loci interpretationem Hermolai Barbari vide in secundis eiusdem annotationibus in Plinii *lib. 14. cap. 4.*

LXVIII. A semisse est ἡμιωσάειον apud *Polybium*.

LXIX. *Semissis vsura* Scæuolæ est, cum de centum cuiusuis precii nummis quolibet mense dimidius eiusdem precii nummus soluitur, hoc est, in annum integrum nummi seni. De qua re alibi a me, copiosius agitur.

DE

DE ASSIS PONDERE MVTATO, VIII.

LXX. Porro *æris* seu *assis* nummi Rom. *pondus* sæpe mutatum diminutumq; est Romæ: valore tamen eodem manente. Quadruplices enim asses veteres Romæ percussos esse, ex Plin. constat. Nam primum fuerunt *asses librales*, ab integra libra sic dicti: deinde *sextantarii*: postea *unciales*: postremo *semunciales*.

LXXI. De his paulo accuratius dicendum est. Plinius *lib. 33. cap. 3.* hac de re sic habet: *Libra as, unde etiam nunc libella dicitur*: & *dipondius* dependebat *duos asses*. Sic enim Hadrianus Iunius in suo Nomenclatore quædam apud Plinium corrigit: & paulo post apud Plinium sequitur: Et placuit *denarius* pro X. libris æris, *quinarius* pro quinq;, *sestertium* pro dipondio ac semisse. Libræ autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cum impensis Resp. non sufficeret, constitutumq; vt asses sextantario pondere ferirentur: itaq; quinq; partes factæ lucri: hæc ille: id intelligendum esse volunt ex vno asse factos fuisse sex asses: qui tantundem valerent, manente veteri indicatura seu valore extrinseco.

LXXII. Hanc lectionem apud Plinium & Festus Pompeius agnoscit, & confirmat, cum inquit: Sextantarii asses in vsu esse cœpere ex eo tempore, quo per bellum Punicum secundum, quod cum Hannibale gestum est, decreuere Patres, *vt ex assibus, qui tunc erant librarii, fierent sextantarii*: per quos cum solui cœptum esset, & populus ære alieno liberaretur: & priuati, quibus debitum publice solui oportebat: non magno detrimento afficerentur. Huic sententiæ astipulatur & vetus lectio, pro quinta parte &c. Quinq; partes lucri factæ, dissolutumq; æs alienum: & sic quadrat lectioni de assibus sextantariis: quippe quod asses sextantario pondere facti sint: quod dextantes illis deesset.

LXXIII. Sed Andreas Alciatus libro *de Ponderibus & Mensuris* pro *sextantarii*, legit *Dextantarii*: quippe asses tum percussos fuisse dextantario pondere, id est, duabus vnciis minus: vnde & *sextantarii* dicti sunt: *quia sextans illis deesset*: ita quinta parte facta lucri, dissolutum est æs alienum. Duæ enim vnciæ *quinta pars* est *dextantis*: nec tamen magno detrimento populi affecti sunt, vt Festus scribit:

bit: cum solum quinta pars eis abesset: Vnde conijcitur male, & contra veterum codicum fidem, hunc locum ab his corrigi, qui *Quinq; partes*, non *Quintam partem*, legunt. Maximum enim damnum id esset, si pro duodenis solæ binæ vnciæ restituerentur.

LXXIV. Postea Hannibale res in Italia gerente, facti sunt vnciales asses, sic dicti, quod alia vncia vltra sextantem, alias diminutum, illis detracta esset. Ita Respublica dimidium lucrata est eius, quod dempto sextante lucrifaciebat.

LXXV. Mox maiore vrgente necessitate, lege Papyriana, *semunciales asses* facti sunt: detractaq; etiam alia vncia *semis*: quo fit, vt pro duodecim solæ septem cum dimidio penderentur: qua ratione sequebatur, vt *sestertius* quatuor assibus, denarius sedecim æstimaretur. Sic ergo legenda est illa clausula: & in suum locum restituendum, quod peruersum erat. Mox lege Papyriana *semunciales* asse facti, placuitq; denarium sedecim assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis. Hæc Alciatus.

LXXVI. *Asses vectigales* apud Liuium sunt, qui in iugera impositi, agrum publicum esse testarentur.

LXXVII. As apud Latinos pro minima pecuniola fere vsurpatur: vt apud Ciceronem est pro P. Quintio: *Assem se negat daturum*, nisi prius de rebus rationibusq; omnibus societatis decidisset. Vnde est: *Non assis facere*, in carmine obscœno. *Ad assem perdere omnia*, est apud Horat.

LXXVIII. Apud Senecam est: Emas, non quod opus est: sed quod necesse est. Simile dictum extat Catonis apud Plutarchum: κἂν ἀσσαρίου πωλῆται, hoc est, Etsi asse vendatur, carum est, quo non indigeas.

LXXIX. Ab asse composita sunt: *Tressis* Dama agaso, apud Persium, *homo trium assium*, hoc est, vilissimus, minimiq; precii. Erasmus *Chil. 1. 8. 10.* & *Chiliade 3. 1. 9.* Item *quadrassis, nonussis, decussis, vicessis*, qui & *bicessis*: & apud Priscianum est, *Quadragessis, quinquagessis, sexagessis, septuagessis, octogessis, nonagessis, centussis*, &c. pro assibus 4. 9. 10. 20. 30. 40. 50. 60. 70 80 90. 100.

LXXX. *Assiduus* in XII tab. ab asse quoq; dicitur, pro locuplete, & munus faciente, *ab assibus dandis*, &c. apud Gellium *lib. 16. cap. 10.*

LXXXI. Assis nota, quod libralis esset, antiqua extat hæc L; dupondii, quod bilibris, hæc LL Hinc sestertii nota est, LLS, HS, quod valent duas libras & semissem.

DE

ÆRE ET ASSE

HISTORICA NARRATIO,

CAPVT II.

I.

Asse modium frumenti Populo Ro. dedit M. Seius in annonæ caritate, Cicero *lib. 2. de Officiis*. Facit nostras communis mensura hic Francofordiæ ad Oderam, der Scheffel / cuius modius Ro. sexta pars est, nummulos Misnicos 21. cum tribus quintis. Eadem vel etiam maior annonæ vilitas fuit ante annos sexaginta fere in tota Marchia Brandeburgica, patria mea charissi. passim, vt senes adhuc meminisse & nosse possunt. Adolescens enim sæpe audiui, communem nostratem mensuram, den Scheffel / hic Francofordiæ, Siliginis quidem, quem Secalen esse volunt eruditi apud Veteres, des Roggens / vicenis nummulis Marchicis, hordei vero denis senis, sed auenæ duodenis communiter in foro frumentario & venditam & emptam fuisse. Tanta fuit tum annonæ & copia & vilitas. Liuius scribit, tantum frumenti Romam aduectum bello secundo Punico, vt Mercatores illud pro vectura nautis relinquerent. Asse veneunt duo passeres, *Matth. 10.*

Ad assem precium farris redegit in trinis nundinis Minutius Augurinus, vndecimus Tribunus plebis, Plinius *lib. 18. cap. 3.*

Assibus frumentum præstitit Trebius in ædilitate, Plin. *lib. 18. cap. 3.*

Assibus in modios frumentum primum populo Romæ donauit Manius Martius, Plin. *lib. 18. cap. 3.*

Assibus veniere duodenæ olei libræ, anno V.C.DV, Appio Claudio, Cæci nepote, L. Iunio Coss. Plinius *lib. 15. cap. 1.* Duodenæ libræ mensurales faciunt *sextarios* Ro: septem cum quinta parte :

item totidem *Nossellas* Francofordianas. Harum igitur omnium fuit precium tres nummuli Misnici cum tribus quintis.

Assibus singulis denas olei libras M. Seius, L. F. ædilis Curulis, Populo Ro. per totum annum præstitit, Plinius *lib. 15. cap. 1.* Decem libræ faciunt *sex sextarios* Ro. qui *congium* Ro. complent: faciunt itidem *sex Nosellas* Francofordianas pro tribus nummulis Misnicis cum tribus quintis partibus.

Asse fuit vini congius, ficiq; siccæ pondo XXX. olei pondo X. carnis pondo XII. farris modius. Romæ in triumpho L. Metelli, Plin. *lib. 18. cap. 3.*

Asses contulit Po. Ro. ac funus Scipionis Serapionis elocauit, cum funeris impensæ in bonis eius non essent, Plin. *lib. 21. cap. 3.*

Asses singuli precium cerussæ in libras, Plin. *lib. 35. cap. 6.*

Ad assem satisfacere in ff. est in solidum satisfacere & persoluere.

II. Asses bini succo panaces optimo precium in libras, Plin. *lib. 12. cap. 26.*

Facit nummulos Misnicos septem cum parte quinta.

Duo asses precium meretricis: Martia. *lib. 2. ad Maxi.*

Si plebeia Venus gemino tibi vincitur asse.

III. Aeris ternos tributi Cato in millia æris constituit, de ornamentis & veste muliebri & vehiculis, quæ pluris quam æris XV. Millium essent, Liu. *lib. 9. Decad. 4.* Facit nummulos Misnicos decem cum quatuor quintis. Plutarchus *in Catone Maiore* habet τρεῖς χαλκοῦς *fol. 252.*

IV. Aere quaterno, hoc est, quatuor assibus, modius frumenti emptus, apud Martialem:

Amphora vigessis, modius datur ære quaterno.

Facit der Scheffel asses 24: qui sunt grossi Misnici sex cum decem nummulis & duabus quintis.

Asses quatuor τέσσαρας χαλκοῦς Fanniæ fœminæ impudicæ damnatæ mulctam irrogauit C. Marius, Plutarch. *in Mario.* Valerius Max. *lib. 6. cap. 2.* sestertio nummo damnatam refert.

V. Asses quini precium Sandarachæ in libras, Plin. *lib. 35. cap. 6.* Facit nummulos Misnicos 18. Sandici precium in libras dimidium eius,

eius, hoc est, sester ius qui facit nouem nummulos Misnicos. Aeris V. precium Cerussæ in libras, Plin. *lib. 35. cap. 6.*

VI. Clodius Tribunus plebis legem de annona tulit, vt frumentum, quod ante dabatur senis æris ac trientibus in modios singulos, gratis daretur, Plinius.

Sex æris cum triente faciunt nummulos Misnicos 22. cùm quatuor quintis partibus. Facit der Scheffel hic Francofordiæ grossos Misnicos vndecim, nummulos quatuor, cum quatuor quintis partibus.

VII. Asses octoni precium Sinopidis in libras, Plinius *lib. 35. cap. 6.* Facit duos grossos Misnicos, nummulos quatuor & quatuor quintas partes.

Aeris octonis ne quis singula quadrantalia vinum Græcum, Aminiumq; venderet, P. Licinius Crassus & L. Cæsar Censores edixerunt, Plinius *lib. 14. cap. 14.*

VIII. Asses deni militibus olim in diem stipendium ab Augusti excessu dabantur apud Ro. Tacitus *lib. 1.* Deni asses denarium explent: vnde a denis assib. denarius & decussis dicitur. Facit tres grossos Misnicos. Seditiosi milites apud Tacit. *lib. 1.* pro denis assibus denarium stipendium diurnum a Druso exigunt. Et Plinius, loco ante citato, testatur, Denarium in militari stipendio pro decem assibus semper esse datum. Sed G. Agricola non vult hic denos asses Denarium facere: sed sedecim potius assibus fuisse permutatum, vt & Plinius *libro 33. cap. 3.* meminit, cum inquit: Placuitq; denarium XVI. assibus permutari.

Decussibus oues antiquitus æstimabantur, vt Festus Pompeius testatur, h. e. tribus grossis Misnicis.

IX. Asses viginti precium amphoræ vini apud Martialem:

Amphora vigessis, modius datur ære quaterno.

Facit sextarius nummulum Misnicum cum semisse.

X. Aeris XXV. luebat in singulas, qui arbores alienas iniuria cæcidisset, vt habet lex XII. tabularum, apud Plin. *lib. 17. cap. 1.* Facit duos denarios cum quinario, hoc est, septem grossos Misnicos cum semisse.

Centum quadrantes faciunt asses 25: & dabantur nomine spor-

 tulæ

tulæ antiquitus, vt est apud Martialem *lib.3. Epigram.* De Sportula vbi vocantur Congiarium Anteambulonis lasfi.

Asses viginti quinq; pœnæ sunto, si quis alteri iniuriam faxit, *Gel. lib. 20. cap. 1.*

XI. ἀσσαρίων τριάκοντα, hoc est, Assibus triginta escas in cœnam e foro M. Cato comparauit, Plutarch. *in Catone Maiore.* Facit grossos Misnicos 9. denarios tres.

Asses triginta duntaxat edundi caussa cuiq; sumere licebat ex lege Licinia, Calendis, Nonis, Nundinis Romanis in dies singulos, Macrob. *lib. 3. Saturn. cap. 17.*

XII. Asses XL. in libras precia laudatissimo ladano, Plinius *lib. 12. cap. 17.* Facit denarios quatuor, grossos Misnicos 12.

Asses XL. precium in libras cinnamo Caryopo, Plin. *lib. 12. cap. 28.*

Asses XL. precium optimi ammoniaci in libras, Plin. *lib. 12. cap. 23.*

Aeris quadragenos Scipio Africanus militibus diuisit donatiuum, Liui. *lib. 10. Decad. 3.*

XIII. Aeris septuagenos Cornelius militibus donatiuum diuisit, equiti duplex, centurioni triplex, Liuius *lib. 3. Deca. 4.* Facit militibus denarios septem, grossos Misnicos vicenos singulos: Equiti denarios 14. grossos Misnicos 42: Centurioni denarios 21. grossos Misnicos 63.

XIV. Aeris seu asses octoginta sunt sestertii 32. denarii octo, grossi Misnici 24. qui argenteum vncialem explent. Lubecenses vncialem nummum argenteum percutiunt valore 32. solidorum suorum Lubecensium, addito numero 32.

XV. Aeris seu asses centum faciunt sestertios 40. denarios 10. grossos Misnicos 30. quanti aureus Gallicus coronatus à Budæo æstimatur.

Centum asses præmium tertiis spoliis opimis, Plutarchus *in Marcello.*

Centussibus boues antiquitus æstimabantur, vt Festus Pompeius scribit. Centussis a centum assibus quos valet, nomen habet.

Centenariæ cœnæ olim dicebantur, in qua lege Licinia non plus centussibus præter terra nata impendebatur, Festus Pompeius. Apud Ma-

Macrobium est *lib.3. Satur. cap.17.* Fannia lex & sumptibus modum fecit assibus centum.

Vnde a Lucilio Poeta festiuitatis suæ more centussis vocatur.

XVI. Asses CXX. L. Lentulus militib. ex præda donatiuum diuisit, Liui. *lib. 1. Decad. 4.* Facit sestertios 48. denarios 12. grossos Misnicos 36. qui faciunt argenteum vncialem cum semisse, Tanti hodie sæpe æstimatur & commutatur aureus Vngaricus.

XVII. Asses centenos vicenos quinos P. Cornelius Cos. militibus donatiuum dedit, Liu. *lib.6. Decad.4.* Facit sestertios 50, denarios 12. cum semisse, grossos Misnicos 37. cum semisse.

XVIII. *Asses ducenti* præmium secundis spoliis opimis, Plutarch. *in Marcello*, Facit sestertios 80. denarios 20. grossos Misnicos 60. argenteos vnciales duos cum semisse, Coronatos duos.

XIX. *Aeris duceni & quinquageni* in pedites donatiuum diuisi, duplex centurioni, triplex equiti, Liui. *lib.4. Decad.4.* Facit pediti sestertios 100. denarios 25. Coronatos duos cum semisse, vnciales tres cum 3. grossis Misnicis. Centurioni vero HS. 200. denarios 50. coronatos 5. argenteos vnciales 6. cum quadrante: Sed Equiti cedunt HS. 300. denarii 75. coronati 7. cum semisse, argentei vnciales 9. cum nouem grossis Misnicis.

XX. *Aeris duceni & septuageni* 270. in milites diuisi ex præda donatiuum, triplex equiti, Liuius *lib.4. Deca.4.* Facit militi HS. 108. denarios 27. grossos Misnicos 81. qui faciunt argenteos vnciales 3. cum 9. groß. Equiti verò hic cedit triplicatum æris 810. HS. 324. denarii 81. Coronati octo cum tribus grossis Misnicis, argentei vnciales 10. cum tribus grossis Misnicis.

XXI. *Asses trecenti* præmium opimis spoliis primis, Plutarch. *in Marcello.* Facit sestertios 120. denarios 30. coronatos 3. argenteos vnciales 3. cum dodrante, hoc est, tribus quartis. Treceni æris in milites diuisi donatiuum, Centurionibus duplex, triplex equiti, Liuius *lib.10. Decad 4.*

XXII. *Aeris octingenti* peditibus singulis dati donatiuum, triplex equiti, centurioniq; , Liuius *lib.3. Decad.4.* Facit pediti denarios 80. sestertios 320. coronatos 8. argenteos 10: Equiti vero & centurioni cedunt denarii 240. coronati 24. argentei vnciales 30.

XXIII.

XXIII. In millia æris ternos æris seu asses Cato tributi constituit, de ornamentis & de veste muliebri & de vehiculis, quæ pluris essent quam XV. millia æris, Liuius *lib.9. Decad.4.*

XXIV. Idem sunt, idemq; prorsus valent :

1. Mille æris :
2. Mille asses :
3. Sestertii quadringenti :
4. Nummi quadringenti :
5. Quadringenti nummi sestertii, HS :
6. Centum denarii :
7. Centum drachmæ :
8. Decem coronati :
9. Argentei vnciales, qui Ioachimici Vallenses vocantur, duodecim cum semisse.
10. Libra argenti.

Asses millenos Milo in singulos ciues tributim dedit in consulatus petitione, ad Populi fauorem emerendum, Asconius Pædia : Budæus *lib.3. de Asse.* Si milleni saltem e singulis tribub. quæ Romæ XXXV. erant, redempti essent, hic ambitus Miloni constitisset æris seu assium 35000000. HS. 14000000. Denarium 350000. Coronatorum 350000. argenteorum vncialium 437500.

XXV. Aeris mille quingentos miles in triumpho Pompeij M. tulit donatiuum, qui minimum. Sic quidam interpres apud Plutarchum perperam æris pro drachmis interpretatus est, de quo infra *lib.3. de drachma.* Budæus *lib.3 de Asse.* Aeris mille quingenti faciunt denarios 150. sestertios 600. Coronatos 15. argenteos vnciales 18. cum tribus quadrantibus.

XXVI. Aeris duo millia T. Menenio mulcta a Tribunis edicta, Liuius *lib.1. ab V.C.* Dionys. Halicarnasseus *lib.9.* δισχίλια ἀσσάρια interpretatur, quod idem est. Facit HS. 800. denarios 200. coronatus 20, argenteos 25.

XXVII. Aeris non amplius terna millia peræq; in singulos menses ex Ephemeride T. Pomponius Atticus sumptui tulit expensum, Cor. Nepos in eius vita. Facit in diem quidem HS, 40: denarios 10: coronatum 1: in mensem vero HS. 1200. denarios 300. coronatos 30. Budæus *lib.3. de Asse*, sed in annum integrum duodecim

cim me[...]um tricen[...]riorum HS. 14400. denarios 3600. coronatos 360. argenteos vnciales 450.

XXVIII. Trium millium & viginti assium, maximam mulctam, hoc est, pœnam pecuniariam dixerunt: quia non licebat quondam pluribus triginta bobus & duabus ouibus quempiam mulctari: æstimabaturq́, bos centusse, & ouis decusse, vt Festus Pompeius testatur, & ante mentio facta est. Facit æris 3020. HS. 1208. denarios 302. coronatos 30. cum 6. groff. Misnicis. Argen. vnciales 37. & 18. grosl. Misnicos.

XXIX. Aeris ne minus quinum millium, 5000. legatis singulis dona constituta: comitibus eorum mille, apud Liuium *lib. 10. Decadis 3.* Sunt legatis quidem HS. 2000, denarii 500. coronati 50. argentei vnciales 62 $\frac{1}{2}$. Comitibus vero HS. 400. denarii 100. coronati 10. vnciales 12. cum semisse.

XXX. Aeris XM. 10000. mancipia Romæ venierunt, Liuius *lib. 9. Decadis 4.* Facit HS. 4000. coronatos 100. denarios 1000. argentei vnciales 125. Plutarchus in Catone Censorino recte mille drachmas interpretatur, quod idem est.

Aeris dena millia ad equos emendos ex publico data, Liuius *lib. 1.* Budæus *lib. 4. de Asse.* Aeris denis millibus innoxii pessimo exemplo damnati sunt, Liui *lib. 5. ab V. C.* Loquitur de Tribunis plebis.

V. CLASSIS APVD ROMANOS CENSVS.

XXXI. *Aeris XI. millia* census erat Quintæ & infimæ Classis Romæ, Liu. *lib. 1. ab V.C.* Facit *4400. HS. 1100. Denarios, 110. Coronatos, argenteos vnciales 137. cum semisse.* Dionysius Halicarnassensis hic a Liuio dissentit, & hunc censum *æris 1500.* superat. Habet enim minas XII. cum semisse, quæ faciunt *æris 12500. HS. 5000. denarios 1250. Coronatos 125.* de quo postea *lib. 3. capite de Mina.*

XXXII. *Aeris grauis XV. millibus* Camillus absens damnatur, Liuius *lib. 5. ab V. C.* Facit *HS. 6000. denarios 1500.* Plutarchus *in Camillo* interpretatur δραχμὰς χιλίας καὶ πεντακοσίας, hoc est, *drachmas mille & quingentas,* quod idem est. Plutarchi verba sunt: καὶ μετὰ τὰς ὤφλε τὴν δίκην ἐρήμην τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων

ἔχυσαν, ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρίυ λόγον χίλιαι δραχμαὶ καὶ πεντακόσιαι, hoc eſt, *Camillo, indicta cauſſa damnato, lis ei eſt aſſium quindecim* millibus æſtimata: quæ ſumma, ad argenti rationem relata, efficit mille & quingentas drachmas. Facit coronatos 150. argenteos vnciales 187. cum ſemiſſe. Budæus *lib. 2. de Aſſe* ſtatim initio.

Aeris XV. millibus quæ pluris eſſent, ornamenta, & veſtem muliebrem, & vehicula &c. Cato in cenſum referre viatores iuſſit, Liuius *lib. 9. Decad. 4.* de Macedonico bello.

IV. CLASSIS APVD ROMANOS CENSVS.

XXXIII. *Aeris XXV M.* 25000. cenſus Claſſis Quartæ Romæ fuit, Liuius *lib. 1. ab V. C.* Facit HS. 10000. denarios 2500. coronatos 250. argenteos vnciales 312. cum ſemiſſe. Dionyſius Halicarnaſſ. *lib. 4.* recte XXV. minas interpretatur.

III. CLASSIS APVD ROMANOS CENSVS.

XXXIV. *LM. æris 50000.* cenſus Tertiæ Claſſis Romæ, Liuius *lib. 1.* Facit HS. 20000. Denarium 5000. Coronatos 500. argenteos vnciales 625. cum ſemiſſe.

Dionyſius 50. minas recte interpretatur, & ſic cum Liuio conſentit.

II. CLASSIS APVD ROMANOS CENSVS.

XXXV. *Aeris LXXV. millia* cenſus ſecundæ Claſſis Romæ apud Liuium *lib. 1.* Facit HS. 30000. denarios 7500. coronatos 750. argenteos vnciales 937. cum ſemiſſe. Dionyſius recte interpretatur LXXV. minas.

I. CLASSIS APVD ROMANOS CENSVS.

XXXVI. *Aeris C. millia* cenſus primæ claſſis Romæ, qui & maximus fuit, a quo ciues Ro. *centenarii* ſunt dicti: quod centum millibus æris cenſi eſſent, vt nonnulli volunt, & Budæus *lib. 3. de aſſe* ex Liuio refert; horum fit mentio *l. 16. ff. de iure patrona.* Facit HS.

4000.

40000. Denariorum 10000. coronatos 1000. argenteos vnciales 1250. Dionysius *lib. 4.* recte centum minas exponit, quod idem est.

Æris centena millia ex S. C. a quæstoribus data, Liuius *lib. 9. Decadis 4.* Budæus *lib. 2. de Asse.*

XXXVII. *CX. millia* assium maximus census Romæ fuit, sub rege Seruio, apud Plin. *lib. 33. cap. 3.* Facit HS. 44000. vt & Budæus *lib. 2. de Asse* testatur. Denarium 11000. coronatos 1100. argenteos vnciales 1375.

XXXVIII. *Aeris CCCXX. millia* apud Liu. *lib. 3. Decad. 4.* faciunt HS. 128000. denariorum 32000. coronatos 3200. Argen. vncialium 4000.

XXXIX. *Aeris CCCC. millia* ex præda donatiuum diuiduntur apud Liuium *lib. 4. Deca. 4.* Facit HS. 160000. denariorum 40000. coronatorum 4000. argenteorum vncialium 5000.

XL. *Aeris D. millia* mulcta in singulas ciuitates imposita, Liui. *lib. 10. Decad. 1.* Facit HS. 200000. denariorum 50000. coronatorum 5000. argenteos vnciales 6250.

XLI. *Aeris decies* 1000000 apud Liui. *lib. 4. Decad. 3.* est visitata eclipsis, pro decies centenis millibus æris. Facit HS. 400000. denariorum 100000. coronatorum 10000. argenteos vnciales 12500. Liuii verba mox ponuntur.

XLII. Porro hic V. classium census factus est Romæ Rege VI. Ro. Seruio Tullio: quo decretum est, quæ quisq; Ciuis pro facultatibus in Rep. tempore tam pacis quam belli munera obire cogeretur: vt copiose describitur apud Liuium *lib. 1. ab V. C.* & apud Dionysium *lib. 4.* ἀρχαιολ.

XLIII. Apud Athenienses huiusmodi officia publica erant quatuor, quæ ab illis appellantur λειτουργίαι, vt est, ἱπποτροφία, τριηραρχία, χορηγία & γυμνασιαρχία, vt enumerantur apud Isocratem in Oratione περὶ ζεύγους.

XLIV. Hic autem census non erat Romæ perpetuus, sed aliquando mutatus & auctus fuit, vt constat ex eodem Liuio *lib. 4. Decadis 3.* cum inquit: Consules ex Senatusconsulto edixerunt, vt qui L. Æmilio, C. Flaminio Censoribus, millibus æris quinquaginta ipse, aut pater eius census fuisset, vsq; ad centum Millia: aut cui postea res

tanta esset facta, nautam vnum cum sex mensium stipendio annuo daret.

XLV. Qui supra centum millia vsq; ad CCC. millia, tres nautas cum stipendio annuo.

XLVI. Qui supra CCC. millia vsq; ad decies æris censûs esset, quinq; nautas.

XLVII. Qui supra decies, septem cum stipendio annuo daret, &c.

XLVIII. Porro ex hoc Liuii & Dionysii exemplo perspicue quoq; discimus veram nummi Græci cùm Romano collationem, æstimationem & exæquationem: Quippe libram Rómanam in re nummaria æque esse centenariam, atq; est mina Græca: quod vt hæc centum drachmas, ita Romana libra centum denarios contineat. Deinde Denarium Rom. & drachmam Atticam nummos esse pares, eiusdemq; valoris. Adhæc quod deni æris seu asses drachmam, vt denarium Rom: postremo quod mille æris libram argenti Romanam & minam Atticam valeant.

XLIX. Quem Liuius *lib. V. Classium censum* vocat, Dionysius Halicarnasseus τίμημα appellat: vnde est τίμημα πρῶτον, δεύτερον, τρίτον, &c. hoc est, *Classis prima, secunda, tertia, &c.* Quæ classes e Dionysio adferuntur infra *lib. 3. cap. 10. numero 7. 9. 12. 13. & 14.*

DE

L I B E L L A.

CAPVT III.

I.

Libella forma diminutiua dicta est a libra, quasi pusilla libra, teste Volusio Mætiano.

II. Hæc ratione materiæ nummus erat argenteus, vt Varro testatur, & *libella argenti* dicitur. Valet æris libram, hoc est, assem: & valore denarii decima pars est, quemadmodum as: idemq;, quod as, valet.

III. Hac Latini vtuntur, minimum pecuniolæ significare volentes: Plautus in Captiuis:

At

At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.

Idem in Pseudolo :

Tibi libellam argenti nunquam credam.

Cicero 4. Verrina : *Ecquis Volcatio, si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset.*

IV. *Libella* duplex est : vna *denarii*, altera *sestertii*. De priore Varro *lib. 4. de lingua latina* ita loquitur : *Nummi denarii decuma, libella : & erat ex argento parua.*

V. De *libella sestertii* hæc sunt Volusii Mætiani verba : *Est autem libella sestertii decima pars, teruncius quadragesima : quæ duæ partes iunctæ octauam sestertii, id est, semissem efficiunt. Nam octo libellis, id est, octo decimis, teruncii octo, id est, octo quadragesimæ : quæ fiunt quatuor vicesimæ : hoc est, quæ decimæ adiectæ complent sestertium. Sunt enim in sestertio libellæ decem, singulæ viginti, teruncii quadraginta : infra semissem nemo rationem sestertiariam ducit,* hæc Volusius Mætianus. Sed verba sunt obscura. *

VI. A libella est *sembella*, quasi dicas, *semilibella*, quod libellæ sit semissis, seu pars dimidia : denarii vicesima pars est. De hac Varro sic ait ; *Sembella quod sit libellæ dimidium :* quod semis assis.

VII. *Teruncius* de tribus vnciis, quod libellæ quarta pars sit, velut quadrans assis.

VIII. Sembella assis quidem valet nummulum Misnicum cum quatuor quintis partibus.

IX. Libellæ vero sestertii decima pars deest, vt sit nummulus Misnicus. Continet enim nouem decimas partes.

X. Sic sembella sestertii essent nouem partes vicesimæ nummuli Misnici.

* Explicat ea Gronouius *III. de pecunia veteri, cap. XII.*

DE
SESTERTIO,
ET NVMMO.
CAPUT IV.

I.

SEstertius dicitur quaſi ſemiſtertius græca figura: vt *ἕβδομον ἡμιτάλαντον*, teſte Voluſio Mætiano: hoc eſt, *ſeptimum ſemitalentum.* Continet enim ſex talenta integra, & ſeptimum dimidium: ſic hic ſeſtertius complectitur duos aſſes integros cum ſemiſſe, ſeu cum tertio ſemiſſe.

II. Apud Varronem eſt *l.4. de ling. Latina:* Seſtertius (dictus) quod ſemis tertius: ab ſemis tertius ſeſtertius dictus.

III. Et M. Vitruuius ſic habet *lib.3. cap.1:* Etiam quartam denarii partem, quod efficiebatur ex duobus aſſibus & tertio ſemiſſe, ſeſtertium vocitauerunt.

IV. Et Priſcianus ait: *Seſtertius olim dupondius & ſemis, id eſt, duæ libræ & ſemis, quaſi ſemiſtertius,* &c. Idem mox: *Dupondius enim & ſemis, antiquus ſeſtertius eſt.*

V. *Seſtertius nummus* eſt Ro. denarii quarta pars, teſte Feſto Pompeio: erat argenteus, nunquam æreus.

VI. Cicero in *Verrina* ternos denarios & duodenos ſeſtertios pro eodem ponit, de tritici precio loquens.

VII. Seſtertius præciſe valet nouem nummulos Miſnicos, vt collatio demonſtrat. Huic par eſſe cenſetur, vel vt hodie exponitur & commutatur, *Solidus Lubecenſis,* & *ſolidus Lunæburgenſis.* Nam nummus argenteus vncialis ſeſtertiis triginta duobus taxatur. Hunc nummum vncialem Lubecenſes hodie percutiunt valore 32. ſuorum ſolidorum, vt numerus 32. additus nummo indicat.

Hinc ſatis conſtat ſeſtertium Romanum & ſolidum Lubecenſem, item ſolidum Lunæburgenſem nummos pares eſſe, eodemq; valore taxari.

VIII. Solido Lubecenſi & Lunæburgenſi duo ſolidi Roſtoſtochienſes, & duo ſolidi Sundenſes & Stetinenſes valore hodie pares æſtimantur. Sic enim exponuntur & commutantur vulgo.

IX. Guil-

IX. Guilhelmus Budæus sestertium Romanum decem denariolis Turonicis Gallicis cum semisse æstimat.

X. Philippus Melanchthon, seu *charta de valore nummorum Viteberga edita*, hunc sestertium valere testatur circiter septem nummulos, pfenning, Mysorum : aut fere grossum Marchicum.

XI. Bilibaldus Pyrckhemerus, patricius Norebergicus, quasi octo nummulis Norebergicis æstimat.

XII. Sed Georgius Agricola longe aliter æstimat. Is enim triplicem habet Denarium, de quo *infra capite 6. huius* : vnde triplicem quoq; sestertium sequi, consentaneum est. Primo itaq; sestertio, qui Denarii sesquidrachmalis quarta pars est, cedunt nummuli Misnici 13. cum semisse & quarta parte. Alteri vero, qui denarii, qui vnciæ Ro. septimam partem pondus habet, quarta pars est, cedunt decem nummuli Misnici. Sed tertio & vltimo, qui denarii drachmalis quarta pars est, ab Agricola tribuuntur octo nummuli Misnici cum tribus quartis partibus. Denarium enim 35. nummulis Misnicis tantum æstimat. Huic Sestertio ego, certis rationibus adductus, nouem nummulos Misnicos adiudico. Necesse itaq; est, Agricolam longe alias summas, quæ a me vulgari supputatione variant, colligere : quod vt ille Denario drachmali nummulos Misnicos 35. æstimatione exactissima argyrognomonica tribuit, ita alii docti viri, quos & ego sequor, 36. vno addito, nummulis eundem æstimant æstimatione vulgari.

XII. Notæ sestertii, quibus compendio notatur, doctis vsitatæ sunt hæ, IIS, LLS, HS : quibus significantur duæ libræ, seu duo asses cum semisse.

DE NVMMO RO.

XIII. Nummus Ro. cum species est, idem est, quod sestertius, idemq; valet, & pro sestertio vsurpatur. Id constat ex Cicerone *in Verrina*, cum inquit : *Cogit Scandilium quinq; illa millia nummum dare Apronio.* Ibidem mox subiungitur : *Cogit Scandilium Apronio HS. quinq; millia mercedis nomine ac premii dare.* Cicero hic : *Quinq; millia nummum : & IIS. quinq; millia pro eodem ponit.*

XIV. Deinde quod Varro habet *libro 3. cap. 6. de re Rustica* : Sexagena millia nummum ; id Plinius *lib. 10. cap. 20.* sestertium sexage-

xagena millia dicit : de quæstu e saginatu pauonum vterq; loquitur.

XV. Adhæc Sestertius & Nummus vsu autorum fere coniungi solent. Columella *lib.3*: Percipere,inquit,debet in annos singulos *mille DCCXL. sestertios nummos*. Idem *lib. 1. cap.4.* Areas diuisit, *nummoq; sestertio* singulis municipibus mancipio dedit. Apud Valerium Maximum est *libro 5. cap.1.* Exequiarum apparatus *sestertio nummo* addicere.

XVI. Hinc & seorsim vsitate dicitur:

1. Mille sestertii:
2. Mille nummi:

Et coniuncte:

3. Mille sestertii nummi: & seorsim
4. Mille sestertium:
5. Mille nummum.

Et coniuncte:

Mille HS. sestertium nummum.

XVII. Plutarchus in Sylla mille νούμμους *250. drachmas* valuisse scribit. Si enim mille per quatuor diuiseris,250.prodibunt.

XVIII. Sestertius & Nummus τριημιωβόλιω, hoc est, sesquiobolo Attico par est,vt ex Aristotele apud Pollucem *lib.9.* constat,cum inquit: δύναται δὲ ὁ νοῦμμος τρία ἡμιωβόλια, hoc est: *Valet autem nummus tres semiobolos.* Vide Budæum *lib.4. de asse.*

XIX. Henricus Stephanus perperam τρία ἡμιωβόλια tres obolos interpretatur in suo Thesauro græcæ linguæ.

XX. Vtitur & Plutarchus voce Roma. νοῦμμος pro sestertio in Sylla,vt iam dictum est,& cap. sequente patet.

XXI. Idem Plutarchus in Bruto refert: *Cæsarem cuilibet ciui testamento legasse drachmas Atticas quinas & septuagenas.* Tranquillus in Cæsare *cap.83 trecenos nummos datos* esse scribit, quod idem est.

XXII. Tribuit ergo *drachmæ Atticæ* sestertios seu nummos Ro. quaternos,vt Festus Pompeius quoque testatur: vt drachma Attica Denario æqua esse putetur.

XXIII. Ioachimus Camerarius in libello quem Historiam rei nummariæ inscripsit,asserit: Nummum Rom. obolum, nummum græ-

græcum, non attingére, quod Aristotelis autoritati, paulo ante e Polluce allatæ, repugnat.

XXIV. Calderinus in sextam Satyram Iuuenalis Nummum falso interpretatur Denarium.

SESTERTIVM.

XXV. Porro *Sestertium* in neutro genere non nummum, sed *mille sestertiorum nummorum summam* significat, vt mox sequitur longa narratione.

DE
SESTERTIO NVMMO
HISTORICA NARRATIO.

CAPVT V.

Sestertius & nummus, cum species est, quarta Denarii drachmalis pars, vt dictum est, idem sunt, idemq; valent: nimirum nouem nummulos Misnicos. Hunc sestertium G. Agricola nummulis Misnicis octo cum tribus quartis ἀκριβῶς æstimat. Latini magnas summas pecuniarias & sestertiis & nummis seiuncte: & sestertiis nummis coniuncte peculiari vsu efferre solent: vnde rerum multarum & variarum precia apud antiquos præter alia multa, quæ cognitione dignissima sunt, cognoscere licet. Etsi vero hæc rerum precia apud veteres Romanos & alias gentes hodie pene incredibilia esse videantur, si quis ad nostra tempora referat: verisimilia tamen eadem faciet & rerum illarum vel copia vel inopia, & antiqua opulentia ac luxuria, præsertim apud Romanos, totius propemodum Orbis dominos.

I. Sestertii singuli precium Melino in libras, apud Plinium *lib. 35. cap. 6.* h.e. nouem nummuli Misnici.

Sestertiis in libras æstimatur viride Appianum, apud Plinium *libro 35. cap. 6.*

II. *Sestertiis duobus* tritici modium fuisse, Verres gloriatur apud Ciceronem in *Verrina frumentaria*, & in *Diuinatione*. Facit nummulos Misnicos 18. in modium Ro. Mensura vero nostras, quæ

N a scapha

a ſcapha nomen habet, der Scheffel 9. groſſos Miſnicos facit, quod ille huius ſexta pars ſit.

III. *Seſtertiis ternis*, hoc eſt, nummulis Miſnicis viginti ſeptem modius Rom. frumenti mediocribus annis lege æſtimatus & emptus eſt Romæ, vt Philippus Melanchthon *lib. tertio Chronici* ex Ciceronis Varrina Frumentaria adfert. Facit noſtras menſura hic Francofordiæ ad Oderam der Scheffel/ ſeſtertios 18. denarios Ro. quaternos cum ſemiſſe, groſſos Miſnicos duodenarios 13. cum ſemiſſe.

IV. *Seſtertiis quaternis*, hoc eſt, ſingulis denariis Perſica poma Romæ venundata, refert Plinius *lib. 15. cap 12.* Facit groſſos Miſnicos 3. nummulos Miſnicos 36. Solidos Lubecenſes, & Lunæburgenſes quatuor, ſolidos Roſtochienſes & Sundenſes octo.

V. *Δέκα νῦμμοι*, hoc eſt, decem nummi ſeſtertii precium boni vituli, ex Epicharmo apud Pollucem *lib. 9.* Decem nummi ſeſtertii valent 7. groſſos Miſnicos cum ſemiſſe.

VI. *Nummis duodenis*, hoc eſt, denariis ternis Turdos ad Epulum adijciale veniiſſe, Cato refert apud Varronem *lib. 3. cap. 2. de Re Ruſt.* Facit vnus turdus groſſos Miſnicos 9.

Seſtertios duodenos Verres in modios ſingulos pro frumento exigit, Cicero *in Diuinatione*. Facit noſtras menſura, der Scheffel ſeſtertios 72. denarios 18. argenteos vnciales duos cum quadrante.

VII. *HS. quini deni* in ſingula medimna frumenti dati, Cicero in *Frumentaria Verrina*. Facit der Scheffel HS. quindecim groſſos Miſnicos, & tres nummulos. Medimnum noſtrati menſuræ par ſtatuimus.

VIII. *Seſtertiis ſedecim* auri ſcripulum taxari, Plinius ſcribit *lib. 19. cap. 1.* hoc eſt, denariis 4: qui faciunt groſſos Miſnicos duodecim. Qua ratione auri drachma taxatur ſeſtertiis 48. proportione duodecupla: qui faciunt denarios 12. groſſos Miſnicos 36: quanti aureus Vngaricus hodie commutatur aliquando.

IX. *HS. XVIII.* frumentum Sicilienſe, ex lege æſtimatum, ſ in medimnum. Facit der Scheffel 13. groſſos Miſnicos cum ſemiſſe.

X. *Nummi triceni* precium ſingulis Perſicis duracinis fuere, nullius maiore, quod miremur: quia non aliud fugacius. Longiſſima namq; decerpto bidui mora, cogitq; ſe venundari, apud Plinium

nium *lib.15. cap.12.* Facit denarios 7. cum semisse, grossos Misnicos 22. cum semisse.

Nummis tricenis libram purpurissi Armenii taxari, refert Plinius *libro 35. cap.6.*

Nummos tricenos Tiberius Cæsar congiarium viritim dedit, Cor. Tacitus *lib.17.* Suetonius in Tiberio *capit. 20.*

Et Augustus tricenos nummos frequenter populo congiaria dedit, Suetonius in Augusto *cap.41.*

XI. *Sestertii nummi 32.* faciunt denarios Ro. 8. grossos Misnicos 24: quanti hodie taxatur & commutatur argenteus nummus vncialis, qui κατ' ἐξοχὴν a loco Ioachimicus Vallensis dicitur.

Solidis Lubecensibus & Lunæburgensibus triginta duobus hodie idem nummus argenteus vncialis censetur, æstimatur, & percutitur Lubecæ cum addito hoc numero 32.

Solidi vero Rostochienses & Sundenses sexaginta quatuor argenteum vncialem explent.

G. autem Agricola *lib. 3. de precio monetarum* huic nummo argenteo vnciali tribuit tantum grossos Misnicos duodenarios 22. & nummulos Misnicos vndecim: qui faciunt nummos Misnicos 275. Viginti quatuor grossi duodenarii faciunt nummulos 288. Quare supputatio Agricolæ & ab aliorum & hac mea multum variat: præsertim in magnis summis: quod is æstimationem ἀργυρογνώμονικὴν sequatur. Ego vero vulgarem potius amplector, etiam doctos secutus.

XII. *Sestertii* 40. coronato, aureo Gallico, a Budæo tribuuntur in libris de Asse: qui faciunt denarios 10. grossos Misnicos triginta, argenteum vncialem cum quadrante. Qua ratione & quadraginta solidi Lubecenses & Lunæburgenses Coronato Gallico cedunt: Solidi vero Rostochienses & Sundenses 80. eidem coronato tribuuntur.

Quadragenos nummos frequenter populo congiaria Augustus dedit, Sueton. in Augusto *cap.41.*

Quadragenos nummos congiarium populo Ro. viritim Nero diuisit, Sueton. in Nerone *cap. 10.*

XIII. *Nummis quadragenis* octonis, hoc est, denariis duodenis

Ro. grossis Misnicis triginta sex hodie æstimatur & commutatur fere aureus Vngaricus.

XIV. *Nummi quinquaginta* precium synceræ cinnabari, apud Plin. *lib 33 cap.7.* Facit denarios duodecim cum semisse, grossos Misnicos 37. cum semisse.

HS, quinquaginta commilitibus singulis Pompeius M. in suo triumpho donatiuum dedit, Plin. *lib.37. cap.2.*

Quinquagenos nummos pelagii libras nusquam excedere, refert Plini. *lib.9. cap.40.* Sed G. Agricola hic non nummos, sed denarios intelligendos esse putat.

XV. *LX. nummos* viritim congiarium distribuit Caligula: his addit fœnoris nomine quindenos, quod non statim soluisset, Dio. *lib. 59.* Facit simul denarios 18. & restant tres sestertii: argenteos vnciales duos, octo grossos Misnicos cum tribus nummulis.

XVI. *HS. nummos centenos* Galba apud Othonem Imp. cœnans, cohorti, excubias agenti, viritim diuisit, Tacitus *lib. 17.* Idem Suetonius in Othone *cap. 4.* sic refert: Quoties cœna Principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim diuidebat. Et Plutarchus in Galba habet: χρυσοῦν ἑκάστῳ διανέμων, hoc est, aureum cuiq; distribuens. Repetit Budæus *lib. 3. de Asse*, And. Alciat. *lib.3. Dispunct. cap.9.*

Hic æquantur centum nummi, aureus, & χρυσοῦς. Fuit ergo is aureus nummus didrachmus, centum sestertiis nummis, denariis 25. æstimatus, proportione argenti ad aurum duodecupla cum semisse. Facit coronatos 2. cum semisse, argenteos vnciales tres cum trib. grossis Misnicis. Si centenos sestertios in singula iugera efficiant prata, pascua & sylua, optime domino consulere videtur, Colum. *lib. 3. cap.3.*

Centenos nummos libra lanæ albæ Circumpadanæ ad hoc æui non excessit, Plin. *lib.8. cap.47.*

Centeni nummi precium buccini in libras, Plin. *lib.9. cap.40.* G. Agricola intelligit denarios.

Centeni nummi in singulas vini amphoras L. Opimio Cos. statuuntur, Plinius *lib. 14. cap. 4.* qui faciunt grossos Misnicos 75. in amphoram. Facit sextarius Romanus, & Nossella Francofordiana

ad

ad Oderam, quod mensuræ pares sint, duos sestertios, hoc est, nummulos Misnicos 18. cum vna parte duodecima.

XVII. *Centenos & vicenos nummos* congiarium viritim Cæsar legauit, Dio. *lib. 44.* Facit Coronatos 3. argenteos vnciales 3. & 18. grossos Misnicos.

XVIII. *Centenos & quadragenos sestertios* singulis legionariis donatiuum Antonius distribuit, Dio. *lib. 49.* Facit denarios 35. coronatos 3. cum semisse, argenteos vnciales 4. cum 9. grossis Misnicis.

XIX. *Nummis ducenis* singula paria pullorum columbarum Romæ veniisse, refert Varro *lib. 3. cap. 7.* Facit denarios 50. coronatos 5. argenteos vnciales sex cum quadrante.

Ducenos nummos Augustus Cæsar sæpe populo congiarium dedit, Suetonius in Augusto. Si tantum 2000000. ciuium ad hoc congiarium nomina dederint, constitit id Augusto HS. 400000000. quater millies, Denarium 100000000. millies, coronatorum 10000000. centies, argenteorum vncialium 12500000. centies & vicies quinquies. Budæo *lib. 3. de Asse* est 1000000. decies centena millia pondo argenti.

Ducenis nummis, hoc est, quinquagenis denariis pauones veniisse, refert Varro *lib. 3 cap. 6.* CC. nummis murem veniisse, Casilinum obsidente Annibale: eumq; qui vendiderat fame interiisse, emptorem vixisse, tradunt, Plinius *lib. 8. cap. 57.* Valerius Max. habet CC. denarios, Strabo *lib. 5.* CC. drachmas, de quibus infra suo loco.

XX. *Nummos ducenos quinquagenosq;* nonnunquam congiarium populo dedit Augustus, Suetonius in Augusto *cap. 41.* Facit denarios 62. cum semisse, Coronatos 6. & septem grossos Misnicos cum semisse, argenteos vnciales 7. & 19 grossos Misnicos cum semisse. Censu acto post triumphum Augusti Actiacum inuenta sunt ciuium Rom. quadragies semel & sexaginta millia 4160000. vt Eusebius *in Chronicis* refert. Quod si ex ciuibus tantum vicies centena millia 2000000. nomina ad hoc congiarium dederint, idem Augusto constitit HS. 500000000. quinquies millies, Denarium 125000000. millies ducenties & quinquagies, Coronatorum 12500000. argenteorum vncialium 15625000. centies sexies & quinquagies centena, & viginti quinq; millia.

XXI. *Trecenos HS. nummos* congiarium Cæſar ſe viritim largiturum promittit, Dio *lib. 41.*

Trecentenos nummos ſeſtertios Cæſar populo viritim legauit, Dio. *lib. 44.* Plutarchus *in Cæſare* recte interpretatur 75. drachmas, quod idem eſt. Et Appianus pro trecenis nummis ſeſtertiis 75. drachmas dixit, *lib. 2. Bellorum Ciuil: pag. 244.* Et apud Dionem *lib. 56.* ſunt 75. drachmæ. Facit ſingulis denarios 75. Coronatos 7. cum ſemiſſe, argenteos vnciales 9. cum 9. groſſis Miſnicis.

Trecenos nummos Auguſtus legionariis legauit, donatiuum, Sueto. in Auguſto *cap. 101.*

Trecenos ſeſtertios vrbanæ multitudini Auguſtus teſtamento congiarium donauit, quos Tiberius diſtribuit, Dio *lib. 50. fol. 361.* in Tiberio.

Trecenos nummos militibus C. Caligula legatum viritim repræſentauit. Dio *lib. 59. fol. 393.*

Trecenos HS. Claudius donatiuum in ſingula capita diuiſit, Dio *lib. 60. fol. 416.*

Trecentis nummis quadragenæ vrnæ vini veneunt, Columella *lib. 3. cap. 3.* Facit ſextarius quidem Ro. cui Noſſella Francofordiana par eſt, duos nummulos Miſnicos cum triginta nouem partibus quadrageſimis octauis; Vrna vero HS. nummos ſeptem cum ſemiſſe, nummulos Miſnicos ſexaginta ſeptem cum ſemiſſe.

Trecenis nummis quadragenæ vini vrnæ, hoc eſt, amphoræ viginti veneunt, *Colu. lib. 3.* Facit ſextarius Ro. duos nummulos Miſnicos cum tredecim partibus ſedecimis.

XXII. Nummos trecenos Cæſar viritim diuiſit populo, & centenos pro mora, vt ſint in ſumma quadringeni congiarium, Suetonius in Cæſare *cap. 38.* Dio *lib. 43.* Appianus *lib. 2. Bell. Ciuil.* minam Atticam datam eſſe ſcribit, quod idem eſt, Budæus *lib. 3. de Aſſe.* Nam ſeſtertii quadringenti ſunt mille æris, denarii centum, libra argenti centenaria.

Quadringentos nummos Cæſar Auguſtus congiarium populo viritim diuiſit, Dio *lib. 51.*

Nummi quadringenti viritim congiarium dati, Tacitus *lib. 13.* Dio *lib. 56. fol. 361.* Facit coronatos decem, argenteos vnciales 12. cum ſemiſſe.

CCCC.

CCCC. Nummis asinum emptum Q. Axio senatori, autor est M. Varro, Plin. *lib. 8. cap. 43.* Varro *lib. 2. cap. 1.* Sed legendum est potius CCCC. millibus HS. de quo infra.

XXIII. *Nummos quingenos* vrbanis cohortibus Augustus legauit, Sueton. in Augusto *cap. 101.* Dio *lib. 56 fol. 361.* Facit denarios 125. coronatos 12. cum semisse, argenteos vnciales 15. cum 15. grossis Misnicis. Quingenos sestertios Caligula Imp. vrbanis militibus donatiuum viritim distribuit, Dio *lib. 59. fol. 393.*

XXIV. *Sestertiis sexcentis nummum* singula millia viuiradicum veneunt, Colum. *lib. 3. cap. 3.* Facit denarios 150. coronatos 15. argenteos vnciales 18. cum dodrante.

XXV. *HS. DCCCCLX.* singulæ amphoræ succi sesamæ æstimantur, Curtius *lib. 6.* Facit denarios 240. coronatos 24. argenteos vnciales 30. Sextario Rom. & Francofordianæ Nossellæ cedunt quinq; denarii, sestertii 20. grossi Misnici 15.

SESTERTIVM.

XXVI. Exoritur hic inter doctos quæstio: idem ne sint, an vero inter se differant, sestertius masculini generis, & sestertium neutrius generis. Hæc duo vocabula idem esse, idemq; significare, multis contendit G. Agricola, *lib. 2. de precio veterum nummorum:* cui suffragatur Hotomannus, & alii nonnulli: quod vtrunq; significet eum nummum argenteum, qui duos æris seu asses cum semisse valeat, & denarii Romani quarta pars sit. * Budæus vero in libris de Asse & alii contra distinguunt: quibus sestertium in neutro genere non est nummus, sed mille sestertiorum nummorum summa: quod, vt Sestertius nummus duas libras grauis æris cum semisse continet, ita Sestertium duas libras cum semisse argenti capiat, pendat, valeatq; hoc est, sestertios mille: vnde Sestertium millenarium dici potest. Id verum esse firmis bonorum autorum testimoniis perspicue confirmatur.

XXVII. Primum enim id constat ex A. Gellio, qui tempore Adriani Imp. scripsisse traditur. Is *libro 5. cap. 2.* Bucephalum, Alexandri Magni equum, tredecim talentis emptum esse refert: quæ æris Romani sestertia CCCXII. facere affirmat. Intelligit itaq; Gellius

* Hotomannum confutat Gronovius *2. de pecunia vet. cap. 1.*

lius Talentum Atticum minus sexaginta minarum : Sestertium vero millenarium accipit. Talentum hoc constat sex millibus drachmarum Atticarum, seu sex millibus denariorum Rom. sestertium 24000. XIII. Talenta faciunt drachmarum 78000. sestertiorum nummorum 312000. Eodem modo sestertia millenaria CCCXII. per mille multiplicata faciunt 312000. sestertiorum, per quatuor rursus diuisa sunt drachmarum Atticarum seu denariorum Romanorum 78000.

XXVIII. Deinde idem Gellius *lib. 3. cap. 17.* scribit, Aristotelem pauculos Speusippi Philosophi libros emisse tribus talentis Atticis : & Romani nummi interpretatur HS. duo & septuaginta millia. Si hos sestertios per tria talenta diuiseris, vni talento sestertium 24000. sestertia millenaria 24. cedunt. Constat igitur ex Gellio duplex esse sestertiorum discrimen : vt sestertius sit nummus : sestertium vero mille sestertiorum nummorum summa nummaria.

Falsum itaq; est, quod Beroaldus scribit, sestertium esse nummum argenteum duarum librarum cum semisse argenti : cum potius sit nummorum mille summa.

XXIX. Adhæc Plutarchus *in Fab. Maximo* diserte meminit huius sestertii millenarii, cum inquit : *θέας δὲ μουσικὰς καὶ θυμελικὰς ἄξειν (ηὔξατο) ἀπὸ σηστερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, ἔτι τριτημορίου προσόντος. τοῦτο τὸ κεφάλαιόν ἐστιν ὀκτὼ μυριάδες δραχμῶν, καὶ δραχμαὶ τρισχίλιαι πεντακόσιαι ὀγδοήκοντα τρεῖς καὶ δύο ὀβολοί,* hoc est : *Ludos Musicos & scenicos se acturum esse* (vouit) *sestertiis trecentis triginta tribus* (intelliguntur sestertia millenaria) *& denariis trecentis triginta tribus, triente adhuc addito. Hæc summa est drachmarum octoginta tria millia, & quingentæ octoginta tres & duo oboli.* Hermannus Cruserius sic latine per sestertios nummos reddit : Simul ludi magni voti CCCXXXIII. millibus nummum, & CCCXXXIII. denariis triente. Plutarchus intelligit hic CCCXXXIII. sestertia millenaria, & summa quadrat. Facit drachmas Atticas 83583. cum duobus obolis, & totidem denarios Romanos. Coronatos 8358. cum decem grossis Misnicis, argenteos vnciales 10447. cum groß. Misnicis 22. Alii Plutarchi interpretes in huiusmodi locis interpretandis turpiter lapsi & hallucinati sunt.

XXX. Adhæc Seneca talento paruo Attico XXIV. sestertia millenaria tribuit *lib.10. Epist. ad Nouatum*, vt Priscianus refert.

XXXI. Præterea Cicero ipse in *quarta Verrina*: Quinq; sestertia: Quinq; millia sestertium: Quinq; millia nummum, pro eodem dixit. Sic enim habet: Facta est sponsio sestertiis quinq;: Coegit enim Scandilius recuperatores aut iudicem postulare: & paulo post: Coegit Scandilium Apronio dare quinq; millia HS. Sed exemplaria hic nonnihil variant.

XXXII. Postremo hoc sestertium fortassis est, quod amplum a Solino vocatur, cum inquit *cap. 40*: Basilisci reliquias amplo sestertio Pergameni compararunt. Hæc sunt satis firma bonorum autorum testimonia, quibus certo astruitur, quod duplex sit Sestertii acceptio.

XXXIII. Id verum esse, nota ipsa sestertii quoq; indicio est. Est enim sestertii nota hæc IIS, & LLS, & H-S, & HS: qua significantur duæ libræ & semis. Sed sestertii millenarii notam esse arbitratur Budæus eandem, sed cui supra caput lineola addita sit, hoc modo $\overline{HS}$: quod se in vetustis libris deprehendisse scribit *lib.2.de Asse*. Nam quod est apud Plinium *lib.33. cap.10*: C. Cæcilius Claudius Isidorus testamento edixit, quamuis multa ciuili Bello perdidisset, tamen relinquere in numerato HS. DCM: id in antiquissimo libro apud Plinium ibidem esse dicit: $\overline{HS.}$ $\overline{DC.}$ lineola instar apicis vtrobiq; supra caput addita: vt itidem, Sestertium sexcenta millia significet. Quemadmodum enim hæ septem notæ numerorum latinæ millenariæ fiunt, si linea supra caput addatur, hoc modo, $\overline{I}$, $\overline{V}$, $\overline{X}$, $\overline{L}$, $\overline{C}$, $\overline{D}$, $\overline{M}$, vt est apud Probum Grammaticum: ita sestertii nota est $\overline{HS}$ millenaria habenda est. Quam obrem cum hoc sestertii duplici discrimine veterum autorum scripta cautius legenda sunt. Redeo ad historiam.

XXXIV. Idem prorsus sunt, idemq; valent;

1. Mille sestertii:
2. Mille nummi;
3. Mille HS;
4. $\overline{HS}$:
5. Mille sestertium:
6. Mille nummum, apud Gel. *lib.9. cap.2*:

7. Mille ſeſtertii nummi :
8. Mille HS. nummum :
9. Aeris 2500 :
10. Denarii 250 :
11. Drachmæ 250 :

Plutarchus *in Sylla* mille nummos interpretatur drachmas Atticas 250. denarios Ro. drachmis Atticis exæquans.

12. Coronati 25 :
13. Argentei vnciales triginta vnus cum quadrante.
14. Seſtertium in neutro genere.
15. Duæ libræ cum ſemiſſe argenti.

Hæc omnia prorſus idem ſunt.

Plutarchi locus, cuius iam mentio facta eſt, *in Sylla* ſic habet : ἄνθρωπος ἀπελευθερικὸς ὠνείδισε τὸν σύλλαν, ὅτι πολὺν χρόνον ἐν μιᾷ συνοικίᾳ συνδιῃτῶντο, φέροντες ἐνοίκιον. αὐτὸς μὲν τῶν ἄνω διχιλίους νούμμους, ἐκεῖνος δὲ τῶν ὑποκάτω τριχιλίους, ὥστε τῆς τύχης αὐτῶν τὸ μεταξὺ χιλίους νούμμους εἶναι, οἳ πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμὰς δύνανται, hoc eſt : *Homo libertinus Syllæ exprobrauit, quod multo tempore in vna domo habitaſſent locarium ferentes : ipſe quidem ſuperioris cænaculi bis mille, ille vero inferioris ter mille nummos : vt inter ipſorum fortunam mille nummi interſint : qui ducentas & quinquaginta drachmas valent*, Hæc Plutarchus.

XXXV. Sed G. Agricola mille nummos æſtimat argenteis vncialibus 36. & præterea duodenariis octo, duplis quatuor. Vngaricis vero 24. & duodenariis octo cum nummulis quatuor.

Millibus ſingulis nummum eximia Columbarum paria veneunt, Varro *lib.3. cap.7. de Re Ruſtica.*

Singula millia nummum Auguſtus Cæſar donatiuum Prætorianis militibus legauit, Sueton. in Auguſt : *cap.101.* Dio *libro 56.*

Singulis millibus nummum bini congii gari permutantur, Plinius *lib.31. cap.8.*

Millenis nummis datis milites a Seuero placati, Dio *lib.46.*

Singula millia nummum Auguſtus a ſe diuidebat, ne a ſe candidati quippiam in Comitiis deſiderarent, Sueton. in Auguſto *cap.40.*

Mille nummum habetur *l.41. ff. de manumiſſ. teſtam:* & *l.8. ff. de fidei commis. libert.*

Mille

Mille nummum datur ærufcanti, & Philofophum fe oftentanti, Gell. *lib. 9. cap. 2.*

Mille nummos, hoc eft, fingula feftertia millenaria Budæus æftimat Francicis 43 : qui faciunt Ducatos 23. folidos Turonicos 35: quibus fi addas duos folidos & femiffem, fient ducati 23.

Mille nummos dari iuffit Auguftus ei, qui noctuam, a qua fomnus eius ruptus erat, prehendit, Macrobius *lib. 2. Saturn. cap. 4.*

ECLIPSIS NOTANDA.

XXXVI. Porro in fequentibus exemplis nummorum gemina eclipfis fupra mille obferuanda eft, nunc vel vocis feftertii, vel eius notæ HS, nunc vocis, mille & millia, veteribus autoribus vfitata : ne lectorem, parum cautum moueat, fallatq; : vt apud Martialem eft *lib. 6.*

Pauca Iouem nuper cum millia forte rogarem.

Et rurfus *lib. 5.*

Quid promittebas mihi millia Gaure ducenta :
Si dare non poteras millia Gaure decem?

Subintellige vel HS, vel feftertium.

Sed fæpe etiam, Millia defiderantur, Martialis :

Septingenta Tito debet Lupus. Et rurfus :
Quadringenta tibi non funt, Chæreftrate furge.

Subintelliguntur Millia.

Deinde obferuandum eft & hoc, vt, vbi vel nota HS, vel vox Seftertia poft vocem, Millia, fequitur, feftertium in genitiuo accipiatur.

XXXVII. *MCC. nummi* precium ferui, Martialis *lib. 10. Epigram.* in Calliodorum. Facit denarios 300. coronatos 30. argenteos vnciales 37. cum femiffe.

XXXVIII. *Mille fexcentis HS.* L. Axius fingula columbarum paria venditauit, Varro *lib. 3. cap. 7.* Facit denarios 400. coronatos 40. argenteos vnciales 50.

Cicero in *V. Actione Verrina*, HS MDC. & Denarios quadringentos pro eodem ponit : & eft precium Cupidinis Praxitelis.

XXXIX. *HS. MDCC.* precium Daphnidis grammaticæ artis, Plin. *lib 7. cap. 39.* Facit denarios 425 coronatos 42. cum semisse, argenteos vnciales 53. cum tribus grossis Misnicis. Sed Budæus legit potius CCCM D CC HS, de quo infra.

XL. Mille nummos in singulos legatum Caligula distribuit, additis totidem a se, Dio *lib. 59.* Faciunt hi bis mille nummi drachmas seu denarios 500. coronatos 50. argenteos vnciales 62. cum semisse.

XLI. *Nummum bina millia* Nero manipularibus viritim donatiuum diuisit, Tacitus *lib. 15.* Facit vt dictum est paulo ante.

Bina sestertia donatiuum Cæsar militibus in Triumpho dedit, Dio *lib. 43.*

Duo millia nummum sestertiorum Syllæ cohabitator locarium dedit pro superiore habitatione, Plutarch. *in Sylla.*

Binis millibus nummum vnius arboris vsusfructus annuus a propola conductus & addictus est, Plin. *lib. 17. cap. 1* : idq; non mirum videri debet, cum vnum pomum Persicum tricenis sestertiis venditum sit, vt testatur idem Plin. *lib. 15. cap. 12.* qua ratione 67. poma hoc precium confecerint.

Millia bina menstrua, scilicet HS, pater Philomuso constituit, Martia. *lib. 3. Epigram.*

HS MM, hoc est, duo millia e iugero cytisi spondet Aristomachus Atheniensis, Plin. *lib. 13. cap. 24.*

Super bina sestertia veteranis legionibus prædæ nomine in singulos pedites donatiuum Cæsar dedit, Sueton. in Cæsare *cap. 38.* Apud Dionem *lib. 43.* in exemplari græco πεντακοσίας, hoc est, quingentas scilicet drachmas, pro πενταχιχιλίας, hoc est 5000. recte quidam legendum esse monent. Quingentæ drachmæ faciunt 2000. HS. Quinq; millia vero scilicet drachmarum faciunt 20000. HS. Sed vsq; ad bina millia nummum annuam etiam habitationem Romæ in Italia non vltra quingenos sestertios Cæsar remisit, Sueton. *cap. 38.*

HS bina millia legatis & quæstoribus, qui oras maris defendissent, in Pompeii triumpho data donatiuum, Plinius *lib. 37. cap. 2.*

XLII. *Tria millia nummum* Syllæ locarium pro inferiore habita-

bitaculo, est apud Plutarchum *in Sylla*. Facit denarios 750. coronatos 75. argenteos vnciales 93. cum dodrante.

Tribus millibus nummorum decem millia viuiradicum veneunt, Columel. *lib.3. cap.3.*

XLIII. III MDCC sestertiis M. Scaurus Daphnidem grammaticum licitatus est, Plin. *lib.7. cap.39.* Facit denarios 925. coronatos 92. cum semisse, argenteos vnciales 115. cum 15. groff. Misnicis. Sed Budæus arbitatur potius legendum esse CCC. Millibus DCC. sestertiis, de quo infra, numero 82. & supra numero 39.

XLIV. *Denarios mille*, hoc est HS, nummum quatuor millia, Roscius Comœdus mercedem diurnam de publico accepit, Macrob. *lib.3.* Saturn. *cap.14.* Facit coronatos 100. argent. vncial. 125. æris 10000.

XLV. *HS quinis millibus* in libras delphinos emptos habuit C. Gracchus, Plin. *lib.33. cap.11.* Facit denarios seu drachmas apud Dionem in Iuliano 1250. coronatos 125. argent. vnciales 156. cum quadrante.

Nummum quina millia Sabinus Nymphidius donatiuum legionibus prouincialibus promittit, vt Galbam Imperatorem salutarent, Plutarchus *in Galba*.

Quinq; millibus seruus si emptus, *l.57. ff. de Aedil. edicto.*

Quinq; millibus HS. Octauius mullum emit, vendente Tiberio, Seneca *Epist.90. ad Lucil.*

XLVI. *Sestertiis* sex Luscinia candida empta, quæ Agrippinæ, Claudii Principis coniugi, donaretur, Plin. *lib.10. cap.29.* Facit coronatos 150. denarios 1500. argen. vncial. 187 $\frac{1}{2}$.

Sex millia HS. data esse, scribit Plinius *lib.37. cap.2.* donatiuum militibus in triumpho Pompeii M. Appianus vero in Mithridatico, & Plutarchus *in Pompeio* millenas & quingenas drachmas datas fuisse scribunt, quod idem est. Si enim 6000. per quatuor diuiseris, 1500. in diuisorio erunt. Hermannus Cruserius recte tot denarios reddit. Martial. *lib.4.* Epigram. in auarum amicum:

Millia misisti mihi sex bis sena petenti.
Vt bis sena feram, bis duodena petam.

L. Crassus VI. millibus sestertiis (sestertium) in singulas libras vasa empta habuit, Plin. *lib.33. cap.11.*

HS. sena millia carduos apud Carthaginem magnam, Cordubamq; præcipue ex aruis reddere certum est : quoniam portenta quoq; in ganeam conuertimus, Plin. *lib.19. cap.8.*

VI M sestertium Rex Attalus emit tabulam Aristidis, Liberum Patrem continentem, Plin. *lib.35. cap.4.*

Sex millibus mullus piscis emptus, Iuuenalis *Saty. 4.*:

Mullum sex millibus emit :

Æquantem sane paribus sestertia libris.

Sex millibus HS duo vitrei calices venditi, Plin. *lib.36. cap.26.*

Sena in singulos sestertia donatiuum Antonius promittit militibus, iactis in Cæsaris castra libellis, Dio *lib.51.*

XLVII. HS VI M & D signa Praxitelis, Myronis, Polycleti, Verri vendita, Cicero in Verrinis. Facit denarios 1625. coronatos 162. cum semisse, argenteos vnciales 203. & 3. gross. Misnicos.

XLVIII. *Septem millibus nummum* Asinius Celer, vir consularis, mullum vnum mercatus est. Macrob. *lib.3. cap.16.* Saturn. Facit denarios 1750. coronatos 175. argenteos vnciales 218. cum dodrante, hoc est, cum 18. grossis Misnicis.

XLIX. *Octo millibus nummum* Asinus (Macrobius habet Asinius) Celer e consularibus, mullo pisce prodigus, Claudio Principe vnum mercatus est : quod ideo mirum videri debet, quod hic piscis raro admodum binas libras ponderis exuperet, Plinius *lib.9. cap.17.* Martialis *lib.11. Epigram*: Mullum bilibrem vocat in Phyllida. Facit denarios 2000. coronatos 200. Budæus *lib. 2. de Asse*, argenteos vnciales 250.

Octo millibus sestertiis (sestertium) vinitorem emptum, refert Columella *lib.3. cap.3.* Budæus *lib.2. de Asse.*

Octo millibus nummorum vineæ septem iugerum solum partum, refert Columella *lib.3. cap.3.*

Idem precium Coci fuisse scribit Plinius *lib.9. cap.17.*

L. *Ad dena HS*, hoc est, ad dena HS millia edicto Claudii honorarium aduocatis accipere licebat : alioqui repetundarum tenebantur, Tacitus *lib.11.* Andreas Alciatus *lib.3. cap.9. Dispunctionum.* Facit denarios 2500. coronatos 250. argenteos vnciales 312. cum semisse. G. Agricola taxat vncialibus 363. semunciali vno, trib. duodena-

denariis grossis, & 1½. nummulo Misnico, Vngaricis 242. vno semunciali tribus grossis, nummulo vno cum semisse.

Ad dena millia sestertia (sestertium) ex melle recepta esse, a Veianis fratribus, testatur Varro *lib.3. cap.16.* de Re Rustica.

Dena sestertia pro singulis versib. qui erant XXI. & in sexto Aeneid. extant de Marcello, Octauia, Marcelli mater, Augusti Cæsaris soror, Virgilio dare iussit, vt Seruius Grammaticus testatur. Facit integra summa denariorum 52500. coronatos 5250. Budæus *lib.3. de Asse*, argent: vnciales 6562. cum semisse.

Decem millibus scilicet HS. Bassus lacernas Tyrias emit, Martialis *libro 8. Epigram.*

Sestertiorum X millia mulcta esto, si quis aquam aquæductus dolo malo oletarit, vbi publice salit, Frontinus *libro 2. de Aquæductibus.* Oletare est olidam facere.

Dena in millia in singulas res damnas esto, est apud Iulium Frontinum, vbi de Aquæductibus loquitur.

Dena sestertia spiculatoribus repræsentata ab Othone, vt Galbam trucidarent, Sueton. in Othone *cap.5.*

Dena sestertia viritim diuisa militibus a Cæsare donatiuum, Dio *lib.46.*

HS ccIↃↃ. hoc est, sestertium decem millia, est apud Ciceronem *lib.XI.* Epistol. ad Atticum.

HS X. empta mensa cedrina apud Plin. *lib.13. cap.15.*

LI. *HS XI.* mensa cedrina Galli Asinii memoratur apud Plin. *lib.13. cap.15.* Facit denarios 2750. coronatos 275. argenteos vnciales 343. cum quadrante, Budæus *lib.3. de Asse.*

LII. *HS XIIM. M.* Agrippa duas tabulas Aiacis & Veneris a Cyzicenis mercatus est, Plinius *lib.35. cap.4.* Facit denarios 3000. coronatos 300. argenteos vnciales 375.

Duodena millia sestertia (sestertium) C. Hirrius ex ædificiis circum piscinas capiebat, Varro *lib.3. cap.17. de re Rustica.*

Nummum duodena millia donatiuum Alexander M. pediti dedit, Curtius *lib.7.*

XII. sestertia Marcus Imp. viritim donatiuum dedit, Dio *in Pertinace.*

Duo-

Duodena millia nummum militib. donatiuum viritim constituit, viginti annis militiæ exactis, Dio *lib.55.*

Duodena sestertia Pertinax militibus donatiuum pollicebatur, apud Dionem in Pertinace, sunt tria millia drachmarum.

LIII. *HS XIIII.* mensa cedrina, a Cethegis descendens, permutata latifundii taxatione, si quis tanti mercari velit, Plin. *lib.13. cap. 15.* Facit denarios 3500. coronatos 350. argenteos vnciales 437. cum semisse, Budæus *lib.3. de Asse.*

Sestertia quaterna dena Claudius militibus promisit donatiuum, vt Imperator fieret, Philippus *libro tertio Chronici.*

Tantundem & Nero singulis promisit donatiuum, vt idem Philippus testatur.

LIV. HS XV. precium mensæ Iuba Rege vendente, Plin. *lib. 13. cap.15.* Budæus *lib.3. de Asse.* Facit denarios 3750. coronatos 375. argenteos vnciales 468. cum dodrante.

Quindena sestertia Claudius militibus donatiuum promisit, Suetonius in Claudio *cap.10.*

LV. HS XVIII. millibus lis æstimata est C. Catoni, clarissimo viro, homini consulari, Cicero in Frumentaria Verrina. Facit denariorum 25000. coronatos 2500. vncial. argent. 3125.

LVI. *XX. millia* est apud Ciceronem Epistolarum ad Atticum *lib.7.10. & 12,* Facit denariorum 5000. coronatos 500. argent. vnciales 625.

Vigena sestertia Lucius Imp. viritim donatiuum dedit, Dio *in Pertinace.*

Ad sestertia vicena legata Augustus produxit, Sueton. in Augusto *cap. vltimo.*

Scorti merces apud Martial. *de Galla lib.10. Epigram.*

Viginti millibus nummmum Augustus Cæsar coruum emit, cum ipsi, ex Actiaca victoria reuertenti, dixisset inter gratulantes, Aue Cæsar, victor, Imperator, Sueton. in Augusto, Macrob. *lib. 2. Satur. cap. 4.*

Vicena sestertia militibus donatiuum promissum, Dio in Iuliano.

Vicena millia nummum viritim Prætorianis militibus, postquam annos sedecim meruissent, Cæsar Augustus constituit donatiuum, Dio *lib.55.*

Mar-

Martial. *lib. 2. Epigram:*

Mutua viginti sestertia forte rogabam.
Mulio viginti venit modo millibus Aule, &c.

Martial. *lib. 11.*

Sestertiis (sestertium) *viginti millibus* annulus cum opalo gemma æstimatus, Plin. *lib. 37. cap. 6.*

Villam plus vicena millia HS. reddere, refert Varro *lib. 3. cap. 2.*

LVII. HS XX CD. hoc est, *viginti millia & quadringentos* Cicero pro signis Megaricis L. Cincio curauit, Cicero *lib. 1. Epistola 4. ad Atticum.* Quod sequenti epistola scribitur CCIↃↃ CCIↃↃ CCCC. Facit denarios 5100. coronatos 510. argenteos vnciales 637. cum semisse. Sed in vulgatis exemplaribus multo aliter legitur.

LVIII. *Vicena quaterna millia nummum* Cæsar in Equites dedit donatiuum, Sueton. in Cæsare *cap. 38.* Facit in singulos denariorum 6000. coronatos 600. argenteos 750. libras centenarias 60: quod est Talentum Atticum minus. Nam XXIIII. sestertia millenaria Talento Attico paruo tribuuntur, vt supra probatum est, & apud Priscianum ex Seneca ad Nouatum diserte refertur.

LIX. *XXV. sestertia* singulis militibus Iulianus promisit donatiuum, vt Imperator fieret, Dio *in Iuliano.* Facit drachmas seu denarios 6250. coronatos 625. argenteos vnciales 781. cum quadrante.

LX. Sestertium XXIX. millium precium vineæ in assem consummatum, est apud Columel. *lib. 3. cap. 3.* Facit denarios 7250. coronatos 725. argenteos vnciales 906. cum quadrante.

LXI. *Nummum trigena millia* Sabinus Nymphidius vrbanis cohortibus & Prætorianis donatiuum promisit, vt Galbam Imperatorem salutarent, Plutarch. *in Galba.* Facit denarios 7500. coronatos 750. Budæus *lib. 3. de Asse,* argenteos vnciales 937. cum semisse.

HS. XXX. est apud Ciceronem ad Atticum *libro 6. 7. & 11.*

Idem pro M. Cælio est locarium habitationis, Budæus *lib. 3. de Asse.*

Sestertia annua tricena Plinius Iunior patriæ donauit, Plinius Iunior in Epistola *ad Caninium.*

LXII. XXXII MCDLXXX. nummum, hoc est, HS. 32480. summa fit in assem sortis & vsurarum vineæ, Columel. *lib. 3. cap. 3.* Facit denarios 8120. coronatos 812. argenteos vnciales 1015.

LXIII. *Quadragena millia sestertia* (sestertium) pauonum grex centenarius facile reddit, vt Albutius quidam aiebat, Varro *lib. 3. cap. 6.* Facit denariorum 10000. coronatos 1000. argenteos vnciales 1250.

Quadraginta millia nummum apud Ciceronem, *pro Cluentio* in singulos iudices distributa.

Quadraginta sestertiis rates connexæ, Plinius *lib. 16. cap. 40.*

Quadraginta HS piscinæ a defuncto Pompeio veniere pisces, Plin. *lib. 9. cap. 54.* Varro *lib. 3. cap. 2.*

Quadraginta millibus sestertiis (sestertium) M. Cato nuper, cum Luculli accepit tutelam, pisces e piscinis eius vendidit, Varro *lib. 3. cap. 2.* Id habet Macrob. *lib. 3. cap. 15.* Saturn. XL. millibus pisces de piscina vendidit M. Cato.

Quadragena sestertia Citharœdis, quibus minimum, Vespasianus dedit, Sueton. in Vespas. *cap. 19.*

Quadragenis millibus nummorum asinas in Celtiberia enixas, refert Plin. *lib. 8. cap. 43.*

Quadrigenis millibus HS. asini admissarii venierunt, Varro *lib. 2. cap. 8. de Re Rustica.* Idem *lib. 3. cap. 2.* *Quadraginta millibus asinus emptus.* Sed Budæus corrigit *Quadringenis millibus.*

Cum millibus quadragenis ius annulorum promissum, Cæsar fama distulit, Sueton. in Cæsare *cap. 33.*

Quadragena millia sestertia (sestertium) pueri merebant apud Neronem, &c. Sueton. in Nerone *cap. 20.*

LXIV. *Sestertia quinquagena* spiculatoribus ab Othone promissa donatiuum, ad Galbæ cædem, Sueton. in Othone *cap. 5.* Facit HS 50000. denarios 12500. coronatos 1250. argenteos vnciales 1562. cum semisse.

Ad quinquaginta reuocauit Galba legatum Liuiæ Augustæ, quod erat sestertium quingenties, Sueton. in Galba *cap. 5.* de quo infra eodem, numero 149.

Plus quinquagena millia HS. in singulos annos e villa capta esse, refert Varro *lib. 3. cap. 2.*

Apud

Apud Ciceronem pro Roſcio Comœdo ſic notatur, HS ɪɔɔɔ aliquoties.

LXV. *HS ſexagena millia* nummum M. Aufidius Lurco e pauonibus capere dicitur in anno, Varro *lib.3. cap.6.* Seſtertium ſexagena M. habet Plin. *lib. 10. cap.20.* Facit HS 60000 denariorum 15000. Budæus *lib. 2. de Aſſe*, coronatos 1500. argenteos vnciales 1875.

Ne plus *LX. ſeſtertia* vel in argento, vel in auro poſſideretur, Cæſar edixit, Dio *lib.41.*

HS. *ſexaginta millia* pars villæ e turdis reddit. Quinq; enim millia turdorum ternis denariis venierunt, Varro *lib.3. cap.2.4. & 5.*

HS. LX. ſignum felicitatis a Lucullo locatum Poſi Plaſtæ, Plinius *lib.35. cap.12.*

Cantharides, quoniam *ſeſtertiis LX.* eas addixerat, Catoni Vticenſi obiectæ ſunt, ceu venenum vendidiſſet in auctione Regia, Plin. *lib.29. cap.4.*

LX. ſeſtertiis æſtimatam picturam Archigallum, quem Paraſius pinxerat, Tiberius Princeps amauit, atq; in cubiculo ſuo incluſit, Plin. *lib.35. cap.10.*

Seſtertiis (ſeſtertium) *millibus LX.* aſinus Romæ veniit, Varro *lib.2. cap.1. de Re Ruſtica.*

HS LX. illa, quæ ſcribis, nemo mihi dixit ex dote detracta, Cicero *lib.11. Epiſt. ad Atticum.*

HS LX. Millibus Attalus Rex Ariſtidis tabulam, Liberum patrem continentem, emit, Plin. *lib.35. cap.4.* Sed numerum deprauatum eſſe, conijcitur.

LXVI. HS LXX. apud Ciceronem *lib.11. ad Atticum* facit HS. 70000. denarios 17500. coronatos 1750. argenteos vnciales 2187. cum ſemiſſe.

LXVII. *HS duo & LXX. millia* 72000. nummorum Romanorum Gellius *lib.3. cap 17.* tria talenta Attica interpretatur, quibus pauculos libros Speuſippi Philoſophi Ariſtoteles emit. Facit denariorum 18000. coronatos 1800. argenteos vnciales 2250.

LXVIII. *Seſtertiis LXXX.* ſeuum ſtruthiocamelinum veniiſſe, eſt apud Plinium *lib.29. cap.5.* Facit HS. 80000. denariorum 20000. coronatorum 2000. argenteos vnciales 2500.

Octoginta mulieri libertinæ Caligula donauit, quod excruciata grauissimis tormentis de scelere. Patroni reticuisset, Sueton. in Calig. *cap.16.*.

LXXX. scilicet HS. primo anno deters imus, ait Cicero *lib.14.ad Atticum.*

LXXX.sestertiis calix murrhinus, plane ad tres sextarios capax, emptus, Plin. *lib.37.cap.2.*

HS.LXXX. millibus opus faciendum locatur apud Ciceronem, *Verrina tertia.*

HS.LXXX.millia C. Verres diuisoribus dedit, vt Prætor renunciaretur, Cicero *Verrina V.*

LXIX. *HS.centum millibus* equum Seianum emptum, refert Gel. *lib.3.cap.9.* Facit HS. 100000. denariorum 25000. coronatos 2500. Budæus *lib.3. de Asse*, vnciales argenteos 3125.

Apud Ciceronem *pro Roscio Comœdo* sic notatur, HS. ccclɔɔɔ.

C.millia vel dominus, vel eius seruus Po. Romano dare damnas esto, qui aquæductum læserit, &c. Iulius Frontinus *lib.2. de Aquæductibus.*

Annua centena Vespasianus primus e fisco Latinis, græcisq; Rhetoribus constituit, Suetonius in Vespasiano *cap.18.*

Centum millia s. HS. Q. Scæuola, P. filius, emptor pluris fundum æstimauit, quam a venditore indicabatur, Cicero *lib.3. de Officiis.*

Centum millia precium puero apud Martial. *lib.1.Epigram.*

Millia pro puero centum me mango poposcit.

Martial, *lib.11. Epigram:* In Tuccam:

Vendere Tucca potes centenis millibus emptos.

s. pueros. Item *libro 5.* de Quinto.

C.sestertiis L. Crassus orator duos scyphos, Mentoris artificis manu cælatos, habuit, quibus tamen propter verecundiam vsus non est, Plinius *lib.33.cap.11.* Budæus *lib.3.de Asse.*

Sestertia (sestertium) *centum millia* Augustus Cæsar græculo numerari iussit, Macrobius *lib.2.cap.4.Saturn.*

Centenum millium autoramento Tiberius rudiarios quosdam gladiatores reuocauit, Suetonius in Tiberio *cap.7.* *Cen-*

Centum millibus nummum serui anagnostæ empti, Seneca *lib.4. Epistolarum* ad Lucilium, Budæus *lib.2. de Asse.*

Centum millibus nummum maiorem hæreditatem mulierem adire non licebat, Lege Voconia, Dio *lib.56. fol.354.*

Centena sestertia C.Cæsar iis dari iussit, qui secum pila lusitabant, Macrob. *lib.2. cap.6. Saturn.*

Supra *centum millia HS.* L. Albutius e villa se recepturum dicebat, Varro *lib.3. cap.2.*

Constatura fuit Megalensis purpura *centum millibus*, &c. Martial. *lib.10. Epigram.* In Proculeium.

HS CM T. Atticus Bruto muneri misit, Cor. Nepos.

HS. centena item centum, est apud Ciceronem *lib. ad Atticum 6. 12. & 14.*

Centum sestertiis Heliogabalus Imp. meretricem notiss. & pulcherrimam redemit, Lampridius *fol. 115.*

Martial. *libro 12. Epigram.*

Bis quinquagenis domus est tibi millibus empta.

Centum sestertiis nunquam minus Heliogabalus Imperator cœnauit, hoc est argenti libris XXX. Lampridius *pag. 113.* Baptista Egnatius locum corruptum suspicatur, & pro argenti, *auri* substituendum arbitratur. Sed fortassis legendum est *centies sestertium*, de quo postea numero 132. huius.

HS C Alconti, vulnerum medico condemnato, Claudius Princeps ademit, Plinius *lib.29. cap.1.* Sed Budæus *lib.2. de Asse*, HS centies legit.

HS centum millia, vel centum sestertia, qui libertus patrimonium reliquerat, cautum erat, vt ex eius bonis pars virilis deberetur patrono, si liberos pauciores quam tres haberet, &c. Hinc Centenarii dicti sunt, vt Budæus *lib 3. de Asse* refert. Iustinianus post ad centum solidos redegit, vnde centenarii itidem appellati sunt, de quo postea *libro 5.*

Sestertia centena M. Verrius Flaccus in annum accepit sub Augusto.

Centum HS promissum præmium seruo indici in coniuratione Catilinæ, Salustius *in Catilina.*

LXX. HS CXV C. Albanius ∞, hoc est, mille iugera de M. Pilio

Pilio emit, Cicero *lib.13. Epistol. ad Atticum*. Facit HS 115000. denarios 28750. coronatos 2875. argenteos vnciales 3593. ∞ antiqua nota est numeri millenarii, de qua plura in libello de Numeratione emendata a me traduntur.

LXXI. HS CXX. dispensatorem Nero manumisit, Plinius *lib. 7. cap.39.* Sed Budæus ibi legit *HS centies & vicies.*

HS CXX Sylla moriens debuit, cum rogationem tulisset, ne quis supra duo millia Denarium æris alieni contraheret, Plutarchus *in Sylla*: quod facit coronatorum 3000, argenteos vncia. 3750. Sed fortassis & hic centies & vicies legendum est, de quo postea.

HS *CXX* millibus signum æneum non magnum venditum.

LXXII. *CXX* & *DCCC* scilicet HS est apud Ciceronem *lib. ad Attic.5. Epist.5*: & facit HS 120800. denarios 30200. coronatos 3020. argenteos vnciales 3775.

LXXIII. *Centum & triginta millia* nummum Verri data, Cicero *actione in Verrem*: 3.

LXXIV. HS CXLIIII Cydiæ tabulam Argonautas mercatus est Hortensius Orator, Plin. *lib.35. cap.11.* Facit HS 144000. denariorum 37000. coronatos 3600. argenteos vnciales 4500.

LXXV. *Sestertiis* (*sestertiorum*) *CXLVII. millibus* Clodius, quem Milo occidit, domo empta habitauit, Plin. *lib.36. cap.15.* Facit HS 147000. denariorum 36750. coronatos 3675 argenteos vncial: 4593. cum dodrante, hoc est, 18. groff. Misnic. Sed Budæus *lib.3. de Asse* legit, *centies quadragies octies HS*, de quo infra.

LXXVI. HS CLM trullam vnam emit materfamilias nec diues, Plin. *lib.37. cap.2.* Facit HS 150000. denarios 37500. coronatos 3750. argenteos vnciales 4687. cum semisse.

LXXVII. HS *CC* apud Ciceronem *in V. Verrina*, & *lib. Epistol. ad Atticum 15. & lib.1. ad Quintum fratrem*, facit HS 200000. denariorum 50000. coronatorum 5000. argenteos vnciales 6250.

Apud eundem *pro Roscio Comœdo*, id sic notatur, HS ccclↃↃↃ ccclↃↃↃ.

Ducenta millia scilicet HS Gaurus Martiali promittit, Mart. *lib. 5. Epig.*

Ducentorum millium impensa Nero funeratus est, Suetonius in Nerone *cap.50.*

CC sestertiis Vitellius in principatu suo patinam condidit, cui faciendæ fornax in campo exædificata erat, Plinius *lib.35.cap.12.* Budæus *lib.4. de Asse.*

Sestertia ducenta Tiberius Cæsar Asellio Sabino donauit pro Dialogo, &c. Sueton. in Tiberio *cap.42.*

Ducena sestertia & amplius possidentes liberti, quotquot in Italia degebant, octauam eorum partem conferre iussi, Dio *lib.50.*

Sestertiis ducentis M. Antonius, iam IIIvir mercatus duos pueros, forma eximios, quos vt geminos ob similitudinem vendidit Toranius, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, Plin. *lib.5. cap.12.* Budæus *lib.2. de Asse.*

Sestertia ducenta Pterino Diodoroq; citharœdis Vespasianus dedit, Sueton. *in Vespa. cap. 19.*

HS *CC* Manilius Cornutus in morbo mentagra se curandum elocauit, Plinius *lib.26.cap.1. & lib.29. cap.1.*

HS ducentis vnum ægrum ex prouincialibus a Charmide conductum, notum est, Plinius *lib.29.cap.1.* Budæus *lib. 2. de Asse.*

HS *CC* millia libero indici promissa in coniuratione Catilinaria, Salustius *in Catilina.*

HS *CC* millibus Lucullus in cœnaculo, cui cognomen Apollo erat, cœnare solebat, quod Plutarchus in Lucullo recte quinq; myriades scilicet drachmarum interpretatur, nummos Græcos cum Romanis conferens.

CC HS Tiberius Cæsar dedit tertiæ Classi, Sueton. *cap. 46. in Tiberio.*

Ducenarii Iudices hinc dicti sunt Equites Romæ, qui dimidiatum censum equestrem habebant, Sueton. *in Augusto cap.32.* Budæus *lib.3. de Asse.*

LXXVIII. *CCX* sestertia Virgilius pro *XXI* versibus, qui de Marcello in 6. Aeneidos extant, ab Octauia, Augusti sorore, matre Marcelli, dena sestertia in versum accepit, Seruius Grammaticus. Facit HS 210000. denari: 52500. coronatos 5250. argenteos vnciales 6562. cum semisse.

LXXIX. Ad HS *CCXX* apud Ciceronem ad Atticum. Facit 220000. denariorum 55000. coronatos 5500. argenteos vnciales 6875.

LXXX.

LXXX. *CCL* HS annua mercede fuere Medicis apud Principes, Plin. *lib. 29. cap. 1.* Facit HS 250000. denarios 62500. coronatos 6250. argenteos vnciales 7512. cum semisse.

CCLM HS reditus vectigalium ad aquæductus aquarum ius pertinentium, Iulius Frontinus *libro 2. de Aquæduct.*

HS ducentis & quinquaginta *CCL* millibus Ciceronis Formianum æstimatum, Cicero *lib. 4. ad Atticum epistola 11.* Budæus *lib. 3. de Asse.*

HS CC & quinquaginta millia Pomponius Atticus Ciceroni, e patria fugienti, donauit, Cor. Nepos, Budæus *lib. 3. de Asse.*

LXXXI. HS CCC ludi comparandi, apud Ciceronem *lib. 3. Epistol. ad Q. fratrem.* Facit HS 300000. denariorum 75000. coronatos 7500. argenteos vnciales 9375.

Nummis trecentis culleus vini plenus æstimatur apud Colum. *lib. 3. cap. 3.* Facit amphora HS 15. sextarius Rom. 3. nummulos cum 21. 48. Refer ad num. 21.

HS CCC Titus Atticus absens in Epiro Bruto muneri dari iussit, Cor. Nepos.

CCC sestertiis emptam trullam murrhinam T. Petronius fregit inuidia Neronis Principis, Plin. *lib. 37. cap. 2.*

Trecenis HS aliqui asini admissarii venierunt, Varro *lib. 2. cap. 8. de Re Rustica.*

ccclↃↃↃ ccclↃↃↃ ccclↃↃↃ, hoc est, ccc millibus HS Roscius Comœdus merere potuit, Cicero pro Roscio Comœdo. Consule Budæum *lib. 2. de Asse.*

CCC sestertiis Nero capidem murrhinam emit, Plin. *lib. 37. cap. 2.*

Trecentis millibus nummum Augustus prima iuuenta pudicitiam Aulo Hircio in Hispania substrauit, Sueton. *in Augusto, cap. 68.*

HS CCC scilicet millia Verres extorsisse arguitur, Cicero *Act. tertia in Verrem.*

LXXXII. CCC M DCC sestertiis a M. Scauro Daphnis, artis grammaticæ seruus, a Cn. Pisaurienſi emptus, Plin. *lib. 7. cap. 39.* Sic enim Budæus corrigit *lib. 2. de Asse.* Facit HS 300700. denariorum 75175. coronatos 7517. cum semisse, argenteos vnciales 9596. cum 21. grossis Misnicis, de quo supra eodem capite, numero 39. & 43.

LXXXIII.

LXXXIII. HS CCCXII Gellius *lib. 5. cap. 2.* Romani æris esse dicit, quod Chares habet, equum Alexandri M. Bucephalum emptum tredecim talentis. Sic & Plutarchus *in Alexandro M.* habet. Facit HS 312000. denariorum 78000. coronatos 7800. argenteos vncial: 9750.

LXXXIV. HS CCCXVI opus ædificandum conducitur apud Ciceronem *lib 3. Epistol. ad Q. Fratrem.* Facit HS 316000. denariorum 79000. coronatos 7900. argenteos vncia: 9875.

LXXXV. Sestertia CCCXXXIII & denarios CCCXXXIII cum triente Plutarchus *in Fabio Maximo* interpretatur drachmas 83583. cum triente, nummos Græcos ad Romanos exigens, coronatos 8358. cum decem grossis Misnicis, argenteos vnciales 10447. cum 22. grossis Misnicis. Hac pecunia ludi Romæ & voti & acti sunt. Consule *lib. 3. de Asse Budæum*, vide infra *de drachma lib. 3.* suo loco & sup. *num. 29.*

CCCLX millia nummum Ciceroni hæreditas venit, Plutarch. *in Cicerone*, Facit HS 360000. denariorum 90000. coronatorum 9000. argent: vnciales 11500.

LXXXVII. *CCCLXXX* apud Ciceronem *ad Atticum lib. 15. Epistolarum.* Facit HS 380000. denariorum 95000. coronat. 9500. argenteos vnciales 11875.

LXXXVIII. Sestertia *CCCC* census iuris aureorum annulorum, & sedendi in XIIII ordinibus, Plin. *lib. 33. cap. 2.* Facit HS 400000. denariorum 100000. coronatorum 10000. argenteos vncia: 12500.

Hic erat census Equestris ordinis sub Tiberio: vnde in eundem Tiberium iactatum est, vt habet Sueton. *cap. 59: Non es eques, quater non sunt tibi millia centum.*

Quadringenta sestertia census Senatorius ante fuit: is postea ad decies HS auctus est sub Augusto, Dio *lib. 54.*

Nummis quadringentis emptus trapetus in Suessano, Cato *de Re Rustica cap. 24.*

CCCC millibus nummum, seu CD sestertiis Plinius auunculus Collectanea sua Largio Licinio vendere noluit, Plin. Iunior *lib. 3. Epistol.* Budæus *lib. 3. de Asse.*

Quadringentis millibus vnæ quadrigæ,hoc eſt, quatuor aſini iugales Romæ conſtiterunt,Varro *lib.2. cap.1. de Re Ruſtica.*

CCCC nummum ſcilicet millibus vineæ Stheneli venditæ, Plinius *lib.14. cap.4.* Conſule Hermolaum Barbarum *in ſecundis Annot. in eundem.*

Quadringentis millibus nummum conſtiterunt vel prandii vel cœnæ apparatus ei,cui Vitellius indixerat,Sueton. *in Vitellio cap.13.*

CCCC nummis emptum aſinum Q. Axio ſenatori, autor eſt M. Varro,Plinius *lib.8.cap.43.*

Quadrigenis millibus HS admiſſarii aſini aliquot venierunt, Varro *lib.2.cap.8.*

Quadraginta millibus aſinum emptum idem refert, *lib.3.cap.2.* Varro.

Mendum eſt: Quadraginta,pro Quadringentis,teſte Budæo.

CCCC M nummum Samius eques Romanus Suillio aduocato dedit,Tacitus *lib.11.* Andreas Alciatus *lib.3.Diſpunct.cap.9.*

HS *CCCC* Tribunitii candidati in ſingulos apud M. Catonem depoſuerunt,& iurarunt ac compromiſerunt, ſe petituros eius arbitratu: vt,qui contra feciſſet,ab eo condemnaretur, Cicero *lib.2. Epiſtol.ad Q Fratrem*, Budæus *lib.3. de Aſſe.*

HS *CCCC*, & *CCCC*, idem eſt,apud eundem *lib.15. ad Attic.*

CCCC HS Piſcinæ a defuncto Pompeio veniere, Plin. *lib.9. cap.54.*

Quadringenta ſeſtertia Tiberius Cæſar ſecundæ claſſi diſtribuit donatiuum,Sueton.*in Tiberio cap. 46.*

Quadringentis millibus cui res minor eſſet,ei gladiatorium munus edere non licebat,Cor.Tacitus *lib.4.*

Quadringenta ſeſtertia Veſpaſianus Apollinari Tragædo dedit, Sueto. *in Veſpaſ.cap.19.*

Quadringenis ſeſtertiis in punctum Nero aleam luſit,Sueton.*in Nerone cap.30.*

Quadringenta ſeſtertia Larginus Proculus a Nerua Imp. accepit,quod diem mortis Domiciani prædixiſſet, cui euentus reſponderat. Dio *in Domiciano* recte dicit eſſe decem myriades drachmarum. Conferuntur Romani nummi cum Græcis.

HS CCCC millia Verres a duobus fratribus accepit,Cicero *Actio: Verrina tertia.*

LXXXIX.

LXXXIX. HS CCCCXXXVII. Messala consul domum Anthronianam emit, Cicero *lib.1. Epist. ad Atticum*. Facit HS 437000. denarios 134250. coronatos 13425. argen. vnciales 16531. cum quadrante.

XC. CCCC LXXX M nummum dos Terentiæ Ciceronis vxoris, Plutarch. *in Cicerone*. Facit HS 480000. denarium 102000. coronatos 10200. argenteorum vncialium 15000.

XCI. HS Quingena Tribunicii candidati apud Ciceronem deposuerunt, vt, qui damnatus esset, id perderet, & competitoribus tribueretur. Cicero *lib.4. Epist. ad Atticum* : quod Plutarchus in *Catone Minore* recte interpretatur duodenas drachmarum myriades : Facit HS 500000. denariorum seu drachmarum 125000. coronatos 12500. argenteos vnciales 15625.

D sestertia census Equestris sub Iulio Cæsare, Sueton. *in Cesare*.

HS Quingenta annua Roscius meritasse proditur, Plini. *lib. 7. cap. 39.* Budæus *lib. 2. de Asse*.

HS quingenta Veneri Erycinæ de Sthenii bonis se exacturum Verres dixit, Cic. *Act. III. Verr.*

HS quingenis annuis quod Q. Stertinius Medicus contentus esset, sexcena sibi quæstu vrbis fuisse, numeratis domibus, ostendebat, Plinius *lib. 29. cap. 1.* Quingena & sexcena annua integri stipendii faciunt 1100000. denariorum 275000. coronatos 27500. argenteos vnciales 34375.

Quingentis millibus Ciceronis villa Tusculana fuit æstimata, Cicero *lib. 4. ad Atticum*, Budæus *lib. 3. de Asse*.

Quingentis millibus Cæsar Laberium, asperæ libertatis equitem Romanum, inuitauit, vt in scenam prodiret, & ipse ageret mimos, quos scriptitabat, Macrob. *lib. 2. cap. 7. Saturna.* Et Sueton. *in Iulio cap. 39.* hunc quingentis sestertiis & annulo aureo donatum esse a Cæsare refert.

Quingena quibusdam annua Nero constituit, a re familiari destitutis, Sueton. *in Nerone cap. 10.*

Quingenis sestertiis in singulos annos Nero Messalæ paupertatem innoxiam sustentauit, Tacitus *lib. 13.*

Quingenis sestertiis annuis consulares inopes Vespasianus sustentauit Sueton. *in Vespa. cap. 17.*

Quingenta nummum millia Plinius Iunior in alimenta ingenuo-

nuorum ingenuarumq; promisit,vt ipse ad Caluinium scribit, Budæus *lib.3. de Asse.*

HS quingentis millibus depositis Verres se perfecturum pollicetur,&c. Cicero in Verrem.

XCII. HS DLX 560000. opus locatum, apud Ciceronem *in Actionibus* Verrinis. Facit denariorum 140000. coronat. 14000. argenteos vncia. 17500.

XCIII. Sexcenta sestertia Tiberius Cæsar primæ classi distribuit donatiuum,Sueton *in Tiberio cap.46.* Facit HS 600000. denarios 150000. coronatos 15000. argenteos vnciales 18750.

Sexcentis millibus nummum monile æstimatum, Plutarch. *in Galba.*

Sexcentis HS Clodii Aesopi patina taxata,Plinius *lib.10.cap.51.* Idem *lib.35.cap.12.* vnam Aesopi Tragœdiarum histrionis patinam sestertiis DC stetisse refert. Patinam pro ferculo posuit. Facit patina centenaria,centenis auibus.senis HS millibus coemptis,structa: vt summa sestertia sexcenta fierent. Budæus vero Plinium corrigit, & pro DC HS legit sexcenties HS,de quo infra suo loco.

DC nummum scilicet millib. Rhemius Palæmon rus mercatus, Plinius *lib.14.cap.4.*

HS DCM C. Cæcilius Claudius Isidorus in numerato habuit, quamuis multa bello ciuili perdidisset, &c. Plin. *lib.33.cap.10.* Sed Budæus hic legendum censet HS sexcenties, *lib. 2. de Asse,* de quo postea.

HS DC est apud Ciceronem *ad Atticum libro 12.*

Sexcentis millib.nummũ iudicium corruptum,Cicero *pro Cluent.*

XCIV. DCXL, sexcenta quadraginta millia HS, & mox: DCXL nummum millia apud Ciceronem est,*pro Cluentio* sexdecim iudicibus data. Facit HS 640000. denariorum 160000. coronatorum 16000. argenteorum vncial. 20000.

XCV. DCCM æris alieni Milonem debuisse,inter animi humani prodigia Plinius ducit *lib.36. cap.15.* Facit HS 700000. denarios 175000. coronatos 17500. argenteos vnciales 21875. Sed potius legendum sit septingenties,de quo postea suo loco numero 153.consule Budæum *lib.3. de Asse.*

XCVI. HS DCCXXV Q. Frater Ciceronis Tusculanum venditat,

ditat, Cicero *lib. 1. Epist. ad Atticum.* Facit HS 725000. denarios 181250. coronatos 18125. cum semisse, argenteos vnciales 22656. cum sex grossis Misnicis.

XCVII. Octingenta nummum millia, HS 800000. diurna in Tiridatem Nero erogauit, Sueto. *in Nerone cap. 30.* Dio *in Nerone* recte viginti myriades drachmarum interpretatur, hoc est, denariorum 200000. coronatorum 20000. argenteum vncialium 25000.

Octingentorum millium censum Senatorium ita Augustus ampliauit, vt in posterum esset duodecies HS: suppleuitq; non habentibus, Suetonius *in Augusto cap. 41.*

DCCC appromissa apud Ciceronem *lib. Epistol. ad Atticum 5. & 13.*

Sestertium octingentis millibus triclinaria Babylonica veniisse, Metellus Scipio iam tum in Capitonis criminibus posuit, Plin. *lib. 8. cap. 48.*

XCVIII. Sestertium IIII & octingenta in Aquaeductum decreta, Iulius Frontinus *lib. 1. de Aquaeduct.* Facit HS 804000. denariorium 201000. coronatos 20100. argenteos vnciales 25125.

XCIX. Nongenta sestertium millia, apud Ciceronem *lib. 5. Epist. Famil. ad Ruffum*, facit HS 900000. denariorum 225000. coronatos 22500. argenteos vnciales 28125.

Sestertiis nongentis Otho percussores in Galbam sollicitasse traditur.

HS. nongentis millibus Falcidius fructus emerat, Cicero *pro L. Flacco.*

C. Post nongenta sestertia, seu nongenta millia sestertium, vel nummum, veteres non nisi per aduerbia numeros vsitate efferebant: quod Plinius *lib. 33. cap. 10.* confirmat, cum inquit: *Non erat apud antiquos numerus vltra centum millia: itaq; hic & hodie multiplicatur: vt decies centena millia, aut saepius dicantur*, haec ille.

DE ECLIPSI GEMINA.

CI. Obseruanda est praeterea in his gemina eclipsis post huiusmodi aduerbia, classicis autoribus saepe vsurpata. Aut enim centena millia: aut vox Sestertium: vel eius loco nota HS: aut vtraq; simul vsu veterum autorum desiderantur.

Apud Ciceronem est in tertia Verrina : *Decies HS* : subintelligitur centena millia. Apud eundem est in quinta Verrina : *HS bis & tricies in singulos annos Verri decernebatur, quod aratoribus solueret*, 3200000. Hic centena millia vtrobiq; desiderantur.

Apud eundem Ciceronem est *in oratione pro Roscio Amerino : Bona patris huiusce Sexti Roscii, quæ sunt sexagies :* hic vtrunq; per eclipsin abest : & centena millia : & nota HS. Sic apud Martialem *lib.1.Epigram* : ad Calenum per eclipsim ponuntur, vicies, centies, & millies.

CII. Quod vero hæc desiderantur, ex integris autorum locis satis constat.

Apud Ciceronem est *in tertia Verrina : Possum deinde totam rem explicare : deinde ad extremum id, quod accedit, dicere : Dionem HS. decies centena millia numerasse, vt caussam certissimam obtineret.* Idipsum idem mox dicit per eclipsin : Decies HS. Idem paulo post Decies HS in sexcenta millia HS : & in quadringenta millia HS distribuit. Sic enim ait : *Multis efflagitatus, quantum pecuniæ Malleoli deportasset, aliquando dixit : HS decies* : vbi mox subiungitur : HS sexcenta millia cum accepta retulisset, HS quadringenta millia soluta non sunt. Sed plura exempla mox subiungentur.

CIII. Idem prorsus sunt, idemq; significant :

1. Mille sestertia ;

2. HS mille, apud Sueton. *in Cæsare*, nota pro nummorum summa posita, hoc est, Mille sestertium millia.

Ad HS M apud Ciceronem *lib.7. ad Atticum*.

Apud eundem *in Frumentaria Verrina* est HS MM, quod fortassis legas sestertium millies mille, hoc est, decies.

3. Bis quingenta apud Iuuenalem *Satyra sexta : Bis quingenta dedit* : scilicet sestertium millia, Budæus *lib.2. de Asse*.

4. Decies HS apud Ciceronem *Verrina quarta*, & alibi, 1000000.

5. Decies centena millia HS, sestertium.

6. Decies, δέκιες apud Plutarchum *in Antonio*.

7. Aeris vicies quinquies, 2500000.

8. Denariorum 250000.

9. Drachmarum 250000.

10. πέντε

10. πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδες, hoc est, Quinq; & viginti myriades, scilicet drachmarum: quæ faciunt ducenta & quinquaginta millia apud Plutarchum *in Antonio.*

11. Coronatorum 25000.

12. Aureorum vngaricorum 20833. cum triente. Sed G. Agricola æstimat vncialibus 36363. vno semunciali, tribus grossis, vno nummulo Misnico cum semisse.

13. Libræ seu minæ centenariæ 2500.

Hæc inquam idem sunt, idemq; valent.

CIV. Non idem sunt, sed multum differunt:

1. Mille sestertii:

2. Mille sestertia:

3. Millies HS sestertium:

Nam mille sestertii quidem 1000. faciunt denarios 250 coronatos 25. argenteos vnciales 31. cum sex grossis Misnicis.

Mille vero sestertia faciunt denariorum seu drachmarum 250000. coronatorum 25000. argenteos vnciales 31250.

Sed millies HS sestertium siphris notatur 100000000. & facit denarium seu drachmarum 25000000. ducenties & quinquagies scilicet centena millia, coronatorum 2500000. argenteorum vncialium 3125000. Quod discrimen, qui apud autores veteres non obseruabit, in multis turpiter hallucinabitur, errabitq;

CV. Decies HS Augustus Cæsar ei promisit, qui Coracotam latronem viuum cœpisset, quem mox vltro ad ipsum venientem hac summa ditauit, Dio *lib. 56. in fine.*

Ad decies HS census Patriciorum ab Augusto auctus, & quibus defuit, expletus, Dio *lib. 54.*

Decies HS Ciceronis caput ab Antonio III Viro æstimatum, Appianus *lib. 4. Bellorum ciuilium.* Scribit enim Antonium Popilio Lænæ pro Ciceronis capite dedisse viginti quinq; myriades scilicet drachmarum, quæ sunt 1000000 HS, Budæus *lib. 3. de Asse.*

Decies sestertium in auro Galba Imp. in vehiculo proximo secum vehebat, Sueton. *in Galba, cap. 8.*

Decies HS Vitellius Imperator vnam patinam apparauit, Dio *in Vitellio* vocat XXV. Myriades drachmarum, Budæus *lib. 4. de Asse.*

Cen-

Centena decies dotis, est apud Martialem *lib.2. Epigram. in Saleranum.*

Decies sestertium Otho seruo Galbæ Cæsaris expressit pro impetrata dispensatione, Sueton. *in Othone cap.5.*

X. HS pro decies HS est apud Spartianum *in Pertinace.*

Antonius cuidam amicorum dari iussit, viginti quinq; myriades scilicet drachmarum : & additur : Romani vocant δίκης, Plutarchus *in Anton*: Græca verba hæc sunt : τῶν φίλων τινὶ μυριάδας ἐκέλευσε πέντε καὶ εἴκοσι δοθῆναι. τοῦτο ῥωμαῖοι δίκιης καλοῦσι. Leonhardus Aretinus pro Myriadibus perperam transfert millia.

Decies HS Aesopus, Histrio Tragœdiarum, vnam patinam condidit. Sic enim Budæus *lib. 4. de Asse* corrigit apud Plinium, pro DC sestertiis *lib.10. cap.51.& lib.35. cap.12* : condidit, pro commentus est, vtitur.

Decies HS Vitellius Sosibio adiecit, Cor. Tacitus *lib.11.*

Decies HS Plinius Iunior Reipub. de suo contulit, vt idem *lib. 5. Epistol. ad Caluisium* testatur, Budæus *libro 3. de Asse.*

Si dederint Superi decies mihi millia centum.

Martial. *lib.1.*

Decies centena dedisses, Horat. *lib. 1. Saty.3.*

Aeris HS decies datur vxori Bonosi, Spartianus.

Decies centena dabuntur, Iuuenal. *Satyra 10.*

Decies HS Propertio Celeri Prætorio, veniam ordinis ob paupertatem petenti, Cæsar largitus est, Tacitus *lib.1. Annal.*

Decies centena dotis nomine numerari iussa, *l.6. ff. de Vsuris.*

X HS hoc est, decies HS, apud Spartianum *in Pertinace.*

Decies sestertium quodam Prætorum offerente, Nero Cæsar Tragœdias cantauit personatus Heroum, Deorumq; Sueton. *in Nerone cap.21.*

Decies HS dote consolatus est quamuis posthabitam Cæsar, Tacitus *lib. 2.*

HS decies centena millia Dio numerauit, vt caussam certissimam obtineret, Cicero *in 3. Verrina.* Item HS decies numeratum, apud eundem *in 4. Verrina.*

Decies HS tantum in ærario Rom. exhausto fuit tempore Imp. Commodi, Dio in *Pertinace.*

Ad

Ad HS M ex annuo sumptu ad ærarium relatum, Cicero *lib.7. ad Atticum.*

CVI. Decies XLM HS Plinius Iunior suæ Reip. donauit, Plin. Iunior libro 5. Epist. Facit HS 1040000. denariorum 260000. coronatorum 26000. argenteos vnciales 32500.

CVII. HS vndecies Dio perdidit 1100000. Cicero *in Act: Verrinis.* Facit denariorum 275000. coronatos 27500. argenteos vnciales 34375.

HS vndecies C. Cæcilius Claudius se funerari iussit. Sic enim Budæus *lib. 2. de Asse apud Plinium lib. 33. cap. 10.* pro HS XI millibus corrigit.

CVIII. Duodecies sestertium 1200000. Augustus Cæsar senatorum ordinem ampliauit, auxitq; : & suppleuit non habentibus, Sueton. *in Augusto cap.41.* cum hic Census antea esset *DCCC HS,* Dio *lib.55.* Facit denariorum 300000. coronatorum 30000. argenteos vnciales 37500.

Duodecies *HS* Salustius cum Censore (alii cum Cæsare) paciscitur, ne causam diceret, Cicero in Salustium.

Duodecies *HS* facit Talenta quinquaginta Attica, quibus Cæsar se a Piratis ad Pharmacusam redemit : quos mox classe deducta consecutus, vltimo supplicio affecit, Sueton *in Cæsare cap.4.*

Duodecies *HS* Tigillinus Iunii filiæ viduæ propinauit, Plutarch. *in Galba.*

HS M CC foro extruendo Cæsar Dictator solum emit, Plinius *lib.36. cap.15.* hoc est, duodecies *HS*, vt vtranque loquendi formam vsitatam esse scias, Budæus *lib.3. de Asse.* Plinii verba sunt : *Pyramidas, Regum miramur opera, cum solum tantum foro extruendo. HS mille ducentis Cæsar Dictator emerit, hoc est, sestertium mille ducentis millibus.* Tranq : *in Cæsare.*

Duodecies *HS* Quæstorio accusatori datur, vt est apud Cor. Tacitum *lib.16.*

Duodecies *HS* Verri decretum, quod aratoribus daret, ac in singulos annos solueret, Cicero in *Verrina Frumentaria.*

Duodecies *HS* duo scyphi æstimati, vt est apud Plinium *lib. 33. cap.11.*

Duodecies *HS* Verris furta ex vno oppido, Cicero *Verrina tertia* dicit.

CIX. *HS* tredecies 1300000. Verris scriba permissu Domini ex pecunia publica abstulit, Cicer. *in Frumentaria Verrina.* Facit denariorum 325000. coronatos 32500. argenteos vnciales 40625.

CX. Quaterdecies *HS* 1400000. P. Tadio numerata, Cicero *in Pratura Vrbana.* Facit denariorum 350000. coronatorum 25000. argenteos vnciales 43750. Sed Hotomanus accipit pro quadragies, de quo infra.

Ad *HS MCCCC* Pompeio pecunia S.C. in rem frumentariam decreta, Cicero *lib. 2. Epistol. ad Q. Fratrem:* idem est, quod Quaterdecies *HS.*

CXI. Quindecies *HS* 1500000. Crispino decreta, Tacitus *lib. 16.* Facit denariorum 375000. coronatos 37500. argenteos vncial: 46875.

M D HS, hoc est, Quindecies *HS*, Cæsar Paulo Cos. præbuit, Plutarchus *in Cæsare.* Sed Budæus *lib. 3. de Asse* monet legendum esse *MD* Talenta: ex Appiano *lib. 2. Bellorum ciuil:* de quo postea suo loco.

HS quindecies pecunia hæreditaria est apud Ciceronem *actione Verrina tertia.*

CXII. *HS* Decies & octingenta millia 1800000. apud Ciceronem *Verrina tertia*, Facit *HS* decies octies 1800000. denariorum 450000. coronatorum 45000. argent: vnciales 56250. Recte alias dicitur decies & octies scilicet centena millia *HS.*

CXIII. Vicies *HS* 2000000. superficies ædium Ciceronis æstimata, Cicero *lib. 4. ad Atticum, & pro domo sua.* Facit denariorum 500000. coronatorum 50000. argenteos vnciales 62500.

Vicies *HS* Cicero a P. Sylla tacite accepit mutuo, qui tum reus erat, cum domum in Palatio de Crasso emere vellet, Gell. *lib. 12. cap. 12.* Budæus *lib. 3. de Asse.*

Pro vicies Martialis *lib. 1. Epigram. ad Cæcilianum* habet, Bis decies scilicet *HS* centum millia. Idem *lib. 9.*

Bis decies centena millia Cinna non toto anno tabuit.
Non plenum modo vicies habebas,

Martialis *ad Calenum.*

Vi-

Vicies *HS* Pomponius Atticus a patre accepit, Cor. Nepos.

HS XX, hoc eſt, ſeſtertium vicies, ad ludos edendos a Traiano acceptum, apud Spartianum *in Adriano fol. 23.*

Vicies *HS* Antonius amico cuidam dedit, Plutarchus in Antonio, quippe bis decies.

Vicies ſeſtertium Caligula Agitatori Cythico comeſſatione quadam in Apophoretis contulit, Sueton. *in Caligula cap. 54.*

Seſtertium vicies eſt apud Ciceronem *pro L.*

CXIV. Ad *HS* bis & vicies, 2200000. ego in Ciſtophoro *in Aſia* habeo, Cicero inquit *lib. ad Atticum vndecimo.* Facit denariorum 550000. coronat. 55000. argenteos vnciales 68750. De valore nummi Ciſtophori infra *lib. 3. cap. 11.* habes.

CXV. Vicies ducenta triginta quinq; millia quadringentos ſeptendecim nummos, 2235417. accepit Verres, eſt apud Ciceronem *Verrina tertia.* Facit denarios 558854. coronatos 55885. cum duodecim groſſis Miſnicis & nouem nummulis, argenteos vnciales 69856. cum dodrante, hoc eſt, cum 18. groſſ. Miſnicis & 9. nummulis. De hac accepta ſumma ſic a Verre ratio reddita eſt: Dedit ſtipendio, frumento, legatis, Proquæſtore, cohorti Prætoriæ *HS* mille ſexcenta triginta quinq; millia quadringentos ſeptendecim nummos, hoc eſt, 1635417. *HS.* Facit denarios 408827. & nummulos Miſnicos nouem, coronatos 40882. & groſſos Miſnicos 21. cum 9. nummulis, vnciales 51103. & nouem groſſos Miſnicos cum nouem nummulis. Reliquit Arimini *HS DC* millia: quæ faciunt denariorum 150000. coronatorum 15000. vnciales argenteos 18750.

Summam acceptorum ſumma expenſorum cum reſiduo prorſus exæquat: & eſt ſumma quadrans.

CXVI. Nummum quater & vicies, 2400000. exactum, apud Liuium *lib. 10. Decad. 4.* Facit denariorum 600000. coronatorum 60000. argenteos vncial: 75000.

CXVII. Amplius vicies quinquies centenis *HS*, 2500000. Nero Tiridati, Regi Armeniæ, dediſſe traditur. Facit denariorum 625000. coronatos 62500. argenteos vncial: 75125.

Ad *HS* vicies quinquies pecuniam exegit Verres: & hac Pupillum fraudauit, Cicero *Actione in Verrem ſecunda.* Facit *HS* 2500000. denariorum 625000. coronatos 62500. argent. vncial: 78125.

CXVIII. Duodetricies *HS* 2800000. precium constitutum frumento emendo: decumano quidem in modios singulos sestertiis ternis. (facit hic Francofordiæ Marchicorum ad Oderam nostras mensura, der Scheffel/ grossos Misnicos tredecim cum semisse) Imperato vero quaternis. (Facit der Scheffel 18. grossos Misnicos) Cicero *in Frumentaria Verrina*. Facit denariorum 700000. coronatorum 70000. argenteos vnciales 87500.

CXIX. Tricies *HS* 3000000. Heliogabalus cœnauit, omnibus, quæ impendit, computatis. Facit denariorum 750000. coronatorum 75000. argenteos vnciales 93750. Sed apud Lampridium corrupte legitur Tribus millibus *HS*.

HS ad tricies lis Cn. Dolabellæ æstimatur, Cicero *Actio: in Verrem* 2.

Tricies *HS* est apud Plinium Iuniorem *lib. 3. Epist. ad Caluisium*.

Tricies *HS* est apud Ciceronem *Actione in Verrem tertia*.

Ad *HS* tricies Heraclio hæreditas obuenit testamento, Cicero *Actione 3. Verrina*.

Minoris tricies *HS* Prætorium honeste non posse damnari, est apud Cic. *Act. in Verrem prima*.

Tricies *HS* vmbram decem arborum Domicius æstimauit, Valer. Max. *lib. 9. cap. 1.* Budæus *lib. 3. de Asse*.

CXX. *HS* II & tricies, hoc est, bis & tricies 3200000. Verri decretum in frumentum imperatum in annos singulos, Cicero *in Frumentaria Verrina*. Facit 800000. denariorum, coronator: 80000. vn: argenteorum 100000.

CXXI. *HS XXX. CCC. XXIX* in Aquæductum Nicomedienses impenderunt: adfertur alicubi, hoc est, vt ego conijcio 3329000. tricies ter centena & viginti nouem millia. Facit denarios 832250. coronatos 83225. argenteos Ioach: vnciales 104031. & sex grossos Misnicos.

CXXII. Tricies quinquies sestertium Augustus Cæsar tribubus legauit, quippe vnicuiq; tribui *CM HS*, Sueton. *in Augusto cap. 101.* Tribus Romani populi erant *XXXV*, vt testatur Cicero *de lege Agraria*. Facit *HS* 3500000. denariorum 875000. coronatos 88500. argenteos vnciales 109375.

2 Tri-

Tricies quinquies *HS* Cicero de se Crasso domum emisse scribit *lib. Epist. Famil. quinto ad P. Sestilium.* Sed ibi scribitur Millibus nummum XXXV : quod Budæus *lib.3. de Asse* corrigit.

CXXIII. Quadragies C. Hirrii villam intra quam modicam piscinæ venierunt, Plinius *lib.9. cap 55.* Varro *lib.3. cap.17. Memini,* inquit. *C. Hirrii villam propter piscium multitudinem quadragies sestertio venisse* Macrob. *lib.3. cap.35. Saturn : Hirrii villam, quamuis non amplam aut latam, constat propter vivaria, quæ habuit, quadragies sestertium venundatam.* Facit *HS* 4000000. denariorum 1000000. coronatorum 100000. argenteæ vncialium 125000.

Quadragies L. Scipioni lis æstimata, Liuius *lib.8. Decad.* Budæus *lib.1. & 3. de Asse.*

Quadragies sestertium mellita constiterunt ei, cui Nero cœnas indicebat, Sueton. *in Nerone cap.27.* Budæus *lib. 4. de Asse.* Inde æstimari potest, quanti totus cœnæ apparatus constiterit.

Quadragies *HS* (G. Agricola legit Quadragesies) Nero Princeps cladem Lugdunensem solatus est, vt amissa vrbi reponerent, Tacitus *lib.16.*

Quadragies *HS* ab Athenienfibus Antonius dotis nomine exegit, nupta sibi Minerua, Xiphilinus *Epitome ex Dione 48.* Sunt centum drachmarum *myriades.*

Quadragies numerato æs alienum Augustus cuiusdam senatoris, sibi chari non rogatus exoluit, Macrobius *lib.2. cap.4. Saturn.*

Quadragies *HS M.* Cato possedit, Seneca *de vita beata.*

Quadragies *HS* apud Dionem *in Vitellio* recte dicitur centum myriades scilicet drachmarum : quæ pecunia in cœnam vnam consumpta fuit.

Quadragies sestertio (sestertium) triclinaria Babylonica Neroni Principi stetere, Plini. *lib.8. cap.48.* Sed Budæus *lib.2. de Asse legit* Quadringenties 40000000. f. *HS.*

HS quaterdecies Hotomanus apud Ciceronem *in 2. Act. Verr.* accipit pro *HS* quadragies.

Quadragies *HS* legitur apud Plinium Iuniorem *epistola ad Traianum* pro sestertiis Quadringentis, Budæus *lib.3. de Asse.*

CXXIV. Sestertium ter & quadragies in mare superum & inferum

ferum erogatum, Cicero *pro L. Flacco.* Facit *HS* 4300000 denariorum 1075000. coronatos 107500. argenteos vnciales 134375.

CXXV. Quinquagies *HS* 5000000. Capito Cossutianus præmii loco tulit, quod Thrasæam Pætum reum peregit, Tacitus *lib. 12. & 16.* Facit denariorum 1250000. coronatorum 125000. argenteos vnciales 156250.

Quinquagies *HS* accepto & exuta dignitate M. Piso in X annos relegatur, Cor. Tacitus *lib. 3.*

HS Quinquagies in ære est apud Spartianum *in Aureliano pag. 202.*

CXXVI. Sexagies sestertio HS 6000000. domus Crassi Oratoris a Cn. Domicio æstimata fuit, Valer. Maximus *lib. 9. cap. 1.* Facit denariorum 1500000. coronatorum 150000. Budæus *lib. 3. de Asse*, argenteos vnciales 187500.

Plutarchus in Antonio sexagies recte interpretatur CCL Talenta.

Sexagies sestertium Cæsar margaritam mercatus est Seruiliæ, M. Bruti matri adulteræ, primo suo consulatu, Suetonius *in Cæsare cap. 50.*

Sexagies centenis millibus HS L. Verus, M. Antonini gener ac collega, conuiuium instruxisse fertur, *apud Capitolinum fol. 56.*

Sexagies Roscius his annis honestissime merere potuit, noluit, Cicero *pro Roscio Com.* Budæus *lib. 2. de Asse.*

Sestertium sexagies est apud Ciceronem *Philippica 2.*

CXXVII. Septuagies HS 7000000. spolia consularia ex funere Reip. rapta, Tacitus *lib. 20.* Facit denariorum 1750000. coronatorum 175000. argenteos vnciales 218750.

CXXVIII. Septuagies bis HS tantum 7200000. M. Crassus ante possedit, quam ad Rempub. accessit, Plutarchus *in Crasso.* Facit denariorum 1800000. coronator: 180000. argent: vncialium 225000.

CXXIX. Septuagies quinquies HS 7500000. Cæsar Paulo Cos. donauit, & in suas partes pertraxit. Facit denariorum 1875000. coronatos 187500. argenteos vn: 234375. Plutarchus *in Cæsare.*

CXXX. Octuagies HS 8000000. Claudius pro noui sacerdotii introitu impendere coactus est, Sueton. *cap. 9.* Facit denariorum

rum 2000000. coronatorum 200000. argent : vncialium 250000.

Ad sestertium octogies Nicæenses filio Pinnii debent, Cicero *lib.13. Epist. Famil.*

CXXXI. Sestertium nonagies XIII. gladiatores a Caligula Aponio Saturnino dormitanti addicuntur, Sueton. *in Caligula cap.38.* Facit HS 9000000. denariorum 2250000. coronatorum 225000. argenteos vnc. 281250.

Ad nonagies Verri constitutum in alteras decumas, *Cicero in Frumentaria.*

CXXXII. Centies HS C. Caligulam cœnasse, Seneca *de Consolatione ad Albinam matrem suam* scribit. Facit denariorum 2500000. coronatorum 250000. Budæus *lib.3.& 4. de Asse*, argenteos vnciales 312500.

HS Centies apud Dionem græce dicitur CCL, hoc est, ducentæ & quinquaginta myriades s. drachmarum : quas Nero dari iussit Prætoriano militi, libros imperii administranti, Dio *lib.57. in Nerone, in Tiberio & Caligula.*

Centies HS Nero per Præconem ei constituit, qui Vindicem occidisset : id Dio habet *in Nerone* CCL myriades drachmarum.

In centies HS, T. Pomponius Atticus, & non affluentius vixit, Cor. Nepos, Budæus *lib.3. de Asse.*

Idem Atticus HS centies ex hæreditate accepit. Cæcilius enim moriens testamento adoptauit eum, hæredemq; fecit ex dodrante, Cor. Nepos.

Vel centies HS in prærogatiuam pronunciare constituunt, Cicero *lib.2. Epist. ad Q. Fratrem* : loquitur de candidatorum ambitu.

Centies HS Crinas, Massiliensis Medicus, nuper reliquit, muris patriæ, mœnibusq; aliis pene non minori summa extructis, Plin. *lib.29. cap.1.*

Centies HS Nero senatum Rom. conferre coegit annuum, vt expensas Imperatorias tolerare posset, Orosius *lib.7. Euseb. in Chron.*

Centies sestertium funus & pompa Faui constitit, Sueton. *in Vespasian. cap.19.*

Centies HS Archontio, vulnerum medico, Claudius ademit, Plin. *lib.29. cap.1.* Sic enim Budæus *lib.2. de Asse* pro C HS corrigit.

Cen-

Centies HS Cleopatra, nouissima Ægypti Regina, se solam cœnaturam affirmans, vnionem, in aceto maceratum ac dissolutum, absorpsit, Plin. *lib. 9. cap. 35.* Macrob. *lib. 3. Satur. cap. 17.* quoq; testatur: *Cleopatram insumere posse in vnam cœnam sestertium centies: & vnionem, ex aure demptum, in aceto acri dissolutum, absorbuisse.*

Centies HS Bononiensi coloniæ, igni haustæ, consolatione subuentum, Tacitus *lib. 12.*

Centies HS Virgilius Poeta ex amicorum liberalitate possedit, Seruius Grammaticus, Budæus *lib. 3. de Asse.*

Centies HS nunquam minus Heliogabalus cœnauit. Sic enim apud Ælium Lampridium pro centum sestertiis legendum esse, eruditi arbitrantur.

Centies HS M. Gabio Apicio cum tantum superesset, famemq; metueret, mortem sibi consciscit, Seneca *de consolatione*, Dio *lib. 57.* De quo sic Mart. *lib. 5. Epigram:*

Dederas Apici bis trecenties ventri,
Et adhuc supererat centies tibi laxum,
Hoc tu grauatus, ne famem, & sitim ferres,
Summa venenum potione duxisti.
Nil est, Apici, tibi gulosius factum.

Centies HS tibi optarent amici, Mart. *ad Calenum.*

Centies HS Vespasiani funus stetit.

HS centies syngrapha in Gynecæo facta, *Cic. 2. Philip.*

Amplius centies Luscus, notus centurio Syllanus, diues e victoria factus, possedit, Asconius Pædianus.

Centies HS Caligula a singulis, quos sibi sacerdotes fecerat, accepit: Dioni, *lib. 59.* sunt ducentæ quinquaginta Myriades drachmarum.

CXXXIII. HS CXX. hoc est, vt Budæus *lib. 2. de Asse* scribit, centies & vicies 12000000. dispensator Tiridatis, Regis Armeniæ, a Nerone manumissus, Plinius *libro 7. capit. 39.* Facit denariorum 3000000. coronatorum 300000. argenteorum vncial. 375000.

Prope centies & vicies erogatum est per triennium ad frumenti emptionem Siciliensem, Cicero *in Frumentaria Verrina.*

CXXXIV. Centies & tricies per triennium ad Siciliensem frumenti emptionem erogatum, Cicero *in Verrina Frumentaria.* Facit

cit HS 13000000. denariorum 3250000. coronatorum 325000. argen. vnciales 462500.

CXXXVI. Centies & quinquagies HS 15000000. Barea Soranus, Cos. designatus, Pallanti censuit, Tacitus *lib.12.* Facit denariorum 3750000. coronatorum 375000. Ioach. vallenses 468750.

CXXXVII. Sestertium centies & octogies vasarii nomine Pisoni decretum, HS 18000000. Cicer. *in L. Pisonem.* Budæus *lib. 3. de Asse* dicit facere 450000. coronatorum, argenteos vnciales 562500.

CXXXVIII. Centies nonagies nouies HS 19900000. Crassus *pro Cæsare*, ære alieno oppresso, intercessit, Plutarchus *in Cæsare.* Facit denariorum 4975000. coronatos 497500. argenteos vnciales 621875.

CXXXIX. Ducenties LLS quidam eques Ro. æs alienum contraxit: eius culcitram cubicularem Augustus iocans sibi emi iussit, Macrobius *lib.2. Satur.4.* Facit HS 20000000. denariorum 5000000. coronatorum 500000. argenteorum vncialium 625000.

Ducenties sestertium Æsopum histrionem filio reliquisse, Macrob. *lib.3. Satur. cap.14.* scribit.

Amplius HS ducenties Cicero hæreditatibus retulit acceptum, Cic. *Philip.2.* Budæus *lib. 3. de Asse.*

Ducenties HS Nero dari iussit militi Prætoriano, libros sui imperii administranti. Apud Xiphilinum *in Nerone ex Dione*, sunt quingentæ myriades s. drachmarum.

CXL. Ad HS CCXX est apud Ciceronem *lib.5. Epist. ad Atticum,* hoc est, ad HS 22000000. Facit denariorum 5500000. coronatorum 550000. argenteos vncial: 687500.

Ducenties & vicies HS Antoninus Caracalla venena comparauit, Dio.

CXLI. Ducenties & quadragies 24000000. lis L. Scipioni æstimata, apud Liuium *lib. 8.* Decadis quartæ. Facit denariorum 6000000. coronatorum 600000. argent: vncial: 750000.

Ducenties & quadragies HS Cn. Pompeio in annuum stipendium attributum, cum prouinciæ in quadriennium eidem prorogatæ essent, Plutar. *in Pompeio.*

CXLII. Ducenties & quinquagies HS 25000000. apud Plu-

tarchum *in Antonio.* Facit denariorum seu drachmarum 6250000. coronatorum 625000. argenteos vncial: 781250.

CXLIII. Trecenties HS 30000000. in congiarium, quo multitudo deliniretur, est impensum, Plutarchus *in Catone minore.* Facit denariorum 7500000. coronatorum 750000. argenteos vnciales 937500. Lapus interpres recte transfert Talenta 1250.

HS CCC, hoc est, trecenties Medicus, Q. Stertinii frater, hæredi reliquit, Plinius *lib.29. cap.1.* Budæus *lib. 2. de Asse.*

CXLIV. Trecenties & duodecies HS 31200000. Cæsar æris alieni habuit, priusquam vllum magistratum esset consecutus, Plutarchus *in Cæsare.* Facit denariorum 7800000. coronat: 780000. argenteorum vncial. 975000.

CXLV. Trecenties & sexagies HS 36000000. Paulus Cos. corruptus ad Cæsaris partes desciuit, Plutarch. *in Pompeio.* habet MD talenta, quod idem est. Facit denariorum 9000000 nonagies, coronatorum 900000. argenteorum vncial. 1150000.

CXLVI. Trecenties & septuagies quinquies HS 37500000. in numerato fuit in ærario annis septem ante III bellum Punicum. Sic enim legit & corrigit Budæus *lib. 2. de Asse*, apud Plini. *lib. 33. cap. 3.* Facit denariorum 9375000. coronatos 937500. argent: vncial: 1171875.

CXLVII. Quadringenties HS 40000000. quod idibus Martiis Antonius debebat, ante Calendas Aprilis debere desiit, Cicero *Philippica 2.* Facit denariorum 10000000. centies, coronatorum 1000000. decies, argent: vnc: 1250000.

Quadringenties sestertium Augustus Cæsar Populo Romano legauit, Sueton. *in Augusto cap. 101.* Dio *lib. 56.* habet Mille myriades drachmarum, quod idem est.

Quadringenties HS Cæsar ex ærario protulit, Plin. *lib. 33. cap. 3.* Consule Budæum *de Asse.*

Quadringenties HS vel tunica ex Margaritis, vel ornatus Lolliæ Paulinæ, C. Caligulæ Principis matronæ, æstimatus est, Plinius *lib. 9. cap. 35.* Solin. *cap. 66.*

Quadringenties HS triclinaria Babylonica Neroni stetere. Sic enim corrigit Budæus *lib. 3. de Asse*, pro quadragies sestertio, apud Plinium *libro 8. cap. 48.*

Qua-

Quadringenties HS Cicero a Verre repetit, Cicero *in Pretura Vrbana.* Quadringenties enim HS Verres e Sicilia contra leges abstulit, Cicero *in Diuinatione.* Item *Actio: III.* In exemplaribus editis falso legitur CCCC sestertia.

Quadringenties HS ærario a Cæsare illatum, Cor. Tacitus *lib.13.*

Quadringenties HS Seneca sub magnis vsuris credidit, Dio *in Nerone.*

CXLVIII. Quadringenties & quinquagies HS 45000000. Caligula legatum Tiberii populo distribuit, Dio *lib.59.* Facit denariorum 11250000. coronator: 1125000. argenteos vnciales 1406250.

CXLIX. HS quingenties 50000000. nullo anno Imperii nostri minus India exhaurit, & merces remittit, quæ centuplicato apud nos veneant, Plinius *lib.6.cap.23.* Facit denariorum 12500000. centies vicies quinquies, coronat: 1250000. Budæus *lib.3. de Asse*, argenteos vnciales 1562500.

Quingenties sestertium Augustus Cæsar vna donatione in cellam Iouis Capitolini contulit, præter aurum & margaritas, Sueton. *in Augusto cap.30.* Budæus *lib.3.de Asse* & argentum & aurum æstimat 3050000. coronat.

Quingenties sestertium Otho ad peragendam domum auream Neronis subscripsit, Sueton. *in Othone cap.7.* Budæus *lib.4. de Asse.*

Sestertium quingenties Galba a Liuia Augusta habuit inter legatarios, quod ad quinquaginta reuocauit, Sueton. *in Galba cap.5.*

CL. Erogata in Aquæductum sestertia quingenta *LVM*, Plinius *lib.36. cap.15.* Sed Budæus *lib.3. de Asse* corrigit & interpretatur: Quingenties & quinquagies quinquies HS 55500000. Facit denariorum 13875000. coronatos 1387500. argenteos vnciales 1734372.

CLI. Sexcenties HS 60000000. Nero Reipub. annuum largitus est, Tacitus *lib.15.* Facit denariorum 15000000. centies quinquagies, hoc est, drachmarum mille quingentas myriades, 1500000. coronatorum 1500000. quindecies, argenteorum vncialium 1875000.

Sexcenties HS Apicius helluatus ventri dedit, Martial. *lib.3:* de quo supr. numero 132.

Sexcenties HS Curionem debuisse testatur Valerius Maximus

lib.9. cap.1. quem, hoc ære alieno obstrictum, Cæsar liberauit, Plutarchus *in Cæsare & Pompeio,* Budæus *lib. 3. de Asse.*

Vt sexcenties HS mutuum a priuatis acciperetur, in senatu est actum Romæ, Tacit. *lib.20.*

Sexcenties HS contempsimus, cum priuatis non poterat transigi minore pecunia, Cicero *lib. 4. ad Atticum.*

HS DC sestertium sexcenta millia apud Plinium *lib.33. cap.10*: pro quo Budæus *lib.2. de Asse* legendum censet HS sexcenties.

Ad sexcenties sestertium agrum ciuibus Romanis egenis dedit Nerua: Dioni sunt mille quingentæ myriades drachmarum 15000000.

CLII. Sestertia (sestertium) *DCC M* Milonem æris alieni debuisse, inter prodigia humani animi Plinius ducit, *lib.36. cap.15.* Budæus *lib.3. de Asse* legit HS septingenties 70000000. Facit denariorum 17500000. coronatorum 1750000. argenteos vnciales 2187500. G. Agricola *lib.3.* de precio Monet: longe aliter taxat auro Vngarico *fol.329.*

Ad septingenties sestertium Seuero Imperatori Numerianus in Gallia collegit ac misit, Dioni sunt drachmarum myriades mille septingentæ quinquaginta, 17500000.

CLIII. Ad octingenties HS 80000000. annuæ pensiones Gallici Regni a Budæo *lib.3. de Asse* æstimantur. Facit denariorum 20000000. ducenties, coronatorum 2000000. vicies, vn: argente: 2500000. vicies quinquagies.

CLIV. Octingenties & quinquagies HS 85000000. tributa populi Romani, Plutarchus *in Pompeio.* Facit denariorum 21250000. coronatorum 2125000. argenteos vnciales 2656250.

CLV. Nongenties HS 90000000. Facit denariorum 22500000. coronatorum 2250000. argenteos vnciales 2812500.

CLVI. Millies centena millia sestertium minima computatione annis omnibus India & Seres, peninsulaq; illa imperio nostro adimunt, Plinius *lib. 12. cap.18.* Facit HS 100000000. denariorum 25000000. coronatorum 2500000. argenteorum 3125000. Budæus *lib.4. de Asse,* colligit esse quingentesimam opum Imperii Ro. partem. Ergo Romani Imperii opes essent, 50000000000. hoc est, quingenties millies CM. HS.

Se-

Seſtertium millies eſt apud Ciceronem *3. de Offic.*

Millies HS Apicius in culinam congeſſerat, Seneca *de conſolatione ad Albinam matrem.*

Millies HS Calphurnia domo ſua exportat, & apud Cæſarem deponit, Plutarchus *in Antonio.*

Seſtertium millies Antiocho Comageno confiſcatum, Sueton. *in Caligula cap. 16.*

Supra ſeſtertium millies Nero Tiridati abeunti contulit, Suet. *in Nerone cap. 30.*

Ad HS M cremata villa M. Scauri, ab iratis ſeruis incenſa, Plin. *lib. 36. cap. 15.* Budæus *lib. 3. de Aſſe*, legit HS millies.

Millies HS Cicero a Verre ex lege repetit, Cicero *in Diuinat.*

Millies ſeſtertium Tiberius Reip. largitus eſt, Dio *lib. 58. fol. 388.*

HS millies eſt apud Cicer: *pro Roſcio Comœdo.*

Millies ſeſtertium Vitellius Imperator ſalutem ſibi a Flauio Sabino, Veſpaſiani fratre, pepigit, Suetoni. *in Vitellio cap. 15.*

Super ſeſtertium millies area fori Iulio Cæſari conſtitit, Sueton. *in Cæſare cap. 26.*

Millies HS Claudius Cæſar contulit, quo precium domuum & inſularum incendio abſumptarum, perſoluit, Tacitus *lib. 5.*

Millies ſeſtertium gratuito propoſito Tiberius munificentiam exhibuit, Sueton. *in Tiberio cap. 48.*

Millies HS Tiberius ciuibus impendit, damnis incendii leuandis, Dio *lib. 58. fol. 382.*

Si ſeſtertium millies Hipparchus habet, quid ad Cæſarem? Suetonius *in Veſpa. cap. 13.*

Millies HS eſt apud Appianum *lib. 2. Bellorum Ciuilium*, quod ita habet: *διχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων, ſ. δραχμῶν*, 25000000. hoc eſt, bis mille & quingentæ myriades ſcilicet drachmarum: quæ faciunt HS 100000000. millies, vide infra *num. 162.* huius.

CLVII. Millies ducenties vicies HS 122000000. ſumma donationis Auguſti in cellam Iouis Capitolini Sueton: Facit denariorum 30500000. coronatorum 3050000. argenteos vncial: 3812500.

CLVIII. Non plus quam millies & quingenties ſcilicet HS. ad hæredes ſuos Auguſtus peruenturum profeſſus eſt, Sueton. *in Au-*

gusto cap. vltimo. Facit 150000000. HS, denariorum 37500000. coronatorum 3750000. argenteos vnciales 4687500.

CLIX. Millies septingenties quater HS 170400000. M. Crassus in suo censu reperit calculo subducto, antequam ad bellum Parthicum proficisceretur, Plutarcho *in Crasso* sunt myriades quater mille ducentæ & sexaginta scilicet drachmarum, hoc est, denariorum 42600000. Facit coronatorum 4260000. argente: vncialium 5325000.

CLX. Bis millies HS 200000000. vectigalia populi Ro. ante bellum, a Pompeio in Asia gestum. Plutarch. *in Pompeio* interpretatur quinq; millia myriadum scilicet drachmarum, hoc est, denariorum 50000000. Facit coronator: 5000000. argente: vncial: 6250000.

HS Bis millies ære alieno Otho Imp. demersus, Plutarch. *in Galba.*

Ad bis millies HS Macrinus pacem coemit ab Artabano, Dio *in Macrino.*

Ad bis millies HS villa Tusculana Scauri incensa ab iratis seruis & cremata, refert Budæus *lib. 3. de Asse* e Plinio *lib. 36. cap. 15.*

Bis millies HS Crassus, Quiritum post Syllam ditissimus, in agris possedit. Sic enim Budæus *lib. 2. de Asse* apud Plinium *lib. 33. cap. 10.* legit & corrigit, pro sestertium XXM.

Bis millies HS Seuerus in congiarium impendit, Dio habet quinq; millia myriadum scilicet drachmarum, quod idem est.

Bis millies L. Scipio in ærarium retulit, Liuius *lib. 8. Decad. 4.*

Ad bis millies Demetrius, Pompeij libertus, in censu habuit, Plutarch.

Ad bis millies sestertium a Nerone munera Tiridates accepit. Dio in Nerone dicit esse quinq; millia myriadum drachmarum, de quo postea suo loco.

CLXI. Bis millies & quadringenties HS 240000000. apud Ciceronem *pro Rabirio Posthumo.* Facit denariorum 60000000. coronatorum 6000000. argen: vncial: 7500000. Cicero ipse recte interpretatur XM talentorum. Si enim 60000000. denariorum, per 6000. quot denariis Talentum Atticum minus constat, diuiseris, 10000. in diuisorio erunt.

CLXII.

CLXII. Bis millies & quingenties centena millia, 250000000. Cæsar sibi adesse oportere dixit, vt nihil haberet. Ita adfert quidem Budæus *lib. 2. de Asse ex Appiano.* Si HS intelligas facit denariorum 62500000. coronatorum 6250000. argenteos vnciales 7812500. Sed G. Agricola *lib.3. fol.329.* de precio Monet: aliter æstimat auro Vngarico. Græca autem Appiani verba aliter habent, quæ infra *lib.3. cap.2. numero 71.* adferuntur.

CLXIII. Bis millies & octingenties sestertium 280000000. Tacitus Imp. in rediribus habuit, Flauius Vopiscus. Facit denariorum 70000000. corona: 7000000. argent: vncial: 8740000.

CLXIV. Ter millies HS (Sic enim Budæus *libro 3. de Asse* apud Plinium *lib.33. cap.3.* pro Pondo trium millium legit) Paulus Æmilius Perseo, Rege Macedoniæ deuicto, e præda in ærarium intulit. Facit HS 300000000. denariorum 75000000. coronatorum 7500000. argen: vncial: 9375000.

Ter millies HS Pallas, Claudii libertus, possedit, Cor. Tacitus *lib.12.* Budæus *lib. 2. de Asse.*

Ter millies HS perdidimus, Adrianus inquit, quod exercitui populoq; pro Vero commodo dependimus, Spartia: Budæus *lib. 3. de Asse* contendit hic legendum esse, Quater millies, de quo mox.

Ter millies HS Senecam intra quadriennium sibi parauisse in Neronis principatu, a Suillio ipsi exprobratum est, Tacitus *lib.12.* Dio *in Nerone* recte vocat septem millia & quingentas myriades s. drachmarum 75000000.

HS ter millies caussa adoptionis Veri militibus collatum donatiuum, Spartianus.

CLXV. Ter millies & quadringenties HS 340000000. vectigalia populi Ro. aucta a Pompeio. Facit denariorum 85000000. (Plutarchus *in Pompeio* interpretatur Octo millia myriadum & quingentas myriades scilicet drachmarum, quod idem est) coronatorum 8500000. argen: vncial: 10625000. Budæus *lib.3. de Asse.*

CLXVI. Quater millies HS, 400000000. Cn. Lentulus Augur diuitiarum maximum exemplum, suum vidit, antequam eum libertini pauperem facerent, Seneca *lib.2. de Beneficiis.* Facit denariorum 100000000. millies, coronator: 10000000. centies, Budæus *lib.3 de Asse*, argenteorum vncialium 12500000. centies & vicies quinquies.

Am-

Amplius quater millies HS Narcissus, Claudii libertus, possedit, Dio *lib.60. in Claudio*. Idem ab eodem Dione *in Nerone* dicitur, μυριάς μυριάδων, hoc est, millies scilicet drachmarum, seu denariorum 100000000: quod dicitur millies latine, 100000000.

Quater millies HS Pallas, Neronis libertus possedit, Dio *in Nerone*.

Quater millies HS perdidimus, Adrianus inquit, quod populo & militibus pro adoptione Commodi dedimus donatiuum. Sic enim pro ter millies HS apud Spartianum *in Adriano* Budæus legendum esse censet *lib.3. de Asse*.

Quod quater millies HS Gabinius ex prouincia compilasset, in iudicium pertractus, damnatus est, Dio *lib.39*.

CLXVII. Ad quinquies millies HS 500000000. constitit Augusto congiarium, de quo supra numero 20. Facit denariorum 125000000. coronatorum 12500000. argenteorum vncialium 15625000.

CLXVIII. Ad quinquies millies & quadringenties HS 540000000. vectigalia populi Rom. a Pompeio M. aucta, refert Plutarch. Facit denariorum 135000000. coronatorum 13500000. argenteorum vncialium 16875000. G. Agricola aliter computat, aliis hypothesibus vsus.

CLXIX. Sexies millies HS 600000000. amplius ex manubiis, apud Velleium Paterculum *lib.2*. Facit denariorum 150000000. coronatorum 15000000. argenteorum vncial: 18750000.

Ad sexies millies sestertium C. Caligula se coegisse inquit, locupletissimis Gallorum necari iussis, Dioni *lib.59*. sunt 15. millia myriadum 150000000.

CLXX. Septies millies f. *HS* 700000000. M. Antonius falsis perscriptionibus, donationibusq; auertisse & prodegisse, a Cicerone *in 2.5.8.12.13. Philippica* exagitatur. Facit denariorum 175000000. coronatorum 17500000. argenteorum vncial: 21875000.

CLXXI. Nouies millies *HS* 900000000. Vitellius Cæsar paucis mensibus interuertisse creditur, Tacitus *lib.17*. Facit denariorum 225000000. coronatorum 22500000. Budæus *lib.4. de Asse*, argenteorum vncial: 28125000.

CLXXII,

CLXXII. Dio *in Vitellio* scribit, Vitellium in cœnas consumpsisse duas myriadum myriades scilicet drachmarum, hoc est, denariorum 200000000. quod latine effertur bis millies 200000000. Facit *HS* 800000000. octies millies, coronatorum ducenties 20000000 argenteorum vncial; 25000000. ducenties & quinquagies s. centena millia.

CLXXIII. Decies millies *HS* 1000000000. Facit denariorum 250000000. coronatorum 25000000. argenteorum vncialium 31250000.

CLXXIV. Quaterdecies millies Augustus ex testamentis amicorum percepit, Sueton. *in Augusto cap. vltimo*, Budæus *lib. 3. de Asse.* Facit *HS* 1400000000. denariorum 350000000. coronatorum 35000000. argenteorum vnc: 43750000.

CLXXV. *HS* sedecies millies 1600000000. donatiuum Antonio constitit, de quo infra *lib. 3. cap. 2. numero 32.*

CLXXVI. Bis & vicies millies *HS* 2200000000. Nero Cæsar donationibus effudit, Tacitus *lib. 17.* Facit denariorum quinquies millies & quingenties 550000000. coronatorum quingenties & quinquagies 55000000, Budæus *lib. 4. de Asse*, argenteorum vncial: 68750000.

CLXXVII. Vicies ter millies & octogies *HS* 2308000000. cum Caligula in thesauris accepisset, nullam eius summæ partem in tertium annum seruauit: Quod Dio *lib. 59.* habet myriades quinq; myriadum, & præterea septies mille & septingentas myriades s. drachmarum, quod sic notatur 577000000: & latine effertur quinquies millies septingenties & septuagies, 577000000. Facit coronatorum 57700000. argenteo; vncial: 72125000; de quo infra *lib. 3. cap. 2. num. 78.*

CLXXVIII. Vicies septies millies sestertium, 2700000000. totum illud Tiberii Cæsaris non toto vertente anno Caligula absumpsit, Sueton. *in Caligula cap. 37.* Facit denariorum 675000000, coronatorum 67500000. argente; vncial: 84375000. Vide Budæum *lib. 4. de Asse.*

Vicies septies millies *HS* 2700000000. erat in ærario Ro. cum Marcus & Lucius Imp. essent. Dio in Pertinace habet sex myria-

des & ſeptem millia myriadum & quingentas myriadas drachmarum 675000000.

CLXXIX. Quadragies octies millies *HS*4800000000, Facit denarior: 1200000000, coronatorum 120000000. argenteorum vncialium 150000000.

CLXXX. Quadringenties millies ſcilicet *HS*40000000000. Veſpaſianus initio ſtatim ſui Principatus opus eſſe profeſſus eſt, vt Reſpub. ſtare poſſet, Sueton. *in Veſpaſ. cap. 16.* Facit denariorum 10000000000. centies millies, coronatorum 1000000000. decies millies, argenteorum vncialium 1250000000. duodecies millies & quingenties. Budæus *lib. 4. de Aſſe*, quod hæc immenſa ſit ſumma, Quadragies millies pro Quadringenties millies legendum eſſe ſuſpicatur. G. Agricola æſtimat 1454545450. hoc eſt, quater decies millies quingenties & quadragies quinquies centenis quadraginta quinq; millibus quadringentis & quinquaginta argenteis vncialibus, ſemunciali vno duodenario vno cum nummulo Miſnico.

DE
DENARIO.
CAPUT VI.

I.

DEnarius, nummus Ro. vt Voluſius Mætianus ait, decem aſſes valebat, vnde nomen traxit. Apud Plinium eſt *lib. 33. cap. 3:* Placuit denarius pro decem libris.

II. Eadem de cauſſa Decuſſis quoq; dicitur a Feſto Pompeio, a decem aſſib.

III. Plutarchus in Camillo vocat δεκάχαλκον, Sic enim inquit: ἀσσάριον γὰρ ἦν τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ δεκάχαλκον οὕτως ἐκαλεῖτο δηνάριον, hoc eſt, As enim erat argentum: & decuſſis ſic appellabatur denarius.

IV. Denarii multæ ſunt diuiſiones: quarum prima eſt ratione materiæ, vnde cuditur. Alius enim erat aureus, apud Plin. *lib. 33. cap. 3. & lib. 37. cap. 1.* vbi ſex aureorum denariorum meminit: quod de pondere intelligitur: quemadmodum δραχμὴ χρυσοῦ eſt apud He-

Hesychium & Suidam. Alius vero Denarius erat argenteus, de quo hic solum agitur: alius æris apud Spartianum *in Aureliano*.

V. G. Agricola Denarium ex pondere facit triplicem: Primum quidem pondere drachmæ Atticæ cum semisse ex Nicandri interprete, cum inquit: τὸ δηνάριον ἔχει δραχμὴν μίαν ἡμίσειαν, h. e. Denarius habet drachmam vnam & dimidiam. Hunc denarium sesquidrachmalem idem Agricola æstimat grossis Misnicis duodenariis quatuor, & nummulis Misnicis quatuor cum semisse: vt nummuli in summa sint 52. cum semisse.

VI. Alterum vero denarium idem facit pondere septimæ partis vnciæ Romanæ: & hunc denarium legitimum appellat. Id quoq; confirmat primum autoritate Plinii *lib. 33. cap. 9.* cum inquit: *Miscuit denario Triumuir Antonius ferrum, miscuit æri.* Alii e pondere subtrahunt, cum sit iustum LXXXIIII e libris signari.

VII. Ex quibus Plinii verbis colligitur, hunc Denarium pondere esse septimam partem vnciæ Rom. Nam si libræ Ro. duodecim vnciarum 96. drachmas per septem, quot denariis vncia constat, multiplicaueris, 672. euadent: quib. per octo, quot drachmis vncia constat, diuisis, in diuisorio 84. erunt.

VIII. Deinde probat e Cor. Celso *lib. 5. cap. 17.* qui ait: *Sed & antea sciri volo: in vncia pondus denariorum septem esse. Vnius deinde denarii pondus diuidi a me in sex partes, id est, sex vncias: vt idem in vncia denarii habeam, quod Græci habent in eo, quem obolum appellant, &c.*

IX. Tertio & postremo adfert & hoc Scribonii Largi testimonium ex præfatione, cum inquit: Erit autem nota denarii vnius pro græca drachma. Æque enim in libra * denarii octoginta quatuor apud nos † quot drachmæ apud Græcos incurrunt (additur in margine: sunt, sicut drachmæ.) Ex his autem colligitur, Denarios esse septem in vncia Romana.

X. Sed consentaneum non est, & apud Græcos totidem scilicet 84. drachmas esse in libra Romana, vt hic asseritur.

XI. Huic denario idem Agricola tribuit grossi. Misnicos duodenarios tres cum quatuor nummulis: vt in summa sint nummuli 40.

XII. Tertius & vltimus Denarius eidem est pondere drachmæ Atticæ; de quo hæc nostra tractatio potiss. instituitur. Et suspica-

ſpicatur hoſce denarios leues drachmales, pares Atticis drachmis, non eſſe percuſſos ante Claudii Principatum: quo Rex Taprobanes inſulæ Romanorum iuſticiam adeo ſuſpexit, vt miſſa legatione Romanorum amicitiam vltro appetierit: quod pares pondere Denarii in captiua pecunia eſſent, cum diuerſæ imagines indicarent a pluribus factos. Hiſtoria extat apud Plinium *lib. 6. cap. 22.* & Solinum *cap. 66.*

XIII. Hunc Denarium non omnes eodem precio æſtimant. Nam primum G. Agricola taxat ἀκριβῶς, nummulis Miſnicis triginta quinq;, *lib. 2. de Monetarum precio.* Deinde D. Lutherus *in 19 cap. Act. & in 6. cap. Apocalyp.* æſtimat nummulis Miſnicis triginta, quibus leo typus eſt, dreißig Lewen-Pfenning. Adhæc Bilibaldus Pirckhemerus, patricius Norebergicus, huic denario Ro. tribuit nummulos Norebergicos circiter 33. Budæus vero eundem taxat Gallicis nummis quaternis Careolis, & binis denariolis Turonicis. Sed Philippus Melanchthon *in Chronicis* eidem tribuit nummulos Miſnicos 36. groſſos Miſnicos argenteos tres: & drachmæ, nummo Attico argenteo, & pondere & valore parem facit. Huius ſententiam & iudicium & alii doctiores amplectuntur. Horum autoritatem & nos in hoc toto opere ſequimur, ad nummos Miſnicos potiſſimum reſpicientes. Hac æſtimatione quatuor ſolidi ſimpli Lubecenſes & Lunæburgenſes, ſeu duo dupli Denario cedunt. Sic enim exponuntur & commutantur.

XIV. Adhæc Denarium partiuntur in duos quinarios. Dicitur enim quinarius a quinis aſſibus, quos valebat. Sic enim eſt apud Varronem *lib. 4. de lingua latina*: *In argento*, inquit, *nummi denarii, quod denos æris valebant: quinarii, quod quinos.* Valet hic quinarius nummulos Miſnicos 18. noſtra æſtimatione: quod quinarius ſit eius denarii, qui eſt pondere drachmæ Atticæ, pars dimidia.

XV. Mox denarius diuiditur in duos victoriatos, vt Voluſius Mætianus ſcribit. Victoriatus itaq; tantum valet, quantum quinarius, vt idem teſtatur: nimirum 18. nummulos Miſnicos.

XVI. Vterq; nummus, & Quinarius & Victoriatus, græco τριώβολῳ æquipollet: quod id ſit ἡμίδραχμον, de quo *lib. 3.* Idem ergo ſunt, idemq; valent, Quinarius, Victoriatus, ἡμίδραχμον, τριώβολον. Quinario par eſſe cenſetur, vt hodie taxatur, exponitur, & commuta-

mutatur, solidus duplus Lubecensis & Lunæburgensis: vel solidi duo simpli. Eidem pares sunt quatuor solidi Rostochienses & Sundenses.

XVII. Præterea Denarius in quatuor sestertios diuiditur, vt ex Varrone constat *lib. 4. de Lingua latina*, cum inquit: *In argento nummi dicti denarii, quod denos æris valebant: quinarii, quod quinos: sestertius, quod semis tertius, dupondium & semis antiquus sestertius.* Idem constat ex *Verrinis Actionibus* Ciceronis. Et Vitruuius *lib.3.cap.1.* de denario loquens, addit: *Etiam quartam eius* (denarii) *partem, quod efficiebatur ex duobus assibus & tertio semisse, sestertium vocitarunt.* Idem ex Plutarcho constat: qui *in Sylla* mille nummos 250. drachmas interpretatur. Mille nummi, & mille sestertii faciunt 250. denarios seu drachmas. Si enim mille per 4. diuiseris 250. prodibunt.

XVIII. Sexta diuisione Denarius in sex partes, id est, sex vncias diuiditur apud Cor. Celsum *lib.5.cap.17*: quemadmodum drachma in sex obolos distribuitur: vt idem sit denarii sexta pars, quod drachmæ obolus Atticus: & vt a sextante assis seu æris distinguatur: de quo supra *cap.1.* huius. Faceret hic sextans idem, quod obolus Atticus, nimirum 6. nummulos Misnicos.

XIX. Septimo & vltimo Denarius in decem asses dissecatur, vnde denarius nomen sortitur, vt Varro *lib. 4. de Lingua latina* confirmat. Apud Vitruuium quoq; est *lib.3.cap.1*: *Nostri autem*, inquit, *primo decem fecerunt antiquum numerum: & in denario denos æreos asses constituerunt.*

XX. Denariorum εἰκόνες, hoc est, imagines & notæ, erant fere Coss. & Principum Ro. effigies, vt constat ex Plinio *lib.6. cap.22.* *Matth.22. Marci 12. & Luca 20.* & ex nummis ipsis, qui adhuc hodie passim extant.

XXI. ἐπιγραφὴ vero, hoc est, inscriptio præferebat vel nomen Principis & autoris, vel caussam nummi percussi. Exempli gratia: Antonini denarius nummus habet inscriptionem in vna quidem parte: ANTONINVS PIVS AVG. BRIT: in altera vero facie: P M. TR. P. XII COS. III. hoc est: AVGVSTVS BRITANICVS, PONTIFEX MAXIMVS, TRIBVNICIAE POTESTATIS DVODECIMVM, CONSVL. TERTIVM. Cuius rei multa exempla in veteribus nummis passim extant.

XXII. Nummi denarii nota erat litera X, vt Sosipater testatur: quæ & numeri denarii nota esse solet apud Latinos. Sic habet & Priscianus: *Denarius quoque decem librarum nummus per X perscriptam notatur.*

XXIII. Ponderis vero Denarii nota apud Medicos latinos veteres, vt Scribonium Largum, & Cor. Cels. hæc fuit * vel *.

XXIV. Addam & hoc, etsi denarius vox sit latina: Græci tamen & ipsi eadem aliquando vtuntur, sed fere in neutro genere: vt *L. 35. ff.* de pign. & hypoth. δανεισάμενος παρά σου δηνάρια πεντακόσια. hoc est, Mutuatus a te denarios quingentos: & *l. 20. ff. de annu: legat: Det denaria decem die nundinarum.* Cleopatra: τὸ ἰταλικὸν δηνάριον, hoc est, Italicus denarius. Sic & Euangelistæ vtuntur, ut *Matth. 18. Lucas 10.* & Plutarchus in Camillo. Quod & Latini aliquando imitantur: Plautus *in Rudente: Centum denaria Philippea,* dixit.

XXV. Ad denarium soluere, apud Ciceronem *pro Quintio*, est ad pecuniæ Romanæ rationem satisfacere: cum pecuniæ Gallicæ & Romanæ dissimilis ratio esset.

XXVI. Hanc Ciceronis phrasin Interpretes ibidem fœde contaminant, nec erudite interpretantur. Qualis est hæc Syluii interpretatio: *Ad denarium vsq; soluere: & pro vsura singulorum denariorum soluere:* vel hæc Latomi: Ad minimum, hoc est, totum, vt ne minimum quidem relinquatur, soluere: vel Michaelis Toxitæ, quæ est: vel, pro singulis denariis: vel, vsq; ad extremum denarium soluere.

XXVII. Hæ sunt interpretationes ineptæ, absurdæ, ineruditæ, & Cicerone indignæ: quibus tamen chartæ sunt oppletæ.

XXVIII. Porro denarii 96. e libra Ro. argenti percussi sunt pondere drachmæ Atticæ, quinarii 192. sestertii 384. libellæ 960. sembellæ 1920. teruncii 3840. vt supputatio ipsa demonstrat.

DE-

DENARIVM ROM.

ET DRACHMAM ATTICAM NVMMOS ESSE PARES, EIVSDEM ET PONDERIS ET VALORIS.

CAPVT VII.

HUnc Denarium nummum Rom. drachmæ pondere percussum, parem, esse Drachmæ, Attico nummo, ex multis veterum autorum perspicuis testimoniis certo constat.

I. Nam primum Plinius *lib. 21. cap. vltimo* sic ait: *Drachma Attica denarii argentei pondus habet.* Is vixit a tempore Vespasiani vsq; ad Traiani Principatum: & loquitur diserte de nummo Rom.

II. Deinde idem confirmat Cleopatra, eruditissima fœmina, cum inquit: *τὸ ἰταλικὸν δηνάριον ἔχει δραχμὴν α΄.* hoc est, Italicus denarius habet drachmam vnam.

III. Adhæc quod est apud Ciceronem *lib. 16. Epistolarum ad Atticum: Octauium veteranis militibus, quiqui Casilini & Calatiæ erant, dedisse donatiuum denarios quingenos, quo eos in suam sententiam perduxit:* id Dio *libro 45.* refert: *καὶ ἔδωκεν εὐθὺς τότε κατὰ πεντακοσίας δραχμὰς,* hoc est, & dedit statim tunc quingenas drachmas. *κατὰ* præpositio hic apud Dionem non significat, ad, vel ferme, vt nonnulli volunt: sed significat distributiue, einem jeden zu fünff hundert: quemadmodum præpositio *ἀνὰ* accipi & vsurpari solet. In hac enim significatione idem Dio alibi eadem præpositione *κατὰ* vtitur, *lib. 57.* cum inquit: *κατὰ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα,* hoc est, singulis quinq; & septuaginta, einem jeglichen zu fünff und siebentzig.

IV. Accedit autoritas Galeni *lib. 8. cap. 3. de Medicamentorum compos. secundum loca,* cum inquit: *πρόδηλον δ᾽ ὅτι δραχμὴν λέγομεν νῦν ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασιν, ὅπερ ῥωμαῖοι δηνάριον ὀνομάζουσιν,* h. e. *perspicuum autem est, quod drachmam nunc in huiusmodi omnibus dicimus, quod Romani denarium nominant.*

V. Et A. Gellius *lib. 1. cap. 8. μυρίας δραχμὰς, ἢ τάλαντον,* hoc est, Decem millia drachmarum aut talentum, decem millia denariorum interpretatur. Idem Gellius *lib. 3. cap. 17.* centum minas, quæ sunt

ſunt apud Diogenem Laertium *in vita Platonis lib.3.* & decem drachmarum millia faciunt,ipſe decem millia Denarium exponit. Is vixit ſub Adriano anno Chriſti CXX.

VI. Plutarchus,grauis autor,eas ſummas, quas Romani per ſeſtertios efferunt, ipſe per drachmas more græcorum transferr, eaſdem per quatuor diuidens: quod quatuor ſeſtertii denarium faciant: & ſic perpetuo drachmas Atticas denariis Ro. prorſus exæquat. Cuius rei multa exempla paulo ante *capit.5. & 6.* huius allata ſunt,& poſtea plura in hoc toto opere adferentur.

VII. Iam vero quod Strabo *lib.5.* Murem ducentis drachmis in obſidione Caſilini oppidi venditum refert: id Valerius Maximus *lib. 7, cap.6.* murem captum ducentis denariis venditum eſſe,memoriæ prodidit, Sed integra vtriuſq; verba infra *lib,3.cap.2.* recenſentur *numero 28.*

VIII. Præterea Athenæus *lib.4. Dipnoſoph.* Talenta Attica quadringenta ſcribit facere nummi Italici myriades ducentas & quadraginta ſcilicet denariorum 2400000. Athenæi verba referuntur infra *cap.15. libri 3. num.33.*

IX. Eodem modo & Feſtus Pompeius ſcribit, Talentum Atticum habere denariorum ſex millia: Græci vero idem habere teſtantur drachmarum ſex millia, vt Suidas quoq; ſcribit. Exæquantur igitur & hic Denarius Ro. & drachma Attica.

X. Facit huc,quod habet Liuius *lib.4. Decad.4: Captiui mille ducenti redempti talentis centum,quingenis denariis in capita computatis.* Liuii verba hæc ſunt: *Ingens numerus erat bello Punico captorum: quos Annibal,cum a ſuis non redimerentur,venundederat.* Multitudinis eorum argumentum, quod Polybius ſcribit: Centum talentis eam rem Achæis ſtetiſſe: cum quingenos denarios precium in capita, quot redderentur, dominis ſtatuiſſent. Mille enim ducentos ea ratioue Achaia habuit. Adijce nunc proportionem,quot veriſimile ſit totam Græciam habuiſſe. Hæc Liuius. Si mille ducentos captiuos per 500. multiplicaueris, prodibunt 600000. denariorum millia: quæ centum talenta faciunt,ſi rurſus per 6000. diuiſa fuerint.

XI. Ex verbis Liuii & Priſcianus lib.de ponderibus Talentum 6000. denariorum habere colligit.

XII. [illegible] experientia. Budæus enim multos denarios ære appenſos eſſe, & eſſe drachmæ pondere deprehenſos ſcribit [illegible]. [illegible] refert a ſe expenſum nummum Ciceronis [illegible] pondere drachmæ: cuius nota fuit caput galeatum, cum inſcriptione M. TVLLI : ſupra quæ verba X, quæ denarii nota eſt. Ibidem plures enumerantur denarii pondere drachmæ Atticæ : vt Romuli, &c. Hæc ſunt firma & perſpicua veterum, & Latinorum & Græcorum auctorum teſtimonia : ex quibus Denarium, nummum Rom. & drachmam Atticam nummum græcum, vtrumq; argenteum & pondere pari eſſe conſtat. vnde eiuſdem quoq; precii valorisq; eſſe, nemo dubitabit.

XIII. Valet autem vterq; hic nummus, & denarius Rom. argenteus, & drachma Attica, nummus argenteus, groſſos Miſnicos [illegible]: vt Philippus Melanchthon *lib. 3. Chronici* quoq; exponit, vtrumq; [illegible], nummulos vero Miſnicos 36. continet, vt dictum eſt.

XIV. Sed G. Agricola huic tantum tribuit nummulos Miſnicos triginta quinq; [illegible]: vnde non eſt mirum, meas ſupputationes ab illius variare in magnis ſummis pecuniariis. Is enim æſtimat [illegible] qua Monetarii exactiſſima vtuntur, ſequitur.

XV. Ego vero vulgari, qua nummi communiter exponuntur & commutantur, acquieſco: quod ea longe ſit expeditior.

XVI. Et denarius Ro. & drachma Attica, vt argentei vncialis, [illegible] hodie Ioachimicum Vallenſem a loco, quippe a valle Ioachimica, vbi diuites ſunt argenti fodinæ, κατ' ἐξοχὴν appellamus) octaua [illegible] coronati, Gallici aurei, decima, aurei vero Vngarici fere duodecima pars eſt, & hunc triginta ſex groſſis Miſnicis, hoc eſt, [illegible] ali æſtimes.

DE

DENARIO RO.

NARRATIO HISTORICA,

CAPVT VIII.

PLacet & de Denario varia ex bonis autorib. vetustis exempla [illegible] congerere : quæ ad antiquitatis eruditæ notitiam [illegible] mentum adferre videntur. Hinc enim certo colli[illegible], quænam quantaq; variarum rerum precia, quæ mili[illegible] ua, quæ ciuium congiaria, &c. olim fuerint.

I. Denarius, Romanus nummus, argenteus vt dictum est, tres valet grossos M[illegible]icos, nummulos 36.

Denarius fuit quoq; stipendium militiæ [illegible] apud Ro. Cornelius enim Tacitus *lib.1.* denos asses [illegible] datos esse scribit, qui denarium faciunt.

Denarius fuit & apud Iudæos merces diurna conductorum in vineam, *Matth.20. & 22.* Gens enim [illegible] a Romanis subacta, monetam Ro. vna cum imperio rec[illegible] e Marco Euangelista patet, *cap. 12.*

Denarium Augusto Cæsar[illegible]libet priuato exegit accep[illegible]q; ad palatii, incendio a[illegible] onem.

Denario tritici [illegible]ur in annonæ caritate, *Apocalyp. 6.* Facit nostra[illegible] cofordiæ ad Oderam, der Scheffel / (cuius [illegible] octaua pars est, vt Medimni Attici,) argent[illegible]

De[illegible] hordei ibidem venduntur : Facit der Scheffel [illegible] vnciales.

De[illegible] gulis poma Persica singula Romæ venundata esse, scribit [illegible] *cap.12.*

[illegible] *lib.2. de Monetis* in Plinii lectione obseruandum esse d[illegible]et : vbi is ad numeros precii neq; asses neq; sestertios a[illegible]os fere esse accipiendos : cuius rei multa exempla hic [illegible]entur.

A denariis singulis ad triginta precium in libras purpurissi, apud Plinium *lib.35. cap.5.*

A

A singulis ad CCC scilicet denarios in malobathri precio pro[illegible] [illegible] peruenire libras,vt refert Plinius *lib.12. cap.26.*

II. X [illegible] scilicet denarii in libras myrobalano precium,apud Plin. *lib. 12. cap.21.* Facit sex grossos Misnicos,argentei vncialis [illegible].

Denarios duos Samaritanus in curam vulnerati hospiti dedit, *Luc.* [illegible]

Denarios binos Milites Prætorianos in diem meruisse, Cor.Tacitus [illegible] scribit.

III. Denariis ternis turdorum quinq; millia venisse vna parte [illegible] *Varro lib. 3. cap.2. de Re Rustica* scribit. Facit 9. grossos Misnicos [illegible] Integra vero summa est 60000 HS, denariorum [illegible] 1500. 1875. argen: vnciales.

Ternis precium in libras sincero bdellio, Plin.*lib.12. cap.9.*

IV. Denariis quaternis,hoc est, HS 16. scripula byssini quondam [illegible] auri,circa Elim in Achaia, scribit Plinius *lib. 19. cap.1.* Facit grossos Misnicos 12.hoc est,semissem argentei vncialis. [illegible] aurum duodecupla Platonis, de qua in[illegible]

X. IIII, [illegible] quaternis piper nigrum emitur in libras. Sic enim [illegible] *apud Plinium lib.12. cap.7.* legendum esse censet. Georgius vero Agricola legit coniuncte; vt X non sit nota nummi denarii, sed numeri precii: & legit XIIII,hoc est,quatuordecim denariis [illegible] ceteris.

Quaterni denarii in singulas vini Amphoras portorii nomine [illegible] *Cic. pro M. Fonteio.*

V. Denariis quinis Pauonum oua vendita,M.Varro *lib. 3. cap. 6* [illegible]. Facit [illegible] grossos Misnicos quindecim.

Quini denarii precium plumæ anserum in libras, Plinius *lib. 10. cap.22.* Libra Romana continet vncias 12. Libra vero Zygostatica est vnciarum 16. Lapis centenarius pondus hodie vsitatum, continet libras Zygostaticas 110: hic lapis facit libras Ro. 146. cum besse,hoc est,[illegible] vncias. Faceret ergo lapis centenarius plumæ, ratione huius precii plumæ in libras, denarios 733. cum quatuor nummulis Mi-

 snicis,

ſnicis, argenteos vnciales 91. groſſos Miſnicos 15. cum nummulis quatuor.

VI. Seni denarii portorii nomine exacti, Cicero *pro M. Fonteio.* Facit 18. groſſ. Miſnicos.

Denarii ſeni menſtrui pupillis alimentorum nomine præſtari legati, *l.28. ff. de liber. lega: item l.30. ff. de adim. le.*

A denariis ſex vſq; quinquaginta ſtactæ precium in libras, Plinius *lib.12. cap.16.*

X ſex precium pondo optimo Paratonio, Plin. *lib.35. cap.6.*

VI ſcilicet denarii precium Xylobalſamo in libras, Plin. *lib.12. cap.25.*

XVI in libras permutatur ſerichatum, Plin. *lib.12. cap.25.*

X.VI piper album in libras emitur, Plinius *lib.12. cap.7.* Sic Budæus legit disiuncte: G. vero Agricola coniungit: & legit XVI. hoc eſt, ſedecim denariis: qui faciunt duos argent: vnciales.

VII. *VII* ſ. denarii precium Zingiberis in libras, Plin. *lib.12. cap.7.* Facit groſſos Miſni. 21.

Eodem precio piper album in libras emitur, Plin. *lib.12. cap.7.*

VIII. Denarii octo tribuuntur nummo, qui a materia argenteus, a pondere vncialis, a loco vulgo κατ' ἐξοχὴν vocatur Ioachimicus Vallenſis, nimirum a Valle Ioachimica, vbi diuites ſunt argenti fodinæ. Facit groſſos Miſnicos 24. nummulos Miſnicos 288.

IX. Denarii deni menſtrui legati, *l.27. ff. quando dies lega.* Faciunt groſſ. Miſnicos triginta: quanti æſtimatus eſt a Budæo coronatus, Gallicus aureus.

Denarii decem legati, *l.28. ff. de liber. legat.*

X. *X.XI* hoc eſt, denarii vndecim precium calamo in libras, Plinius *lib.12. cap.20.* Facit groſſ. Miſnicos 33.

XI. XII, hoc eſt 12. ſ. denarii precium cardamomo in libras, Plinius *lib.12. cap.13.* Facit groſſos Miſnicos 36. Tanti aliquando æſtimatur ac commutatur aureus Vngaricus, quippe ſeſquiargenteo vnciali.

XII denarii annui alimentorum nomine dati, *l.13. ff. de annu. legat.*

XII. *XIII* ſ. denarii precium nardi in libras, Plinius *lib.12. cap. 12.* Facit [illegible]. groſſ. Miſnicos.

XIII

XLI precium Sinopidis optimæ in libras, Plinius *lib.35. cap.1.*

XIII. *XI* precium thuris alterius speciei in libras, Plinius *lib. 12. cap.14.* Facit 45. grossos Misnicos.

X. [illegible] precium in libras Plinius *lib.12.cap.20.*

X. [illegible] piper longum in libras emitur, Plinius *lib.12. cap.7.*

Denarios 15. Commodus Imp. populo sæpe congiarium dedit, *Dio in Commodo.*

XIV. *XVI* denarii precium costi in libras, Plin. *lib.12.cap.12.* Facit grossos Misnicos 48. argenteos vnciales duos.

XVI precium optimi thuris in libras, Plinius *lib.12. cap.14.*

XV. *XIX* denarii precium optimo Styraci in libras, Plinius *lib.12. cap.25.* Facit duos argenteos vncial: & 9. groß: Misnicos.

XVI. *XX* denarii precium in libras Xylocinamomi, Plinius *lib.12. cap.19.* Facit duos argenteos vnciales cum semisse, coronatos 2. groß. Misnicos 60

XX denarii precium Indico purpurisso in libras, Plinius *lib. 35. cap.6.*

XX denarii precium candidæ mastichæ Chiæ in libras, Plini. *lib. 12. cap.17.*

XVII. Ad *XXII* S denarios precium myrrhæ satiuæ, Plinius *lib.12 cap.15.* Facit duos argenteos vnciales cum 21. groß. Misnicis.

XVIII. Denarii 25. annui dati vestiarii nomine, *l.28. ff. de liber. legat.* Facit tres argenteos vnciales cum tribus grossis Misnicis.

Quini & viceni denarii militibus donatiuum dati, apud Liuium *lib.7. Decad.4. & lib.9. Decad.4.* duplex centurioni, triplex equiti.

XIX. *X* xxx precium folii Spicæ in libras, quod hadrosphærum vocatur, Plinius *lib.12. cap.12.* Facit tres coronatos, argenteos vnciales tres cum 18. groß. Misnicis.

Quadrageni bini denarii militibus diuisi donatiuum, duplex centurioni, Liuius *lib.9. Decad.4.*

XX. Denariis quinquagenis pauones venditi, Varro *lib.3. cap. 6. de Re Rustica.*

X. L precium est Casiæ, Plin. *lib.12. cap.19.* Facit coronatos 5. argenteos vnciales sex cum quadrante.

δηνάρια πεντήκοντα, hoc eſt, denarios quinquaginta debet debitor apud Lucam *cap 7.*

Ad denarios quinquaginta in ſingulos modios annona peruenerat, Cæſar *lib. 1.* Com. Facit noſtras menſura der Scheffel hic Francofordiæ 300. denarios, hoc eſt, 30. coronatos, 37. cum ſemiſſe arg: vnciales.

XXI. *X LVIII*, hoc eſt, denarii 58. precium amoto friato in libras, Plinius *lib. 12. cap. 13.* Facit argenteos vnciales 7. cum quadrante.

XXII. *X. LX*, hoc eſt, denariis ſexaginta emitur in libras folium ſpicæ, quod meſoſphærum vocatur, Plinius *lib. 12. cap. 12.* Facit argenteos vnciales 7. cum ſemiſſe, coronatos 6.

Denarii LX in libras olei malobathri, Plinius *lib. 12. cap. 26.*

XLX precium vuæ amomi in libras, Plinius *lib. 12. cap. 13.*

XXIII. Sexagenos denarios, quos, cum ipſe virilem togam acciperet, non perſoluerat, cum fœnoris cauſſa additis quindenis denariis, vt ſint 75. C. Caligula viritim numerauit, Dio *lib. 59.* Faciunt hi 75. denarii argenteos vnciales 9. cum 9. groſſ. Miſnicis.

X LXXV emitur in libras folium ſpicæ microſphærum, quod eſt laudatiſſimum, Plinius *lib. 12. cap. 12.*

XXIV. XC precium ſpicæ in libras, Plinius *lib. 12. cap. 12.* Facit argenteos vnciales 11. cum quadrante.

XXV. Denarii centeni menſtrui alimentorum nomine dati, *L. 82. ff. de condit.* Facit HS 400. aſſes mille, libram argenti, coronatos 10. argenteos vnciales 12. cum ſemiſſe. Tantum faciunt ἑκατὸν δηνάρια, hoc eſt, centum denarii *Matth. 18.*

Denarios centenos donatiuum dedit militibus Caligula, Sueton. *in Caligula cap. 46.*

Denarios centenos Pertinax Imp. populo viritim congiarium dedit, Dio.

Denariis centum libra purpuræ veniebat, Plinius *lib. 9. cap. 39.*

XXVI. CXI ſ. denarii Pelagii precium, Plin. *lib. 9. cap. 38.* Facit argenteos vnciales 13. cum 21. groſſis Miſnicis, coronatos 11. cum 3. groſſ.

XXVII. Denarii centeni viceni quini dati veſtiarii nomine

lib. 30.

[illegible] *numer. leg.* Facit argenteos vnciales 15. cum 15. groſſ. Miſ. coronatos 12. cum ſemiſſe.

Denarii centeni viceni quini ex teſtamento Auguſti Cæſaris [illegible] donatiuum præſidiariis militibus vrbis, Dio *in Auguſto.*

XXVIII. CC ſ. denarii buccini ſumma medicaminum in libras [illegible], Plin. *lib.9. cap.38.* Facit coronatos 20. argente : vnciales 25.

Denariis ducenis ſtipendium pedeſtrium militum ab Alexandro M. [illegible] apud Q. Curtium *lib.5.*

Denariis CC [illegible] venit in obſidione Caſilini, Valerius Maximus *lib. 7. cap. 6* : Plinius *lib. 8. cap.58.* CC nummos habet, genere pro ſpecie poſito, Strabo *lib.5.* CC drachmis venditum eſſe ſcribit, quod idem eſt, [illegible] Atticas denariis Ro. exæquans, infra *lib.3. cap.* [illegible] *lib.3. de Aſſe.*

Denarii CC *Marci 6. Iohan. 6.* faciunt nummulos Miſnicos 7200. groſſ. Miſn. 600. coronatos 20. argenteos vncial : 25.

XXIX. CCXL denarios Auguſtus Cæſar viritim dedit congiarium, & [illegible] hominum, ex publico frumentum accipientium, ad CCM redegit, Dio *lib.55.* Facit ſingulis argenteos vnciales triginta. Integra ſumma eſt HS 192000000. millies nongenties vicies CM, denariorum 48000000. quadringenties & octuagies CM. coronatorum 4800000. quadragies octies CM. argenteorum vncialium 6000000. ſexagies CM.

Denariis ducenis quadragenis amphoræ ſingulæ ſucci ſeſamæ æſtimatæ, Curt. *lib.5.* Facit ſextarius Ro. cui Noſſella Francofordiana par eſt, denarios 5. hoc eſt, groſſos Miſ. 15. cum ſit amphoræ Romanæ pars quadrageſima octaua.

XXX. CCL denarios Prætorianis militibus Auguſtus teſtamento [illegible] dedit donatiuum, Dio *lib.55.* Facit Coronatos 25. argenteos vnciales triginta vnum cum quadrante.

Denarios 250. Auguſtus Cæſar ſuæ filiæ dedit, ſi talis ludere vellet, Suetonius *in Auguſto cap.71.*

Denarios ducenos quinquagenos milites donatiuum acceperunt, ne Alexandriam, Ægypti vrbem, diriperent, Dio *lib.51.*

XXXI. X CCC, hoc eſt, denarii 300. precium in libras ſocinnamo,

namo, Plinius *lib.12. cap.19.* Facit coronatos 30. argenteos vnciales 37. cum semisse.

A singulis ad CCC s. denarios libras malobathri peruenire in precio, prodigio simile, Plin. *lib.12. cap.26.* refert.

Denariis CCC amphoræ vini æstimatæ, Q. Curtius *lib.7.* Facit sextarius Ro. sex denarios cum quarta parte, hoc est, grossos Misnicos 18. cum 9. nummulis.

Denariis CCC veneunt sextarii opobalsami vendente fisco, Plin. *lib.12. cap.25.*

Δηναρίων τριακοσίων, hoc est, denariis trecentis vendi poterat vngentum preciosum, *Marci 14. Iohan.12.*

XXXII. Denariis CCCXC amphoræ mellis æstimatæ, Curtius *lib. 7.* Facit coronatos 39. argenteos vnciales 46. cum quadrante. Cedunt sextario denarii octo, hoc est, 24. gross. Misn. cum 7. nummulis Misnicis.

XXXIII. Minoris quadringentis denariis singula columbarum paria se daturum L. Axius eques Ro. negabat, cum mercator singulis millibus nummum emere vellet, Varro *lib.3. cap.7. de Re Rustica*, Plinius *lib.10. cap.36.* Ciceroni *in Verrinis Actionibus* sunt HS M DC, 1600. Facit coronatos 40. argenteos vnciales 50.

XXXIV. Denarios quingenos eques peregrinus ab Alexandro M. accepit donatiuum, Curtius *lib.5.* Facit coronatos 50. argent: vnc: 62. cum semisse.

Denarii quingeni precium in capita captiuorum Italicorum, quod dominis redderetur, Liui. *lib.4. Decad.4.* Priscianus libro de ponderibus: vide supra numero 10. huius.

Denariorum quingentorum debitum *Lucæ 7.*

Denarios quingenos Octauianus dat donatiuum Veteranis, qui Casilini sunt, & ad suam sententiam perduxit, Cicero *lib. 16. Epistolarum ad Atticum.* Dio *lib.44.* *κατὰ πεντακοσίας δραχμὰς* datas esse scribit, hoc est, quingenas drachmas. *κατὰ* hic accipitur distributiue, vt *ἀνὰ*, jeglichem zu fünff hundert / de quo consule *caput superius num. 3.*

Quingeni denarii de præda militibus dati, duplex centurioni, triplex equiti, apud Liuium *lib. 10. Decad.4.*

XXXV.

XXXV. Denarii [illegible] Macedonibus Equitibus ab Alexandro M. dari donatiuum, Curtius *lib.5.* Facit coronatos 60. argenteos [illegible] 75.

XXXVI. Denarios septingenos vicenos quinos singulis e populo [illegible] dedit Commodus Antoninus, Lampridius in Commodo. Facit coronatos 72. cum semisse, argenteos vn: 90. [illegible] 5, roli. Munic[illegible].

XXXVII. Denarii [illegible] & quinquageni donatiuum in millites a Lucullo [illegible], Plutarchus *in Lucullo.* Facit singulis coronatos [illegible] argenteos vnciales 18. cum dodrante.

XXXVIII. Mille denarium Alexander M. dari iussit militibus in patriam [illegible] [illegible]iuum, Curtius *lib.5.* Facit singulis coronatos 100. argenteos vnciales 125.

Denario mille [illegible] non poterat purpura Tyria dibapha in libras, Plin. [illegible] *9. cap 39.*

Denarii mille [illegible]dam precium in libras fuerunt Xylocinnamomi, Plin. *lib.12. cap.19.*

Denariis [illegible] sextarii opobalsami empti, Plin. *lib.12. cap.25.*

Denarios mille [illegible] mercedem diurnam solus sine gregalibus de publico accepit, Macrobius *lib.3. Satur.c.14.* Budæus *lib.2. de Asse.*

Denaria mille mutua, *l.126. de verb. significat.*

XXXIX. Ne quis Senator supra duo millia denarium, æris [illegible] conuiuij [illegible], Sylla rogationem tulit, quæ faciunt argenteos vn: 250. coronatos 200. [illegible] ipse moriens debuit HS CXX. Plutarchus in Sylla: quæ faciunt denariorum 30000. Coronatorum 3000. argenteos vnciales 3750. vide supra *cap.6.* huius, *num 71.*

XL. Terna millia denariorum Alexander M. dare iussit donatiuum militibus in patriam redituris, Curtius *lib.5.* Facit Coronatos 300. argenteos vnciales 375.

Denariorum trium millia *l.90. ff. de leg. & commiss.*

XLI. Sena denariorum millia singulis equitibus Alexander M. donatiuum dedit, Q. Curtius *lib.6.*

XLII. Decem denariorum millia Gellius *lib.3. cap.17.* interpretatur quod Diogenes Laertius, *lib.3. in vita Platonis*, paucos Phi-

 lolai

[illegible] minis emptos refert. Facit coronatos 1000. argenteos vn: 1250.

ἀργυρίου δηνάρια μύρια, hoc est, argenti decem millia denariorum, *l. 35. ff. de leg. & l. 26. ff. depositi.*

XLIII. *δηνάρια μύρια πεντακισχίλια*, hoc est, denariorum quindecim millia, *l. 35. ff. de legatis & fidei c.* Facit coronatos 1500. argenteos vn: 1875.

XLIV. *δηνάρια τρισμύρια* ibidem sunt 3000. coronati, vn: argentei 3750.

XLV. Denariorum XXXVIII. millia apud Ciceronem *in Verrinis Actionibus.* Facit Coronatos 3800. argenteos vnciales 4750.

XLVI. Denarium XXXIX. millia in statuam collata, Cicero *in Verrinis.* Facit HS 156000. denarium 39000. coron[illegible] 3900. argenteos vn: 4625.

XLVII. Denariorum quinquaginta millibus in Apolline cœnare, Lucullo solenne, Plutarchus *in Lucullo.* Facit coronatorum 5000. argenteos vn: 6250.

XLVIII. Denarium LXXV M. 75000. Cornelia villam Marii in Miseno emit, Plutarchus *in Mario.* Facit coronatos 7500. argenteos vn: 9375.

XLIX. Quingentis millibus & ducentis denariis, 500200. L. Lucullus licitatus est villam Marii, quam Cornelia [illegible] 75000. denarium emerat. Facit denariorum 500200. [illegible] 50020. argenteos vncial[illegible] 62525. Græca Plutarchi [illegible] habent: *λεύκι@ λεύκολλ@ [illegible] ἔσται μυριάδων πεντ[illegible] καὶ [illegible] δραχμῶν*, hoc est L. Lucullus emit quingentis millibus & ducentis drachmis. Quod si quis legat myriad[illegible] & quinquaginta ([illegible] numerus maior [illegible]) erit summa 2500000. drachmarum, quæ [illegible] 10000000. drachmarum & [illegible] 250[illegible] argenteorum vncialium [illegible]2500.

L. Denari[illegible] 1200. captiui Italici redempti [illegible] quingentis nummis in capita computan[illegible] & mensuris colligit ex Liuio lib. 34.

[illegible] vide supra cap eodem, *numero 34 & cap 8.* huius *nu-* [illegible]

DE

RELIQVIS NVMMIS ROM.

CAPVT IX.

Fuerunt apud Romanos & alii quidam nummi veteres: quorum [illegible] apud autores veteres probatos mentio fit: quos in hoc opere [illegible] explicare par est: ne quid in hac explicatione [illegible] desideretur.

VICTORIATVS I.

I. [illegible] Victoriatus præter pondus nummus quoque [illegible] Romanus, [illegible] nunc victoriatus appellatur, lege Clodia [illegible]. [illegible] nummus ex Illyrico aduectus, mercis [illegible] signatus victoria: & inde nomen, Plin. [illegible]

II. [illegible] pro pondere vsurpatur apud Plinium *lib. 20. cap.* [illegible] *lib. 23. cap. 5.*

III. [illegible] Denarium in duos victoriatos diuidi [illegible]. [illegible] dimidium, sestertios duos, solidos Lubecenses & [illegible] simplos duos, vel solidum Lubecensem & [illegible] duplum vnum: nummulos Misnicos octodecim.

IV. [illegible] Crodimi portorii nomine exacti, apud [illegible] grossos Misnicos [illegible] Lubecenses & Lunæburgenses sex, vel duplos [illegible].

V. [illegible] apud Ciceronem faciunt mille solidos [illegible] Lubecenses & Lunæburgenses, vel solidos simplos [illegible] mille.

QVINARIVS II.

VI. [illegible] nummus Romanus [illegible] quos valebat, [illegible] apud Plinium *lib. 33. cap. 3.* *Et placuit*, inquit,

 De-

Denarius pro decem æris, quinarius pro quinq;. Diuiditur enim denarius in duos quinarios. Vnde hic nummus victoriato & pondere & valore par est.

VII. Vtrunq; nummum, & victoriatum & quinarium argenteum fuisse, ex pondere conijcitur.

VIII. Vterq; & victoriatus & quinarius τριωβόλῳ Attico & pondere & valore æquipollet : valet duos sestertios Romanos, nummulos Misn. 18.

IX. Sestertius Romanus & solidus simplus Lubecensis & Lunæburgensis victoriati & quinarii dimidia pars est, vt denarii quarta.

BIGATVS III.

X. Erant apud Romanos & alii nummi argentei, a nota bigarum impressa Bigati appellati. Horum aliquoties meminit Liuius, *vt lib. 6. Decad. 4.* cum inquit : M. Fulvius Nobilior ex vlteriore Hispania ouans vrbem est ingressus : argenti translata duodecim Millia pondo : Bigati argenti centum triginta : Item argenti bigati LXXVII. millia, &c. Idem *lib. 4. Decad. 4.* habet : Argenti signati bigatorum XVII. millia viginti tria.

XI. Hermannus Cruserius apud *Plutarchum in Marcello*, drachmas interpretatur bigatos : vnde hos nummos & drachmæ Atticæ & denarii Ro. pondere percussos esse conijcitur.

QVADRIGATVS IV.

XII. Sunt & Quadrigati nummi Rom. argentei, a nota & typo quadrigarum sic dicti ; quorum Plinius *lib. 33. cap. 3.* his verbis meminit. *Nota argenti fuit bigæ & quadrigæ : inde bigati quadrigatiq; dicti.* Fit & horum apud Liuium mentio *lib. 2. Decad. 3 : Pacti vt arma & equos traderent, in capita Romana trecenis nummis quadrigatis, in socios ducenis, in seruos centenis : & vt eo pretio persoluto, cum singulis abirent vestimentis.*

XIII. Etsi quidem de horum pondere, vnde valor conijceretur, nihil certi constat ex auctoribus : denarii tamen pondere percussos esse, verisimile est, & tantidem valuisse, quod denarius.

SER-

SERRATVS V.

XIV. Ex Serratorum nummorum mentio fit apud Cor. Tacitum in Germania, cum inquit: *Pecuniam probant veterem, & diu notam, serratos & bigatos.* *Hos a typo Serræ insculptæ sic dictos esse apparet.*

XV. De pondere, vnde valor conijceretur, nihil prorsus, quod equidem sciam, apud autores traditur.

ARGENTEVS VI.

XVI. Argenteorum Aureliani mille sunt *in vita Probi Imp.* apud Spartianum. Mille argenteorum fit mentio *& in Heliogabalo* apud Lampridium.

XVII. Argenteorum Antonianorum meminit Spartianus *in [illegible] Imperatore.*

XVIII. Argenteorum minutorum mentionem facit idem Spartianus in *D[illegible]ano.*

XIX. Libram carnis octominutalem fuisse, Spartianus *in Alexandro Seuero* refert: quod octo minutis vendita esset. Eam tamen [illegible], subiungit, vt vnus minutus & duo dati sint.

ÆREVS VII.

XX. Æreorum Philippeorum X millia apud Spartianum *in Probo Imp.* sunt. De horum argenteorum & æreorum pondere, vnde de valore iudicium fieret, nihil traditur apud autores.

DE

LIBRA ARGENTI RO.

CAPVT X.

I.

Æs, libra, pondo & uncia pro eodem fere apud Latinos autores usurpantur.

II. Aere & asse de nummis æris libralibus veteres plerumque sunt vsi, vt ex superioribus abunde patet.

III. Libra vero & pondo tam mensuram quam pondus duo-

decim

decem vnciarum significant, vt copiose explicat G. Agricola in quinque libris, quos de mensuris & ponderibus inscripsit.

IV. Libra vna litera mutata dicitur a Græcis λίτρα: quod ex Hesychio constat, cum inquit: λίτρα, ἡ δὲ ῥωμαϊκὴ διὰ τοῦ β λίβρα. hoc est, litra. Romani vero per b libra dicunt.

V. A λίτρα est ἡμίλιτρον, hoc est, selibra apud Plutarchum *in Camillo.* Selibra farris est apud Liuium

VI. Libra seu pondo, in hoc rei nummariæ negocio, non tanti ponderis nummum aliquem, excepto ære & asse, sed potius certam pecuniæ seu nummorum summam & pondus significat: & intelligitur libra seu pondo argenti.

VII. Hanc argenti libram Budæus *in libris de Asse* æque centenariam facit, quippe a centum denariis, quos continet valetq; atq; mina græca centenaria dicitur a centum drachmis, quas complectitur.

VIII. Contra Budæum vero disputat G. Agricola: & libram Ro. argenti non nisi 96. drachmarum esse contendit.

Quorum disputationem qui cognoscere volet, Budæi quidem *lib. 2. & 3. de Asse.* G. Agricolæ vero *lib. 4. qui est de ponderibus,* studiose legat: inter quos meum iudicium non interpono.

IX. Adducor tamen certis testimoniis grauissimorum autorum, cur Budæo potius quam Agricolæ in hoc nummario negocio assentiar. Primum enim sic est apud Liuium *lib. 2. Decad. 3: Conuenerat inter duces,* inquit, *Romanum Pœnumque, vt quæ pars plus reciperet, quam daret, argenti pondo bina & selibras in militem præstaret.*

X. Eandem historiam Plutarchus *in Q. Fabio Maximo* repetit: & pro binis pondo ducentas drachmas, pro selibris quinquaginta drachmas substituit. Sic enim habet: ὡμολογήκει γὰρ αὐτοῖς, ἄνδρα μὲν ἀνδρὶ λαμβάνειν τῶν ἁλισκομένων. εἰ δὲ πλείους οἱ ἕτεροι γένοιντο, διδόναι δραχμὰς ὑπὲρ ἑκάστου τῶν κομιζομένων πεντήκοντα καὶ διακοσίας. hoc est, *Conuenerat enim inter eos* (loquitur de permutandis captiuis) *vt vir quidem pro viro redderetur: qui vero plures alterutri superessent, drachmas ducentas & quinquaginta in singulos, qui reciperentur, darent.* Quod Liuius dicit, Argenti pondo bina & selibras, id Plutarchus interpretatur drachmas ducentas & quinquaginta, quod idem est. Fa-

cit

[illegible] pondo Romana centenaria : sed & [illegible] Romanus prorsus exæquat.

[illegible] Laertius *lib. 3. in vita Platonis*, tres li[illegible] emptos refert. Has centum [illegible] denariorum interpretatur : [illegible] Si enim centum minas per centum multi[illegible]

XII. [illegible] apud Livium *lib. 1. ab V. C.* centum mil[illegible] *lib. 4.* centum minas argenti in[illegible] LXXV. millia æris habet, id hic LXXV. mi[illegible] c L minas : quod ille XXVM. æris, id [illegible] libram Ro. minæ Atticæ vbiq; exæquans. [illegible] æris seu asses mille, sestertii quadringenti, [illegible]

XIII. [illegible] Galenus habet *lib. 6. de Medicamentorum* [illegible] inquit : ποτὲ μὲν γὰρ ἀντὶ τῆς λι[illegible] ποτὲ δὲ ἀντὶ τῆς μνᾶς, hoc est, *Nam* [illegible] *scribunt iidem : aliquando* [illegible] *peris.*

XIV. [illegible] argenti, a centum drachmis [illegible] *de Asse*, decem coronatis aureis æ[illegible] argenti ad aurum decupla. Qua ratio[illegible] deni, sestertii quadrageni, asses vero [illegible]

XV. [illegible] argenteos nummos, quos a loco vulgo Io[illegible] eadem argenti libra Ro[illegible]

XVI. [illegible] singula pondo Romana statuit [illegible] denariolis æstimatio[illegible] Quæ libra argenti edicto Principali [illegible] cum passim veneat duodecim : pro [illegible] numerat, & decem solidos : pro [illegible] novem denarios.

XVII. [illegible] ratione cedunt denarii [illegible] vero octuageni. Eodem mo-

do

do[illegible] Lubecenses & Lunæburgenses triceni bini argenteo vnciali [illegible]untur.

XVIII. Idem confirmat, libram Ro. argenti centenariam esse: quod est l. vnica C. de argenti precio: Pro singulis argenti libris quinq; solidi inferantur. Nam decupla argenti ad aurum proportio arguit libram hanc esse centenariam: quod hi quinq; solidi aurei fuerint didrachmi: qui simul valent denarios centum, singuli vicenos. Qua de re infra *cap. sequenti, & libro 5. de numm[illegible] aure[illegible].*

XIX. Hisce rationibus moveor, cum sint satis gra[illegible], cur & libram Ro. nummariam apud Romanos cen[illegible], a centum denarius dictam esse putem: & Budæo potius quam G. Agricolæ assentiar.

XX. Attamen dissimulandum non est: Libram Rom. etiam in hoc nummario negocio censeri aliquando [illegible] tantum vnciarum: vt cum dicitur *l. 5. C* [illegible] *LXXII. libra auri feratur accepta,* de quo [illegible] *cap. 6. & 7.* Huius rei & alia quædam exempla o[illegible].

XXI. G. Agr[illegible] drachmæ Atticæ tantum 35. nummulos Misnicos tri[illegible]m argenti signati taxat argenteis vncialibus nummis [illegible] & duodenariis octo, nummulis quatuor, & paulo plus.

XXII. Porro pro libra pondo apud Romanos in crebro vsu est. Quod nomen est indeclinabile. Eius duplex vsus est: quorum prior quidem est, quod quando numeris solum additur, pro libra vsurpatur: Posterior vero vsus est, cum alii certis ponderibus [illegible], tum idem est, quod Græcis est [illegible], hoc est, [illegible]. Vnde centenas pondo antiqui dicebant, ad libras respicientes, vt Festus Pompeius testatur.

DE

LIBRA SEV PONDO

RO. ARGENTI NARRATIO HISTORICA,

CAPVT XI.

I.

BUdæus *lib. 2. de Asse* argenti libram Romanam decem coronatis, aureis Francicis, æstimat, vt dictum est, proportione argenti ad aurum decupla: vt libra sit centenaria, a centum denariis, quos continet, dicta: vt mina Attica a centum drachmis Atticis appellatur. Facit asses mille, HS quadringentos, denarios centum, argenteos vnciales 12. cum semisse.

λίτραν ἀργυρίου, hoc est, libram argenti Cato donatiuum militibus dedit, Plutarchus *in Catone Maiore.*

II. Pro singulis argenti libris quinq; aurei solidi inferantur, l vncia C de argenti pretio. Argentum hic decuplum, & solidi didrachmi intelliguntur, vt vni solido viceni denarii seu drachmæ nummi argentei tribuantur. Patet & hinc libram Roman. esse centenariam: quod centum denarios contineat.

III. Propter quinq; argenti pondo notatum virum triumphalem a Censorib. refert Plinius *lib.33. cap.11.*

IV, Denæ argenti libræ viro triumphali in supellectili crimini datæ, vt refert Plin. *lib.18. cap.6*

Decem argenti cælati libras, λίτρας Ruffinus quidam ex Syllæ maioribus possidere conuictus, ob id senatu motus est, Plutarchus *in Sylla.*

V. Quod XII. pondo argenti Pompeius Paulinus Arelatensis, Equitis Rom. filius, apud exercitum habuisset, paterna quoq; gente pulsum, ferocissimis gentibus oppositum, refert Plinius *lib. 33. cap. 11.*

VI. XV. libræ argenti sunt *l.91. ff. de legat. & fidei com. lib.31.*

VII. XXX. argenti libras Aelius Lampridius in Heliogabalo HS centum interpretatur: quod qua ratione fiat, non video: sed adhuc inquirendum est: si modo textus mendo non caret.

VIII. XXXII. argenti libras Africanus hæredi reliquit, Plin. *lib.33. cap.11.*

IX. Libræ argenti *L.l.2. C.* de Episcopali audientia : & *l.6. C de offic.* Rect. Prouinc.

X. Argenti centum pondo, est *l.2. ff. de arg. legato.*

Centum libræ argenti *l.6. C de offi. Rect. Prouinc.*

Centena argenti pondo Heliogabalus Impe. dedit, Aelius Lampridius *fol.112.*

Centenarum librarum argenti pondere lances Romæ factæ : quarum quingentæ fuerunt paulo ante bellum Syllanum, Plini. *lib.33. cap.11.* Budæus *lib.3. de Asse.*

Centenas pondo antiqui dicebant, ad libras respicientes, Festus Pompeius. Vbi pondo pro eo accipitur, quod græce dicitur σταθμῷ & ὁλκῇ, hoc est, pondere, vt sit eclipsis vocis libræ : de quo supra in fine capitis superioris.

XI. CXXIIII pondo argenti a Caio Principe fuerunt, Plin. *lib.33. cap.3.*

XII. CCC Trecena pondo argenti puteus, Bebelo dictus, Annibali in dies subministrauit, Plinius *lib.33. cap.6* : quæ 30000. drachmarum faciunt, coronatos 3000. Budæus *lib.3. de Asse,* argenteos vnciales 3750. Facit in annum coronatorum 1095000. argent: vn: 1368750.

XIII. Quingenariam lancem (hoc est, 500. librarum) Drusillanus Rotundus, Claudii seruus, habuit : cui fabricandæ officina exædificata fuit, Plinius *lib.33. cap.11.* Budæus *lib.3. de Asse.*

XIV. Mille pondo argenti Allobrogicus, Africani frater, primus omnium possedit, Plin. *lib.33. cap.11.*

XV. Pondo argenti mille octoginta est apud Flauium Vopiscum *in Aureliano.*

XVI. Pondo mille trecenta triginta argenti ex vrbibus capta, Liu. *lib.10.*

XVII. VII M pondo argenti est apud Plinium *lib.33. cap.1.*

XVIII. XI millia pondo argenti Liuius Drusus in Tribunatu habuit, Plinius *lib.33. cap.11.*

XIX. XVII M. pondo Africanus Numantia deleta militibus in triumpho dedit, Plinius *lib.33, cap.11.*

XX.

XX. λίτρας ἀργυρίου τετρακισμυρίας, hoc eſt, pondo argenti quadraginta millia Tarquinius in Capitolii fundamenta impendit, Plutarchus *in publicola*.

XXI. CM XXIII pondo argenti Scipio in ærarium intulit, Liuius *lib.20. de ſecundo Bello Punico*.

XXII. CXV Millia pondo argenti eſt apud Plinium *lib.33. cap.11.*

XXIII. CCCLXXVM pondo argenti apud Plinium *lib.33. cap.3.*

XXIV. CDLM pondo cælati argenti L.Scipio in triumpho tranſtulit, Plinius *lib.33. cap.11.* Budæus *lib.3. de Aſſe.*

XXV. Pondo argenti cælati L. Scipio in triumpho tranſtulit millia quadringenta L. 450000. Plin. *lib.33. cap.11.*

XXVI. DC millia pondo argenti C.Cæcilius Claudius Iſidorus in numerato habuit, Plinius *lib.33. cap.10.* Sed Budæus *lib. 2. de Aſſe* cenſet legendum eſſe HS ſexcenties , de quo ſupra cap. de Seſtertio.

XXVII. DCCCM pondo argenti in ærario fuerunt initio belli ſocialis, Plinius *lib.33. cap.3.*

XXVIII. Ad decies centena millia pondo argenti, 1000000. Auguſtus congiarium dedit, Budæus *lib.3. de Aſſe* ex Euſebio. Facit denariorum 100000000. millies, Coronatorum 10000000. centies, argenteorum vncialium 12500000. centies vicies quinquies ſ. Centena millia. Quatermillies HS 400000000.

XXIX. Argenti pondo quinquies decies centum millia, 1500000. apud Iuſtinum *lib.32.* in lacum Toloſſenſem merſa, Cæpio Ro. Conſul abſtulit : quod ſacrilegium cauſſa excidii Cæpioni exercituiq; eius poſtea fuit, Facit denarium 150000000. millies & quingenties Coronatorum 15000000. centies & quinquagies Budæus *lib.4. de Aſſe*, argenteorum vncialium 18750000.

HS 600000000. ſexies millies.

XXX. XXII.LXX. CCCC argenti pondo apud Budæum *lib. 2. de Aſſe* ex Plinio *lib.33. cap.3.* Facit pondo 2270400. quod latine effertur, vicies bis centena & ſeptuaginta millia & quadraginta pondo HS 908160000. nouies millies octogies ſemel centena & ſexa-

 ginta

ginta millia, denariorum 227040000. Coronatorum 22704000. argenteorum vncialium 28380000.

XXXI. Quater millies CCCC. LXXM pondo argenti, 4470000. Africanus de Pœnis triumphans transtulit, Plinius *lib.33. cap.11.* Facit Denariorum 447000000. quater millies quadringenties & septuagies centena millia. Coronatorum 44700000. argenteorum vncialium 55875000. HS 1788000000. decies septies millies octingenties & octogies CM.

DE TALENTO ADMONITIO.

Talento latini vt sua voce non vtuntur: sed vt græca, vel vbi de rebus Græcorum loquuntur: vel vbi ex Græcis transferunt, vt ex comicis latinis Plauto & Teren. constat. Apud Terentium est *in Andria: Dos est decem talenta Pamphile.* Vsus autem talenti non ante apud Romanos inoleuit, quam fines Imperii ad eas vsq; Gentes, illi propagauerunt, quæ hoc vocabulo & pro pondere & pro summa nummaria sunt vsæ, vt ex historiis constat. Vsi autem sunt talento Romani in rebus Græciæ, Asiæ, & Aegypti, vt Budæus *lib.2.de Asse* quoq; testatur. Copiosam itaq; Talenti explicationem ex sequentibus libris petes.

1.	Pondo siue libra.	1.				
2.	Denarius	100.	1.			
3.	Quinarius	200.	2.	1.		
4.	Victoriatus	200.	2.	1.	1.	
5.	Sestertius	400.	4.	2.	2.	
6.	Aes	1000.	10.	5.	$2\frac{1}{2}$.	1.
7.	Libella	1000.	10.	5.	$2\frac{1}{2}$.	1.

HI-

HISTORIÆ REI NVMMARIÆ VETERIS

LIBER. III.

MATTHÆO HOSTO AVTORE.

QVI EST

DE NVMMIS GRÆCIS, ET DE NONNVLLIS BARBARICIS.

DE DRACHMA, ET DE EIVS COMPOSITIS.

CAPVT I.

I.

EXpositis nummis Ro. Græcos quoq; subiungere, & deinceps explicare, institutus ordo requirit. Græci nummi a pondere, quo cuduntur, fere appellationes sortiuntur. Faciam autem initium a drachma, propterea quod Græci per drachmas maxime, quemadmodum Latini per sestertios nummarias suas sum-

mas colligant conficiantq́;. Id adeo verum eſt, vt, vbi Græci hiſtorici res Romanas deſcribunt, maxima ex parte per drachmas id faciant, & plæraq; ad drachmas referant. Cuius rei mox multa illuſtria exempla cum ex aliis, tum vero ex Plutarcho potiſſ. adferuntur.

II. Drachma præter pondus, quo medici Græci ſæpe vtuntur, eſt quoq; nummus apud Græcos, à pondere drachmæ, quo percuſſus eſt, dictus. Eſtq́; minæ Atticæ pars centeſima.

III. Δραχμὴν dictam eſſe volunt, quaſi δραγμὴν, hoc eſt, manipulum, κατ' ἀντιστοιχίαν; qua litera χ pro γ ſubſtituitur a verbo δράττομαι, quod eſt apprehendo, manu corripio: quod ſex oboli, quos complectitur, τὴν δράκα, id eſt, pugillum & manum complent, vt teſtatur Euſtathius *in 1. lib. Iliad. Homericæ*, cum inquit: Ὀβολὸν δὲ (λέγουσι) σιδήρου τι ἔλασμα, σχῆμα μὲν πῶς ἔχον ὀβελοῦ, οὐ μὴν καὶ εἰς πάντη ὀξὺ λῆγον. οὕτω δὲ ἁδρὸν τῇ παχύτητι, ὥστε ὀβολοὺς ἓξ τὴν δράκα ἐπλήρουν, καὶ τοῦτο ἐλέγετο δραχμὴ, ὀβολῶν τοιούτων ἑξὰς, ὅσων ἐπιδεδράχθαι δύναται χείρ. Hoc eſt: *Obolum vero (dicunt) laminam quandam e ferro ductam, quæ veru quidem formam habet, in acutum tamen non prorſus deſinit: ſed craſſitie ita plena eſt, vt ſex oboli manum expleant. Et hoc dicebatur drachma, obolorum huiuſmodi ſenio: quot manus comprehendere poteſt.*

Apud Theocriti interpretem eſt in *10.* εἰδυλλ. δραχμὴ ἡ πληροῦσα τὴν χεῖρα κέρματι. hoc eſt, *Drachma eſt, quæ manum complet peciola.* Suidas, ἡ δὲ δραχμὴ ὀβολῶν ἕξ. hoc eſt, Drachma vero obolorum ſex. Eſt & apud Plutarchum *in Lyſandro*, drachmam eſſe obolorum ſex, quod manus tantum περιδράττεσθαι hoc eſt, complecti poteſt.

IV. Complectitur enim drachma, vt & Cleopatra ait, ſex obolos: quemadmodum denarius ſex ſextantes habet: γράμματα vero, id eſt, ſcripula tria. Qua de re quoq; ſic eſt apud Vitruuium *libro 3. cap. 1*: Ex eo etiam videntur ciuitates Græcorum feciſſe, vti, quemadmodum cubitus eſt ſex palmorum, ita in drachma quoq; eo numero vterentur. Illæ enim æreos ſignatos, vti aſſes, ex æquo, ſex quoq; obolos appellant, quadrantesq́; obolorum, quæ alii dichalca nonnulli trichalca dicunt, pro digitis viginti quatuor in drachma conſtituerunt.

V. Apud Hesychium est δαρχμὰς pro δραχμὰς vel voce deprauata, vel literis transpositis.

VI. Drachma varias admittit diuisiones. Primum .n. drachmam aliam pondus, aliam nummum esse, in confesso est, & dictum est ante.

VII. Deinde drachma nummus ratione materiæ, vnde cuditur, alia est argentea, alia aurea. Erat enim drachma nummus argenteus apud Græcos, quemadmodum denarius apud Romanos: quod testatur Suidas, cum inquit: δραχμὴ δὲ ὁλκὴ νομίσματος ἀργύρου. hoc est: *Drachma autem pondus nummi argentei*, Vnde drachma ab Alexarcho, verborum innouatore, ἀργυρὶς vocatur apud Athenæum *lib. 3.*

VIII. Apud Rhemnium Fannium quoq; est:

In scrupulis ternis drachmam: quo pondere doctis
Argenti facilis signatur nummus Athenis.

IX. Ad hæc ἀργύρειον & ἀργυρεῖα in genitiuo casu sæpe pro δραχμῇ apud autores in vsu est, vt mox patebit.

X. Est præterea quoq; nummus aureus, drachmæ pondere percussus: vnde apud Hesychium est: δραχμὴ χρυσίου, hoc est *drachma auri*: de qua in aureis nummis dicam *libro 5.*

XI. Tertia drachmæ diuisio sumitur a natione, seu a populo. Est enim drachma alia Græca, alia externa: Græca rursus alia est Attica, alia Aeginæa, alia Corinthia. Externa est vt Aegyptia &c.

XII. Quod varia fuerit drachma, & Iulius Pollux *lib. 9.* indicat, cum inquit: ἡ μνᾶ δὲ ὡς παρὰ ἀθηναίοις ἕκατον εἶχεν δραχμὰς ἀττικὰς, οὕτω καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις τὰς ἐπιχωρίας, δυναμένας πρὸς λόγον τοῦ καθέκαστον ταλάντου, κατά τι συναύξησιν καὶ ἀφαίρεσιν: hoc est, *Mina vero, quemadmodum apud Athenienses centum habebat drachmas Atticas: sic etiam apud alios vernaculas: quæ pro ratione talenti cuiusq; secundum augmentum & decrementum valerent.*

XIII. Quarto drachmam partiuntur in senos obolos, vt constat e Suida, Hesychio, & aliis.

XIV. Quinto drachmæ tribuunt octodecim Ceratia hoc est siliquas. Apud Hesychium perperam legitur κέρατα pro κεράτια.

I. DRACH-

I. DRACHMA ATTICA.

XV. Drachmam Atticam ἀτθίδα dici arbitror, apud Iosephum *lib.18.* ἀρχαιολ: cum inquit δύο μυριάδων ἀτθίδων, hoc est, Viginti millium Atticarum s. drachmarum: de qua postea cap. sequente.

XVI. Apud Hesych. est: δραχμὴ (s. ἀττικὴ) τὸ ὄγδοον τῆς οὐγγίας. hoc est, Drachma (s. Attica) octaua pars vnciæ est. D. Hieronymus *in 4. cap. Ezech.* testatur, drachmas octo facere vnciam latinam.

XVII. Drachma Attica λεπτὴ ἑξώβολος hoc est, tenuis dicitur, quæ sex obolos Atticos continet: Estq; nummi argentei vncialis, Ioachimici Vallensis, qui hodie passim in Germania cuditur, pars octaua. Valet tres grossos Misnicos, vt Philippus Melanchthon quoq; *libro 3. Chronici in Tiberio*, & alii docti viri æstimant, hoc est, nummulos Misnicos triginta sex. Quorum iudicium, sententiam, & autoritatem ego quoq; merito sequor. Qua ratione drachmæ Atticæ octo argenteum vncialem complent: quæ nummulos Misnicos 288. faciunt: vt & octo denarii eundem exæquant:

XVIII. Hanc drachmam Atticam hodie quoq; exæquant quatuor solidi Lubecenses, & Lunæburgenses simpli, & duo iidem solidi dupli; Item octo solidi Rostochienses & Sundenses. Sic enim hodie passim exponuntur & commutantur. Vnde certo constat, Denarium Roma: Atticæ drachmæ & pondere & valore esse parem: cui itidem libro superiore tribuimus grossos Misnicos tres, nummulos Misnicos 36. solidos Lubecenses & Lunæburgenses simplos quatuor, duplos duos, solidos & Rostochienses & Sundenses octo.

XIX. Coronati vero, aurei Gallici, drachma Attica decima pars est: cui Guilhelmus Budæus sestertios Roma. quadragenos tribuit: qui faciunt grossos Misnicos triginta. Qua ratione Coronato cedunt solidi simpli Lubecenses & Lunæburgenses itidem quadrageni. Dupli vero viceni: licet idem aureus hodie pluris æstimetur ac commutetur.

XX. Georgius vero Agricola, *lib.3. de Monetarum precio*, drachmam Atticam non nisi duobus grossis Misnicis & vndecim num-

nummulis, hoc est, nummulis 35. taxat ἀκριβῶς, æstimatione argyrognomonica: & non vulgari & mercatoria, qua hodie vulgo vtuntur.

XXI. Charta vero, Vitebergæ edita, vtrunq; nummum, & denarium, & drachmam, non nisi 30. nummulis, quibus typus est leo, æstimat. Eodem modo & D. Lutherus taxat, vt allatum est supra capite de Denario.

XXII. Drachma Attica merces diurna fuit in Attica, quemadmodum denarius apud Romanos, vt cum ex aliis, tum vero ex Athenæo *libro 4.* constat, *in historia Menedemi & Asclepiadis, Philosophorum*, quæ sic habet. μενέδημον γοῦν καὶ ἀσκληπιάδην τοὺς φιλοσόφους, νέους ὄντας καὶ πενομένους, μεταπεμψάμενοι ἠρώτησαν, πῶς ὅλας ἡμέρας τοῖς φιλοσόφοις συσχολάζοντες, κεκτημένοι δὲ μηδὲν, εὐεκτοῦσιν οὕτω τοῖς σώμασι καὶ οἱ ἐκέλευσαν μεταπεμφθῆναι τίνα τῶν μυλωθρῶν. ἐλθόντος δὲ ἐκείνου, καὶ εἰπόντος, ὅτι νυκτὸς ἑκάστης κατιόντες εἰς τὸν μύλωνα καὶ ἀλοῦντες, δύο δραχμὰς ἀμφότεροι λαμβάνουσι. θαυμάζοντες οἱ ἀρεοπαγῖται, διακοσίαις δραχμαῖς ἐτίμησαν αὐτούς. Hoc est: *Menedemum itaq; & Asclepiadem Philosophos, iuuenes & inopes accersitos interrogauerunt quomodo, cum totos dies Philosophis operam darent, nihil vero possiderent, ita validis corporibus præditi essent. Et illi accersiri iusserunt quendam e pistoribus. Is vero cum venisset, &, quod quauis nocte in pistrinum descendentes ac molentes, duas drachmas ambo acciperent, dixisset: admirati Areopagitæ ducentis drachmis eos honorarunt.* Hæc & Budæus *in finem libri quarti de Asse* repetiti.

XXIII. Drachma fuit quoq; stipendium militare militum classiariorum, apud Thucididem *Hist. 6. & 8.* *Idem Hist. 7.* sic ait: δραχμὴν γὰρ τῆς ἡμέρας ἕκαστος ἐλάμβανεν, hoc est, *Drachmam enim in diem quisq; accipiebat.* Idem est apud Xenophontem *libro I* ἑλληνικῶν. Idem stipendium diurnum equitibus constitutum fuisse Athenis, Demosthenes *in 1. Philippica* testatur. Equiti tribuitur drachma & apud Romanos, teste Polybio.

XXIV. δραχμὴ Fuit quoq; scorti merces, vt testatur Plutarchus *in Eroticis*, cum inquit. τῆς ἀφροδίτης τὸ ἔργον ὠνιόν ἐστι δραχμῆς. hoc est, *Veneris opus venale est drachma.*

XXV. Duabus quoq; drachmis milites, tam pedestres, quam classiarios, in diem conductos esse, Thucydid. *Hist. 3.* refert. Sed ita

vt

vt altera drachma ministri nomine daretur. Hinc illi milites διδραχμοι sunt dicti. Thucydide verba sunt; τότε γὰρ ποτίδαιαν διδραχμοι ὁπλῖται ἐφρούρουν. Αυτῷ γὰρ καὶ ὑπηρέτῃ δραχμὴν ἐλάμβανε τῆς ἡμέρας, hoc est, Potidæam enim didrachmi milites præsidio tenebant. Sibi enim & ministro drachmam in diem accipiebat.

XXVI. Cedunt ergo illis in mensem tricenarium, qui est triginta dierum, drachmæ sexagenæ. Quæ faciunt Coronatos quidem senos, Vallenses vero Ioach. septenos cum semisse. In integrum annum, qui XII. mensium tricenariorum est, sunt drachmæ 720: quæ faciunt Coronatos 72. Ioach. Vallenses 90.

XXVII. Duas drachmas diurnum stipendium militare fuisse, & Aristophanes *in Acharnensibus* testatur. Aliquando vero & ternas drachmas militibus datas fuisse, Aristophanes *ibidem* indicat.

XXVIII. Fuit drachma & τὸ συνηγορικὸν, hoc est, merces patrocinii, vt idem Aristophanes *in Vespis* indicat.

XXIX. Ζεύσας δραχμὰς vocat Hesychius: sed ex quo autore, & quæ sit appellationis ratio, non addit: nisi sint drachmæ quæ vitam victumq; præstant.

XXX. Δραχμὴ χαλαζῶσα apud Suidam & Hesychium, hoc est, drachma grandinans: & in prouerbium abiit, quod Erasmus annotauit *Chiliade 3: 1. 10.*

XXXI. Δραχμὴ aliquando dicitur ὁλκή.

XXXII. Drachmæ nota olim fuit, <, hemidrachmi vero >. vt Andreas Alciatus refert: quippe Lambda in latus prostratum nunc auersum, nunc aduersum.

II. DRACHMA AEGINAEA.

XXXIII. Drachma Aeginæa, ab Aeginæ insulæ incolis sic dicta, maior grauiorq; erat drachma Attica. Complectitur enim drachmam Atticam integram cum eius besse: hoc est, obolos Atticos denos: Facit grossos Misnicos quinq;, nummulos Misnicos 60.

XXXIV. Athenienses odio Aeginetarum hanc drachmam παχεῖαν, id est, crassam vocabant: quod Iulius Pollux *lib. 9.* testatur, cum inquit: ἀλλὰ μὴν τὴν μὲν αἰγιναίαν δραχμὴν μείζω τῆς ἀττικῆς (δέκα γὰρ ὀβολοὺς ἀττικοὺς ἔχειν) ἣν οἱ ἀθηναῖοι παχεῖαν δραχμὴν ἐκάλουν,

λουν, μέσοι τῶν αἰγιναιτῶν, αἰγιναῖαν καλεῖν μὴ θέλοντες. Hoc est: *Atqui Aeginaeam quidem drachmam Attica maiorem, (decem enim obolos Atticos valebat) quam Athenienses crassam drachmam vocabant, Aegineam vocare nolentes.*

XXXV. Hinc itaq; alia drachmae diuisio extruitur. Drachma alia est παχεῖα, alia λεπτή. Ac παχεῖα quidem, hoc est, crassa a mole & pondere sic dicta est: λεπτὴ vero id est, tenuis & leuis est, ἑξώβολος, sex obolorum. quae Atticorum est propria: sicut illa Aeginetarum.

XXXVI. Δραχμὰν παχεῖαν Hesychius τὸ δίδραχμον iuxta Achaeos interpretatur. Alioqui αἰγιναῖα omnia grandiora dici, refert L. Caelius *lib. 2. cap. 23.*

XXXVII. Drachmam Aeginaeam stipendium militare equitis diurnum fuisse, Thucydides *Historiae 5.* testatur: τῷ δ' ἱππεῖ δραχμὴν αἰγιναῖαν ἡ πόλις διδότω, hoc est, Equiti vero drachmam Aeginaeam Ciuitas dato.

XXXVIII. Apud Hesychium est: αἰγιναῖον νόμισμα ἀργυροῦν μέγα, hac est: *Aeginaeus nummus argenteus magnus.* Quod an de hac drachma sit accipiendum, incertus sum.

III. DRACHMA CORINTHIA.

XXXIX. Drachmae Corinthiae meminit Thucydides *Historia 1.* his verbis: εἰ δέ τις τὸ παραυτίκα μὲν μὴ ἐθέλοι ξυμπλεῖν, μετέχειν δὲ βούλεται τῆς ἀποικίας, πεντήκοντα δραχμὰς καταθέντα κορινθίας μένειν, hoc est, *Si quis vero continuo quidem vna nauigare non velit; sed si coloniae particeps esse cupit, vt, vbi quinquaginta drachmas Corinthias deposuerit, maneat.*

XL. De Corinthiis drachmis intelligendum esse arbitror, quod est apud Aristophanis interpretem *in historia Laidis, nobilis meretricis Corinthiae.* Sic enim is *in Plutum* ait: Φωκίων δὲ ὁ περιπατητικὸς ἐν τῷ κέρατι τῆς ἀμαλθείας, δημοσθένην ἱστορεῖ λαΐδος αὐτὸν μυρίας δραχμὰς αἰτησαμένης εἰς μισθὸν παννυχίδος, οὐκ ὠνοῦμαι, φάναι, μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν. hoc est, *Phocio peripateticus in Cornu Amalthea memoriae prodit, Demosthenem, cum Lais decies mille drachmas mercedem in noctem ab eo poposcisset, dixisse: poenitentiam decies mille drachmis non emo.*

XLI. Hanc historiam repetit A. Gellius *lib. 1. cap. 8:* & simul nummum Græcum per Romanum exponit: Sic enim inter cætera ait: *Ad hanc (Laidem) ille Demosthenes clanculum adit, & , vt sibi sui copiam faceret, petit. At Lais* μυρίας δραχμὰς ἢ τάλαντον *poposcit: hoc facit nummi nostratis denarium decem millia*, &c. Etsi vero huius drachmæ Corinthiæ pondus, & ad alias drachmas proportio, vnde valor conijceretur, non satis constat: verisimile tamen est eandem esse cum drachma Attica, cum δραχμὰς Gellius denarios interpretetur. Quod autem in quibusdam exemplaribus Gellii est ἢ μυρίας δραχμαῖ ἢ τάλαντον, hoc est, *Decem millia drachmarum aut talentum*, hæc duo inter se exæquantur: vt de talento Aeginæo intelligi possit: de quo postea plura dicam.

IV. DRACHMA AEGYPTIA.

XLII. Drachma Aegyptia Cleopatræ est pondere oboli Attici. Cleopatræ verba sunt: δραχμὴ δὲ καὶ ἄλλη ὁμωνύμως καλεῖται αἰγυπτιακή. ἥτις ἕκτον μέρος ἐστὶ τῆς ἀττικῆς δραχμῆς, ἄγουσα ὀβολὸν α. Hoc est: *Drachma vero & alia simili nomine vocatur Aegyptiaca: quæ sexta pars est Atticæ drachmæ, pendens obolum vnum.*

V. SEMIDRACHMA.

XLIII. A drachma est ἡμίδραχμον & ἡμιδράχμιον s. νόμισμα, apud Iulium Pollucem, hoc est, semidrachma. Et erat nummus argenteus, a tribus obolis, quos volebat, dictus τριώβολον s. νόμισμα, hoc est, triobolus nummus. τὸ δ' ἡμίδραχμον καὶ τριώβολον ἂν καλοῖς. hoc est, Semidrachmum etiam triobolum vocares: de quo mox plura.

XLIV. Attica semidrachma valet sesquigrossum Misnicum, octodecim nummulos Misnicos. Huic valore par est Quinarius Romanus, Victoriatus, solidus Lunæburgensis & Lubecensis duplus; hunc quoq; exæquant duo solidi Lubecenses & Lunæburgenses simpli: item quatuor solidi Rostochienses, Sundenses, & Stetinenses.

XLV. Ἡμίδραχμον vero αἰγιναῖον, hoc est, semidrachma Aeginæa valet duos grossos Misnicos cum semisse; nummulos itidem Misnicos triginta.

XLVI. Hic obseruanda est formula loquendi vetus, Græcis vsitata: qua dicitur apud Suidam: τρίτον ἡμίδραχμον τὰς β ς´ δραχμάς. οὕτως εἰώθασι λέγειν οἱ παλαιοί. h. e. *Tertium semidrachmum duas cum semisse drachmas.* Sic solent dicere veteres. Eodem modo est apud Hesychium: τρίτον ἡμίδραχμον αἱ, δύο δραχμαὶ καὶ τριώβολον, hoc est, *Tertium semidrachmum duæ drachmæ & triobolum.* Et Pollux *lib.9* idem testatur, cum inquit: τρίτον ἡμίδραχμον αἱ δύο ἡμίσεια, δραχμαί, hoc est, *Tertium semidrachmum duæ cum dimidia drachmæ.* Sed hic apud Pollucem corrupte legitur ἡμίσειαι pro ἡμίσεια.

XLVII. Quod autem Didymus apud Priscianum ἡμίδραχμον accipit pro δύο ἥμισυ δραχμάς, hoc est, duas cum dimidio drachmas, textus est mutilatus. Deest enim τρίτον, vt e superioribus palam est.

XLVIII. A drachma est δραχμιαῖος, hoc est, vel drachmam valens, seu drachma venalis, vt de rei venum expositæ precio intelligas: vel drachma conducticius seu conductus, vt de mercede accipias: vel etiam drachmam pendens, vt de pondere exponas.

I. DIDRACHMVM.

XLIX. Drachma apud Græcos olim etiam multiplicabatur. Nam apud Pollucem *lib.9.* est non solum δραχμή: *sed &* δίδραχμον, τρίδραχμον, τετράδραχμον *s.* νόμισμα, id est, *nummus vnius, duarum, trium, & quatuor drachmarum* Βοῦς Νόμισμα δίδραχμον: *Bos nummus didrachmus, s.* Thesei valet senos grossos Misnicos, qui est nummi argentei vncialis quadrans. Sed de didrachmo Attico intellige.

L. Hunc bouem, nummum didrachmum exæquant Solidi Lubecenses & Lunæburgenses quatuor dupli: simpli vero, octo; Sed solidi Rostochienses & Sundenses sedecim eundem explent.

LI. Δίδραχμον ἀργυραῖον denos grossos Misnicos valet.

LII. A didrachmo ὁπλῖται, δίδραχμοι sunt, vt dictum est ante, quippe cum ministro duabus drachmis in diem conducti: seu binas drachmas diurnas merentes. Quos etiam διδραχμοπλίτας vocari, traditur.

LIII. Δίδραχμον τὸ τέταρτον τῆς οὐγγίας, hoc est, Didrachmum quarta pars est vnciæ, vt est apud Hesychium.

II. TRIDRACHMVM.

LIV. *Matth. XVII.* est ὁ διδάσκαλ☉ ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα, hoc est, Præceptor non ſoluit didrachma?

LV. τρίδραχμον νόμισμα, Tridrachmus nummus, Atticus quidem nouenos, Aeginæus vero quinos denos groſſos Miſnicos valet.

Apud Ariſtophanem eſt in Pace: οὗτ' ἢν δὲ τριδράχμους τοὺς κάδους εἰς ἀγρούς, hoc eſt: *Hic vero* (Cadopæus) *tribus drachmis cados rus ſ. vendit*, Loquitur de commodis pacis reſtitutæ. Vocat itaq; cados tridrachmo venales.

III. TETRADRACHMVM.

LVI. τετράδραχμον νόμισμα, hoc eſt, Tetradrachmus nummus. Atticus quidem valet groſſos Miſnicos duodenos ſeu vncialis ſemiſſem: Aeginæus vero vicenos.

LVII. Ex argenti mina Athenis ſignabantur τετράδραχμα ſ. νομίσματα XXV. δίδραχμα L, δραχμαὶ C, τετρώβολα CL, διώβολα CCC, ὀβολοὶ DC.

LVIII. Tetradrachmi meminit Cicero *lib.12. Epiſtola. Familia.* cum inquit: *Nam iam ternis tetradrachmis triticum penes Dolobellam eſt.* Si modium Ro. intelligis tribus tetradrachmis, hoc eſt, 36. groſſis Miſni. fuiſſe venalem, facit noſtras menſura hic Francofordiæ ad Oderam, der Scheffel / nouem Ioachimicos argenteos vnciales. Sin vero accipis Medimnum, qui noſtrati menſuræ par eſt, is valet 36. groſſ. Miſnicos, hoc eſt, ſeſquiuncialem.

LIX. Apud Liuium crebra huius mentio extat: vt *libro 7. Decadis 4.* inquit: *Pecunia nequaquam tanta pro ſpecie regii triumphi. Tetradrachma Attica ducenta triginta tria millia:* & paulo poſt: *Tulit enim in triumpho, &c. tetradrachmum Atticorum ducenta viginti quatuor millia:* ibidem de M. Attilio argenti ſignati tetradrachmum Atticum centum tredecim millia. Apud eundem eſt *lib. 4. Decadis 4. Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum, tetradrachma* (alibi eſt tetrachma) *vocant, trium fere denariorum in ſingulis argenti eſt pondus:* Hæc Liuius. Intelligitur hic denarius pondere ſeptima pars vnciæ: de quo ſupra *lib.2.*

LX. Pla-

LX. Plato in *Axiocho* habet: τὰ μὲν ἡμιοβόλου ἐωνημένα, τὰ δὲ δυοῖν δραχμαῖν, τὰ δὲ τετραδράχμου, hoc est, *Alia quidem besse*, (qui quatuor obolos facit) *empta: alia vero duabus drachmis: alia autem tetradrachmo.*

LXI. Τετράδραχμος μέδιμνος est Medimnus, qui 4. drachmis venditur, ist unser Scheffel 12. ß. Gr. Apud Henricum Stephanum.

LXII. Apud Volusium Mætianum est: *At peregrinus nummus loco mercis, vt nunc tetrachmum & drachma, habebatur.* Tetrachmum dixit pro tetradrachmum κατὰ συγκοπὴν propter εὐφωνίαν, vt testatur Hammonius, & Eustathius *in 1. librum Odyssee Homericæ.* Cum inquit: τετράπεζα γὰρ, καὶ συγκοπῇ δι' εὐφωνίαν τράπεζα· ὥσπερ καὶ τετράδραχμον τέτραχμον κατὰ παλαιούς, hoc est, *Tetrapeza enim & syncope propter vocalitatem trapeza, id est, mensa: quemadmodum & tetradrachmum tetrachmum*, Et Hesychius τέτραχμα exponit τετράδραχμα.

IV. Γλαῦξ. NOCTVA.

LXIII. Γλαῦξ apud Athenienses erat νόμισμα τετράδραχμον: Noctua nummus tetradrachmus quatuor drachmarum. De quo sic est apud Aristophanis interpretem *in Auibus.* Γλαῦκες ἀντὶ τοῦ νομίσματα. ἡ γὰρ γλαῦξ, ὄρνεόν ἐστιν ἀθηνᾶς ὅπερ πάνυ τιμῶντες ἀθηναῖοι διὰ τὴν θεὸν, ἐν τοῖς τετραδράχμοις ἐνεχάραξαν νομίσμασιν. ἄλλως. ἡ γλαῦξ ἐπὶ χαράγματος ἦν τετραδράχμου, ὡς Φιλόχορος. ἐκλήθη δὲ τὸ νόμισμα τὸ τετράδραχμον τότε ἡ γλαῦξ. ἦν γὰρ γλαῦξ ἐπίσημον καὶ πρόσωπον ἀθηνᾶς τῶν προτέρων διδράχμων ὄντων, ἐπίσημον τε βοῦν ἐχόντων. Hoc est: *Noctua pro nummi. Noctua enim auis est Palladis, quam, omnino colentes Athenienses propter Deam, tetradrachmis insculpserunt nummis. Aliter: Noctua in sculptura erat tetradrachmi, vt Philochorus. Vocatus est autem nummus tetradrachmus tunc noctua. Erat enim noctua insigne seu nota, & facies Palladis: Cum priores essent didrachmi, insigneq́ bouem haberent.*

LXIV. Ad hunc nummum alludit Aristophanes, poeta festiuissimus, *in Auibus*:

γλαῦ-

Γλαῦκες ὑμᾶς οὔποτ' ἐπιλείψουσι λαυρεωτικαὶ
Ἀλλ' ἐνοικήσουσιν ἔνδον, ἔντε τοῖς βαλαντίοις
Ἐννεοττεύσουσι, κἀκλέψουσι μικρὰ κέρματα,

Quæ ad verbum ſic transferre placet:

Noctua vos nunquam deficient Lauriotica:
Sed habitabunt intus, & in marſupiis
Nidulabuntur, & excludent minutos nummulos.

LXV. Vnde noctuæ Lauriotice in prouerbium abierunt: quod Eraſmus *Chil. 2.7.31.* annotauit. Item Noctuas Athenas, apud eundem *Chiliade 1.2.11.*

LXVI. Herodotus *Hiſtor. 7.* teſtatur, Athenienſibus prouenisse μεγάλα χρήματα ἐκ τῶν μετάλλων τῶν ἀπὸ λαυρίου: hoc eſt, ingentes pecunias e metallis a Laurio.

LXVII. Porro & apud Heſychium eſt, γλαῦξ, νόμισμα ἀθήνησι τετράδραχμον, hoc eſt, *Noctua, nummus Athenis tetradrachmus.* Ibidem mox ſubiungit: γλαῦκες λαυριωτικαί. ἀριστοφάνης ὄρνισι, οἱ ἀργυρόστατηρες, ἐν λαυρίῳ γὰρ τὰ μέταλλα τὰ ἀργυρᾶ. γλαῦξ δὲ τὸ ἐπιχάραγμα τοῦ στατῆρος, hoc eſt, *Noctuæ Lauriotice. Ariſtophanes in auibus. Argyroſtateres. In Laurio enim metalla argentea. Noctua vero inſculpta nota ſtateris.* Apud eundem eſt: παλλάδος πρόσωπον στατὴρ, ἐπὶ μὲν ἑνὸς μέρους ἀθηνᾶς πρόσωπον, ἐπὶ δὲ θατέρου τὴν γλαῦκα, hoc eſt, *Palladis effigies ſtater: in vna quidem parte Mineruæ effigiem, in altera vero noctuam.*

V. PENTADRACHMVM.

LXVIII. Πεντάδραχμον νόμισμα eſt Cyrenæorum apud Pollucem *lib. 9.* Hoc eſt, pondere quinq; drachmarum nummus. *In ſexta hiſtoria* Herodoti eſt: νέας πενταδράχμους ἀποδόμενοι, hoc eſt, *naues quinq; drachmis venditæ.* Loquitur de precio, quo naues ſunt locatæ & conductæ.

LXIX. Xenophon habet *lib. 1.* ἑλλην. ἐκ χίου πενταδραχμίαν ἑκάστῳ τῶν ναυτῶν ἐφοδιασάμενος, hoc eſt, *cum quinq; drachmas cuiq; nautarum viaticum dediſſet.* πενταδραχμία quinq; drachmas continet: quæ, ſi Atticam intelligis, groſſos Miſnicos 15: ſin Aeginæam, 25. valet.

VI.

VI. HEXADRACHMVM.

LXX. Apud Hesychium est ἑκδραχμον, ἑξάδραχμον: & apud Aristotelem *lib.2. Oeconomic.* ἑξάδραχμος, hoc est, sexdrachmis æstimatus & venalis.

VII. PENTECONTADRACHMVM.

LXXI. Apud Platonem est, vnde & Iulius Pollux *lib.9.* repetit, ἐπίδειξις πεντηκοντάδραχμος, hoc est, *Oratio sophistica ad speciem & ostentationem composita & recitata, quinquaginta drachmis æstimata*, hoc est, Coronatis quinq;, argenteis vncialibus sex cum quadrante. Platonis verba *in Crathylo* hæc sunt: εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἠκηκόειν παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν. νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα, ἀλλὰ τὴν δραχμιαίαν. Hoc est, *Ac siquidem ego audiuissem a Prodico quinquaginta drachmarum orationem, ad ostentationem comparatam: nunc vero non audiui, sed drachmæ vnius.*

LXXII. Græci scriptores, qui res Romanas literis mandarunt, pecuniarias summas non per sestertios & denarios, vt Romanorum mos est: sed per drachmas Atticas fere sua consuetudine conficiunt & efferunt: Id quod ex multis exemplis Plutarch. Dionis, Appiani & aliorum Græcorum scriptorum palam est, quæ mox subijciuntur.

LXXIII. Latini vero Plutarchi interpretes parum cauti pro drachmis vel æris, vel nummos, inerudite interpretantur. Sed Hermannus Cruserius & ipse quidem drachmas exponit nummos, sed drachmarum numero per quatuor multiplicato, vt sestertios intelligas. Quod qui obseruat, Plutarchi interpretes latinos postea cautius leget.

DE GENITIVO ΑΡΓΥΡΙΟΥ.

LXXIV. Cum voci ἀργυρείου additur nomen numerale, per id δραχμὴν, nummum græcum, fere intelligunt scriptores Græci. Nam & Athenæus *lib. 4.* ἀργύρειον pro drachma vsurpat, vt stipendium militare accipias. Cuius rei mox exempla subijcientur.

LXXV. Sed *Actorum 19.* ἀργύρειον pro denario interpretes accipiunt, & interpretantur.

LXXVI. Drachma, nummo græco, & latini Scriptores aliquando vtuntur, vt ex Terentio, Plauto, & aliis constat: Sed non ut suo, quin potius vt peregrino vtuntur: quippe cum vel de græcis quædam exprimunt, vel de græcis rebus loquuntur.

HISTORICA NARRATIO DE DRACHMA ATTICA.

CAPVT II.

IN gratiam Studiosorum rei nummariæ quædam exempla de drachma ex veteribus autoribus, ex Plutarcho & Dione & aliis huc adferre placet: qua illi denarium fere intelligunt: præsertim si de rebus Romanis loquuntur.

I. Tribus obolis, hoc est, semidrachma, venditus fuit Aesopus a suo hero Zena, vt Maximus Planudes testatur, Facit 18. nummulos Misnicos.

II. Drachmam & mercedem diurnam, & stipendium militare apud Græcos fuisse, dictum est ante: Drachma Equitis quoq; stipendium fuisse, est apud Demosth. *Olynth. 1.*

Drachma viritim data, Brutus fugiens se redemit, Strabo *lib. 4.* Facit tres grossos Misnicos: quatuor solidos Lubecenses & Lunæburgenses simplos: vel duos duplos: solidos Rostochienses & Sundenses octo.

Drachmam Solon præmium constituit ei, qui lupam attulisset, vt Plutarchus refert *in Solone.*

Drachmam Solon pro medimno in sumptum victimarum constituit, Plutarch. *in Solone.* Facit nostras mensura der Scheffel tres groff. Misnicos.

Drachma venditus fuit bos in exercitu Luculli, quando bellum gerebat in Ponto, Plutarch. *in Lucullo.*

Drachma precium ouis fuit antiquitus, Plutarchus *in Solone.*

Drachma duo sextarii olei veneunt Cæsareæ Philippi, Ioseph: *in sua vita fol. 630.*

III. Ar-

III. Διδράχμους a stipendio duarum drachmarum diurno milites aliquando dictos fuisse, allatum est ante.

IV. Τρίδραχμοι cadi sunt apud Aristophanem *in Pace*, a precio sic dicti, quod tempore pacis tribus drachmis, hoc est, nouem grossis Misnicis sint venditi a Cadopæo. Vom Botner.

Tres drachmas Solon mulctam irrogat Athenis, si quis priuatus alicui viuo maledixit, & vt præterea duas drachmas alteras ærario pendat, Plutarchus *in Solone*.

Drachmas tres porcelli precium olim fuisse, Aristophanes Comicus *in Pace* indicat, cum inquit: εἰς χοιρίδιον δάνεισόν μοι τρεῖς δραχμάς, δεῖ γὰρ μυηθῆναι, πρὶν τεθνηκέναι, hoc est, *Ad porcellum da mutuo mihi tres drachmas. Oportet enim sacris initiari, antequam moriar*: Et abiit in prouerbium, quod Erasmus obseruauit *Chiliade 3.6.49.* Consule Suidam.

V. Drachmis quatuor 80. sextarii olei Gischalis emuntur, Iosephus *in sua vita fol.630.* Facit 12. groff. Misnicos.

Drachmis quatuor venale fuit mancipium in exercitu Luculli *in Ponto*, Plutarchus *in Lucullo*.

Quatuor drachmis venditur farinæ Assaron seu Omer, vt est apud Ioseph. *lib.3.* ἀρχαιολ. Facit nostras mensura der Scheffel quinq; Ioachimicos. Omer est Aephæ pars decima, cui par est Medimnus Atticus: qui & nostratem mensuram exæquat. Sunt enim inter se pares hæ tres mensuræ Aephah hebraica, Medimnus Atticus & Francofordiana mensura der Scheffel.

Drachmas quatuor in diem Aristidæ filio constituunt, Plutarch. *in Aristide*.

Drachmis quatuor, hoc est, nummo Tyrio quatuor amphoræ olei emptæ Ioseph: *lib.2. cap.43. de Bello Iudaico*.

VI. Drachmas quinq; Solon præmium constituit ei, qui lupum attulisset, Plutarchus *in Solone*. Facit grossos Misnicos. 15.

Quinq; drachmæ precium bouis fuit Athenis, Plutarch. *in Solone*.

Drachmis quinq; frumenti medimnus Athenis lege emptus mediocribus annis, Demosthenes *contra Phormionem de mutuo*, Philippus Melanch. *lib.2. Chronici*. Facit nostras mensura, der Scheffel / hic Francofordiæ quæ Medimno Attico par est, groff. Misn. 15.

hoc eſt, dimidium Coronati, vt habet Philipp. Melanch. *in Oratione de tribus ſatis.*

Drachmæ quinq; viritim militibus a Cæſare dantur donatiuum ad ſacrificium, Plutarch. *in Bruto.*

VII. Sex drachmis, hoc eſt, 18. groſſis Miſnicis emptus Modius frumenti in Aſia & Europa ſub Claudio Cæſare Anno Chriſti 51. *Actorum 11.* Philippus Melanchthon *lib. 3. Chronicorum.* Facit noſtras menſura, cuius Modius Ro. ſexta pars eſt, argenteos Vnciales quatuor cum ſemiſſe.

VIII. Drachmis octo, vt octo denariis Ro. Argenteus vncialis Ioachimicus hodie æſtimatur: hoc eſt, groſſis Miſnicis 24.

Octonas drachmas Areopagi Curia militibus dedit donatiuum in rei nummariæ penuria. Plutarch. *in Themiſtocle.*

IX. Δραχμαῖς δέκα. hoc eſt, drachmis decem argenti vna auri drachma commutatur rependiturq́; : quam decuplam proportionem auri ad argentum, habet Iulius Pollux; qua de re infra in nummis aureis *libro 5.*

Decem drachmis Budæus Coronatum, aureum Gallicum, æſtimat.

Drachmæ decem Lucæ 15. faciunt Coronatum, Argenteum Ioachimicum vncialem cum quadrante.

Decem drachmæ Romæ in capita conferebantur congiarium ſub vltimo Rege, Dionyſ. Halicarnaſſeus *lib. 4.*

Δραχμὰς δέκα τέλος μέτοικοι, hoc eſt, *drachmas decem vectigal inquilini pendebant antiquitus vrbi,* vt eſt apud Heſychium. Hoc τέλος idem Heſychius vocat μετοίκιον.

Decem drachmas Solon ærario dependere iuſſit, ſi quis aliquid exportaſſet, Plutarch. *in Solone.*

X. Vndenæ drachmæ militibus donatiuum datæ confecto bello Macedonico, Plutarch: *in Paulo Aemilio*, Cruſerius recte transfert denarios vndenos. Facit ſingulis groſſos Miſnicos 33.

XI. Ἀνὰ δραχμὰς δώδεκα μέτοικοι οἱ ἐνοικοῦντες ξένοι ἐν τῇ πόλει τελοῦντες τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐς τὸ δημόσιον. hoc eſt, *Drachmas duodenas inquilini hoſpites exteri, in vrbe habitantes, pendebant anno in publicum,* Heſychius.

Duo-

Duodecim drachmæ faciunt grossos Misnicos 36. Coronatum & sex grossos Misnicos, vel vncialem argenteum cum eius semisse.

Pollux *lib. 3. cap. 4:* Μέτοικος, ὁ τὸ μετοίκιον συντελῶν, τὸ δ' ἦν δυοκαίδεκα τῷ δημοσίῳ δραχμαί, καὶ τῷ γραμματεῖ τριώβολον. hoc est, Inquilinus est, qui inquilini tributum pendit. Hoc autem erat duodecim drachmæ Reip: scribæ vero triobolum. Consule Suidam *in voce* μετοίκιον.

Drachmis duodecim, hoc est, grossis Misnicis 36. hodie aliquando commutatur & exponitur nummus aureus Vngaricus.

XII. Drachmis vicenis in capita Ptolemæus, Aegypti Rex, Iudæos, in suo regno captiuos, redemit a suis Dominis: & in patriam Iudæam liberos remisit, vt autor est Aristæas. Sed textus est deprauatus, de quo mox. Drachmæ 20. faciunt Coronatos duos, Argenteos Ioachimicos duos cum semisse.

Drachmas 20 mulctam sanxit Solon, si quis liberam fœminam προαγωγήσῃ, hoc est, lenocinetur, ac prostituat, Plutarch: *in Solone.*

XIII. Drachmæ vicenæ quinæ militibus donatiuum datæ, Dio *in Vitellio.* Facit argenteos vnciales tres cum tribus grossis Misnicis, Coronatos duos cum semisse.

XIV. Drachmæ tricenæ stipendium equestre, Demosthenes *Philippica 1.* Facit Coronatos tres argenteos vnciales tres cum dodrante, hoc est, cum grossis Misnicis, 18.

XV. Drachmis quadraginta medimnus salis emptus Athenis tempore belli, Plutarch. *in Demetrio.* Facit coronatos quatuor, argenteos vnciales quinq;.

XVI. Drachmis quinquaginta se falcem tempore pacis restitutæ vendere, gloriatur faber (der Sensen-Schmidt) apud Aristophanem *in Pace.* Est ergo precium falcis messoriæ Drachmæ quinquaginta, quæ faciunt Coronatos quinq;, Ioachimicos vnciales sex cum quadrante.

Drachmæ quinquagenæ militibus in exercitu Bruti donatiuum datæ, Plutarch. *in Bruto.*

Ανὰ πεντήκοντα δραχμάς. ἀνὰ præpositio distributiue accipitur, hoc est, singulis 50.

Drachmas quinquagenas Herodes moriturus militibus donatiuum

tiuum dari iussit, Ioseph. *lib.17. cap.9.* ἀρχαιολ. *& lib.1. cap.21. de Bello Iudaico*, Nicephorus *lib.1. cap.15.*

Δραχμαῖς πεντήκοντα ὅμηρον, ὡς μαινόμενον ἐτίμησαν ἀθηναῖοι, hoc est: *Drachmis quinquaginta Homerum, vt insanientem, mulctarunt Athenienses*, vt ex Dioge: Laertio adfertur. Idem traditur a Cornelio Nepote.

Drachmis quinquaginta veniit Chænix Attica tritici in exercitu Antonii, Plutarch: *in Antonio.* Facit der Scheffel / hic Francofordiæ ad Oderam 2400. drachmas seu denarios, Coronatos 240. Argenteos vnciales 300.

XVII. Drachmis LX caput Asini venale fuit apud Cadusios, Plutarchus *in Artaxerxe* facit Coronatos sex, argenteos vnciales 7. cum semisse.

XVIII. Drachmas septuagenas quinas Cæsar ciuibus legauit congiarium, Plutarchus *in Bruto*, Appianus *lib.2. Bellorum ciuil.* Idem Plutarch. *in Antonio* repetit, cum inquit: *C. Cæsar adolescens, heres a Cæsare scriptus, ex Apolonia rediit: debebat Romanorum cuiq; drachmas quinq; & septuaginta ex testamento Patris*: quæ faciunt minam Atticam antiquam, quæ erat 75. drachmarum, vt est apud Priscianum. Apud Dionem *lib. 44.* interpretantur denarios 75. Suetonius Tranquillus *in Cæsare cap.83.* sestertios 300. datos scribit: Sic enim habet: *Viritim trecenos sestertios legauit, quod idem est.* Trecenti enim sestertii faciunt drachmas 75. & totidem denarios.

XIX. Centum drachmæ minam faciunt nouam Suida teste αἱ ρ̄ δραχμαὶ ποιοῦσι μίαν μνᾶν. Facit coronatos 10. vt Budæus æstimat proportione argenti ad aurum decupla, iuxta Pollucem.

Drachmas centum Solon victori in ludis Isthmiis præmium constituit, Plutarch. *in Solone.*

Centum drachmas Solon mulctam præfinit, si quis liberam fœminam rapuerit, eiq; vim intulerit, Plutarchus *in Solone.*

Centum drachmis preciosiorem vestitum Cato Maior non gestauit, Plutarch. *in Catone*, Cruserius transfert denarios centum.

Centum drachmas ærario dependere iussit Solon eum, qui aliquid exportasset, Plutarch. *in Solone.*

XX. Drachmis centenis & vicenis Iudæi captiui in capita a Ptole-

Ptolemæo, Ægypti Rege, redimuntur, & in patriam remittuntur, Ioseph. *lib. 12. cap. 2. ἀρχαιολ.*

XXI. Drachmas centenas & quinquagenas Herodes militibus donatiuum dedit, Ioseph. *lib. 14. fol. 447. & 1. cap. 12. de Bello Iudaico.* Facit Coronatos 15. argenteos vnciales 18. cum dodrante hoc est, cum 18. grossis Misnicis.

XXII. Drachmas ducentas Antoninus viritim dedit congiarium populo Romano, quod apud Dionem *in Antonino* octo aureos interpretantur: quippe vt aurei didrachmi intelligantur proportione Taciti duodecupla cum semisse: de qua infra *lib. 5. cap. 4. proport. 4.*

Drachmis CC mus venditur in Casilini oppidi obsidione, Strabo *lib. 5.* qui addit: ὁ μὲν πωλήσας, ἀπέθανεν. ἐσώθη δὲ ὁ πριάμενος, hoc est, *Qui vendidit quidem, mortuus est: qui vero emit, seruatus est.* In Strabone perperam legitur μέδιμνον pro μῦν, vt Georgius Agricola *lib. 2. de Mensuris* obseruauit. Valerius Maximus *lib. 7. cap. 6.* Murem tum veniisse scribit ducentis denariis: *In illa obsidione*, inquit, *& fide cum CCC Prænestini manerent, euenit vt ex his quidam murem captum ducentis potius denariis vendere, quam ipse leniendæ famis gratia consumere mallet. Sed credo Deorum prouidentia effectum, vt venditori & emptori, quem vterq; merebatur, exitum attribuerit. Auaro enim fame consumpto manubiis sordium suarum frui non licuit: æqui animi vir, ad salutarem impensam faciendam, care quidem, verum necessariæ, comparato cibo vixit*, hæc Valerius.

XXIII. Δραχμὰς ἀργυρίου τριακοσίας, hoc est, *argenti drachmas trecentas misit Iason ille sceleratus ad Herculis sacrificium*, &c *2. Machab. 4.* Facit Coronatos 30. Ioachimicos vnciales 37. cum semisse. Vetus tamen interpres transfert trecentas didrachmas: quæ faciunt Coronatos 60. arg. vnciales 75.

Drachmis trecentis modius tritici emptus Athenis tempore belli, Plutar. *in Demetrio.* Facit Medimnus, qui nostrati mensuræ hic Francofordiæ ad Oderam par est, Coronatos 180. argenteos vnciales 225.

XXIV. Δραχμαῖς πεντακοσίαις, hoc est, Drachmis quingentis mulctabantur, Athenis arcanum quid proferentes, conuiciatores.

Isocra-

Isocratres *contra Lochitam.* Facit Coronatos quinquaginta, Vnciales Ioachimicos Vallenses sexaginta duos cum semisse.

Drachmis quingentis a propinquis dotabatur secundum legem puella, dote destitura, & relicta a suis, si paupercula esset, Suidas *in voce* θῆττα.

Drachmas quingentas Solon præmium constituit in Ludis Olympiacis, *in Solone* Plutarch.

Drachmas argenti quingentas Marcellus Bandio donauit, Plutarchus *in Marcello.*

κατὰ πεντακοσίας δραχμὰς, hoc est, Quingenas drachmas Octauianus veteranis, qui Casilini erant, dedit donatiuum, Dio *lib.* 44. Cicero *lib. ad Atticum* 16. quingenos denarios dedisse, & in suam sententiam traxisse scribit. κατὰ hic accipitur distributiue, zu fünffhunderten/ Einem jeden 500.

Drachmas octingentas in singulos milites Lucullus de præda diuisit donatiuum captis Tigranocertis, Plutarch. *in Lucullo.*

XXVI. Δραχμὰς ἐννακοσίας καὶ πεντήκοντα hoc est, Drachmas nongenas & quinquagenas Lucullus de præda militibus donatiuum dedit, Plutarch. *in Lucullo.* Facit Coronatos 95. vnciales argenteos 118. cum 18. groß. Mis.

XXVII. Mille drachmas Plutarch. in Catone Censorino interpretatur, quod latine dicitur 4000. HS, 10000. æris. Facit denarios 1000. Coronatos Centum, arg. vnciales 125.

Δραχμὰς χιλίας pendat, si quis ἔξω τοῦ συνεδρίου δικάζηται. *l.* 6. *ff. de decretis ab Ord: fac.* hoc est, Si quis extra Synedrium iudicet.

Drachmis mille Medimnus frumenti venditus Athenis, Sylla vrbem obsidente, Plutarch. *in Sylla.* Facit der Scheffel hic Francofordiæ ad Oderam 100. coronatos, argent: vnciales 125.

Drachmis mille mulctatur, si quis peregrinus Athenis saltaret, Plutarch. *in Phocione.*

Δραχμῇσι χιλίῃσι, hoc est, drachmis mille mulctarunt Athenienses Phrynichum, quod dramate, cui inscriptio erat, μιλήτου ἅλωσις, hoc est, Meleti captiuitas, populo Atheniensi Lachrymas excussisset, propriorum malorum recordatione, Herod. *Historia sexta.* Inde est Verbum χιλιωθῆναι, mulctam mille drachmarum soluere, seu mille drachmis mulctari, apud Hesychium.

Drachmis

Drachmis mille mulctatus est Pindarus a Thebanis, quod A[illegible] Græciæ ἔρεισμα esse scripsit, Iohan. Grammat: *in Hesiod.*

Mille drachmis Sycophantæ olim mulctabantur, teste Suida.

Mille drachmis mulctabantur & illi, qui alios falso ac temere in iudicium trahebant, Suidas.

XXVIII. Millenas ducenas & quinquagenas drachmas, 1250. cæteris militibus donatiuum promisit Nymphidius Sabinus, vt Galbam Imperatorem salutarent, Plutarchus *in Galba.* Facit coronatos 125. Ioach. vnciales 156. cum quadrante: Interpres nummos pro drachmis perperam interpretatur.

Tantidem & Otho initio principatus militibus donatiuum dedit, Plutarchus *in Othone.*

XXIX. Non supra mille quingentas drachmas, Cruserius denarius interpretatur, precium mancipiorum fuit Catoni Maiori, vt est apud Plutarch. Facit Coronatos quidem 150. vnciales vero valentes 187. cum semisse, Budæus *lib. 2. de Asse.*

Millenas & quingenas drachmas Atticas militibus in triumpho a Pompeio data, donatiuum, Appianus *in Mithridatico*, & Plutarchus *in Pompeio* testantur. Hermannus Cruserius 1500. denarios recte, cæteri interpretes perperam 1500. æris interpretantur. Plin. *lib. 37.* Sestertium sex millia militibus data esse, s. donatiuum, quod idem est, scribit: vt ibi quædam Plinii exemplaria habent, & Budæus *lib. 3. de Asse* refert:

Δραχμὰς χιλίας καὶ πεντακοσίας, hoc est, drachmas mille & quingentas Plutarchus *in Camillo* habet, quod apud Liuium est *lib. 5. ab V.C.* grauis æris XV millia.

Si 1500. drachmas precium ornatus muliebris superaret, vt ternos asses, χαλκοῦς, hoc est, æreos in millia inferrent, Cato constituit, Plutarchus *in Catone Maiore*, Liuius *lib. 9. Decad. 4.* iterum habet XVM æris.

XXX. Sylla rogationem tulit, ne quis Senator super bis mille drachmas deberet: quæ faciunt Denarios 2000. Coronatos 200. argenteos Vnciales 250. Debebat ipse moriens trecentas myriades s. drachmarum, 3000000: quæ faciunt HS 12000000. Coronatorum 300000. Argenteorum Vncialium 375000. Plutarch. *in Sylla.* Græca verba sic habent: νόμον δὲ κυρώσας, μηδένα συγκλητι-

κὸν ὑπὲρ δισχιλίους δραχμὰς ὀφείλειν. αὐτὸς ἀπέλιπε μετὰ τὴν τε ιυ-τὴν ὀφλήματος μυριάδας τριακοσίας ſ. drachmarum.

Bis mille drachmas Brutus viritim promiſit militibus pro amiſſis rebus donatiuum, Plutarch. *in Bruto.*

XXXI. Δισχιλίων καὶ πεντακοσίων δραχμῶν, hoc eſt, Bis mille quingentis drachmis capita Ciuium cæſorum filiæ Iunii vendita, Plutarchus *in Galba* refert. Facit Denariorum 2500. Coronatos 250. argenteos vnciales 312. cum ſemiſſe.

XXXII. Δραχμὰς τρισχιλίας, hoc eſt, drachmas ter mille ſacerdotibus pendat, quiſquis vetita in Vrbem Hieroſolymorum intulerit, idq; iuſſu Antiochi, Ioſeph. *lib.12. fol.357.* Facit Coronatos, 300. Argenteos Vnciales. 375.

Terna millia drachmarum dotis nomine duabus filiabus Ariſtidæ, propter paupertatem patris illocabilibus, Athenienſes e Prytaneo dederunt, Plutarchus *in Ariſtide.*

Tria drachmarum millia militibus donatiuum promittit Pertinax Imperator, vt eos ſibi conciliaret, Dio *in Pertinace.*

Tria millia drachmarum Marcus Imperator congiarium viritim dedit, Dio: quod recte interpretantur duodena ſeſtertia ſ. millenaria.

XXXIII. Quina millia drachmarum viritim donatiuum dedit Lucius Imp. Dio *in Pertinace*: Quod recte interpretantur vigena ſeſtertia ſ. millenaria. Facit coronatos 500. argenteos vnciales 625.

Quina millia drachmarum viritim donatiuum militibus promiſſa, Dio *in Iuliano.*

Quinq; millibus drachmarum Claudius initio principatus, loco donatiui donatis milites ſibi conciliat, Ioſeph. *lib.19.* ἀρχαιολ.

Drachmarum quinas Chiliades, hoc eſt, quina millia in capita militibus Antonius pollicitus eſt donatiuum, Plutarchus *in Antonio*, Hermannus Cruſerius recte interpretatur vicena millia nummum. Quod ſi LXXX M minimum capita fuerunt, conſtitit donatiuum illud Antonio HS 1600000000. ſedecies millies, drachmarum ſeu denariorum 400000000 quater millies, Coronatorum 40000000. quadringenties, [illegible] Vncialium 50000000. quingenties.

Cæ-

Cæſar militibus drachmarum Atticarum, quina millia donatiuum dedit, turmæ ductori duplum, tribunis militum equitibusq; duplo maius, Appianus *lib.2. Bell Ciuilium pag.244.* apud Budæum *lib.3. de Aſſe.* ſeſtertium 20000. Veteranorum fuerunt, id donatiuum Cæſari conſtitit HS 400000000. quater millies, drachmarum 100000000. millies, Coronatorum 10000000. centies, argenteorum vncialium 12500000. centies vicies quinquies, ſ. centena millia.

XXXIV. V IMCCL drachmæ viritim congiarium promiſſa a Iuliano, Dio *in Iuliano.* Interpretantur recte vicena quina ſeſtertia ſ. milliaria h. e. 25000. Coronatos 625. Argenteos vnciales cum quadrante.

XXXV. Septem millibus drachmarum Alcibiades canem emit. Plutarch. *Alcibiad.* Facit coronatos 700. argenteos vnciales 875. HS 28000.

XXXVI. VIIMD drachmas 7500. viritim promiſit Nymphidius Sabinus militibus prætorianis donatiuum, vt Galbam Imperatorem ſalutarent, Plutarch. *in Galba.* Facit Coronatos 750. Ioach. vnciales 937. cum ſemiſſe. Interpres quidam perperam transfert nummos pro drachmis. Sed Cruſerius recte triginta millia nummum interpretatur 30000. quod idem eſt.

Μυριάς.

XXXVII. Poſt nouem millia Græci in magnis ſummis pecuniariis voce, *μυριάς*, quæ decem millia ſignificat, fere vtuntur: & intelligunt 10000. ſi ſermo eſt de drachmis facit Coronatos 1000. argenteos vnciales 1250. Quintus limes poſthac notandus eſt puncto ſupra ſiphræ caput ad notandas myriades.

Μυρίαι δραχμαὶ ἄεθλον ἔκειτο, ὃς ἂν ἀρτεμισίαν ζωὴν ἕλῃ, hoc eſt, *Decem millia drachmarum 10000. præmium propoſitum erat ei, qui Artemiſiam viuam cepiſſet*, Herodotus *Hiſtoria octaua.*

Μυρίων δραχμῶν οὐκ ὠνοῦμαι μεταμέλειαν, Demoſthenes Laidi, ſcorto Corinthio, reſpondit, 10000. hoc eſt, decem millibus drachmarum non emo pœnitentiam, Gell. *lib.1. cap.8.* nummi Romani XM denariorum interpretatur, Budæus *lib.1. de Aſſe.*

Μυρίων δραχμῶν, hoc eſt, decem drachmarum millibus Demonax emit Diagoram ſeruum, Suidas.

X millium mulcta est apud Plutarch. *in Pelopida.*

XXXVIII. XV millia drachmarum 15000. est apud Ciceronem *pro L. Flacco.* Facit 1500. Coronatos, 1875. argenteos vnciales.

XXXIX. *Ἀργυρίου μυριάδων β*, hoc est, drachmarum 20000. viginti millia Antiochus dedit Iudæis precium victimarum, vini, olei & thuris, Ioseph. *lib. 12.*

Idem apud eundem *lib. 18.* *δύο μυριάδων ἀτθίδων* dicitur: *ἀτθίδες* pro drachmis Atticis intelligendæ sunt.

XL. XXVM Drachmarum argenti 25000. per dies singulos Romanis dabant argentifodinæ apud Carthaginem nouam in Hispania, Strab. *lib. 6.* Facit Coronatos 2500. vnciales 3125.

XLI. *Τρεῖς μυριάδες ἀργυρίου* ad certamen constitutæ, 30000. *l. 10. ff. de pollicitationibus.* Facit Coronatos 3000. argent. vnciales 3750.

XLII. Quatuor myriades 40000. argenti sunt apud Iosephum *in eius vita.* Facit Coronatorum 4000. Argenteorum Vncialium 5000.

XLIII. *Πέντε μυριάδες ἀργυρίου*, 50000. precium librorum, qui cremati fuerunt ab iis, qui Christi fidem recens receperant Ephesi, *Actorum 19.* Facit 5000. Coronatorum, argenteorum vncialium 6250. HS 200000. de quo supra.

Πέντε μυριάδων εἰώθει δειπνεῖν ἐν τῷ Ἀπόλλωνι Λεύκολλος 50000. hoc est. Quinquaginta millibus s. drachmarum in Apolline (Triclinii nomen id erat) cœnare solebat Lucullus, Plutarchus *in Lucullo*, de quo supra *pagina 255.*

Μυριάδας ἀργ[...] τ[...] εἰσαγγελίας ἐχούσης τίμημα χρηματ[...], Suidas, hoc est, *Cum accusatio habeat mulctam pecuniariam quinquaginta millia argenti*, hoc est, drachmarum.

Quinq; drachmarum myriades si acciperet, Ida liberta Mundo adolescenti Paulinæ honestæ matronæ concubitum promittit, Ioseph. *lib. 18. c. 7.*

Quinq; myriadibus drachmarum eadem. Ida Sacerdotes Isidis Deæ corrumpit, vt Paulinæ concubitu potiatur Mundus adolescens, Ioseph. *lib. 18. cap. 7.*

XLIV.

XLIV. LXXVM drachmarum 75000. Cornelia villam seu domum circa Misenum emit, hoc est, septem cum semisse myriadibus 75000. Plutarchus *in Mario*: de quo mox numero 57. huius. Facit Coronatos, 7500. Ioach. Vallenses 9375. HS 300000.

XLV. Octo myriades ter mille quingentæ octoginta tres drachmæ & duo oboli, 83583. & cum triente, qui facit duos obolos, apud Plutarch. *in Fabio Max.* quam pecuniam Fabius in ludos votivos impendit. Facit Argent: Vnc. 10447. cum 21. groff. Misnicis, 8358. Coronatos cum decem groff. Misn.

XLVI. Ad drachmarum nouem myriades Ciceroni obuenit hæreditas, Plutarchus *in Cicerone*, 90000. facit Coronatorum 9000. Ioach. vnciales 11250. HS 360000.

XLVII. δέκα μυριάδων δραχμῶν ζημιῶσαι, hoc est, decem myriadibus 100000. seu centum millibus, 100000. drachmarum mulctare, apud Thucydidem *lib. 5. de Agide.* Facit 100000. denariorum, 10000. Coronatorum, Ioach. vnciales 12500. HS 400000.

Cicero *ad Q. Fratrem* Tribunitios HS CCCC deposuisse dicit, quod idem est.

Centum millia drachmarum 100000. Demades mulctam dedit de centum peregrinis, qui Athenis contra legem saltassent, Plutarch. *in Phocione.*

X Myriades drachmarum Largino Proculo donatæ a Nerua, de Domitiani morte vaticinato, Dio *in Domitiano.*

XLVIII. Drachmarum XII Myriades 120000. Ciceroni ex vxoris dote accesserunt, Plutarchus *in Cicerone.* Facit Coronatorum 12000. Ioach. vnc. 15000 HS 480000.

XLIX. Duodecim drachmarum myriades cum semisse tribuni plebis apud Catonem arbitrio Catonis deposuerunt, hanc pecuniam si damnati essent, amissuri, Plutarch. *in Catone Minore*, Budæus *de Asse.* Facit Coronatos 12500. Ioach. Vallenses vnciales 15625. HS 500000. Plutarchi verba sunt: ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ... τὰ τὸ συνθέσθαι ... δραχμῶν ἕκαστον ... δύο ἥμισυ μυριάδας. εἶτα μετιέναι τὴν ἀρχὴν πάντας ..., hoc est, *Placuit itaque illis magistratum petentibus, ut, ubi conuenissent, quisque duodecim cum semisse myriades drachmarum argenti deponerent, si de eo omnes magistratum recte & iuste peterent.* Quod

Cicero *lib.4. ad Atticum* sic refert: Tribunicii candidati iurarunt, se arbitrio Catonis petituros: apud eum HS quingena deposuerunt: vt, qui a Catone damnatus esset, id perderet,& competitoribus tribueretur. Quingena intelligenda sunt HS quingena millia 500000.

L. Quindecim myriadibus f. drachmarum,150000. hoc est,denariorum 150000. muliebre monile æstimatur, Plutarchus *in Galba.* Hermannus Cruserius recte sexcenta millia nummum interpretatur, 600000 HS. Facit Coronatorum 15000. Argenteos vnciales 18750.

LI. Drachmarum Atticarum XX Myriades,200000.Mundus Adolescens Ro. pro vno concubitu se daturum spondit Paulinæ, pudicæ matronæ, Ioseph. *lib.18. cap.7. ἀ χαι:* Facit Coronatorum 20000. Ioach.Vallen. Vncial.25000. HS 800000.

XX Myriades drach. hoc est, DCCC Sestertia singulis diebus, idq; nouem mensibus, a populo Ro. expensa præsente Tiridate Rege, Xiphil. *in Nerone ex Dione.* Facit integra summa, 5400000.Denariorum , Coronatorum 5400000. Vncial. Arg. 6750000. HS 216000000.

LII. *Δραχμὰς εἴκοσι μυριάδας πεντακισχιλίας καὶ πεντακοσίας* 205500. hoc est,Drachmarum ducenta & quinq; millia quingentas 205500. Cyrus Iudæis largitus est e Captiuitate Babylonica in Iudæam redeuntibus, Ioseph. *lib. 11. cap.1. ἀρχαι.* Facit denariorum 205500. Coronatos 20550. argenteos vnciales 25687. cum semisse.

LIII. CCVI Millia drachmarum apud Ciceronem *pro L.Flacco* faciunt 206000. Denariorum,20600. Coronatos,25740.Argenteos Vncial. HS 824000.

LIV. Πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας, XXV. myriades 250000.hoc est,ducenta & quinquaginta millia drachmarum 250000. Antonius cuidam amico dari iussit: Plutarchus *in Antonio* testatur id apud Romanos dici *Δεκιες*, hoc est, decies f. HS 1000000: item apud Dionem *in Augusto lib. 56. in Commodo* · & facit 250000. Denariorum, 25000 Coronatorum, 31250. argenteos vnciales, Budæus *lib. 3. de Asse.*

XXV Myriades diurnas Populo Ro: præbent nouæ Carthaginis Argentifodinæ, Strabo *lib.3.*

XXV Myriades drachmarum,hoc est, ducenta & quinquaginta mil-

[illegible] drachmarum Antonius Popilio Lenæ dedit pro capite Ciceronis, Appianus *lib.4 Bellorum Ciuil.*

Viginti quinq; myriades argenti Tigillinus T.Iunii filiæ viduæ [illegible] Plutarch. *in Galba.*

XXV Myriades drachmarum Liuia Augusta promittebat, dedoq; Numerio Attico,quod iurasset, se Augustum,cum in cœlum ascendere vidisse, Xiphilinus *in Augusto ex Dione.*

XXV Myriades drachmarum Nero dedit Hellanodicis iudicibus Olympiorum, Xiphilinus *in Nerone ex Dione.*

XXV Myriades drachmarum Larcius Lydus Neroni obtulit,vt [illegible] Xiphilin. *in Nerone ex Dione.*

XXV Myriades drachmarum Nero pollicetur per præconem ei,qui Vindicem interfecisset. Xiphil. *in Nerone ex Dione.*

XXV Myriades drachmarum Commodo Imp. numerabantur [illegible] de pecunia gladiatorum, Dio *in Commodo.*

[illegible] myriades argenti signati Cæsar largitur Herodis filiabus virginibus, Ioseph. *lib.17. cap.17.* [illegible].

LV. [illegible] *μυριάδας* Agrippa Thesauro Cæsaris debebat, hoc est, [illegible]. Facit Coronatorum 30000. Argenteos Vncialem [illegible]

LVI. L Myriades argenti signati hoc est, drachmarum 500000. Herodes [illegible] Salomæ legat, Ioseph. *lib. 17. cap.10. & 17.* [illegible]. Facit HS vicies 2000000. denariorum 500000. Coronatorum 50000. Ioach. Vnciales 62500.

L Myriades argenti Cæsar Herodis filiabus donat, Iosephus *lib. 2. cap. 9.* [illegible]

L Myriades Antonius M.Bruto dedit Plutarchus *in Bruto.* [illegible] HS vicies [illegible]o. exponit.

LVII. Quinquaginta myriadibus & ducentis DMCC drachmarum [illegible]. L. Lucullus villam seu domum ad Misenum emit, quæ non [illegible] ante septem cum semisse myriadibus 75000. hoc est, L [illegible] drachmarum a Cornelia empta fuerat, Plutarchus *in Mario* [illegible] *44.* [illegible] Facit coronatos 50020. Ioach. Vallensis [illegible]. HS 2000800. vicies & octingentos, Budæus *lib.3.* [illegible]

LVIII. LXXV myriadibus s. drachmarum 750000. Verris litem

tem Cicero æstimauit, pecunia corruptus, Plutarchus *in Cicerone*. Facit HS 3000000. tricies. Sic enim Hermannus Cruserius recte interpretatur, Denariorum 750000. Coronatorum 75000. Argent. Vnciales 93750: Sed Budæus *lib. 1. de Asse* suspicatur maiorem summam, s. τριακοσίων, deesse, vt sit trecentorum septuaginta quinq; myriadum, 3750000. quæ faciunt HS 15000000. centies & quinquagies, drachmarum 3750000. Coronatorum 375000. Argenteos Vnciales 468750.

LIX. Centum myriades drachmarum, 1000000. in vnam cœnam consumptæ, Dio *in Vitellio*. Facit HS 4000000. quadragies, denariorum 1000000. decies, Coronatorum 100000. Argenteorum vncialium 125000.

LX. Centum quinquaginta myriades drachmarum 1500000. æs alienum est Antonii, apud Plutarch. *in Antonio*: quod Cruserius recte HS sexagies interpretatur, 6000000. Facit denariorum 1500000. quindecies, Coronatorum 150000. argenteos vnciales 187500.

LXI. CCL Myriades drachmarum 2500000. Nero per præconem constituit ei, qui Vindicem occidisset, Dio *in Nerone*.

CCL myriades drachmarum sibi tantum reliquum esse, Apicius indoluit: id latini dicunt centies 10000000. s. HS, ex Dione, Facit Coronatorum 250000. Argent. vnciales 312500.

CCL Myriades drachmarum, 2500000. hoc est, vicies quinquies denariorum Octauianus Cæsar ab Antonio repetiuit, Plutarch. *in Cicerone*, Dio *in Tyberio & Nerone*.

CCL Myriades drachmarum exegit a singulis Caligula, quos sacerdotes creauerat, ex Dione *in Caligula*.

LXII. CCLXX myriades 2700000. argenti signati, hoc est, 2700000. vicies septies centena millia s. drachmarum in triumpho Luculli traducta, Plutarch. *in Lucullo*. Facit HS 10800000. Coronatorum 270000. argenteos vnciales 337500.

LXIII. CCC Myriades drachmarum 3000000. debebat Sylla moriens, qui legem tulerat, ne quis Senatorum bis mille drachmas deberet, Plutarch. *in Sylla*, de quo supra num. 30. Facit 12000000. HS centies & vicies, Coronatorum 300000. argenteorum vncialium 375000.

LXIV.

LXIV. D Myriades drachmarum 5000000. Nero prætoriano militi, qui libros imperii eius administrabat, dedit, Xiphilin. *in Nerone* ex Dione. Facit HS 20000000. ducenties, denariorum 5000000. quinquagies, Coronatorum 500000. Argenteorum Vncialium 625000.

D Myriades argenti signati Herodes Iuliæ Cæsaris coniugi legat, Ioseph, *lib. 17. cap. 10.* ἀρχαιολ.

LXV. D L Myriades drachmarum 5500000. hoc est, quinquagies quinquies centena millia, 5500000. Cæsar in annonam, Populo. Ro. diuisam, impendit, Plutarchus *in Cæsare.* Facit Coronatorum 550000. Ioach. Vnciales 687500. HS 22000000. ducenties & vicies.

LXVI. D CCL Myriades drachmarum 7500000. Cæsar in annonam populo Romano diuidendam, exponit. Sic enim est apud Plutarchum *in Catone Minore.* Facit HS trecenties 30000000. Denariorum 7500000. Coronatorum 750000. Ioach. Vallensium vncialium 937500. Talenta MCCL.

LXVII. Mille myriades 10000000. argenti signati, hoc est, drachmarum, Herodes Cæsari legat, Iosephus *17. cap. 10.* Facit HS 40000000. quadringenties, drach. seu denariorum 10000000. centies, Coronatorum 1000000. decies, Argenteorum vncialium 1250000.

Mille Myriades drachmarum ab Augusto Populo Ro: in testamento relictæ, Dio *lib. 56*: quod Suetonius *in Augusto cap. 10.* habet: Quadringenties sestertium 40000000. quod idem est.

LXVIII. M C C Myriades drachmarum 12000000. hoc dicitur latine centies & vicies 12000000. in ærarium illatæ, Plutarchus *in Pompeio.* Facit Coronatorum 1200000. duodecies, Ioachimicorum vncialium 1500000. quindecies HS 48000000. quadringenties & octogies.

LXIX. Mille quingentæ myriades drachmarum, 15000000. a Nerua Imperatore impensæ ad subleuandam ciuium Ro. inopiam, vt est apud Dionem *in Nerua.* Quam summam si per quatuor multiplicaueris, facit HS sexcenties 60000000. Coronatorum 1500000. quindecies, Ioachimicorum Vallensium 1625000. Georgius Alexandrinus inerudite interpretatur decies & quinquagies centena millia nummum: nummos pro drachmis substituens.

LXX. MD CCL Myriades, hoc est, 17500000. f. drachmarum Seuero Imperatori missæ a Numeriano, apud Dionem *in Seuero.* Facit denariorum 17500000. Coronatorum 1750000. Argenteos vnciales 2187500. Quod recte interpretantur latine HS septingenties 70000000. numero drachmarum per quatuor multiplicato.

LXXI. Duobus millibus & ducentis myriadibus f. drachmarum, 22000000. congiarium Iulio Cæsari stetit, Budæus *lib.3. de Asse* : Facit HS 88000000. octingenties & octuagies, denariorum seu drachmarum 22000000. ducenties & vicies, Coronatorum 2200000. vicies bis argenteorum vncialium 2750000. Dedit enim centum drachmas in capita 220000.

LXXII. Bis mille & quingentas drachmarum myriades, 25000000. quod est latine, ducenties & quinquagies denariorum 25000000. Octauius Cæsar ab Antonio repetiuit, Plutarchus *in Cicerone & Apophtheg.* Facit Coronatorum vicies quinquies 2500000. Ioachimicorum vncialium tricies semel centena & viginti quinque millia 3125000. HS. millies 100000000. Achilles Phileros perperam transtulit quinquaginta & ducenta millia æris.

Appianus *lib.2. Bellorum Ciuilium* de Cæsare loquens, ait. *fol.210.* *φασὶν αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι δέοιτο δισχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων, ἵνα ἔχει μηδὲν*, hoc est, *Aiunt eum* (Cæsarem) *dixisse. quod opus haberet bis mille & quingentis myriadibus f. drachmarum, vt nihil haberet* : Facit vt supra.

LXXIII. Suidas de Vitellio Cæsare loquens ait : *δέκα γὰρ δὴ μυριάδας ἀργυρίου ἐπὶ δισχιλίαις καὶ πεντακοσίαις ἐς τὰ δεῖπνα διεδαπανηκέναι ἱστόρηται.* Quod ad verbum sic transfero : *Nam decem tum myriades argenti supra bis mille & quingentas in cœnas profudisse, memoriæ proditum est* : Quod siphris notatur : 25100000 : & latine profertur, ducenties & quinquagies semel centena millia argenti 25100000. f. drachmarum seu denariorum, Latine autem redditur HS 100400000. millies & quater centena millia. Facit Coronatorum quidem 2510000. Vicies quinquies centena & decem millia, Ioach. vero vnciales Vallenses 3137500. tricies semel centena & triginta septem millia & quingentos.

LXXIV. Quinq; millia myriadum drachmarum 50000000. consumpta in congiarium a Seuero, Dio scribit : Quod recte interpretan-

pretantur bis millies f. HS 200000000. Denariorum 50000000. quingenties, Coronatorum 5000000. quinquagies. Argent. Vncialium 6250000. sexagies bis centena & quinquaginta millia.

Πεντακισχίλιαι μυριάδες δραχμῶν τέλη, hoc est, Quinq; millia myriadum drachmarum vectigalia Pop. Romani, Plutarchus *in Pompeio.*

V Millibus myriadum debitis immersus Otho, antequam imperator fieret, Plutarchus *in Galba,* Dio.

VM Myriadum drachmarum munera data Tiridati a Nerone, Xiphil. *in Nerone ex Dione.*

LXXV. VIMDCCL Myriades 67500000. drachmarum Pertinax Imp. se Militibus donatiuum dedisse dicit, Dio *in Pertinace.* Facit HS 270000000. bis millies & septingenties, Coronatorum 6750000. argenteos vnciales 8437500.

LXXVI. VIIMD. Myriades f. drachmarum, apud Dionem *in Nerone* 75000000. Seneca possedit. Facit HS 300000000. ter millies, drachmarum 75000000. Coronatorum 7500000. Argenteorum vncialium 9375000.

LXXVII. Ad octo millia quingentas myriades drachmarum 85000000. Pompeius vectigalia populi Ro. auxit, Plutarch. *in Pompeio*, hoc est, latine octingenties & quinquagies denariorum 85000000. Facit Coronatorum 8500000. octuagies, quinquies, Ioach. uncialium 10625000. centies & sexies centena & viginti quinq; millia HS 340000000. ter millies & quadringenties, vt Cruserius recte interpretatur, Budæus *lib. 3. de Asse* G. Agricola æstimat vncialibus Arg. 19636363. & præterea semunciali, tribus duodenariis, & nummulo Misnico cum semisse: Vel Vngaricis aureis 1309099. tribus duodenariis & nummulo vno cum dimidio.

LXXVIII. Quindecim millia myriadum C. Caligula e cæde innocentum collegit, *in Caligula* ex Dione, 150000000. Facit HS 600000000. sexies millies. Coronatorum 15000000. Ioach. Vallensium 18750000.

LXXIX. Duas myriades myriadum duo millia quingentas myriades drachmarum Vitellius in cœnas insumpsit, *in Vitellio* ex Dione, 225000000. drach: quod latine dicitur, Bis millies ducen- [illegible] Cc 2 [illegible] ties [illegible]

ties & quinquagies 225000000. Facit HS 900000000. nouies millies, Coronatorum 22500000. Ioach. Vallensium 28125000.

LXXX. Quinq; myriades myriadum septem millia septingentæ myriades drachmarum thesaurum maximum Tiberii Cæsaris C. Caligula breui tempore consumpsit, *in Caligula* ex Dione 577000000. Facit HS vicies ter millies & octogies 2308000000. Coronatorum 57700000. Ioachimicorum Vallensium vncialium 72125000.

DE
NVMMO VETERI,
QVI DICITVR ΒΟΥΣ*, BOS ET DE EIVS COMPOSITIS.*

CAPVT III.

I.

Βοῦς, hoc est, bos vetus nummus fuit apud Græcos argenteus, didrachmus siue Atheniensium, siue Deliorum, siue vtrorumq; a bouis effigie & forma impressa sic dictus. Quod Iulius Pollux *lib. 9.* his verbis confirmat: τὸ δὲ παλαιὸν τοῦτο ἦν ἀθηναίοις νόμισμα, καὶ ἐκαλεῖτο βοῦς, ὅτι βοῦν εἶχεν ἐντετυπωμένον, hoc est, Vetus autem is erat nummus Atheniensium, & vocabatur bos: quoniam bouem habebat insculptum.

II. Apud Homeri Scholiastem est *in voce* ἑκατόμβοιος, *in secundum Iliados* οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τιμῶντες τὸ ζῶον τὸν βοῦν, διὰ πολλὰ μὲν, καὶ ὅτι δὲ ἱερόν ἐστιν, ἐνεχάραττον τῷ μὲν ἑνὶ μέρει νομίσματος βοῦν, τῷ δὲ ἑτέρῳ τὸ τοῦ βασιλέως πρόσωπον, hoc est; Prisci enim animal honorantes cum propter multa alia, tum vero etiam, quod sacer esset, vni quidem nummi parti bouem, alteri vero Regis effigiem inscribebant. Alii ideo bouem nummo inscriptum esse volunt, quod quadrupedum permutatione contractus antiquitus fieri consueuerint, ante pecuniæ vsum excogitatum.

III. Bos nummus diuiditur primum ratione substantiæ seu materiæ, ex qua cuditur. Alius enim erat bos nummus aureus, alius argenteus. Aureos enim boues nummos olim fuisse, Etymologus apud

apud Græcos testatur: & Homeri Scholiastes *in secundum Iliad. lib.* ἑκατόμβοιος exponit, ἑκατὸν βοῶν τιμῆς ἄξιος, ἢ ἑκατὸν χρυσῶν νομισμάτων. hoc est, *Centum boum precio æstimandus, aut centum nummis aureis.* Quæ vero sequuntur de boue nummo argenteo sunt intelligenda.

IV. Βοῦν nummum didrachmum, duarum drachmarum, fuisse e Polluce *lib. 9.* constat, cum inquit: καὶ ἐν τῇ παρὰ Δηλίοις θεωρίᾳ τὸν κήρυκα κηρύττειν φασὶν ὁπότε δωρεάν τινι δίδοιτο, ὅτι δοθήσονται αὐτῷ τοσοῦτοι βόες, καὶ δίδοσθαι καθ' ἕκαστον βοῦν δύο δραχμὰς Ἀττικάς, &c. hoc est, *in spectaculo apud Delios præconem pronunciare aiunt, quando gratis alicui dabatur: quod illi tot boues dabuntur, & dari in bouem binas drachmas Atticas.* Idem Aristophanes interpres in *Auibus* repetit. Valet itaq; sex grossos Misnicos, octo solidos Lubecenses & Lunæburgenses simplos, vel quatuor duplos.

V. Theseus hunc nummum Athenis percussit, vt est apud Plutarchum *in Theseo*, cum inquit: ἔκοψε δὲ καὶ νόμισμα, βοῦν ἐγχαράξας, ἢ διὰ τὸν μαραθώνιον ταῦρον, ἢ διὰ τὸν μίνω στρατηγὸν, ἢ πρὸς γεωργίαν τοὺς πολίτας παρακαλῶν. ἀπ' ἐκείνου δέ φασιν τὸ ἑκατόμβοιον, καὶ τὸ δεκάβοιον ὀνομασθῆναι. hoc est, *Percussit vero & nummum boue insculpto aut propter Marathonium Taurum, aut propter Minois ducem, aut ad agriculturam ciues inuitans. Ab illo autem hecatombœum, & decabœum nominatum esse aiunt.*

VI. Δεκάβοιον in Draconis legibus fuit pœna decem boum: δωδεκάβοιον duodecim bobus æstimandum: εἰκοσάβοιον, viginti, ἐννεάβοιον, nouem: ἑκατόμβοιον, centum bobus æstimandum, apud Hesychium.

VII. Βοῦν nummum Homero non ignotum fuisse, Iulius Pollux *libro 9.* his verbis testatur: ἐνδέχεται δὲ αὐτὸ καὶ ὅμηρον νομίζουσιν, εἰπόντα ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων. hoc est: Homerum vero eundem (bouem nummum) nouisse arbitrantur, cum dixit hecatombœa enneabœa. Homeri locus extat Iliados sexto, & supra capite de permutatione libro primo est allatus: quod stultus Glaucus aurea sua arma, quæ centum boum erant, pro æneis, quæ nouem tantum boues valebant, cum Diomede commutarit.

VIII. Centum boues argentei didrachmi, hoc est, duæ minæ nostratis monetæ faciunt Coronatos quidem 20, Ioach. vero vncia-

les 25. Centum vero boues aurei didrachmi, proportione decupla faciunt Coronatos 200. Ioach. Vallenses 250. Ac nouem boues argentei quidem faciunt Coronatum vnum & Vallensem vncialem: seu duos Vallenses vnciales cum quadrante: aurei vero boues nouem Coronatos 18. Ioachim: vnciales 22. cum semisse faciunt.

IX. Sed alii hæc vocabula, a voce βοῦς composita, de animali potius quam de nummo exponunt. Nam Eustathius, Homeri Scholiastes, vocem ἑκατόμβοιος exponit: ἑκατὸν, ἤτοι πολλῶν ἄξιος τουτέστι ζώων, hoc est: Centum siue multis bobus, id est, animalib. æstimandus: & in 6. Iliados addit: ἑκατόμβοια ἑκατὸν βοῶν ἄξια. οὐ γὰρ νομίσμασιν ἐχρῶντο, hoc est, Hecombœa centum bobus digna seu æstimanda. Non enim nummis vtebantur.

X. Extant & hæc in Scholiis in 1. Odysse: Homericæ: ἐεικοσάβοιον ἢ σταθμός τις ὕλης μεταλλικῆς, δι' οὗ εἴκοσι βόας ἦν ὠνήσασθαι, ὁποῖον τι καὶ τὸ τετράβοιον, καὶ δωδεκάβοιον, καὶ ἑκατόμβοιον ἢ διάφοροί τινες ὕλαι πραγμάτων. δι' ὧν καὶ αὐτῶν ἐξωνοῦνται βόες τόσοι δέ τινες, hoc est, *Eicosabœum est aut pondus quoddam materiæ metallicæ, quo viginti boues emere liceat. Quale est & tetrabœum, quo quatuor: dodecabœum, quo duodecim: & hecatombœum, quo centum: aut eximia quadam rerum materia, quibus & ipsis tot quidam boues emantur.* Laertus emit Eurycleam πρωθήβην ἔτ' ἐοῦσαν... ἐεικοσάβοια δ' ἔδωκεν *odyss. α. in fine.* hoc est, pubescentem adhuc: viginti vero boues dedit.

XI. Quare Iulius Pollux *lib. 9.* reprehendit eos, qui huiusmodi vocabula apud Homerum de nummo potius quam de animali interpretantur: & ad rerum permutationem referre mauult, hoc Homerico versu Iliados adductus; ἄλλοι μὲν ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσι: hoc est, *alii quidem pellibus, alii vero ipsis bobus* s. οἰνίζοντο vinum comparabant. Ed addit Pollux τὰς γὰρ βοῦς πρὸς τοὺς ῥινοὺς ἐντιθεὶς, φανερῶς ἐστι τὸ ζῶον, ἀλλ' οὐ τὸ νόμισμα. hoc est: *Boues enim cum pellibus coniungens palam est animal, & non nummum.*

XII. Eodem modo & γυναῖκες dicuntur ἀλφεσίβοιαι αἱ πολλὰς βόας εὑρίσκουσαι ἀπὸ ἕδνων: hoc e. *vxores, quæ multas boues inueniunt e dotibus*, vt est apud Hesychium. Apud Homerum est *Iliad. 18. in scuto Achillis*, παρθένοι ἀλφεσίβοιαι.

XIII. A boue nummo natum est prouerbium, apud veteres passim obuium: quod est: βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκεν, hoc est, Bos in

lingua incedit. Quod Homeri Scholiastes Eustathius sic quoq; efferc: *βοῦν ἐπὶ γλώττης φέρεις.* hoc est, *Bouem in lingua fers.* *εἴ τις ἐπ' ἀργυρίῳ σιωπήσει*, hoc est, *Si quis propter argentum, quippe pecunia corruptus, tacuerit*, vt Iulius Pollux interpretatur. Quadrat in oratores, qui nummos accipiunt, ne cui patrocinentur, sed taceant, vt Suidas & scholia in Homerum testantur. Vel dicitur de iis qui libere loqui nequeunt, aut propter animalis robur: aut quod Atheniensium nummus bouem insculptum habebat, quem persoluere mos erat eos, qui præter decorum libere loquebantur. Plura de hoc prouerbio lege apud Erasmum *Chiliade 1.7.18.*

DE
OBOLO, ET DE EIVS
COMPOSITIS
CAPUT IV.

I.

Ὀβολὸς & ὀβελὸς, pro eodem vsurpari, Eustathius in Homerum testatur: & est instrumentum culinarium, quod Latinis dicitur veru. Vocatur autem, quod instar teli sit oblongum & acuminatum.

II. Eodem modo a forma vetus nummus ὀβολός, dicitur, vt supra capite de drachma est allatum.

III. Apud Plutarchum *in Lysandro* & ὀβελίσκος forma diminutiua pro obolo in vsu est. Sic enim habet: *κινδυνεύει δὲ καὶ τὸ πάμπαν ἀρχαῖον οὕτως ἔχειν, ὀβελίσκοις χρωμένων νομίσμασι σιδηροῖς, ἐνίων δὲ χαλκοῖς*, hoc est, *Videtur autem & vetus nummus prorsus sic esse, quod obeliscis nummis uterentur ferreis, nonnulli vero æreis.* Additur.

Ibidem: *ἀφ' οὗ συμμένει πλῆθος ἔτι καὶ νῦν τῶν κερμάτων ὀβολοὺς καλεῖσθαι, δραχμὴν δὲ τοὺς ἓξ ὀβολοὺς τοσούτων γὰρ ἡ χεὶρ περιεδράττετο*, hoc est, vnde durat ad hæc vsq; tempora, vt multitudo nummulorum oboli vocentur: & drachma sex oboli: tantum. n. manus complectebatur.

IV. A Græcis mutuati sunt Latini & obolum vocant tam pondus quam nummulum.

V. Etsi

V. Etsi vero oboli forma est mutata postea, & oboli nummi non oblongi, sed rotundi, vt alii nummi, sunt percussi, mansit tamen vetus rei appellatio.

VI. Aristoteles, *libro 9. apud Pollucem.* ὀβολοὺς vocat ὀφέλλους: & a verbo ὀφέλλειν, quod augere significat, deriuat, litera crassa φ, in eius mediam β mutata.

VII. Ὀβολὸς varias diuisiones admittit. Nam primum ratione gentis, nationis, & populi, ὀβολὸς est aut Græcus, aut externus. Græcus rursus est aut Atticus, aut Aeginæus. Externus est aut Macedonicus, aut Iudaicus. Qui & pondere & valore inter se multum differunt.

VIII. Deinde ratione materiæ, vnde cuditur alius est æreus alius ferreus, alius argenteus obolus. Suidas enim *in voce* στατὴρ ex ære ὀβολοὺς percussos esse refert. Et apud Vitruuium est, *libro 3. cap. 1.* Ciuitates Græcorum æreos signatos, vti asses, ex æquo, sex, quos obolos appellant, quadrantesq; obolorum, quæ alii dichalca, nonnulli trichalca dicunt, &c.

IX. Quod autem obolus e ferro & argento nummus fuit, testatur his verbis Epiphanius: *Obolus & ipse in argento excusus erat. Mensuram autem siue pondus etiam hic vncia habebat, non ex argento factus, sed e ferro. Erat autem & alius obolus ex argento percussus, qui nummus erat, qui tenuissimus fuit: nempe octogesima pars vnciæ. Dicit enim in Leuitico; Didrachmum autem sunt 20. oboli*: hæc ille.

X. Donatus obolum minimam & vltimam monetam fuisse testatur: quod ad argenteum nummum referunt: nonnulli tamen reprehendunt.

XI. Ad hæc obolus diuiditur ratione vsus. Dicitur enim ὀβολὸς ἡλιαστικὸς apud Aristophanem *in Nebulis*: ὃν πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον ἡλιαστικὸν, hoc est: Quem primum obolum accepi iudiciarium.

Ὀβολὸς ναυτιλίας pro naulo sumitur, apud eundem Aristophanem.

XII. Adhæc ὀβολοὶ, quoq; τόκοι dicuntur, ab vsu, vt Hesychius testatur: quod in ratione soluendæ vsuræ eius vsus esset.

XIII. Præterea ratione ponderis obolus alius alio grauior est. Atticus enim obolus drachmæ sexta pars est: Aeginæus vero Attico obo-

[illegible] grauior est, vt qui obolum Atticum contineat, & [illegible] eius bessem, seu duas tertias. Hebraicus autem obolus, quem [illegible], quod apud Hebræos est gerah, & agorah, vt obolo A[illegible] leuior, ita Attico grauior existit, vt postea ex valore constabit.

XIV. Obolus Atticus drachmæ sexta pars est, quod Pollux [illegible] testatur, cum inquit: ὠνόμασται δὲ ὅτι [illegible] [illegible], hoc est, Nominata est autem, quoniam obolus [illegible] pars drachmæ. Idem mox *libro 9.* ait: ἡ μέντοι δραχμὴ [illegible], hoc est, *Drachma quidem habebat obolos sex.*

XV. [illegible] Atticus itaq; cum sit drachmæ pars sexta, valet nummulos [illegible] senos. G. Agricola taxat quinq; nummulis [illegible] & quatuor quintis nummuli partibus. Aegr[illegible] [illegible] denos. Continet enim obolum Atticum integrum [illegible], hoc est, cum duabus tertiis partibus.

XVI. Oboli Macedonici meminit Lucianus.

XVII. Sed obolus hebraicus, quo D. Hieronymus vocem hebræam [illegible], est sicli hebraici tetradrachmi pars vicesima: quod hic siclus [illegible] quatuor Atticarum viginti geras contineat, vt est *Exodi 30. Leuitici 27. Ezechielis 45.* Valet itaq; hic nummus gerah septem nummulos Misnicos cum quinta eius parte.

Nam siclus tetradrachmus nummulos Misnicos 144. continet: quos si per viginti, quot geris constat, diuiseris, diuisorius erit septem[illegible] cum eius quinta parte.

XVIII. Apud Cleopatram est, Aegyptiis in vsu fuisse δραχμὰς pondere oboli Attici, quæ, si nummus argenteus fuit, senos nummulos Misnicos valuit.

XIX. Obolus Charoni, apud Inferos portitori, pro traiectione [illegible] dari solebat, vt Diodorus Siculus *libro 2. scribit*: & Lucianus *in Dialogis Mortuorum* testatur.

XX. Aristophanes *in Ranis* duos obolos datos esse his versibus [illegible]:

> [illegible] διάξει δύ᾽ ὀβολὼ λαβών.
> Φεῦ, ὡς μέγα δύνασθον πανταχοῦ δύ᾽ ὀβολώ.

Hoc est, *[illegible], duobus obolis acceptis,*
Heu, quantum possunt vbiq; duo oboli.

Vbi interpres addit : διὰ τὸ λεγόμενον, ὅτι τοῖς νεκροῖς ἐπὶ τοῦ στόματος δύο ὀβολοὺς βάλλουσι, hoc eſt, propter id, quod dicitur : quoniam duos obolos defunctis in os inijciunt. Idem repetit Suidas.

XXI. Heſychius νυμία interpretatur ὀβολούς. Sic enim apud illum eſt : ὀβολοὶ νουμία, καὶ τόκοι, καὶ εἶδος νομισμάτων, καὶ ἐν ἄστει δικαστικοὶ μίσθοι, καὶ ὅδα καὶ ὀβολοὶ, Κρῆτες, hoc eſt, Oboli Numia, & vſuræ, & ſpecies nummorum : & in vrbe iudiciariæ mercedes, & Odolcæ oboli, Cretenſes.

XXII. Ὀβολὸς pro minimo nummulo & precio, apud veteres in crebro vſu fuit, & in prouerbium abiit. Lucianus *in Timone* : χθὲς μὲν οὐδὲ ὀβολὸν, ὥστε πριάσθαι βρόχον, ἐσχηκότας, hoc eſt : *Qui pridie ne obolum quidem, quo reſtim emerent, habuerunt.* Et eſt hyperbole prouerbialis de iis, qui rei familiaris maxima laborant inopia, Eraſmus *Chiliade* 1.3.48.

XXIII. Obolo emere, eſt vili precio emere, apud Ariſtophanem *in Equitibus*.

XXIV. ὀβολῶν ὀλίγων ἄξιος, hoc eſt, Obolis paucis æſtimandus, dixit Gregorius.

XXV. ὀβολοῦ ἄξιος, Obolo dignus, pro viliſſimo, abiectiſſimo, & contemptiſſimo, apud Ariſtophanem *in Equitibus*. Quod per iocum de eo quoq; dicitur, qui etſi nihili eſt : in numero tamen aliquo haberi cupit : & inde natum eſt, quod iis, qui Athenis in numero virorum adſcripti erant, obolus nummus olim in diem ex ærario publico dari ſoleret. Et hi δόκιμοι, hoc eſt, probati, lectiq; dicebantur. Contra, qui nondum adſcripti erant, ἀδοκίμαστοι, hoc eſt, obſcuri, non probati appellabantur : Q. d. ne obolo quidem digni, Eraſm. *Chil.* 1.3.48.

XXVI. Suidas obolo Attico ſex æreola tribuit. Sic enim ait : ὀβολὸς εἶδος νομίσματος παρὰ Ἀθηναίοις ἐξ ἐστὶ χαλκῶν, hoc eſt, *Obolus ſpecies nummi apud Athenienſes ſex eſt æreolorum.*

XXVII. Oboli decem ouis precium, centum bouis, Plutarch. *in Publicola.*

XXVIII. Ab obolo eſt ὀβολίας ἄρτος, hoc eſt, in veru aſſatus panis, vt Heſychius interpretatur : Ein Spißkuche / vel obolo emptus,

[illegible] & Demosthenes πρὸς Φορμίωνα panes obolo emptos [illegible].

XXIX. Ab obolo est ἐπωβελία, quæ sic describitur apud Pollucem lib. 8. ἐπωβελία δ' ἦν, τὸ ἕκτον τοῦ τιμήματος μέρος, ὃ ὀφείλων [illegible]. [illegible] δέ, ὅτι ὀβολὸς ἦν τὸ ἕκτον τῆς δραχμῆς, hoc est, *[illegible] autem erat sexta litis æstimatæ pars, quam reus debebat. Nomen autem [illegible], quoniam obolus erat sexta pars drachmæ.*

XXX. [illegible]λοστάτηρ dicitur fœnerator minutulus. Est enim [illegible] τόκον ἐκλέγειν, vsuras colligere, exercere, præsertim sextantes [illegible] quippe vbi de drachma penditur sexta pars s. obolus. Hinc [illegible] apud [illegible], τόκος ὀβολιμαῖος vsura obolaris, quippe sextans [illegible].

XXXI. [illegible], id est, vsurarios vocant ὀβολοστάτας, ὅτι ἐδί[illegible] δανείζοντες σταθμῷ. Hoc est: Quoniam dabant fœneratores [illegible] se [illegible] pondere.

XXXII. Apud Aristotelem *in 1. libro de Rep. cap. 7. est* ὀβολοστατικὴ ratio illa nummularia & fœneratoria, qua quæstus e fœnore [illegible] vsura paratur.

ἡμιοβόλιον.

XXXIII. Ab obolo quædam deriuantur, quæ itidem ad rem nummariam pertinent. ἡμιοβόλιον & ἡμιωβόλιον s. νόμισμα, τ. ὀβολοῦ ἥμισυ, apud Hesychium, hoc est, Semiobolus nummus, oboli dimidium. Et hic duplex est: Atticus quidem nummulos Misnicos ternos [illegible] Æginæus vero quinos valebat.

XXXIV. Ἡμιωβέλιον apud Hesychium in voce ἥμισυ, ἡμίεκτον quoq, dicitur: quod oboli, qui drachmæ sexta pars est, sit dimidium. Dicitur autem ἡμίεκτον νόμισμά τι, hoc est, Semisexta s. pars nummi cuiusdam.

XXXV. Apud eundem est μυσημίεκτον τοῦ ἡμιέκτου τὸ ἥμισυ, [illegible] δέ, νομισμάτιον μικρὸν, Hoc est: Mysemiectum semisextæ dimidium, non recte vero, nummulus exiguus.

XXXVI. Quod autem Iulius Pollux *libro 9.* ἡμίεκτον, octo [illegible] interpretatur, infra in Aureis nummis explicabitur, si non excidero.

XXXVII. Ἡμιωβέλιον apud Cyzicenos δυώβολον est, teste Hesychio.

XXXVIII. Τὸ πᾶσιν τ... ἡμιωβόλιον, apud Suidam, id est, P...ctis semiobolus in prouerbium abiit, quod Erasmus *Chiliade 2.7.11.* annotauit. *cum quis ita emit, vt nummus, seu rei venditæ precium, nihilominus mox apud emptorem, venditore eluso, reperiatur.* Nicol Leonic. *lib.3. cap.24. de Var. Historia.*

XXXIX. A semiobolo est ἡμιωβολιαῖος semiobolaris pro vili, nimirum semiobolo dignus, seu æstimandus, pro minimi precii homine, semiobolo venalis.

XL. Et ἀνημιωβόλιον semiobolus est: vnde apud Aristophanem *in Ranis* est ἀνημιωβολιαῖα κρέα εἴκοσι, hoc est, Semiobolares carnes viginti, hoc est, decem obolis emptas: qui faciunt quinq; grossos Misnicos.

XLI. Ἡμιωβόλιον olim quoq; multiplicabatur. Est enim apud Aristophanem, vt Pollux *lib.9.* refert, τριημιωβόλιον ἐν τῷ στόματι ἔχων, hoc est: Tres semiobolos in ore habens. τριημιωβόλιον enim dixit pro τρία ἡμιωβόλια.

XLII. Ac Atticum quidem τριημιωβόλιον nouenos quidem nummulos Misnicos, Aeginæum vero quindenos seu grossum Misnicum cum quadrante continet. Latine sesquiobolus dici potest.

XLIII. Et Atticus quidem sestertio Romano prorsus par est valore. Quod Iulius Pollux *lib. 9.* his verbis confirmat: δύναται δὲ ὁ νοῦμμος τρία ἡμιωβόλια, hoc est: Valet autem nummus tres semiobolos.

XLIV. Sed in editis exemplaribus Pollucis corrupte legitur ὀβόλια pro ἡμιωβόλια, quod Budæus *libro 4. de Asse* obseruauit. Porro sestertium & nummum, cum species est, idem esse, probatum est supra libro primo.

XLV. Sestertio Romano: & τριημιωβολίῳ Attico valore par est Solidus Lubecensis & Lunæburgensis simplus, vt ante quoq; mentio facta est.

Διώβολον.

XLVI. Ὀβολὸς antiquitus multiplicabatur: vnde sunt διώβολα, τριώβολα, τετρώβολα s. νομίσματα, hoc est, dioboli, trioboli, tetroboli nummi, Pollux *lib.9.* διώβολον, & διωβολον per ω μέγα, in antepenultima... apud Pollucem *lib.9.* διώβολον Atticum quidem grossum seu duodenos nummulos Misnicos valet: Æginæum vero grossum

[illegible] Misnicum [illegible] seu vigenos nummulos. Pro δυωβό-[illegible] hoc est, duos obolos, vt idem Pollux [illegible].

XLVII. Duo oboli erant olim stipendium militare: Polybius [illegible]: [illegible] δὲ οἱ μὲν πεζοὶ λαμβάνουσι τῆς [illegible], οἱ δὲ ταξίαρχοι διπλοῦν, οἱ δὲ ἱππεῖς δραχμήν, hoc est, *[illegible] duos obolos in diem accipiunt, ductores ordinum du-[illegible] equites drachmam.*

XLVIII. Oboli duo erant olim merces iudiciaria: quod duo oboli [illegible] pro iudicandi munere darentur, vt Suidas refert.

XLIX. [illegible] obolis duobus medimnum Siculum hordei sæpenumero [illegible] datum esse, est apud Polybium *lib. 2.* vt Camerarius refert. [illegible] & metretem vini fuisse, ibidem refertur.

L. [illegible] duo oboli merces, qua locus in spectaculis, seu ludis publicis [illegible]batur. Hi dabantur Ciuibus ex ærario publico Athenis. Vnde [illegible] χρήματα θεωρικά, hoc est, pecuniæ theatrales dicebantur, apud Demosthenem *in Olynthiacis.*

LI. [illegible] apud Varinum.

LII. [illegible] Latinis est diobolaris, pro homine vilissimo, [illegible] vocantur meretrices diobolæ, quæ minimo [illegible] prostituunt, vt Festus Pompeius refert. Versus [illegible]:

[illegible], si nunc sunt meretrices diobolæ.

Et apud Plautum est *in Pænulo*: Seruorum sordidorum scorta diobolaria. Confer Erasmum *Chiliade 4. 9. 33.*

LIII. De dioboli typo sic est apud Pollucem *libro 9.* τὸ μὲν [illegible] ἐντετυπωμένην γλαῦκα, καὶ τὰ ἐκ θατέρου [illegible]. Hoc est: Diobolus quidem nummus Atticus, insculptam [illegible]ns noctuam, & ex altera parte effigiem Iouis. Hinc natum est prouerbium: γλαῦκας εἰς Ἀθήνας, Noctuas Athenas, Eras. *Chil. [illegible].*

Τει[illegible]ολον.

LIV. Τ[illegible], apud Pollucem *libro 9.* Triobolus, est nummum Atticum [illegible] grossum Misnicum seu nummulos [illegible] duodecim, solidum Lubecensem & Lunæburgensem duplum. Georgius Agricola taxat nummulis Misnicis [illegible] cum semisse;

misse: Est Ioachimici vncialis pars sextadecima. Aeginæus vero triobolus valet duos grossos Misnicos cum semisse: seu nummulos Misnicos triginta.

LV. Τριώβολον iudiciaria merces fuit Athenis ex Cleonis constitutione. Vnde Cleo apud Aristophanem *in Equitibus* Iudices sic alloquitur: ὦ γέροντες ἡλιασταὶ, φράτορες τριωβόλου, hoc est, o senes heliastæ, contribules trioboli. Et ideo τριώβολον δικαστικὸν ab Aristophane dici, refert Hesychius.

LVI. Τριώβολον erat quoq; merces militaris apud Thucydidem historia octaua: τήντε μισθοφορίαν ξυνέτεμεν, ἀντὶ δραχμῆς ἀττικῆς ὥστε τριώβολον δίδοσθαι, hoc est, Stipendium conscidit imminuitq;, vt pro drachma Attica triobolum daretur.

LVII. Τριώβολον δίμοιρον vocatur, quod drachmæ dimidia pars sit: vnde διμοιρίτης dicitur miles, quod hoc τριώβολον δίμοιρον accipiebat, vt Suidas refert. Vel potius διμοιρίτης appellatur miles duplaris, a duplici stipendio, quod δίμοιρον duplum sit. Nam & τετραμοιρία pro quadruplici stipendio vsurpatur apud Xenophontem.

LVIII. Tres obolos Aeginæos seu τριώβολον Aeginæum datum fuisse militi, Thucydides *historia 5. testatur*, cum inquit: ἡ πόλις μεταπεμψαμένη διδότω σῖτον, τῷ μὲν ὁπλίτῃ καὶ ψιλῷ καὶ τοξότῃ τρεῖς ὀβολοὺς αἰγιναίους τῆς ἡμέρας ἑκάστης. τῷ δὲ ἱππεῖ δραχμὴν αἰγιναίαν, hoc est: Ciuitas ac cersat, ac det commeatum, militi quidem & grauis & leuis armaturæ, & sagittario, tres obolos Aeginæos in diem: equiti vero drachmam Aeginæam. Quod Eustathius *in 5. lib. Iliados Homericæ* repetit. Idem est apud Xenophont: *lib. 1. & 5. ἑλλην.*

LIX. Caussam vero ex Aristophanis interprete refert, cum inquit: τὸ παλαιὸν οἱ στρατηγοὶ τριώβολον ἐλάμβανον ἀργίας χάριν, hoc est, Antiquitus duces triobolum accipiebant inertiæ gratia.

LX. Τριώβολον ἡμίδραχμον quoq; dici, dictum est ante.

LXI. Trioboli homines figura prouerbiali dicuntur, nequissimi, & nullius plane precii, apud Erasmum *Chiliade 1. 8. 10.* Sic Aristoph: *in Pluto* τριωβόλου ἄξιοι, Triobolo digni.

LXI. Τριωβολιμαῖος dicitur vel triobolo dignus, vel triobolo venalis. Plautus *in Pœnulo*: *Non ego homo trioboli sum.*

LXII. Aesopus a domino suo venditus est tribus obolis, autore Maximo Planude *in eius vita*, vt & ante dictum est.

Τετρώ-

Τετρώβολον.

LXIII. Τετρώβολον νόμισμα, Tetrobolus nummus, a quatuor obolis, quos pendit, valetq; dictus, est drachmæ bes, hoc est, drachmæ duas partes complectitur tertias.

LXIV. Τετρώβολον Atticum quidem duos grossos Misnicos valet. G. Agricola æstimat nummulis Misnicis 23. & duabus tertiis simplicis partibus. Aeginæum vero tres cum triente, seu nummulos Misnicos quadraginta.

LXV. Τετρώβολον erat quoq; stipendium militare apud veteres. Lysander enim Lacedæmonius a iuniore Cyro impetrabat, vt, cum triobolum stipendium ante fuisset, postea quatuor oboli darentur, vt est apud Xenophontem *lib.1.* ἑλληνικῶν, & Plutarchum *in Lysandro.*

LXVI. Apud Pausaniam est βίος τετρωβόλου, pro stipendio militari. Vnde repetit Homeri Scholiastes *in Odysseam.*

LXVII. Τετρωβολίζειν ex Theopompo apud Pollucem adfertur *lib.9.* pro eo quod est tetrobolum accipere, vel tetrobolum stipendium merere.

Ἀλλὰ τοι τις οὐ δαιμον ἱκὸς ἐυ πράττει τετρωβολίζων,
Εἰ νῦν γε διώβολον φέρει ἀνὴρ τρέφειν γυναῖκα.

Hoc est,

Atqui quis non commode felix sit, tetrobolum accipiens:
Si nunc diobolum fert vir, vt enutriat vxorem.

LXVIII. Τετρώβολον erat quoq; merces diurna apud Lucianum *in Timone Misanthropo:* ἐργάζομαι τὴν γῆν ὑπόμισθος ὀβολῶν τεττάρων. h. e. colo terram conductus obolis quatuor.

LXIX. Τετρώβολον & τετρωβολιαῖον dici testatur Suidas, tetrobolo venale, vel venditum.

LXX. Τετρώβολον interpres apud Aristophanem *in Pace* exponit πολυτίμητον, hoc est, preciosum: & addit: οὕτω γὰρ λέγουσι τὸ τετρωβόλου πωλούμενον, hoc est, Sic enim dicunt tetrobolo venditum. Repetit & Suidas, qui sic quoq; habet τεττάρων ὀβολῶν ἐπὶ τῶν πολλῆς τιμῆς ἀξίων, hoc est, Quatuor obolis de iis, quæ multo precio digna, seu æstimanda sunt. Id autem ideo dicitur, quod aurei olim fuerint quatuor obolorum, qua de re infra *lib.5.* Et subditur: τὸν καλὸν τὸν νῦν οἶον τεττάρων ὀβολῶν εἶναι, τὸ τῆς παροιμίας, hoc est,

Dicen-

Dicendi libertatem tuam quatuor obolorum esse putas, vt habet prouerbium.

LXXI. Erasmus vero *Chil. 2. 9. 2.* in prouerbio: Quatuor obolis non æstimo, dicit vsurpari pro eo, quod est vili precio æstimare.

LXXII. Tetroboli typum Iulius Pollux *lib. 9.* fuisse refert, in vna quidem parte nummi effigiem Iouis: in altera vero duas noctuas. De noctuis Lauroticis dictum est ante. Erasmus *in prouerbio: Vlulas Athenas Chil. 1. 2. 11.*

LXXIII. Quatuor obolis sæpe numero suis temporibus medimnum Siculum tritici datum esse, testatur Polybius *lib. 2.* vt Camerarius refert. Facit nostras mensura der Scheffel hic Francofordiæ duos grossos Misnicos: Vide supra *lib. 2. cap. 2. num. 1.*

LXXIV. Noctuam nummum tam ex ære quam argento percussum esse, testatur Aristophanis interpres, cum inquit: καὶ ὅτι οὐκ ἐν ἀργυρίῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν χαλκῷ χαρακτῆρα ... γλαῦκα, hoc est: *Et quoniam non in argento solo, sed etiam in ære insculpunt noctuam.*

LXXV. Est quoq; ab obolo ... apud Suidam, pro mercede iudiciaria.

LXXVI. Obolo nummo græco vtitur Terentius non quidem vt Romano, sed vt peregrino, quippe Attico: cum ex græcis poetis suas fabulas expresserit.

ΠΕΡΙ ΧΑΛΚΟΥ.

CAPVT X.

I.

Χαλκὸς a materia sic dictus, præter generalem acceptionem, qua pro quouis nummo in genere vsurpatur, vt dictum est *lib. 1.* nummulus quoq; erat æreus, oboli pars sexta.

II. Suidas, ὀβολὸς δὲ παρ' Ἀθηναίοις ἓξ ἐστι χαλκῶν, hoc est, obolus vero apud Athenienses sex est æreorum seu æreolorum. Pollux *libro 9:* οἱ ... νομισμάτιον ... λεπτόν, hoc est, Aereoli itaque nummuli erant exigui: & χαλκὸς valet nummulum Misnicum.

III. Vsur-

III. Vſurpatur & *χαλκοῦς* figura prouerbiali pro re viliſſima, minimiq; precii, apud Demoſthenem *in Midian*: cum inquit: *ἀλλ᾽ οὐδὲ χαλκοῦν ἐκτέτικεν οὐδέπω καὶ τήμερον οὐδένα*, hoc eſt, At nondum etiam ne æreolum quidem hodie vllum exoluit.

IV. Græci duos *χαλκοῦς* vocant *δίχαλκον* ſ. *νόμισμα*, qui nummus oboli eſt triens. Eſt nummulus æreus, qui duos nummulos Miſnicos valet. Qua ratione tres chalci ſeu æreoli nummuli faciunt *ἡμιωβόλιον*, qui ſunt tres nummuli Miſnici.

V. Iulius Pollux *lib. 4. cap. 24.* ſic refert ex Ariſtotele: *ἐν δὲ ἱμεραίων πολιτείᾳ φησίν, ὡς οἱ μὲν σικελιῶται τοὺς δύο χαλκοῦς ἑξάντα καλοῦσι. τὸν δὲ ἕνα, οὐγγίαν, τοὺς δὲ τρεῖς τριᾶντα, τοὺς δὲ ἓξ ἡμίλιτρον, τὸν δὲ ὀβολὸν, λίτραν.* hoc eſt, In rep. autem Himeræorum ait, quod Siculi duo æreola ſextantem vocant, vnum vero, vnciam, ſed tres, trientem, ſex vero ſelibram, ſed obolum libram, Duo autem vocabula in Polluce ſunt deprauata & hic & *lib. 9. pag. 485. 486.*

VI. Cleopatra vero octo chalcos obolo tribuit. Sic quoq; eſt apud Pollucem, *libro 9.* *ὁ μέντοι ὀβολὸς, ὀκτὼ χαλκοῦς εἶχε*, hoc eſt, *obolus quidem octo æreolos habebat.* Et Suidas ait: *ὁ γὰρ χαλκοῦς, ὄγδοον τοῦ ὀβολοῦ*, hoc eſt: *Aereolus enim octaua oboli pars eſt.* Hac ratione quatuor chalci *ἡμιωβόλιον* efficiunt. Vnde *τεταρτημόριον* vocant quartam oboli partem *δίχαλκον*, hoc eſt, duos æreolos.

VII. Apud eundem Suidam ſic eſt: *τριτημόριον, τοὺς ἓξ χαλκοῦς εἴρηκε Φιλήμων τοῦ ὀβολοῦ τριτημόριον. θαυμάζω μὲν οὖν ἐγὼ πῶς τεταρτημόριον εἰσὶ δύο χαλκοῖ. τριτημόριον δὲ, ἕξ. εἰ μὴ ἄρα ἐκεῖνο μὲν κυρίως ὀνομάσθη τέταρτον μέρος τοῦ ὀβολοῦ. τὸ δὲ τριτημόριον, ὡς ἀπὸ δ᾽ μερῶν ὄντων, ἀνὰ δύο χαλκοὺς, τρία ἔχον μέρη, ς χαλκοὺς συνάγει*, hoc eſt: *Tritemorium: ſex æreolos dixit Philemon oboli tritemorium. Ac miror quidem, quomodo tetartemorium ſint duo æreoli: tritemorium vero, ſex: niſi ſane illud quidem proprie nominata ſit quarta pars oboli; tritemorium vero, vt a quatuor partibus, quorum partes ſingulæ binorum æreolorum tres partes habeant, ſex æreolos colligat*, hæc Suidas. Vide & Pollucem *libro 9.* & Heſychium.

VIII. Plinius autem, *libro 21. cap. vltimo*, obolo decem chalcos tribuit, quod Budæus *libro 5. de Aſſe* improbat. De Æginæo tamen chalco intelligi poteſt: vt, quemadmodum drachma Æginæa quidem obolos denos Atticos, Attica vero ſenos habet: ita

quoq; obolus Aeginæus denos chalcos, æreolos, contineat: quemadmodum obolus Atticus ſenos chalcos valet.

IX. Πέλανορ τὸ τετράχαλκον λάκωνες, eſt apud Heſychium, hoc eſt, Pelanor quatuor æreolorum Lacones vocant.

X. A chalco eſt & πεντέχαλκον, apud Pollucem *lib. 5.* quod ſi de Attico intelligis, quinos nummulos Miſnicos valebit, ſin de Aeginæo, denos.

XI. A chalco nummulo meretrix chalciditis appellatur, vt ex Ioſepho Suidas refert: quippe a mercedis meretriceæ vilitate.

XII. χαλκὸς ſeptem λεπτὰ, hoc eſt, minuta continet, Suidas: quæ ab aliis appellantur minutiæ.

XIII. Chalci nota fuit olim hæc χ.

XIV. De chalco ſupra in nummorum appellationibus plura dicta ſunt, *libro primo.*

ΠΕΡΙ ΛΕΠΤΟΥ.

CAPVT VI.

I.

Λεπτὸν ſ. νόμισμα, hoc eſt, minutus nummus, alii minutum, Seneca minutiam vocat, chalci ſeptima pars eſt. χαλκὸς enim ſeptem λεπτὰ continet. Suidas χαλκοῦς λεπτῶν ζ, hoc eſt, Aereolus minutorum ſeptem eſt. λεπτὸν poſtea manet indiuiſum. Eſt autem nummuli Miſnici pars ſeptima.

II. Heſychius λεπτὸν κοδράντην interpretatur, ex Marco Euangeliſta, ni fallor, & Talenti partem ſexies milleſimam facit. *Marci 12.* δύο λεπτὰ κοδράντης exponitur: quod, qua ratione fiat, non video, cum alioqui quadrans aſſis ſeu æris quarta, denarii ſeu drachmæ, nummi argentei, quadrageſima pars ſit.

III. *Lucæ 12.* eſt: λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως οὗ καὶ τὸ ἔσχατον λεπτὸν ἀποδῷς. hoc eſt, Dico tibi, non exibis inde, quouſq; extremum minutum reddideris.

IV. Δίχαλκον oboli τεταρτημόριον, iuxta ſententiam Cleopatræ, Pollucis, & Suidæ, hoc eſt, quadrans quoq; dici poſſet.

V. Quod

V. Quod apud Lucam Euangelistam est *capite 21.* viduam pauperculam duo λεπτὰ in gazophylacion coniecisse, id D. Chrysostomus duos obolos interpretatur, *Marci 12:* quam recte, ipse viderit, cum nullius probati autoris vetusti testimonio probari possit.

VI. Hesychius, *in voce* ἀσσάριον, sic habet, τὰ δὲ δύο λεπτὰ κοδράντης εἷς, ἤγουν νουμμία γ', hoc est: Duo vero minuta, quadrans vnus, videlicet nummia tria. Et ante dicit: ἀσσάριον & λεπτὸν vnum sunt.

VII. Porro in ære olim tam minuti nummuli facile cudi potuerunt: quod, cum propter rerum precia vsum non habeat, hodię non est vsitatum.

ΠΕΡΙ ΣΤΑΤΗΡΟΣ.

Capvt VII.

I.

Στατὴρ, Stater varie apud græcos accipitur. Primum enim pro λίτρα, libra, vsurpatur apud Pollucem *libro 4.* cum inquit: στατῆρα δὲ οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ τὴν λίτραν λέγουσι, hoc est: *Staterem autem Comici poetæ libram dicunt.* Idem *libro 9.* ait: καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἱσταμένοις τὴν μνᾶν τῆς ῥοπῆς στατῆρα ὀνομάζουσι. hoc est: *Etenim in iis, quæ appenduntur, minam momenti staterem nominant.*

II. Deinde στατὴρ est quoq; νόμισμα, nummus, testibus Suida, Polluce, Homeri interprete, & aliis.

III. Deriuatur στατὴρ, stater, verbo ἱστάναι, quod præter alia significat appendere, ponderare, librare: quemadmodum siclus, nummus Hebræus, a sakal, quod itidem pendero, & libro significat, deducitur.

IV. Et dicitur vterq; nummus, & siclus & stater, ratione etymologiæ, quasi dicas librator: propterea quod antiquitus nummi appenderentur, &, vt de valore & precio certo constaret, legitimo, iustoq; pondere cuderentur.

V. Stater ratione materiæ seu substantiæ, vndę cuditur, alius est aureus, alius argenteus.

VI. De aureo ſtatere ſic habet Iulius Pollux *lib.9.* καὶ μὴν χρυσοῦς εἴποις, προσακούεται ὁ στατήρ, εἰ δὲ στατῆρα εἴποις, οὐ πάντως ὁ χρυσοῦς, h.e. *Siquidem aureum dixeris, præterea intelligitur ſtater : ſin vero ſtaterem dixeris, non omnino aureus.* Et Heſychius ait : ἐλέγετο δὲ καὶ τὸ χρυσίον στατήρ, hoc eſt : Dicebatur & aureus ſtater.

VII. Eodem modo Suidas, addito etiam teſtimonio, id ipſum confirmat, cum inquit στατὴρ τὸ ἐκ χρυσοῦ νόμισμα. τῶν βαλαντίων ἡ συνωνεὶς τὸ μὲν εἶχεν ὀβολοὺς ἐκ χαλκοῦ, τὸ δὲ στατῆρας χρυσίου, τῶν εὐμήλου ἵππων πολὺ μᾶλλον ἀλλήλοις ἐοικότας, hoc eſt : *Stater ex auro nummus. Crumenarum vna quidem habebat obolos ex ære : altera vero ſtateres aureos, Eumeli equis multo inter ſe ſimiliores,* De hoc aureo ſtatere dicam inferius in aureis nummis plura.

VIII. Ἀργυροῦς ὁ στατήρ, ἦσαν δὲ ὀβολοί, eſt apud Heſychium, hoc eſt, Argentum ſtater. Erant autem oboli.

IX. Deinde ratione nationis, gentis, vel etiam populi, Stater eſt aut græcus, aut externus : Græcus, vt Corinthius, Macedonicus, &c. Externus, vt Perſicus, Iudaicus ſeu Hebraicus, Phocaites apud Pollucem *lib.9.*

X. Ad hæc ab efficiente cauſſa, ſeu ab autoribus, quorum iuſſu & mandato percuſſi ſunt, ſtateres vocantur Crœſei, Philippei, Alexandrei, Darici, &c. Daricos & argenteos & aureos fuiſſe, Plutarchus *in Cimone* diſerte teſtatur.

XI. Iam ratione ponderis ſtateres variant. Nam aurei quidem ſtateres fere didrachmi erant, ſæpe etiam tetradrachmi : argentei vero tetradrachmi, quatuor drachmarum.

XII. Stanislaus Grſepſius Polonus teſtatur ſe vidiſſe ſtateres argenteos Lyſimachi, tetradrachmos minus obolo. Extant paſſim apud multos huiuſmodi ſtateres : quorum aliquot mihi ſunt viſi, vt Philippi Patris & Alexandri regum Macedonum.

XIII. Epiphanius : ἡ δὲ λίτρα δέκα δύο οὐγγίαι ὑπάρχει. ἡ δὲ οὐγγία ἔχει στατῆρας δύο. ὁ δὲ στατὴρ ἥμισυ μὲν ἐστὶ οὐγγίας, ἔχει δὲ δίδραχμα δύο, hoc eſt : *Libra autem duodecim vnciæ : vncia vero habet ſtateres duos : Sed ſtater dimidium quidem eſt vnciæ, habet vero didrachma.*

XIV. Et Cleopatra ſtaterem quatuor drachmarum eſſe teſtatur, cum inquit ; ὁ στατὴρ ἄγει ⋖ δ΄. καλοῦσι δὲ αὐτὸν τετράδραχμον,

χμον, καὶ τὸ διπόνδιον δὲ ὁμοίως ἄγει < δ', hoc eſt: *Stater agit drachmas quatuor: vocant autem eum tetradrachmum: & dipondium ſimiliter agit drachmas quatuor.*

XV. Apud Heſychium eſt: παλλάδος πρόσωπον στατήρ, hoc eſt, *Palladis effigies ſtater, de quo cap: ſequente* idem στατὴρ τετράδραχμον, ἤγουν ἥμισυ οὐγγίας, hoc eſt, *Stater tetradrachmum: quippe dimidium vnciæ* & mox: στατὴρ τετράδραχμος, fortaſſis textus eſt deprauatus, vt legendum ſit τετράδραχμος.

XVI. Apud eundem quoque eſt: γλαῦξ νόμισμα ἀθήνησι τετράδραχμον: & mox: γλαῦξ δὲ τὸ ἐπιχάραγμα τοῦ στατῆρος, hoc eſt, *Noctua nummus Athenis tetradrachmus. Noctua vero inſculpta nota Stateris.* Vide Capite ſequenti κόρη.

XVII. Apud Suidam eſt στατὴρ τετράγωνον νόμισμα ſtater quadrangulus nummus: Sed pro τετράγωνον legendum eſſe arbitror τετράδραχμον.

XVIII. Apud Iſidorum quoq; eſt *lib.16. cap.24. Etymolog.* Stater medietas vnciæ eſt, appendens aureos tres: vnde & vocatur ſtater quod tribus ſolidis ſtet.

XIX. Africanus ſic quoq; habet: *Mina Attica ſtateres quinq; & viginti habet: libra vero Italica ſtateres quatuor & viginti.* Eſt itaq; mina Attica maior libra Ro: parte viceſima quinta. Mina Attica intelligitur centenaria, ſtateres tetradrachmi, vt ſit centum drachmarum. Libra Romanorum eſt drachmarum 96. Ex loco a toto & partibus eſt ſtater & ἡμιστατήρ, Heſychius enim ἡμιχα ἡμιστατῆρα interpretatur.

XX. Stater quoq; olim multiplicabatur. Eſt enim apud Ariſtopha: *in Eccleſiazuſis* τετραστάτηρος, cum inquit ibidem Euæon:

Ὁρᾶτε μέν με δεόμενον σωτηρίας.
Τετραστατήρου καὐτόν.

Hoc eſt:

Videtis quidem me opus habere ſalute
Quatuor ſtaterum & ipſum.

Repetit Suidas. Pollux *ex Ariſtophanis Ranis* adfert σωτηρίας τετραστατήρους: & ἀμφίβολον dicit eſſe, ſiue ῥοπὰς momentum, ſiue numerum dicat.

XXI. Hesychius τετραςάτηρον interpretatur τὴν τετράμνουν. Sed ibi corrupte scribitur τερεςάτηρον. Eodem modo est apud Pollucem *lib. 9.* πεντας άτηρον πεντάμνουν.

XXII. Item τετραςατὴρ καὶ τετραςατήεια, ἡμιςατήρων χρυσᾶ νομίσματα, hoc est, Tetrastater & tetrastateria, semistaterum aurei nummi.

XXIII. Δεκαςάτηρος est a stipendio decem staterum apud Arrhianum *libro 7. de Rebus gestis Alexandri M.*

XXIV. *Matthei 17.* extat historia, accessisse eos, qui δίδραχμα exigebant, ad Petrum & sciscitatos, an Magister ipsorum, Iesus, didrachma penderet: Eum vero ad Petrum dixisse: πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν, βάλε ἄγκιςρον, καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον. καὶ ἀνοίξας τὸ ςόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις ςατῆρα, ἐκεῖνον λαβὼν δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ, hoc est: *Profectus ad mare mitte hamum, & egressum primum piscem tolle: & ubi aperueris os eius, invenies staterem, illum acceptum da eis pro me & te.* Hic intelligo staterem nummum argenteum tetradrachmum, qui duo didrachma continet, quem pro duobus, pro se & Petro dare iubet iis, qui τὰ δίδραχμα colligebant, exigebantq́;.

XXV. Ioachimus vero Camerarius staterem aureum didrachmum hic intelligit: quod Iesus Christus, eius beneficii autor, aliquid superesse, & plus dare, quam petebatur, voluerit.

XXVI. Stater didrachmus argenteus grossos Misnicos senos, solidos Lubecenses & Lunæburgenses simplos quidem octo, duplos vero quatuor. Tetradrachmus vero duodenos, hoc est, Ioachimici Vallensis semissem valet: qui faciunt solidos Lubecenses & Lunæburgenses simplos quidem sedecim, duplos vero octo.

XXVII. De Corinthio statere est apud Pollucem *libro 4. c. 24.* τὸν δὲ ὀβολὸν λίτραν καλοῦσι, τὸν δὲ κορίνθιον ςατῆρα, δεκάλιτρον. ὅτι δέκα ὀβολοὺς δύναται. hoc est: *Obolum autem libram vocant: Corinthium vero staterem decem librarum: quoniam decem obolos valet.*

XXVIII. Si obolus hic Atticus intelligitur, stater Corinthius decalitrus valet grossos Misnicos quinos. Sin vero obolus Aeginæus accipiendus sit (nam λίτραν ὀβολὸν αἰγιναῖον Pollux *libro 4.* & Suidas interpretantur) stater Corinthius valebit grossos Misnicos octonos cum eius triente hoc est, nummulos Misnicos centenos.

XXIX. Stater Phocaites est apud Pollucem *libro IX: de pondere*, vnde de precio constaret, nihil additur.

DE ALIIS QVIBVSDAM NVMMIS GRAECIS,

CAPUT VIII.

Κόρη, παρθένος.

I.

Κόρη, filia seu puella, nummus fuit Athenis argenteus, a Palladis, filiæ Iouis, imagine impressa, sic dictus apud Hyperidem.

II. Euripides *in Scyrone*, vt Iulius Pollux *libro 9.* refert, παρθένον appellat, itidem a typo impresso.

III. Eupolis in Anchise παλλάδος πῶλον, hoc est, Palladis pullum vocat. Erat enim hic nummus in vna quidem parte Palladis, perpetuo virginis, in altera vero Iouis effigie insignitus. Sic habet Hesychius: παλλάδος πρόσωπον στατήρ. ἐπὶ μὲν ἑνὸς μέρους ἀθηνᾶς πρόσωπον, ἐπὶ δὲ θατέρου τὴν γλαῦκα, hoc est, *Palladis effigies stater: in vna quidem parte Mineruæ effigiem, in altera vero noctuam s. praeferens.*

IV. Tetradrachmum hunc nummum fuisse testatur Iulius Pollux 9. Valet ergo nummum argenteum semuncialem, seu duodenos grossos Misnicos.

II. Χελώνη.

I. Χελώνη, a testudinis insculptæ imagine dictus, nummus erat Peloponnesiacus argenteus. Alii ab Aeginetis percussum esse affirmant. Vnde prouerbium natum esse, refert Iulius Pollux *libro 9.* quod Erasmus repetit & explicat *Chil. 2. 4. 87.* τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικᾶντι χελῶναι, hoc est, *virtutem & sapientiam vincunt testudines: quo significatur: pecuniam vbiq; & semper plus posse; pluris q; vulgo haberi, quam virtutem & sapientiam ac eruditionem.*

II. Eupolis Comicus ὀβολὸν vocat καλλιχέλωνον, hoc est, pulchra testudine insignem: vnde fortasse de pondere & valore coniectura

ctura peteretur, quod valeret idem quod obolus: alioqui nihil ab autoribus traditur.

III. Apud Hesychium est: καλλιχέλωνος, ὁ ὀβολὸς εἶχε γὰρ τὸ νόμισμα χελώνην ἐπικεχαραγμένην, hoc est, *Collichelonus est obolus. Habebat enim nummus testudinem insculptam.*

III. χελιδών.

Suidas χελιδόνα scribit esse νόμισμα ἀργυροῦν πελοποννησιακὸν, hoc est, *Hirundinem esse nummum argenteum Peloponnesiacum.* Sic fortassis dicitur a typo & effigie hirundinis impressa. Sed vide, sit ne textus deprauatus, vt pro χελιδὼν reponendum sit χελώνη, vt idem sit nummus cum superiore.

IV. Πῶλος.

Καὶ πῶλος δὲ, τὸ νόμισμα τὸ κορίνθιον, ὅτι πήγασον εἶχεν ἐντετυπωμένον, vt Iulius Pollux *libro 9.* ait, hoc est; *Et Pullus vero nummus Corinthius: quoniam Pegasum habebat insculptum.* Et distinguit idem a Pullo Palladis. Ponderis, vnde coniectura fieret de precio & valore, non facit mentionem.

V. Σύμβολον.

I. Σύμβολον apud Pollucem *libro 9.* βραχὺ νομισμάτιον, ἡμίτομόν τι νομίσματος, hoc est: *Symbolum exiguus nummulus est, dimidium quiddam nummi.* Archippus:

Ἀνδρῶν ἄριστος, καὶ μάλιστ' ἐμοὶ ξένος,
Ἀλλὰ παρ' ἐμοὶ γ' ὢν εἶχεν οὐδὲ σύμβολον,

Hoc est:

Virorum optimus, & maxime mihi hospes:
Sed, apud me cum esset, ne symbolum quidem habebat.

Vnde apud Terentium quoq; est:

Symbolum dedit.

II. A symbolo nummo est apud Athenæum *libro 9.* δεῖπνον ἀσύμβολον, hoc est, cæna ad quam symbolum non confertur. Idem est apud Eustathium.

III. Qui nihil conferunt ἀσύμβολοι vsitate vocantur, apud A. Gellium *libro 6. cap. 13.* cum inquit: *Ne omnino immunes & asymboli veni-*

venirem us, coniectabamus non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum.

IV. Ponderis, vnde valor conijceretur, non fit mentio.

VI. Λεπτίς.

Λεπτίς ab exilitate nomen inuenit: traditur esse nummulus argenteus, ceratium cum dimidio pendens, vt refert L. Cælius *libro 10. capite 2.* Qua ratione valeret duos nummulos, cum obolus, cuius κεράτιον tertia pars est, senos nummulos valeat.

VII. Ευθεῖα.

Ευθεῖα Iulio Polluci *libro 9.* est nummus, qui idem valet, quod ἡμίδραχμον seu τριώβολον. Nummi argentei semuncialis octaua pars est, & valet sesqui grossum Misnicum seu nummulos octodecim Misnicos: si de nummo Attico accipis.

VIII. Κίδαβος.

Κίδαβος est nummus Euthiæ pars octaua, quod Euthia octo Cidabos valeat teste Polluce *lib. 9.* Valeat itaq; duos nummulos Misnicos cum quadrante.

IX. Κραπάταλλος.

I. Κραπάταλλος nummus erat argenteus, octo Euthias continens; de quo sic ait Iulius Pollux *libro 9:* ὄνομα δέ τι νομίσματος καὶ κραπατάλλους, εἴτε παίζων εἴτε σπουδάζων Φερεκράτης ὠνόμασεν, ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι. λέγει δὲ τὸ μὲν κραπάταλλον ἐνάδρου δραχμήν. ἔχει δὲ αὐτὸς ὀκτὼ εὐθείας, Hoc est: *Nomen nummi & Crapatallos, siue ludens, siue serio agens Pherecrates nominauit, in eiusdem nominis fabula. Dicit autem Crapatallum quidem esse enadri drachmam: Continet vero idem octo Euthias.*

II. Textus est hic deprauatus: quid enim ἐνάδρου sit, Incertum est: nisi fortassis pro ἐνάδρου δραχμὴν legendum sit τετράδραχμον. Quod octo Euthiæ octo τριώβολα, & octo ἡμίδραχμα, & quatuor drachmas faciant.

III. Valeret ergo hac ratione Crapatallus grossum argenteum semuncialem, seu duodenos grossos Misnicos.

IV. Meminit & Hesychius hoc modo: κραπάταλλος παρὰ

 ποιηταῖς

πολλοῖς ὁ μωρὸς, ἢ νόμισμα,, hoc eſt: *Crapatallus apud multos ſtultus, aut nummus eſt.*

X. Τροιζήνιον.

Trœzeniis erat nummus, in vna quidem parte effigie Palladis Mineruæ, teſte Pauſania *in Corinthiacis:* in altera vero forma tridentis inſignitus, vt Theſea Neptuni filium teſtaretur. Sic enim Plutarchus ait *in Theſeo:* καὶ τρίαιναν ἐπίσημον ἔχουσι τοῦ νομίσματος, hoc eſt: *Et tridentem habent nummi inſigne.* De pondere, vnde valor conijceretur, nihil additur.

XI. Κόλλυβος.

I. Κόλλυβος εἶδος νομίσματος, καὶ ὁ ἐν τῷ χαλκῷ κεχαραγμένος βοῦς, vt ait Heſychius: hoc eſt: *Collybus ſpecies nummi eſt: & in ære inſculptus bos.*

II. Κόλλυβος etiam eſt apud Pollucem *libro 3. & 7.* ἀργυρίου ἀλλαγὴ, argenti commutatio. Inde κολλυβιστὴς dicitur τραπεζίτης nummularius, qui pecuniam aliis nummis commutat, *Iohan. 2. Marc. 11.*

III. Κολλύβου nummi meminit Ariſtophanes in Pace, Pacis reſtitutæ commoda commemorans, cum inquit:

ὡς πρότου
οὐδεὶς ἐπρίατ' ἂν δρέπανον οὐδὲ κολλύβου,
Νυνὶ δὲ πεντήκοντα δραχμῶν ἐμπολῶ,

Hoc eſt,

Quoniam antehac
Nemo emiſſet falcem ne collybo quidem:
Nunc vero quinquaginta drachmis vendo.

IV. Ariſtophanis interpres addit: οὐδὲ κολλύβου. εἶδος εὐτελοῦς νομίσματος. ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ ὀβολοῦ, h. e. Species eſt vilis nummi, pro (Senſen-Schmidt) falcem ſe vendere dicit quinquaginta drachmis: facit noſtratis nummi Ioachimicos vnciales ſex cum quadrante, Coronatos quinq;.

V. Ab hoc nummo eſt τρικόλλυβον νομισμάτιόν τι, hoc eſt, Tricollybum nummulus quidam, apud Heſychium.

VI. Est quoq; apud Theophilactum in *2.cap.Iohan.* κόλλυβος apud Græcos minutum nomisma est, quod Romani nummum vocant. Sic valeret 9.nummulos Misnicos.

XII. Κόλλυβον.

Pollux *libro 9.* εἴη δ' ἂν καὶ κόλλυβον, λεπτόν τι νομισμάτιον, ἔλεγον δέ τι καὶ τρικόλλυβον οἱ ποιηταὶ σμικρὸν νόμισμα. hoc est: esset autem & collynum exiguus quidam nummulus. Dixerunt autem poetæ & tricollynum quendam paruum nummum. Ponderis & precii nulla sit mentio. Quidam arbitrantur κόλλυβον: esse deprauatum pro κόλλυβον: idq; verisimile videtur, vt vna litera pro alia sit substituta.

XIII. Κολύμβων.

Κολύμβων εἶδος νομίσματος, hoc est, Colymbon species nummi est, apud Suidam, & κόλυμβος.

XIV. Κέρμα.

I. Κέρμα a verbo κείρω, quod significat, tundo, scindo, cudo, in minuta frango, in frusta concido, dicitur, & est nummulus minutulus, ad nummos maiores commutandos idoneus.

II. Hesychius κέρματα χρήματα, id est, cermata pecunias interpretatur.

III. Aristoph. *in Pluto* τὸ στόμα ἐπιβύσας κέρμασι τῶν ῥητόρων, hoc est: Cum os obturasset oratorum nummulis.

IV. Suidas κέρματα interpretatur τὰ λεπτότατα [νομίσματα], hoc est, minutissimos nummos.

V. His nummulis Collybistæ, id est, nummularii (die Wechseler) vti solebant, vt etiam ex Euangelista Iohanne, *capite 2.* satis constat, cum inquit: καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα, hoc est: Et nummulariorum effundebat nummulos.

VI. A κέρμα est vox diminutiua, κερμάτιον, in Amphidis Ampelurgo, μικρόν τι κερμάτιον, hoc est: *Exiguus quidam nummulus.*

VII. Inde quoq; deriuatur verbum κερματίζειν, quod est apud nummularios, exiguis nummis alios commutare καταλλάττειν, vt est apud Pollucem *libro 7.*

VIII. Ex Aristophane adfertur : οὐδ᾽ ἀργύριόν τι ἐς κεκερματισμένον, hoc est, *Ne argenti quidem quicquam est commutatum, quippe nummulis minutioribus.*

IX. Ab hoc verbo est nomen verbale *Iohannis 2.* cum inquit : καὶ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ τοὺς πωλοῦντας βόας καὶ πρόβατα καὶ περιστερὰς, καὶ τοὺς κερματιστὰς καθημένους, hoc est : Et inuenit in templo vendentes boues,& oues,& columbas & nummularios sedentes.

X. Iidem vocantur *Matth. 25.* trapezitæ, a mensa, ad quam nummularii in foro sedere solent.

XI. Pro eodem vsurpatur & verbum compositum, καταкερματίζειν. Apud Suidam est,ex quo autore, non additur : ἐξήγαγεν ἐκ τῆς ζώνης τοὺς χρυσοῦς δαρεικοὺς, κατακερματίσαι θέλων, καὶ διαλύσασθαι τῷ πανδοκεῖ, h. e. Deprompsit e zona aureos Daricos commutare volens,& persoluere hospiti. Vtitur & Plato hoc verbo καλανεκερματίσθαι, sed de oratione,quod eam concisam, & in partes distributam esse,indicat : apud Aristophanem est & διακερματίζειν.

XII. Κερματίζειν & in minuta concidere,atq; nummos, præsertim minutos,cudere,significare tradunt.

XIII. Α κέρμα & ἀκερμίαν, τὸ μὴ ἔχειν κέρμα ὠνόμασεν Ἀριστοφάνης, hoc est, non habere nummos, nominauit Aristophanes, vt refert *libro 9.* Pollux.

XV. Φόλλις.

I. Φόλλις ἀρσενικῶς, Φόλλεως, ὁ ὀβολὸς, πληθυντικῶς τοὺς Φόλλεις, Suidas, hoc est, *Phollis in masculino genere, Pholleos, obolus, pluraliter pholles..*

II. Idem in voce κέρματα, ὀβολοὺς, οὓς φόλεις καλοῦσιν : Obolos quos pholes vocant.

III. Hesychius *in voce* κοδράντης sic ait : κοδράντης τὸ πᾶν, ἢ τὸ τέταρτον τῆς Φόλεως, hoc est, *Quadrans est totum, aut quarta pars Pholeos.* Consule And. Alciatum.

IV. Centum folles æris,habet Aelius Lamprid. *in Heliogabalo fol. 112.*

XVI. Δημαρέτιον.

I. Δημαρέτιον νόμισμα, ἡ Δημαρέτη Γέλωνος οὖσα γυνὴ, κατὰ τὸν πρὸς Λίβυας πόλεμον, ἀποροῦντος αὐτοῦ, τὸν κόσμον αἰτησαμένη παρὰ τῶν γυναι-

γυναικῶν, συγχωρούσαις νόμισμα ἔκοψαλο, Pollux *libro 9.* hoc est, *Demaretius nummus, Demareta, Gelonis uxor, cum is in bello, quod contra Libyas gerebat, pecunia destitueretur, mundum a fœminis petiit, ac tradidit, & nummum percussit.*

II. Ponderis, vnde de valore statueretur, nulla mentio fit.

III. Hesychius quoq; ait : Δημαρέτιον νόμισμα ἐν σικελίᾳ ὑπὸ γέλωνος κοπὲν ἐπιδούσης αὐτῷ δημαρέτης τῆς γυναικὸς εἰς αὐτὸ τὸν κόσμον, hoc est, *Demaretius nummus in Sicilia, a Gelone percussus, largita ei Demareta vxore in id mundum s. muliebrem.*

XVII. Λίτρα.

I. Et λίτραν nummum faciunt. Sic enim apud Pollucem est, *libro 9* : καὶ μὴν ἐν ἀκραγαντίνων πολιτείᾳ φησὶν ἀριστοτέλης, ζημιοῦσθαί τινα τριάκοντα λίτραις. δύνασθαι δὲ τὴν λίτραν ὀβολὸν αἰγιναῖον, hoc est, *Atqui in Agrigentinorum republica ait Aristoteles, multatum esse quendam triginta litris seu libris : valere vero libram obolum Aeginaeum.* Vide supra περὶ χαλκοῦ.

II. Apud eundem est *libro 4. c. 24* : καὶ μὴν οἵ γε δωριεῖς ποιηταὶ, τὴν λίτραν ποτὲ μὴν νομισμάτι λεπτὸν λέγουσιν, οἷον ὅταν σώφρων ἐν τοῖς γυναικείοις μίμοις λέγῃ, ὁ μισθὸς δεκάλιτρον, hoc est, *Atqui Dorici Poetæ libram aliquando quidem nummum quendam minutum dicunt : vt, cum Sophron in muliebribus Mimis dicat : merces decem libræ.*

III. A λίτρα dicti sunt λιτροσκόποι apud Siculos ἀργυραμοιβοὶ, quod sint λιτρῶν nummorum inspectores, æstimatores, censores, & commutatores, teste Hesychio.

IV. Idem λίτραν a Romanis per ϛ λίβραν dici, & ὀβολὸν significare, scribit. Valet 10. nummulos Misnicos.

XVIII. Οὐγγία.

I. Sic est apud Pollucem *lib. 9. de nummis* loquentem : καὶ ἄλλα εὕροις σικελῶν ὀνόματα. οἷον οὐγγίαν, ὅπερ δύναται χαλκοῦν ἕνα, καὶ ἑξᾶντα, ὅπερ ἐστὶ δύο χαλκοῖ, καὶ τετρᾶντα, ὅπερ ἐστὶ τρεῖς, καὶ ἡμίλιτρον, ὅπερ ἕξ, καὶ λίτραν, ἣν εἶναι ὀβολόν. τὸ μὴν τοι δεκάλιτρον, δύνασθαι μὴν δέκα ὀβολοὺς, εἶναι δὲ στατῆρα κορίνθιον. Hoc est: *Et alia inueniat* (quis apud Aristotelem in Himeræorum Republica) *Siculorum nomina, vt vnciam, quæ valet æreolum vnum : & sextantem, qui est duo æreoli : & quadrantem, qui est tres : & selibra, quæ sex, & libram,*

quam esse obolum. Decalitrum sane, valere quidem decem obolos, esse verostaterem Corinthium.

II. Hæc Pollux, quæ idem *libro 4. capite 24.* fere eodem modo repetit, nisi quod verba vtrobiq; sint valde deprauata. Sic enim ait: ἐν δὲ ἱμεραίων πολιτείᾳ ἀριστοτέλης φησὶν, ὡς οἱ μὲν σικελιῶται τοὺς δύο χαλκους, ἑξᾶντα καλοῦσι. τὸν δὲ ἕνα οὐγγίαν; τοὺς δὲ τρεῖς, τέτραντα, τοὺς δὲ ἓξ ἡμίλιτρον, τὸν δὲ ὀβολὸν λίτραν, τὸν δὲ κορίνθιον στατῆρα, δεκάλιτρον, ὅτι δέκα ὀβολοὺς δύναται. hoc est: *In Himeræorum autem politia Aristoteles inquit: quod Siculi quidem duos æreolos sextantem vocant: vnum vero, vnciam, tres, quadrantem: sex, selibram: obolum libram: Corinthium staterem, decem libras: quoniam decem libras valet.*

III. Hæc vocabula a Romanæ libræ partibus Siculi sunt mutuati, sed valde sunt deprauata in Polluce.

IV. Obolus Aeginæus, δεκάλιτρον, valet denos nummulos Misnicos: selibra, ἡμίλιτρον, senos: quadrans, ternos: sextans, binos: vncia, vnum: Siquidem æreolus nummulo Misnico æquipollet.

V. Ab vncia idem Pollux *libro 9.* habet: ἑξούγγιον, καὶ πεντεύγγιον, hoc est, sex vncias, & quinq; vncias. Perperam autem legitur in Polluce ἑξάγγιον, πεντάγγιον, vt arbitror.

XIX. Κοδράντης.

I. Apud Hesychium est, κοδράντης τὸ πᾶν, ἢ τὸ τέταρτον τῆς φόλεως, ἢ λεπτόν. ὁ δὲ κοδράντης νομίσματα τρία. ὁ δὲ ἔσχατος κοδράντης τὸ τέταρτον τῆς φόλεως. & paulo post: κοδράντης τὸ πᾶν, ἢ λεπτὰ δύο hoc est: *Quadrans totum est: aut quarta pars Pholeos, aut minutum: Quadrans vero nummi tres: Extremus autem quadrans quarta pars pholeos est.* Ibidem additur λεπτὸν, ὅ ἐστι νόμισμα ἓν, ἢ κόκκοι τρεῖς, hoc est: Minutum, qui est nummus vnus, aut grana tria.

II. Phollem e Suida dixi esse obolum, cuius, si Atticum intelligis, quarta pars facit æreolum cum eius semisse, hoc est, nummulum Misnicum cum eius semisse.

III. Est apud eundem Hesychium in voce ἀσσάριον, τὰ δὲ δύο λεπτα, κουαδράντης εἷς, ἤγουν νουμμία γ', hoc est, Duo autem minuta, quadrans vnus, quippe nummia tria.

XX. Γρῦ.

I. Γρῦ εἶδος μικροῦ νομίσματος, hoc eſt, Gry ſpecies exigui nummi eſt. Huc fortaſſis pertinet & prouerbium, quod eſt. οὐδὲ γρῦ, hoc eſt, Ne gry quidem, accommodari poteſt, de re exigua, & vbiuis obuia. Quod Eraſmus annotauit *Chiliade.1.8.3.* Quidam deriuari arbitrantur a voce hebræa gerah, de qua infra libro quarto.

XXI. ἀσσάριον.

I. Ασσάρια ὀβολοὶ, Suidas, hoc eſt: *Aſſes ſunt oboli.* Plutarchus vero in *Camillo, & Dionyſ.* Halicarn. *lib.9.* pro æreo aſſe, ſiue pro ære graui vſurpat, vt dictum eſt libro ſuperiore.

II. Volunt autem nonnulli ἀσσάριον præterea eſſe partem dimidiam aſſis, non illius libralis veteris, ſed ſemuncialis, quem Plinius *libro 33. c.3. lege.* Papyriana percuſſum eſſe teſtatur: vt tantum fuerit vnciæ quadrans, vt Theodorus Beza in *10. caput Matthæi* ex Georgio Agricola refert.

III. Heſychius ἀσσάριον & λεπτὸν idem eſſe dicit.

IV. A Varrone *lib.1. Analogiæ* ἀσσάριον dicitur aſſarius. Sic enim ait: *Et non equum publicum mille aſſarium* (dici debet) *ſed mille aſſariorum. Ab vno enim aſſario multi aſſarii, ab hoc aſſariorum.* Hæc Varro. Et loquitur de nummo. Qua de re plura de Ponderibus.

XXII. Πέλανορ.

Πέλανορ τὸ τετράχαλκον, λάκωνες, Heſychius, hoc eſt, Pelanor tetrachalcus nummus a Laconibus ſic dictus, quod quatuor æreolos nummulos valeret.

XXIII. Ὀδολκαί.

ὀδολκαὶ, ὀβολοὶ, κρῆτες Heſychius, hoc eſt, Odolcæ ſunt oboli, Cretenſes. Si de Atticis obolis accipis, valent odolcæ ſenos nummulos Miſnicos. Nummos apud Cretenſes fuiſſe teſtatur Heſychius.

XXIV. Νουμία.

Νουμία, vel νουμμία interpretantur obolos, vt eſt apud Heſychium: de quibus dictum eſt in nummis Romanis.

XXV. Μίλιοσα.

Μίλιοσα, ὀβολὸς, ὅς ἐςι μέρ☉ δραχμῆς, Hesychius, hoc est, Melissa obolus, qui est pars drachmæ.

DE

MINA ATTICA ARGENTI.

CAPVT IX.

I.

Μνᾶ, & Ionicos μνέα, quæ latine dicitur mina, græcis & ponderis & rei nummariæ nomen est, vt Iulius Pollux *lib. 9.* his verbis testatur: ἦν δὲ καὶ μνᾶ σαθμοῦ τι καὶ νομίσματ☉ ὄνομα, hoc est, Erat autem & mina tum ponderis tum nummi nomen.

II. Apud Suidam & Pollucem est: ἡ μνᾶ δὲ ἐςι τὸ μέγιςον τῶν τοῦ ταλάντου μέρων, hoc est, Mina vero est maxima talenti pars.

III. Mina Athenis ratione temporis fuit duplex; vna vetus, altera noua.

IV. Ac vetus quidem drachmarum erat LXXV. de qua Priscianus loquitur: hanc Solon ita auxit, vt centum drachmarum esset. Est inter has duas proportio ἐπίτριτ☉, hoc est, supertertia 100. ad 75: vel 4. ad 3.

V. Plutarchus in Solone hac de re sic loquitur. ἕκατον γὰρ ἐποίησε δραχμῶν τὴν μνᾶν, πρότερον ἑβδομήκοντα καὶ τριῶν οὖσαν, hoc est: Centum enim drachmarum fecit minam, quæ ante trium & septuaginta erat. Sed in Plutarcho non τριῶν, *sed* πέντε, hoc est, quinque legendum esse, G. Agricola monet.

VI. Quod hæc Solonis mina centum drachmarum fuit, præter Plutarchum & Iulius Pol. *lib. 9. ex Eupolide* confirmat, cum inquit: ἡ δὲ ἀτλικὴ μνᾶ ἔχει δραχμὰς ἕκατον, hoc est, *Attica autem mina habet drachmas centum.* Et Suidas eodem modo ait: ἕκατον δραχμαὶ ποιοῦσι μνᾶν: Item ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν ἕκατον, hoc est, *Centum drachmæ faciunt minam:* Item: Mina vero drachmarum centum. Idem: αἱ ρ̄ δραχμαὶ ποιοῦσι μίαν μνᾶν, hoc est, Centum drachmæ faciunt vnam minam. Eodem modo & Plinius *lib. 21. cap. vlt.* Mna, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. Et Cleo-

patra

pariter idem testatur, cum inquit : *Attica mina vncias habet duodecim cum dimidia, drachmas centum.*

VII. Galenus *lib. 5. cap. 12. de composit. Medicamentorum secundum loca*, idem habet.

VIII. Hæc mina argenti a Budæo decem Coronatis æstimatur, proportione argenti ad aurum decupla, iuxta Pollucem. Georgius vero Agricola *lib. 2. de Monetis* taxat nummis vncialibus argenteis duodecim, semunciali vno, duodenarus quinq;, duplis duobus & simplo vno : & mox subiungit, valere vngaricos octo, vnum vncialem, quinq; duodenarios, duos duplos, vnum simplum. Nos vero nostra supputatione æstimamus vncialibus argenteis duodecim cum semisse.

IX. Fit itaq; hæc mina non nummus argenteus tanti ponderis s. minæ : sed centum nummorum vel drachmarum Atticarum, vel denariorum Ro. summa : vel quod tanta argenti massa tot nummis æstimatur.

X. Minam Euboicam Agricola minæ Atticæ & pondere & valore parem esse existimat.

XI. Idem Agricola minæ Æginææ precium esse censet duodecim vnciales argenteos, vnum semuncialem quinq; duodenarios, duos duplos simplum vnum.

XII. Mina Attica continet nummi Ro. Asses 1000. Sestertios 400. Nam quod Cæsar minam congiarium populo Ro. dedit, vt est apud Appianum *lib. 2. Bell. Ciuil.* id Tranquillus Suetonius *in Cæsare cap. 38.* quadringentos Sestertios datos esse scribit : quod idem est. CCCC enim sestertii centum denarios faciunt.

XIII. Eadem mina complectitur valetq; obolos Atticos 600 : quod e Xenophonte constat libro de reditibus. Colligit enim 6000. Mancipiorum Athenis ferre annuum dierum 360. vectigal, si singuli in dies singulos ferant obolum, 2160000. obolorum, qui faciunt minas 3600. talenta 60.

XIV. Minam Atticam Talenti Attici minoris partem sexagesimam esse, Suidas his verbis testatur in voce μνᾶ : *ἡ δὲ μνᾶ ἑξηκοστόν ἐστι τοῦ ταλάντου* s. μικροῦ, hoc est, *Mina (Attica) sexagesima est talenti s. pars* : Intelligit Talentum Atticum minus, quod ideo a sexaginta minis, sexagenarium dicitur.

XV. Sunt & aliæ minæ species, quæ non tam rem nummariam quam pondus significant, vt sunt Ἰατρικὴ, hoc est, Medica, ἀλεξανδρειωτικὴ, Alexandrina, &c. de quibus ex professo in libris de Mensuris & ponderibus traditur.

DE

MINA ATTICA

NARRATIO HISTORICA,

CAPVT X.

I.

MInam Atticam vnam Cæsar singulis ciuibus e populo Rom: congiarium dedit, Appianus *lib.2. Bellorum Ciuil. pag.244.* & Budæus *libro de Asse tertio.*

Mina præceptoris διδακτρον fuit, vt est apud Athenæum *lib 13.* ὥσπερ πρὸς Ἱππόμαχον τὸν παιδοτρίβην μνᾶν δοὺς οἴει ἀεὶ φοιτήσειν, hoc est, Tanquam ad Hippomachum Palæstræ magistrum, mina data, te semper iturum putas.

Mina merces erat Dialecticorum, Cic.*lib.4. Acad.Quæst.*

II. Minæ duæ a Peloponnesiis ad redimendum captiuum constitutæ, Herodot: *historia sexta, pag.187.* Facit Coronatos 20. argenteos vnciales 25.

III. Tres minæ precium currus & rotarum, apud Aristophanem in Nebulis. Sunt Coronati 30, argent. vnciales 37. cum semisse.

IV. Quatuor aut quinq; minæ Sophistarum didactron, Isocrates *contra Sophistas.*

V. Lex Attica spuriis ad quinq; minas relinquere concedebat, Suidas in voce Ἐπίκληρος. Facit Coronatos 500. argenteos vnciales 62. cum semisse.

Quinq; minis in capita Achiui captiuos Romanos redimunt, Hermannus Cruserius quingentenos denarios interpretatur, apud Plutarch: *in Flaminio.*

Quinas minas argenti singuli milites e præda accipiunt, Suessa euersa, Dionys.Hali.*lib.4.*

VI. Ale-

VI. Alexander Mag. donatiuum militibus dedit Equitibus senas minas, auxiliaribus quinas, peditibus Macedonicæ phalangis binas, Diodorus Siculus *in Alexandro anno sexto*.

VII. Septem minæ faciunt 2800. HS, vt Camerarius recte interpretatur, quippe si minæ centum drachmas & denarios, denario rursus quatuor sestertios tribuis.

VIII. Denas minas in centum homines a Tyranno Elatensium Mnasone pretius est Aristides, prælium cum Persis pingens, Plin. *lib. 35. cap. 10.* Facit Coronatos 100. argenteos vnciales 125. Integra vero summa est coronatorum 10000. argentei vnciales 12500.

[illegible], hoc est, decem minæ securis dicitur Paphiis, Hesych. X minis [illegible] multatus est, Xenophon *lib. 5. Anabas.*

IX. XII Minæ precium equi apud Aristophanem *in Nebulis*. Facit Coronatos 120. argent. vnciales 150.

V. CLASSIS CENSVS ROMAE.

X. Minæ XII cum semisse apud Dionys. Halicarnas. *lib. 4.* [illegible], census erat quintæ & infimæ classis apud Romanos. Facit æris 12500. HS 5000. denarios 1250. Coronatos 125. argenteos vnciales 156. cum semisse.

XI. Minis XX Philesius & Xanticles multati sunt, Xenophon *lib. 5.* Anabas. Facit Coronatos 200. argenteos vnciales 250.

IV. CLASSIS CENSVS ROMAE.

XII. XXV Minæ apud Dionys. Halicarnass. *lib. 4.* census est Quartæ Classis apud Romanos: quod Liuius *lib. 1. ab V C* habet 25000. æris. Facit denarios 2500. Coronatos 250. argenteos vnciales 312. cum semisse.

XIII. XXX Minæ apud Terentium *in Phormione* faciunt Coronatos 300. arg. vnciales 375.

XIV. XL Minas Cleo largitiones accepit, Aristophanes *in Equitib.* Facit Coronatos 400. argenteos vnciales 500.

III. CLASSIS CENSVS ROMAE.

XV. L Minæ census classis tertiæ apud Romanos, Dionys. Hali-

Halicarnaſ. *lib.4:* quod Liuius habet 50000. æris. Facit denarios 5000. Coronatos 500, argenteos vncial.625.

XVI. LXX Minas Socrates fœnori dedit, Plutarch. *in Ariſtide.*

ἑβδομήκοντα, hoc eſt, ſeptuaginta minis canem emptum habuit Alcibiades, Plutarchus *in Alcibiade.*

II. CLASSIS CENSVS ROMAE.

XVII. LXXV Minæ cenſus claſſis ſecundæ apud Romanos. Dionyſ. Halicarnaſ. *libro 4.* quod Liuius habet LXXV M æris. Facit Coronatos 750. denarios 7500. argenteos vnciales 937. cum ſemiſſe.

I. CLASSIS CENSVS ROMAE.

XVIII. Centum minæ cenſus primæ claſſis Romæ apud Dionyſ. Halicarnaſ. *lib.4:* quod Liuius centum millia æris interpretatur. Facit denariorum 10000. Coronatos 1000. argenteos vnciales 1250.

Centum minas Georgias Rhetor a ſuis auditoribus δίδακτρον exigebat, Suidas. Centenariæ lances, e centenis argenti libris dictæ, quingentæ Romæ fuerunt, Plinius *lib.33. c.11.*

Centum minas Ariſtidæ filio Athenienſes e Prytaneo donarunt, Plutarch. *in Ariſtide.*

Centenas minas in ſingulos Heroas Theomneſtus dedit Aſclepiodoro pictori, Plin. *lib. 35. c. 10.*

Centum minis annua mercede conducitur Democedes Medicus ab Athenienſibus, Herodot. *hiſto.3.*

Centum minis Philolai libros a Platone emptos refert Diogenes Laertius *lib.3.* Gell. *lib. 3. cap.17.* interpretatur 10000. denariorum.

Centenas minas in cœnam ſingulis diebus Alexander M. expendit, ad quam ſexagenos, ſummum ſeptuagenos conuiuas vocauit, vt eſt apud Athenæum *libro 4.*

XIX. Ducentis minis populus Syracuſanus Timoleontem ſepeliuit, Plutarch. *in Timoleonte.*

XX. Minas CCC pro XII Deis in ſingulos dedit Mnaſon Tyrannus Aſclepiodoro Pictori, Plin. *lib.35. capite 10.* Facit in Deum 3000.

3000. Coronatos, argenteos vnciales 3750: in XII summa est Coronatorum 36000 argenteorum vncialium 45000.

XXI. Quingentas argenti minas Cyrenæi Cambysæ miserunt, Herodotus *historia 3.* Facit Coronatorum 5000. argenteos vnciales 6250.

XXII Μυρίων (pro quo in libris editis legitur, μὲν ἄς) hoc est, Minas mille Isocrates διδακτρον a suis auditoribus exegit, Plutarch. Facit Coronatorum 10000. argenteos vnciales 12500.

Χιλίας ἀργυρέων λίτρας περιχομένων. τὸν υἱωνὸν ὠνείσας ἐπίδοξος ... in voce ... e Procopio, hoc est: *Cum mille argenti libras ... nepotem redimeret, celebris erat.*

XXIII. Minarum decem millia, δεκακισχιλίας μνᾶς, Isocrates se daturum promitteret, qui audaciam & vocalitatem ipsum docuisset, Plutarch. Facit Coronatorum 100000. Argent. vncialium 125000.

XXIV. Λίτρας ἀργυρέου τετρακισμυρίας εἰς τοὺς θεμελίους ἀναλῶσαι, refert Plutarchus *in Publicola:* hoc est, *Librarum quadraginta millia argenti in fundamenta impendisse.* Facit Coronatorum 400000. argenteorum vncialium 500000.

XXV. ... ἀργυρέου ἑπτακόσιαι χιλιάδες. apud Suidam *in voce* ..., hoc est, librarum argenti septingenta millia: Facit Coronatorum 7000000. septuagies, argenteorum vncialium 8750000.

XXVI. Argenti pondo millia octoginta tria in triumpho lata ante currum apud Liui. *lib. 9 Dec. 4.*

XXVII. Μνῶν τρισχίλιαι καὶ διακόσιαι μυριάδες, hoc est, Minarum ter mille & ducentæ myriades 32000000. sunt latino more: Trecenties & vicies centena millia 32000000. apud Diodorum Siculum *libro secundo.* Facit summa HS 12800000000. centies & vicies octies millies centena millia, Denarium seu drachmarum 3200000000. tricies bis millies centena millia, Coronatorum 320000000. ter millies & ducenties centena millia, Vngaricos 266666666 $\frac{2}{3}$ ducenties & sexagies, sexies centena sexaginta sex millia sexcentos sexaginta sex cum besse. Argenteorum vncialium 400000000. quater millies centena millia.

1.	Μνᾶ ἀττικὴ Mina Attica, & λίτρα, libra	1.				
2.	Δραχμὴ ἀττικὴ	100.	1.			
3.	Ὀβολὸς ἀττικὸς	600.	6.	1.		
4.	Χαλκός	3600.	36.	6.	1.	
5.	Λεπτόν	25200.	252.	42.	7.	1.

DE

ALIIS QVIBVSDAM

NVMMIS ASIATICIS ET BARBARICIS.

CAPVT XI.

HUc referre & congerere placet alias nummorum veterum, qui apud autores antiquos paſſim occurrunt, ſpecies: ne quid, quod huc pertinet, deſideretur.

I. Κιστοφόρος.

I. Κιστοφόρος nummus erat Rhodius, a forma & effigie Canephoræ inſculptæ, ciſtam, cui ſacrorum arcana incluſa erant, in ſacris myſticis Mineruæ ferentis, dictus.

II. Eſt apud Ciceronem *lib. 11. epiſtola, 1. ad Atticum*: *Ego in Ciſtophoro in Aſia habeo ad HS bis & vicies 2200000.* Quæ ſumma noſtratis nummi facit Coronatorum 55000. Ioach. Vncialium 68750. denariorum 550000.

III. Quod hoc modo inveſtigare & liquidum reddere licet, Feſtus Pompeius quatuor denariorum millia æſtimat ſeptem millib. & quingentis Ciſtophoris. Qua ratione Ciſtophorus valet nummulos Miſnicos 19. cum eius quinta parte. Multiplica 4000. denariorum per 36. quot nummulis Miſnicis denarius conſtat: & ſic pone ad regulam: 7500. Ciſtophori faciunt denariorum 4000. nummulorum Miſnicorum 144000. Qua ſumma per 7500 diuiſa, diuiſorius erit 19. cum vna quinta parte. Valet ergo Ciſtophorus 19. nummulos Miſnicos cum quinta parte nummuli.

IV. Apud Liuium eſt *libro 7. Decad. 4.* Ciſtophorum Trecenta triginta duo millia: quæ faciunt denarios 195733. cum parte tertia,

vel Coronatus 19573. cum parte tertia: Coronatos 19573. cum decem grossis Misnicis Ioachimicos vnciales 24466. & sedecim grossos Misnicos: Apud eundem Liuium est paulo post: *Cistophori trecenta triginta vnum millia.*

II. Ἰαλύσιον.

Ἰαλύσια τὰ ἐν Ἰαλύσῳ νομίσματα, apud Hesychium, hoc est, in Ialyso, quæ Rhodi vrbs est, nummi, a loco sic dicti. Stephanus scribit Ἰαλυσσὸς per duplicatum sigma σσ.

III. Τενέδιον.

I. Τενέδιον νόμισμα, hoc est, Tenedius nummus olim celebris fuit, a Tenedo insula, quæ inter Sporades a Stephano connumeratur, nomen sortitus.

II. In huius nummi vna quidem parte securis, in altera vero duæ facies, ex vna ceruice prodeuntes, expressæ erant. Tenedi enim Rex suæ legis, quæ in adulterio deprehensos capite plectebat, memoriam in publica moneta perpetuo extare volebat.

III. Inde natum est prouerbium, Τενέδιος πέλεκυς, hoc est, Tenedia securis, quod Suidas annotauit, & Erasmus *in Chiliadibus* repetiuit *Chiliade 1. c. 29.* in prouerbio: Tenedia bipennis.

IV. Quam vero suæ legis idem Rex seuerus vindex fuerit, Stephanus de vrbibus sic explicat: ἢ μᾶλλον, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Τενεδίων πολιτείᾳ, ὅτι βασιλεύς τις ἐν Τενέδῳ νόμον ἔθηκε, τὸν καταλαμβάνοντα μοιχοὺς ἀναιρεῖν πελέκει ἀμφοτέρους. ἐπειδὴ δὲ συνέβη τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἁλῶναι μοιχόν, ἐκύρωσε καὶ περὶ ἰδίου παιδὸς τηρηθῆναι τὸν νόμον. ὅθεν εἰς παροιμίαν ἐλθεῖν τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τῶν ἀποτόμως πραττομένων, φησί. ἐπὶ τοῦ νομίσματος τῶν Τενεδίων κεχαράχθαι ἐν μὲν τῷ ἑτέρῳ μέρει πέλεκυν, ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου δύο κεφαλὰς εἰς ὑπόμνησιν τοῦ περὶ τὸν παῖδα παθήματος. Hoc est: *Aut potius quemadmodum Aristoteles in Tenediorum Rep. ait: quod Rex quidam in Tenedo legem tulit, vt adulteros deprehendens ambos securi feriret. Cum vero accidisset, vt filius eius deprehensus esset adulter, sanxit etiam de proprio filio seruandam esse legem, & cum interfectus esset, rem in prouerbium abiisse de iis rebus, quæ crudeliter geruntur. Præterea dicit in nummo Tenediorum in vna quidem parte securim, in altera vero duo capita insculpta fuisse, in memoriam casus, qui filio accidit.*

V. Pon-

V. Ponderis & metalli, vnde valor conijceretur, nulla fit mentio.

IV. Ομηρος.

Smyrnæi Homerum Poetam sibi vendicant: vnde & nummus quidam æreus apud eos Homerus dicebatur, vt Strabo *libro 14.* testatur. Herodotus *libro 1.* Smyrnam inter Aeolicas vrbes connumerat.

V. Τύριον νόμισμα.

I. Tyrii nummi tetradrachmi fit mentio apud Suidam, vt sit eiusdem & ponderis & valoris cum siclo hebraico.

II. Desumptum autem est, dissimulato nomine autoris, ex Iosepho *libro de bello Iudaico secundo cap. 43.* vbi de quodam Iohanne sic loquitur: συνωνούμενος δὲ τοῦ τυρίου νομίσματος, ὃ τέσσαρας ἀττικὰς δύναται, τέσσαρας ἀμφορεῖς (ἐλαίου) τῆς αὐτῆς ἐπίπρασκε τιμῆς ἡμιαμφόριον, hoc est: *cum vero Tyrio nummo, qui quatuor Atticas (drachmas intelligo) valet, quatuor amphoras olei) emeret, eodem precio semiamphoram vendebat.* A populo Iudaico mutuatum esse apparet.

III. Tradunt Rabini: omnem monetam in sacris & extra, præter Siclos, ad pondus Tyri referri: & argento, aut argenti valore exolui.

VI. Σίγλος.

I. Σίγλος νόμισμα περσικὸν δυνάμενον ὀκτὼ ὀβολοὺς ἀττικούς, vt est apud Hesychium. Hoc est, Siglus nummus Persicus, valens octo obolos Atticos.

II. Ibidem mox: ἔστι δὲ καὶ νόμισμα σαρδιανικὸν δυνάμενον ὀκτὼ ὀβολοὺς ἀττικούς, hoc est: Est vero & nummus Sardianicus, valens octo obolos Atticos. Qua ratione hic siglus valet quatuor grossos Misnicos.

III. Est apud eundem Hesychium: δύναται δὲ σίγλος δύο δραχμὰς ἀττικάς, hoc est, Valet autem Siglus duas drachmas Atticas: nummi Misnici senos grossos, seu Ioachimici vncialis quadrantem: & par est Siclo Hebraico profano.

IV. Apud Xenophontem vero libro *Anabas. 1.* ὁ δὲ σίγλος δύναται ἑπτὰ ὀβολοὺς καὶ ἡμιωβόλιον, hoc est, Siglus valet septem obolos

los & ſemiobolum. Qui faciunt tres groſſos Miſnicos & nouem nummulos.

V. Siclus Aegyptius pondus habuit ſedecim obolorum Atticorum: Siclus aureus dimidio minor, nimirum octo obolorum. Id pondus poſtea fuit imminutum, vt argenteus quidem ſiclus eſſet octonum obolorum, & aureus quaternum Stanisl. Grſepſius Polonus *de Siclo & Talento.*

VI. Porro dubium non eſt, quin vox σίγλος ab hebraica voce Siclus, σίκλος, vt græci ſcribunt, deprauata ſit: Quod, cum Iudæi in ampliſſimis duabus Monarchiis, Aſſyriorum & Perſarum in omnes terras Aſiaticas diſperſi eſſent ipſorum nummi multis gentibus facile innotuerunt.

VII. Δανικὸν.

Δανικὴ vel δανικὸν νόμισμα, Danice vel danicus nummus Perſicus, teſte Polluce *lib. 9.*

II. Apud Suidam eſt: ἐπιχωριάζει τῇ μεγάλῃ Ἀντιοχείᾳ τὸ σοφίας τὸ δανικὸν, ᾧπερ χρῶνται εἰς μικρὰς πραγματείας: hoc eſt, *Patrius eſt in magna Antiochia ſapientiæ Danicus:* (nummus) *quo ad magnas negociationes vtuntur.*

VIII. Δανάκη.

I. Δανάκη apud Suidam nummus eſt, cum inquit: Τοῦτο νομίσματός ἐστιν ὄνομα, ὃ τοῖς νεκροῖς ἐδίδοσαν παλαὶ συγκηδεύοντες, ὡς ἀχερουσίας ἐπιβάθρον. ἀχερουσία ἐστι λίμνη ἐν ᾅδου, ἣν διαπορθμεύονται οἱ τελευτῶντες, τὸ προειρημένον νόμισμα τῷ πορθμεῖ διδόντες, hoc eſt: *Danace, hoc nummi nomen eſt, quem mortuis olim dabant, qui funus curabant, ceu Acheruſiæ naulum. Acheruſia eſt palus in inferno, quam defuncti traijciunt, prædictum nummum portitori dantes.*

II. Dicitur quaſi τοῖς δαναοῖς, hoc eſt, νεκροῖς ἐμβαλλόμενος, hoc eſt, mortuis iniectus.

III. Legunt autem nonnulli δανάκης vt ἀγγαρος, Perſicis terminatione vſitata. Ab hac voce compoſitum eſt diminutiuum ἡμιδανάκιον, νομισμάτιον ποιὸν, apud Heſychium, hoc eſt, nummulus quidam, danaces dimidium. Nec de pondere nec de metallo quicquam additur, vnde coniectura fieret de valore.

IX. Δανάη.

I. Apud Hesychium quoq; *δανάη νομισμάτιόν τι βαρβαρικὸν. δυνάμενον πλέον ὀβολοῦ ὀλίγῳ τινι. ἐλέγετο δὲ καὶ ὁ τοῖς νεκροῖς διδόμενος ὀβολὸς*, hoc est: *Danae nummulus quidam barbaricus, qui valet aliquanto plus obolo.*

II. Dicebatur autem etiam obolus, qui defunctis datur. Sed fortassis est mendum *δανάη* pro *δανάκη*, Si obolum Atticum intelligis, valet senos nummulos Misnicos.

III. Porro quod obolus pro defunctorum traiectione datus sit naulum, Lucianus *in Mortuorum Dialogis passim testatur.*

IV. Sed Charon apud Aristophanem *in Ranis* duos obolos poscit.

V. Mansit hæc superstitio apud stultas mulierculas etiam nostra memoria in Papatu: quod eorum animas post mortem non oberrare, non in ædibus strepitus facere crederent, in quorum iam defunctorum os nummus aliquis iniectus esset. Vide & Hesychium in voce *ναῦλον*.

X. ὕλλος.

Apud Pollucem est *libro 9.* *οἶμαι δὲ τοὺς ὕλλους ὁ Ξενοφῶν ὄνομα βαρβαρικοῦ νομίσματος εἰπεῖν ἐφυλάξατο*: hoc est, Credo hyllos Xenophon nomen barbarici nummi dicere vitauit.

XI. CYRENAICVS.

Cyrenæi in nummi vna quidem parte Ammonem, in altera vero Silphium typum insculpserunt, vt est apud Suidam. Neq; hic aut ponderis aut metalli mentio vlla est addita.

XII. Χία.

I. *χίαν* quoq; nummi genus esse volunt nonnulli, vt L. Cælius *libro 10. cap. 2.* e Thucydide refert: apud quem historia 8. hæc sunt verba: *ὁ δὲ μίνδαρος ἐν τούτῳ καὶ αἱ ἐκ τῆς χίου τῶν πελοποννησίων νῆες ἐπισιτισάμεναι δυσὶν ἡμέραις καὶ λαβόντες παρὰ τῶν χίων τρεῖς τεσσαρακοστὰς ἕκαστος χίας τῇ τρίτῃ διὰ ταχέων ἀπαίρουσιν ἐκ τῆς χίου πελάγιαι*, hoc est: *Mindarus autem hoc tempore, & Peloponnesiorum naues commeatu e Chio comparato biduo, & cum quisq; a Chiis accepisset ternas quadragenas Chias, tertio die e Chio celeriter soluerunt in mare.* Hæc Thucydides.

II, Græ-

II. Græca Scholia ibi interpretantur : ἀρχαῖα νομίσματα ἐπιχώρεια, hoc eſt, veteres nummos patrios.

III. Valla vero nummos Chios exponit. Verum ſumma pecuniaria, in illa inſula vſitata, potius intelligenda eſt χία τεσσαρακοστή, Chia quadragena : quæ quadragenario certorum nummorum numero conſtat, more & vſu inſulæ. Qualis hodie in noſtra Marcha vſitata eſt duodena ein Schilling nummulorum vel groſſorum : Quindena ein Mandel : Vigena ein Stige : Sexagena ein Schock. Et ſunt vſitata vocabula non ſolum de nummis, ſed de aliis quoq; rebus, vt de ouis, de caſeis, de nucibus, de pyris, de ſtraminis faſciculis, &c.

XIII. Πτολεμαϊκόν.

Πτολεμαϊκὸν νόμισμα, apud Pollucem *libro 9.* Ptolemaicus nummus, a Ptolemæo rege autore ſic dictus.

XIV. Βερενίκιον.

Βερενίκιον νόμισμα apud Pollucem *libro 9.* Berenicius nummus, a Berenice regina, quæ percuſſit, dictus.

XV. Αρυανδικόν.

I. Αρυανδικὸν νόμισμα, ᾧ χρῶνται αἰγύπτιοι, ἀπὸ ἀρυάνδου, Heſychius, hoc eſt, Aryandicus nummus, quo vtuntur Aegypti ab Aryande.

II. In Heſychio corrupte legitur ἀροανδικὸν, & ἀροάνδου.

III. Hic Aryandes Aegypti præfectus, a Cambyſe, Cyri filio, conſtitutus, ex argento excoctiſſimo, quod ab eo Aryandicum dicebatur, nummum Aegyptiis percuſſit, in hoc Darium imitatus : qui ex auro, quam fieri potuit, excoctiſſimo puriſſimoq; aureum percuſſit, quod nemo imitaretur. Sed Aryandi ea res male ceſſit : Nam a Dario tanquam qui defectionem moliretur, interfectus, iuſtas pœnas luit. Hiſtoria extat apud Herodotum *hiſto.4.* Ponderis non mentio fit.

XVI. Κορσίπιον.

Κορσίπιον νόμισμα παρ᾽ αἰγυπτίοις, τὸ κερσαῖον λεγόμενον. Heſychius. hoc eſt : Corſipium eſt nummus apud Aegyptios, qui Cerſæus dicitur.

XVII. ξυνιστρον.

ξυνιστρον νόμισμα Hesychius. hoc est: Xynistrum nummus.

XVIII. Τροπαί.

Τροπαὶ νομίσματά τινα, Hesychius, hoc est: Tropæ nummi quidam.

XIX. Φιλιστίδιον.

Φιλιστίδιον νόμισμά τι, Hesychius, hoc est: Philistidius nummus quidam est. Sic fortassis dicitur ab autore Philistide. Meminit quidem Suidas Philistidis, sed nihil præterea addit, nisi quod sit nomen proprium.

XX. Κέρσα.

Κέρσα, ἀσιανὸν νόμισμα, Hesychius, hoc est. Cersa Asianus nummus est.

XXI. Δίκρανον.

δίκρανον & δίκρανον νόμισμα, Hesychius. Quasi dicas biceps nummus. Nomen sortiri videtur a typo, quod habuerit duo capita insigne. Fortassis is nummus est, quem Ianus bifrons signare docuit, de quo supra *lib. 1. cap. 2.* vel de Tenedia securi, de qua paulo ante dictum est, accipi potest.

XXII. Επίχυτον.

Επίχυτον εἶδος νομίσματος ἐξ ἀργύρου ἢ μολίβδου κεχυμένον, Hesychius, hoc est: Epichytum species nummi est ex argento, aut plumbo fusus. Nomen habet a fusione.

XXIII. Χαλκοῖ.

Χαλκοῖ, hoc est, æreoli nummuli, quos Aegyptii inuenerunt. Sunt autem argentei excusi. Quapropter & apud Alexandrinos vocantur argentea, ærea. Est autem æreolus pondere octaua pars vnciæ, quemadmodum drachma, Epiphanius. Hermannus Cruserius χαλκοῦς Asses interpretatur apud Plutarchum.

XXIV. Θάσιος.

Erat & Thasius quidam nummus τετράδραχμος στρόγγυλος, hoc est, quatuor drachmarum rotundus seu teres.

XXV. Κένσος.

Κένσος εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον, est apud Hesychium, hoc

hoc est, Census species nummi est, sors seu summa capitalis. Sed non est tam nummus, quam certa pecuniæ de bonis æstimatis summa, quæ vel Principi vel reipub. pendi solet. *Matth.22.* est κῆνσον, & erat ibi τὸ δίδραχμον. Huiusmodi census apud Romanos erant quinq; classes: Apud Dionys. Halicarnas, vocantur τιμήματα, de quibus dictum est supra *lib.2. cap.2. & 3: item lib.3. cap. de Mina.*

XXVI. ἥμαθον.

ἥμαθον ἡμιωβέλιον, δυώβολον παρὰ κυζικηνοῖς, Hesychius: hoc est, Emathum semiobolus duo oboli apud Cyzicenos.

DE

TALENTO EIVSQVE SPECIEBVS.

CAPUT XII.

I.

Τάλαντον, hoc est Talentum, latine vna litera mutata, & facta terminatione latina, ον in um mutando, est vox πολύσημον, quæ multa significat. Primum enim pro libra & lance in vsu est apud Homerum *Iliad.8.* & ideo Grammatici τάλαντον dici & deriuari arbitrantur ἀπὸ τοῦ τλῆναι τὸ βάρος, hoc est, ab eo, quod onus sustineat: Vnde verba sunt ταλαντέω, ταλαντάω, & ταλαντεύω, quæ significant appendo, pondero, &c.

II. Vnde postea eidem locum fecerunt etiam in re nummaria. Nam cum nullum fere pondus, neq; apud Latinos, neq; apud Græcos, neq; apud exteros & barbaros fuerit, quo non vel nummus percussus sit, vel certa quædam rei nummariæ summa significetur: & Talentum certo vel minarum vel nummorum numero definierunt.

III. Latini a Græcis quoq; sunt mutuati: sed non nisi vel vbi de rebus Græcis & Asiaticis loquuntur: vel vbi ex Græcis transferunt, vt ex Terentio & Plauto, Comicis Poetis latinis satis constat: qui suas fabulas ex Græcis Comicis transtulerunt.

IV. Τάλαντον sic finitur apud Pollucem *libro 9.* & Suidam: τάλαντον μέγιστόν ἐστι χρυσίου καὶ ἀργυρίου μέρος, hoc est, Talentum maxima est auri & argenti pars. Apud Epiphanium autem *libro* 1.

depond: finitur : τάλαντόν ἐστι, τὸ ὑπερβάλλον πᾶν σταθμώμενον, μέτρον, hoc eſt, *Talentum eſt metrum, quod omne id, quod ponderatur, excedit.* Quo ſignificatur, Talentum inter pondera eſſe maximum.

V. Μέτρον apud Græcos eſt vocabulum commune : quod primum ſignificat menſuras rerum tam liquidarum quam aridarum : deinde pondera : poſtremo & interuallorum menſuras, vt alibi, ex Ariſtotele copioſius a me docetur.

VI. Τάλαντον fuit ἀόριστον, hoc eſt, indefinitum, vt eſt apud Euſtath. e Porphyrio : Vnde varias habet diuiſiones : Nam primum ratione obiecti ſeu materiæ, circa quam verſatur, aliud eſt argenti, aliud auri, vt ex Polluce liquet. Ab aliis additur & æris & ferri.

VII. Deinde τάλαντον aliud eſt pondus ſeu ponderale, quo ad res appendendas ponderandasq; ſunt vſi ; aliud νομισματικὸν ſeu nummarium, quod in nummis verſatur,

VIII. Ad hæc ratione Quantitatis ex Relatione, Talentum aliud eſt magnum, aliud eſt paruum : quod etiam dicitur Talentum maius & minus.

IX. Mox ratione Quantitatis diſcretæ a minarum numero, Talentum aliud eſt quadragenarium, aliud ſexagenarium, aliud ſeptuagenarium, aliud octogenarium, aliud centenarium, &c.

X. Præterea ratione temporis Talentum aut eſt vetus, aut nouum.

XI. Iam ratione gentis, nationis, regionis, & populi, Talentum aut eſt Græcum, aut externum.

XII. Vtrunq; rurſus ſubdiuiditur. Nam Græcum aut eſt Atticum, aut Euboicum, aut Aeginæum, &c.

XIII. Talentum externum eſt, quo vſæ ſunt exteræ nationes : & variat. Aliud enim eſt Babylonium, aliud Hebraicum, aliud Aegyptium, & alia quædam.

XIV. Hæc de Talenti definitione & diuiſione in genere dixiſſe ſufficiat : iam vero operæ precium eſt, vt ordine in ſpecie diligentius explicentur.

I. Τάλαντον ἀττικόν.

I. Talentum Atticum, ab Attica regione Græciæ dictum, duplex fuit : Magnum & paruum : ſeu maius & minus.

II. Ac

II. Ac magnum quidem octogenarium ab octoginta minis, quas continet, dictum est: Cuius meminit Plautus in *Mostellaria* & Terentius *in Phormione*, cum inquit: *Siquis daret talentum magnum.*

III. Hoc octoginta pondo constare, ex his Liuii verbis liquet, quæ extant *lib. 8. Decad. 4.* cum inquit: *Argenti probi duodecim millia Attica Talenta dato intra duodecim annos pensionib. æquis.* Talentum ne minus pondo LXXX Romanis ponderibus pendat: de quo loco consule Budæum *lib. 2. de Asse.*

IV. Hoc talentum drachmarum seu denariorum octo millia complectitur: & valet Coronatos Gallicos 800. argenteos vnciales mille.

V. Id talentum octogenarium ex Plauto quidem *in Mostellaria*, scena, cuius initium est: Scelestiorem &c. probare conantur nonnulli. Tranio enim seruus: *Quater quadraginta minas*, hoc est, bis 80. danistæ deberi dicit. Ad quæ Simo senex mox dicit: *Totidem opus esse magnis talentis: quot ego & tu sumus, hoc est, duobus.*

VI. Contra hos vero disputat G. Agricola *lib. 5.* de ponderibus, & Ioachimus Camerarius *libro de Moneta vetere*: quippe in Plauto legendum esse, non quater quadraginta: Sed quatuor quadraginta.

VII. Talentum Atticum minus sexagenarium continet minas Atticas sexaginta, drachmarum Atticarum sex millia, vt est apud Suidam, cum inquit: *τάλαντον μνῶν ἐστιν ἑξήκοντα*, hoc est, *Talentum est minarum sexaginta.* Et Iulius Pollux *lib. 9.* sic habet: *τάλαντον τοῦ ἀργυρίου ἠδύνατο ἑξήκοντα μνᾶς ἀττικάς*, hoc est, *Talentum argenti valuit sexaginta minas Atticas.*

VIII. Festus Pompeius & Priscianus *lib. de Ponderibus & Mensuris ex Liuio lib. 34.* ab V.C. huic talento sex millia denariorum tribuit, denarios Romanos Atticis drachmis prorsus exæquans.

IX. Sic & Rhemnius ait:

Cecropium superest post hac docuisse talentum:
Sexaginta minas, seu vis, sex millia drachmas.
Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis.

X. Eustathius *in lib. 9.* Iliados Talento tribuit *χιλιάδας νομισμάτων ἕξ*, hoc est, sex millia nummorum: per *κέρματα* vel Atticas drachmas, vel Denarios Ro. intelligens.

XI. Va-

XI. Valet itaq; Coronatos 600: argenteos vnciales 750.

XII. Sed G. Agricola hoc talentum Atticum argenti signati æstimat vncialibus argenteis 763. semunciali vno, duodenariis tribus, duplo vno, simplo vno. Argenti vero puri talentum idem æstimat argenteis vncialibus 772. semunciali vno, duodenariis sex, nummulis decem cum dimidio.

XIII. Addunt his nonnulli & quadragenarium talentum, a quadraginta minis sic dictum: idq; ex Plinio colligunt *libro 33. cap. 11.* cum inquit: *Talentum Atticum XVI HS* taxat *M. Varro.* Sedecim sestertia s. millenaria quatuor drachmarum seu denariorum millia, minas quadraginta faciunt.

XIV. Est hoc talentum maioris quidem talenti semissis: minoris vero bes: quod eius duos trientes seu duas tertias contineat.

XV. Facit itaq; Coronatos 400. argenteos vnciales 500.

XVI. Sed Budæus *lib. 3. & 4. de Asse* Plinii locum deprauatum esse suspicatur: vt sic fortassis legendum sit: Talentum autem Atticum, vt Varro ait, X VI M taxatur: vt sit denariorum sex millibus: & de talento Attico paruo sexagenario intelligatur. X enim denarii nota fuit apud veteres.

XVII. G. Agricola, contra Andream Alciatum disputans, de hoc Plinii loco aliter loquitur: nimirum quod quatuor denariorum millia, cum sint denarii sesquidrachmales, paria sint sex drachmarum millibus: vt hoc talentum Talento Attico minori & pondere & valore par sit.

XVIII. Sed nos ante libro superiore capite de denario firmis perspicuisq; bonorum autorum testimoniis probauimus, denarios nummos Ro. & drachmas nummos Atticos, & pondere & valore pares esse.

II. Τάλαντον ἐυβοϊκόν.

I. Talentum Euboicum, ab Eubœa insula, e regione Atticæ versus septentrionem sita, dictum est: Cuius Liuius meminit *lib. 8. Decados quartæ.*

II. Hoc idem esse cum Attico nonnulli arbitrantur, quod vtraque gens eisdem sit vsa ponderibus. Euboicas enim minas æque centenarias fuisse, atq; Atticæ fuerunt: Nimirum a centum drachmis

... Atticis, ex tertia historia Herodoti ſatis conſtat. Talento enim Babylonio LXX minas tribuit Euboicas.

III. Pollux vero *libro 9.* eidem talento Babylonio ſeptem millia drachmarum Atticarum adſcribit: Vnde pares vtriſq; minas fuiſſe, nimirum centenarias, ſatis liquet.

IV. Sed Feſtus Pompeius *lib.5.* Talentum Euboicum minarum quadraginta, drachmarum Atticarum quatuor millibus, nummo Græco quidem ſeptem millibus & quingentis Ciſtophoris, noſtro vero (Romano) quatuor denariorum millibus definit: Vt ſit itidem talentum ... quadragenarium a quadraginta minis appellatum, intelligo enim denarios pondere drachmæ Atticæ.

V. Georgius vero Agricola accipit denarios Ro. pondere drachmæ Atticæ cum eius ſemiſſe: Vt quatuor denariorum Ro. millia ſex drachmarum Atticarum millibus prorſus ſint pares.

VI. Mihi itaq; hoc talentum 400. Coronatos, & argenteos vnciales 500. ſignificat; G. vero Agricolæ Coronatos 600. &c.

VII. Budæus autem *lib. 4. de Aſſe* colligit hoc talentum Euboicum Talento Attico minore ſexagenario minus eſſe minis tribus Atticis, cum eius triente: cui & G. Agricola ſuffragatur, *lib.3. de precio veterum monetarum.* vt ſit minarum Atticarum ſex & quinquaginta cum beſſe: Quæ faciunt quinq; millia ſexcentas & ſexaginta ſex drachmas Atticas cum beſſe: Quæ facerent Coronatos quidem 566. cum viginti groſſis miſnicis; argenteos vero vnciales 708. cum octo groſſis Miſnicis.

VIII. Darius Rex Perſarum aurum talento Euboico in ſua ditione ſibi pendere iuſſit, vt eſt apud Herodot. *hiſto. tertia.*

IX. Talenta Euboica argenti 9540. apud Herodotum *hiſt.3.* faciunt Coronatorum 6678000. argenteos vnciales 8347500. drachmarum Atticarum 66780000.

III. Τάλαντον αἰγιναῖον.

I. Talentum Aeginæum, ab Aegina inſula, e regione Atticæ verſus meridiem ſita, nomen accepit.

II. Id ſui quidem ponderis itidem ſex drachmarum millia continebat; ſed quæ Attici & nummi & ponderis faciunt decem millia drachmarum, vt Iulius Pollux teſtatur. Eſt drachmarum Atticarum decem millium.

III. A. Gellius *lib. 1. cap. 8. in Historia Demosthenis & Laidis, meretricis Corinthiæ*, μυρίας δραχμὰς ἢ τάλαντον, hoc est, decem millia drachmarum & Talentum pro eodem ponit, & exæquat: & nostratis (Romani) nummi denarium decem millia interpretatur: denarios Romanos drachmis prorsus exæquans. Facit Coronatos 1000. argenteos vnciales 1250.

IV. At Georg. Agricola æstimat vncialibus 1272. semunciali vno, duodenariis quinq;, duplis duobus, simplo vno.

IV. Τάλαντον σικελικόν.

I. Talentum Siculum apud Siculos in Sicilia insula Atticum dicitur: Id duplex fuit, vetus & nouum.

II. Ac vetus quidem seu antiquum 24. minas continebat, vt Suidas testatur. Continet itaq; drachmas Atticas 2400. & valet Coronatos 240. argenteos vnciales 300: huius proportio ad Atticum minus est.

III. Nouum vero Talentum Siculum duplo minus est: quod continet minas Atticas duodecim, drachmas Atticas 1200. valet Coronatos 120. argenteos vnciales 150.

IV. Pollux *lib. 9* aliud Talentum Siculum, ex Aristotele adfert, itidem duplex: vetus & nouum: Vetus habuisse scribit nummos 24. qui faciunt sex drachmas, grossos Misnicos 18: Nouum vero est duodecim nummorum: qui tres drachmas Atticas, & nouem grossos Misnicos efficiunt. Quod vt Talenti Attici minoris pars est bis millesima: ita illud vetus millesima pars existit.

V. Τάλαντον ῥόδιον.

I. Talentum Rhodium ab insula Rhodo, in qua in vsu fuit, dicitur.

II. Festus Pompeius *lib. 18.* huic. 4000. denariorum tribuit. Est itaq; minarum Atticarum quadraginta, drachmarum 4000: & valet Coronatos 400. argenteos vnciales 500. Sed textum deprauatum esse, quidam arbitrantur.

III. Idem sic scribit: Rhodium est Cistophorum quatuor millium & quingentorum denariorum. Qua ratione est Talenti Attici maioris quidem sescuncias, minoris vero bes.

IV. Qui-

IV. Quidam huic tribuunt denarios 4500. vt sit talenti minoris dodrans. Valet igitur Coronatos 450. argent: vnciales 562. cum semisse.

V. G. Agricola æstimat vncialibus 572. semunciali vno, duodenariis quinque, duplis duobus, simplo vno.

VI. Τάλαντον βυζάντιον.

I. Talentum Byzantium, apud M. Vitruuium *lib.10. c.31.* libras 80: habet 120: sed loquitur de pondere, non de re nummaria.

VII. Τάλαντον Βαβυλώνιον.

I. Apud Herodotum est *Historia 3:* τὸ δὲ βαβυλώνιον τάλαντον δύναται Εὐβοΐδας ἑβδομήκοντα μνέας, hoc est, Babylonium autem Talentum valet Euboicas minas septuaginta.

II. Pollux *libro 9.* eidem adscribit drachmarum 7000. ratione drachmæ Atticæ: quæ faciunt 70. minas Atticas. Valet Coronatos 700. argenteos vnciales 875.

III. Aelianus autem *lib.1. de varia historia* duas præterea minas addit, cum inquit: δύναται δὲ τὸ τάλαντον τὸ βαβυλώνιον δύο καὶ ἑβδομήκοντα μνᾶς ἀττικάς, hoc est, Valet autem Talentum Babylonium duas & septuaginta minas Atticas.

Hac ratione faceres Coronatos 720. argenteos vnciales 900: Vt nec Herodotus nec Pollux rem ad viuum putasse videri possit.

IV. Extat & in *Germanicis narrationib. de America, quarta orbis parte, Pag. 227.* Talentum esse pondus minarum 72.

V. Darius, potentiss. Persarum Monarcha, Hystaspis filius, argentum quidem [illegible] pendere iussit sui regni subditos pondere talenti Babylonii: aurum vero talento Euboico, vt est apud Herod. *Historia 3.*

VIII. TALENTVM SYRIVM.

Talentum Syrium minas Atticas quindecim habebat, drachmas mille & quingentas, ratione drachmæ Atticæ, vt Pollux *lib.9.* scribit. Fuitque Talenti Attici minoris quadrans: & valet Coronatos 150. argenteos vnciales 180.

IX. TALENTVM AEGYPTIVM.

I. Talentum Aegyptium pondo LXXX patere, Varro refert, vt est apud Plinium *lib. 33. caput 3.*

II. Continet ſiclos obolorum ſedecim Atticorum ter mille, qui faciunt 8000. drachmarum, Coronatos 800. argenteos vnciales 1000. vt Atticum magnum, cum quo idem eſſe cenſetur.

III. Appianus refert, Perſis theſaurum conditum fuiſſe talentorum Aegyptiorum quatuor & ſeptuaginta millium, Facit denariorum ſeu drachmarum 592000000. quinquies millies nongenties & vicies centena millia, Coronatorum 59200000. argenteorum vncialium 74000000. HS 2368000000. ter & vicies millies ſexcenties & octuagies centena M.

IV. Apud Euſtathium eſt *in 9. Iliad. Homeri* παρ' ἄλλοις δὲ τάλαντον, αἱ ἴσχυεν εἰκοσιτέσσαρες δραχμαί, hoc eſt, *Apud alios autem talentum eſt viginti quatuor drachmæ*: quæ faciunt tres argenteos vnciales.

V. Feſtus Pompeius habet alia præterea talenta, vt Alexandrinum duodecim denarium: Neapolitanum ſex denarium: Syracuſanum trium denarium: vtrunq; eſt idem cum vtroq; Siculo apud Pollucem *lib. 9. vt ſupra*: Rheginum, victoriati.

DE

FORMVLA TALENTORVM GENERA AD VNVM REDIGENDI.

CAPVT XIII.

I.

IUlii Pollucis verba ex *libro 9.* de hac Talenti varietate huc adferre placet, quæ ſic habent: τοῦτο γέ μὴν οὐκ ἄκαιρον, ὅτι τὸ μὲν ἀττικὸν τάλαντον ἑξακισχιλίας ἴσχυεν δραχμὰς ἀττικὰς, τὸ δὲ βαβυλώνιον ἑπτακισχιλίας, τὸ δ' αἰγιναῖον, μυρίας. τὸ δὲ συρῶν, πεντακοσίας καὶ χιλίας, ὡς πρὸς τὴν ἀττικὴν δραχμὴν λεγόμενον. ὥσπερ οὖν καὶ τὰς μνᾶς τὰς ἀττικὰς, τὸ μὲν ἀττικὸν, ἑξήκοντα, τὸ δὲ βαβυλώνιον, ἑβδομήκοντα. τὸ

δὲ

... α γίνεται, ἑκάτον κατὰ ἀνάλογον. ἡ μνᾶ δὲ ὡς παρ' ἀθηναίοις ἑκατὸν εἶχεν δραχμὰς ἀττικάς. οὕτω καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις τὰς ἐπιχωρίους, δυναμένας πρὸς λόγον τοῦ καθ' ἕκαστον ταλάντου, κατά τε προσθήκην καὶ ἀφαίρεσιν: Hæc Pollux: Quæ verba Budæus lib. 4. de Asse sic transfert: *Hoc autem non absurdum erit dicere, quod Talentum Atticum Atticas drachmas valebat numero sex millia: Babylonium septem millia: Aeginæum decem millia: Syrium mille & ... duntaxat ineunda ratione secundum drachmæ Atticæ modum: quippe ea ratione, qua Atticum talentum sexagenas minas, Babylonium septuagenas, Aeginæum centenas proportione capiebat. Porro mina ipsa, ut apud Athenienses centenas habebat drachmas, sic apud alios quoq; totidem suæ cuiusq; gentis pro ratione cuiusq; talenti, plus minusue valerent, augmento vel decremento.*

II. Quibus Budæus loco explicationis de suo adiungit: *Ex his verbis Pollucis ad formulam unam propemodum genera omnia Talentorum minarumq; redigere possumus. Quomodo enim Atticum talentum sexaginta minas Atticas capit: & mina Attica centenas suas drachmas: sic Babylonium sexagenas minas Babylonias: quæ centenas & ipsæ drachmas vernaculas capiunt: & Aeginense talentum totidem minas Aeginenses: & Aeginetiæ rursus minæ centenas drachmas Aegineticas. Verum enim vero vt Babylonium talentum proportionem ephectam, id est, sesquisextam, vel, vt alii loqui malunt, superfextam ad talentum habet Atticum (sexta enim parte hoc ab illo superatur) Sic drachma Babylonia Atticam drachmam sesquisexta proportione superat. Et vt Aeginense talentum proportionem superpartientem ad Atticum talentum habet: vt quod semel ... & ... super partes: ita enim sese habet Centenarium talentum ad ... Sic eandem quoq; proportionem Aeginæa drachma ad drachmam Atticam habet,* &c. Hæc Budæus.

DE COMPOSITIS A VOCE ΤΑΛΑΝΤΟΝ.

CAPUT XIV.

I.

A Voce τάλαντον dicitur διτάλαντον, quod duo, τριτάλαντον quod tria, δεκατάλαντον, quod decem talenta continet. Sic δεκαταλαντία

τία, πεντηκοντάλαντία, ἑκατοντάλαντία apud Pollucem *lib.9.* pro decem, quinquaginta, centum talentis, Herodotus *lib.1.* ἡμιπλίνθια λευκοῦ χρυσοῦ σταθμὸν διτάλαντον, hoc eſt, Semilateres ex aureo candicante pondere duorum talentorum.

II. ἡμιτάλαντον cum aliis numeri nominib. vſitate coniungitur: vt τρίτον ἡμιτάλαντον, hoc eſt, tertium ſemitalentum: quod duo talenta integra cum tertio dimidio ſignificat. τέταρτον ἡμιτάλαντον, apud Herodotum *libro 1.* quartum ſemitalentum, & ſunt tria integra talenta, cum quarto dimidio: πέμπτον ἡμιτάλαντον, quintum ſemitalentum: quod quatuor integra cum quinto dimidio continet: ἕκτον ἡμιτάλαντον, ſextum ſemitalentum, quinq; integra talenta ſunt cum ſexto dimidio: ἕβδομον ἡμιτάλαντον apud Herodotum *libro 1.* ſeptimum ſemitalentum: quod ſex integra cum ſeptimo dimidio complectitur: ὄγδοον ἡμιτάλαντον, octauum ſemitalentum, ſeptem integra cum dimidio octauo: ἔνατον ἡμιτάλαντον, apud Herodotum *lib.1.* nouum ſemitalentum continet octo integra cum nono dimidio.

III. Hanc loquendi apud Græcos conſuetudinem obſeruauit & Iulius Pollux *libro 9.* & Suidas. Suidæ verba ſunt: ἀρχαία δὲ ἡ χρῆσις καὶ ἡ τοῦ τρίτου ἡμιταλάντου δύο ἥμισυ τάλαντα, καὶ πέμπτον ἡμιτάλαντον, τέσσαρα ἥμισυ. καὶ ἕβδομον ἡμιτάλαντον, ἓξ ἥμισυ, καὶ ὅλως ὅντιν᾽ ἀριθμοῦ παρωνύμως μέρει ἐπονομάσει τις τὸ ἡμιτάλαντον, τούτου πρὸ ὑφηγούμενος ἀριθμὸς ἐφαρμόσει τοῖς ταλάντοις οἷον ἂν μὲν ὄγδοον, ζ, ἂν δὲ ἔνατον, η, συναριθμουμένου δηλονότι καὶ τὸ ἥμισυ. φίλον δὲ τοῖς ἀρχαίοις καὶ τὸ ἓν ἥμισυ τάλαντον τρία ἡμιτάλαντα λέγειν. ὡς καὶ τρία ἡμιμναῖα, τὴν μίαν ἡμίσειαν μνᾶν. Hoc eſt, *Vetus autem eſt vſus, & tertium ſemitalentum, duo dimidium talenta: & quintum ſemitalentum, quatuor dimidium: & ſeptimum ſemitalentum, ſex dimidium. Et in ſumma cuiuſcunq; numeri parti quis ſimili ratione ſemitalentum addiderit, numerus hunc antecedens talentis conueniet: Vt ſi octauum, ſeptem: ſi nonum, octo: connumerato nimirum & dimidio. Veteres autem & vnum cum dimidio talentum, tria ſemitalenta dicere ſolent: quemadmodum & tres ſemiminas, vnam cum dimidia minam.* Hæc Suidas.

IV. Pollucis vero verba ſunt fere eadem, vt vel alteruter ab altero, vel vterq; ab vno aliquo mutuatus eſſe videri poſſit: ἀρχαία δὲ ἡ χρῆσις, καὶ ἡ τοῦ πέμπτον ἡμιτάλαντον, καὶ ἕβδομον ἡμιτάλαντον, ἢ

τέσσαρα

τ..ατα ..μισυ ταλα..α, ἢ δύο ἡμισυ, ἢ ἓξ ἥμισυ καὶ ὅλως ὁπόσου φήσει τις τὸ ἡμιτάλαντον, τὸν πρὸ αὐτοῦ ἀριθμὸν ὁλόκληρον εἶναι δεῖ, ἐὰν μὲν εἴδομεν, ...ον, ..ν δὲ τρίτον, τὰ δύο. σὺν δὲ τούτῳ τὸ ἥμισυ πάντως ἐπαρι.μεῖν. φιλον δὲ τοῖς ἀρχαίοις καὶ τὸ ἓν ἥμισυ τάλαντον τρία ἡμιτά..... λ.γ..., ὡς καὶ τρία ἡμιμναῖα, τὴν μίαν ἡμίσειαν μνᾶν. Quæ verba ..... v..de sunt deprauata, sic tamen reddo: *Vetus autem est consuetum, & .....tum semitalentum, & septimum semitalentum, aut quatuor di..... ....ta: aut duo dimidium: aut sex dimidium: & in summa ..... semitalentum quis dixerit, numerum ante ipsum integrum esse ....: Si septimum, sextum: Si tertium, duo: cum hoc vero dimidium ..... adnumerandum est. Vsitatum autem veterib. est, & vnum dimidium ..... tria semitalenta dicere: quemadmodum & tres semiminas ....m dimidia mina*: Hæc ille. Quæ verba Suidas haud dubie ex ...., qui antiquior est, repetit: & apud vtrumq; sunt deprauata.

V. Eodem modo est apud Suidam τρίτον ἡμίδραχμον τὰς δύο δραχμάς, ...θασι λέγειν οἱ παλαιοί, hoc est, Tertium semidrachmum duas cum semisse drachmas. Sic solent dicere veteres. Sic Hesychius quoq; ait: τρίτον ἡμίδραχμον αἱ δύο δραχμαὶ καὶ τριώβολον, hoc est, Tertium semidrachmum duæ drachmæ & triobolus. Triobolus drachmæ dimidium est, vt supra libro tertio declaratum est de nummis græcis.

VI. Porro hanc loquendi consuetudinem Latinis quoq; receptam esse, inde constat, quod & apud Volusium Mætianum inuenitur, cum inquit: *Sestertius duos asses & semissem* (valebat) *quasi semistertius ..gra a figura, ἕβδομον ἡμιτάλαντον. Nam sex talenta & semitalentum eo verbo significatur. Lex etiam XII. tabul. argumento est, in qua duo pedes & semissis tertius pes vocatur*. Hæc ille.

VII. A voce τάλαντον hic in re nummaria quoq; est ταλανταῖαι ... valoris & precii talenti: Strabo *libro 3. de Hispania Bætica loquens* ait ταλαντιαίους γοῦν ὠνεῖσθαι κριοὺς εἰς τὰς ὀχείας, hoc est, *Talentarios ... emunt arietes ad admissuras.*

VIII. Τάλαντον & numeri nomen est: vnde πολυτάλαντος pro opulento vsurpatur. πολυτάλαντον πρᾶγμα τὸ πολλοῦ ἄξιον apud Pollucem *libro 9.* res magni precii. πεντετάλαντος δίκη, apud Aristophanem *in Nubibus*, est actio debiti quinq; talentorum. φεύξει ... γραφάς

φας ἑκατονταλάντους apud Aristophanem *in Equitibus*, hoc est, *Accusabitur de centum talentorum debito.*

IX. Talento Latini, nisi aut vbi de reb. Græcorum & Asiaticorum loquuntur, aut de Græcis transferunt, non vtuntur. Sic aliquando Terentius & Plautus nummis græcis, vt obolo, drachma, mina, etiam talento vtuntur, quod suas fabulas de Græcis Comicis expresserunt. Et apud Liuium est *libro 1. ab Vrbe condita: Suessamq́, Pometiam ex his vi cœpit: vbi cum diuendita præda quadraginta talenta argenti auriq́, recepisset.* &c. Georgius Agricola hic talentum Atticum intelligit.

X. Libet & quædam prouerbia subiungere: quale est: τάλαντα Ταντάλου ταλαντίζεται, hoc est, Talenta Tantali talantizat, vel talantizantur, hoc est, ponderantur & accumulantur: quod natum est ex historia Tantali ob immensas diuitias, quas possidebat. Consule Erasmum *Chil 1.6.22.*

XI. Item τάλαντα Πέλοπος, de quib. est apud Theocritum *in Bucolisticis* cum inquit:

Μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι χρύσεια τάλαντα,
Εἴη ἔχειν, μηδὲ πρόσθε θέειν ἀνέμων.

Hoc est:

Ne Pelopis mihi sint agriq́, auriq́, talenta,
Nec ventos celeres anteuolasse pede.

Erasmus *Chil. 1. 6. 22.*

XII. Item τάλαντα Ζωπύρου apud Hesychium, de quo idem Erasmus *Chil.2.10.64.*

DE

TALENTO ARGENTI,

POTISSIMVM MINORE ATTICO, NARRATIO HISTORICA

CAPVT XV.

I.

Talentum singulis Sophistis dono dedit Pompeius M. in Rhodo & Athenis Philosophis, ex Asia decedens, & in Italiam rediens, Plu-

tarchus *in Pompeio.* Facit Coronatos 600. argenteos vnciales 750. HS 24000.

Talentum Sophistarum *δίδακτρον* fuisse Suidas testatur.

Talentum Aristodemus, fabularum actor, mercedem accepit, Gel. *lib.11. c.9.*

Talento minoris neminem docuit Eupompus pictor annis decem, Plinius *lib.35. c.10.*

Talentum Atticum in dies singulos merere solitus est Amœbeus Citarœdus in theatrum prodiens cantaturus, Athenæus *lib.14.* Budæus *lib 2. de Asse.*

Talentum Timotheus Isocrati donauit, quod epistolas a se Athenas missas, composuisset, Plutarch. *in vita Isocratis.*

Talentum victoriæ præmium in potandi certamine tulit Promachus, ad quatuor vini congios progressus: Sed triduum tantum superstes fuit, Plutarch. *in Alexandro M.* Athenæus *lib.10.* Quatuor congii faciunt mensuræ Atticæ sextarios 24. mensuræ Ro. sextarios 21 cum tribus quintis partibus, & totidem nossellas Francofordianas.

Talento venditum est Tritici *μέτρον*, hoc est, mensura in obsidione Hierosolymitana Ioseph, *lib.5. de Captiuit. in fine.* Si per *μέτρον* æpham intelligis, facit nostas mensura der Scheffel / quæ æphæ hebraicæ par est, 600. Coronatos.

Talento Crateris exemplar octauio equiti Ro. e gypso factum, Plin. *lib.35. c.10.*

Talento annua mercede Democedem Crotoniatem Medicum Aeginætæ conducunt. Athenienses postea centum minis conduxerunt, Herod. *Hist. 3.*

Talentum Tyrannicidæ præmium, Aristophanes *in Auibus.*

Ταλάντου πρίασθαι λέγεται ἐπιστάτην εἰς τἀργυρεῖα, hoc est, Talento emisse dicitur, quem argentifodinis præficeret, est apud Xenoph.

Talento donatus est Helcyon Cyzicenus a Dionysio, quod, vt prædixerat, Solis eclipsis secuta esset, Plutarch. *in Dione.*

Talentum argenti Alexandro M. e fodinis metallicis quotidie proueniit, Herod. *Historia quinta pag.152.*

ὅτι ἀργυρᾶ τὰ φίλων ὀμμάτων, est apud Platonem *de legib.* hoc est, singu-

singulos singulis talentis obsides in capita daturos esse, κατὰ hic, vt alias sæpe, distributiue accipitur.

Talentum vectigal e piscibus quotidie in flumine, Diodor. Siculus *lib.2.* Id de Talento Aegyptio octogenario intelligi debet: quod facit Coronatos 800. argent. vncial. 1000.

Talentum mercedis Apelles dedit, vt liceret Sicyone esse, & cum pictorib. habere consuetudinem, Plutarchus *in Arato.*

Talentum argenti Mithridates, rex Ponti, proposuit victori in certamine edacitatis & bibacitatis, Nicolaus peripateticus.

Talentarii arietes sunt in Hispania Betica, Strabo *libro 3.* hoc est, talento empti, Budæus *libro 4. de Asse.*

II. Talentum argenti & minas 52. & ad hæc stateres vndecim Lysander deposuisse traditur, Plutarch. *in Lysandro.* Facit HS Ro. 44976. drachmas Atticas seu denarios Ro. 11244. Coronatos 1124. cum duabus quintis partibus, argenteos vnciales 1405. cum semisse: stateres hic accipio nummos argenteos tetradrachmos.

III. Talentis duobus Democedes Medicus a Polycrate Samio annua mercede conductus est, Herodotus *Histor.3.* Facit Coronatos 1200. argenteos vnciales 1500. Suidas tanti curatum refert.

Talenta bina Sylla constituit ei præmium, qui proscriptum percussisset. Plutarch. *in Sylla.*

Talentis duob. vt Catonem Maiorem Tribuni mulctarent, a Quintii factione sunt impulsi. Hermannus Cruserius centum viginti millia æris recte interpretatur. Plutarch. *in Catone Maiore.*

Talenta duo promissa ei, qui Diagoram viuum adduxisset: talentum vnum qui interfecisset, Suidas ex Aristophanis *Auibus*, Erasmus *in Prouerb.* Diagoras Melius *Chil.3.4.72.*

Talenta bina donatiuum ab Alexandro M. equiti data, Q. Curtius *libro 7.*

Talentis duob. L. Lucullus exemplar tabulæ emit a Dionysio Athenis, quæ dicitur στεφανοπλόκος, Plinius *libro 35. cap.11.*

IV. Talentis tribus Atticis paucos Speusippi libros ab Aristotele emptos esse, refert A. Gellius *lib.3. cap.17.* & numeri Ro. eam summam fieri ait, HS duo & LXX millia. Facit Coronatos 1800. argenteos vnciales 2250.

Ta-

Talentorum trium aut quinq; M. Catoni Maiori facultates fuisse, refert Plutarchus *in eius vita*.

Talentorum non trium bona Themistoclis fuerunt priusquam ad Rempub. accessit, Plutarch. *in Themistocle.*

V. Talenta quatuor præmium constituitur ei, qui Tyrannum viuum adduxisset, Aristophanes *in Auib.* Facit Coronatos 2400. arg. vnc. 3000.

Talenta quatuor lecticariis data, qui Timagoram lectica ad mare deferrent, Plutarchus *in Pelopida.*

VI. Talentis quinq; Cleo a sua ciuitate mulctatus est: quod pecuniis ab insulis corruptus esset, Aristophanes *in Acharn.*

Ταλάντων πέντε φεύγω δίκην, Isocra. *de Iugo*: hoc est, *Talentorum quinq; reus sum.* Facit Coronatorum 3000. argent. vnciales 3750.

Ταλάντων πέντε ἡ χίων πόλις διὰ πρωκτὸν ὀφλήσει, Suidas, hoc est, *talenta quinq; Chiorum ciuitas propter podicem debebit.*

Ταλάντων πέντε τιμῆσαι, est apud Dinarchum in Aristogithonem, hoc est, quinq; talentis mulctare.

Talentorum quinq; mercede accepta Demades se legatum offert ad Alexandrum, Plutarch. *in Demosthene.*

Talentis quinq; codices rationum procurationis publicæ comparati Plutarchus *in Catone Maiore.*

VII Talenta septem a paterna hæreditate, Solon apud Athenienses primus suis debitoribus remisit: & suo exemplo σεισάχθειαν introduxit, Plutarchus *in Solone.* Facit HS 168000. drachmarum 42000. Coronatos 4200. argenteos vnciales 5250.

VIII. Talentorum octo οὐσίαν, hoc est, substantiam seu facultates Crates neglexit, & ad Philosophiam se contulit, Plutarch. *in lib.* περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, hoc est, Quod non oporteat vsuram exercere. Facit HS 192000. drachmarum seu denariorum 48000. Coronatos 4800. argenteorum vncialium 6000.

Talentis octo funus fratris monumento parato Catoni constitit, Plutarchus *in Catone Minore.*

IX. Talenta decem dos apud Terentium: Facit Coronatorum 6000, argenteos vnciales 7500.

Talenta decem Tobias Gabaeli, Gabriæ filio, mutuo dedit, *Tobie*

bia 4: intelligo talenta Hebræa profana, quæ Talento Attico minori sunt paria. Faciunt itaq; vt supra.

Talenta decem argenti Attalus Sicyoni ciuitati dono dedit, Liuius *lib. 2. Decad. 4.*

Δέκα ταλάντων ὥσπερ τῷ πατρίδα προδεδωκότι ἐτιμήσατο, Demosth. hoc est, Decem talentis tanquam patriæ proditorem mulctauit, seu mulctandum censuit.

Talenta decem Alexander M. Lyco Comico dedit ob versum in Comœdia insertum de Decem talentis, Plutarch. in Alexandro M.

Talenta decem Pericles εἰς τὸ δέον expendit, Plutarchus *in Pericle.*

X. Crantor Philosophus Arcesilao XII talentorum substantiam moriturus reliquit, Diogenes Laertius *lib. 4.*

XI. Talentis tredecim Bucephalus, Alexandri M. equus, emptus est, Plutarchus *in Alexandro M.* & Gellius *libro 5. cap. 2:* qui Romani æris recte interpretatur CCCXII sestertia, de quo supra *lib. 2. cap.* de sestertio. Facit Coronatorum 7800. argenteos vnciales 9750. Denario. 78000. HS 312000.

XII. Talenta Babylonia XV in dies singulos in Regem Persicum impenditur, Athenæus *libro 14:* quæ cum sint Talenta septuagenaria, a 70. minis dicta, faciunt Coronatos 10500. argenteos vnciales 13125.

Talenta XV εἰς τὰ δέοντα, hoc est, in vsus necessarios Pericles impendit, Suidas. Facit Coronatorum 9000. argenteos vnciales 11250.

Talentis quindecim αὐτόγραφα Poematum Homeri & Sophoclis Ptolemæus Philadelphus ab Atheniensibus emit, Philippus in quadam Declamatione de studiis veteris Philosophiæ.

XIII. Talentis sedecim Plinius *libro 8. cap. 42.* Bucephalum, Alexandri M. equum emptum esse refert. Facit Coronatos 9600. argenteorum vncialium 12000.

XIV. Talenta septemdecim Florus e Templo rapuit, Iosephus *libro 2. cap. 25.* Capti.

XV. Talentis XX Iulius Cæsar, a piratis captus se redemit, Plutarchus *in Cæsare.* Facit Coronatorum 12000. argenteorum vncial.

cial. 15000. Idem autem Talenta quinquaginta se daturum promi-sit: quos mox classe deducta assecutus, vltimo supplicio affecit.

Talentis XX Isocrates vnam orationem Nicocli, Cypriorum Regi, vendidit, Plutarchus *in vita Isocratis.*

Talentis XX Demosthenes vnius diei reticentiam Harpalo vendidit, Plutarchus.

Talenta viginti annua Darius, Hystaspis F. Iudæis constituit in Templi Hierosolymitani structuram & instaurationem, 4. Esdræ 4. Si Talenta Babylonia intelligis, Facit Coronatorum 14000. argenteos vnciales 17500.

XVI. Talenta XXX Agesilaus viaticum a Tithrauste, Persici Regis duce, accepit, Plutarchus *in Agesilao.* Facit Coronatorum 18000. argenteos vnciales 22500.

Talenta XXX Alexander M. dedit dono Lycio, itineris duci, Q. Curtius *lib. 5.*

XVII. Talenta XXXIII Attica tricesimo quoq; die, hoc est, in mensem tricenarium, Pompeio in Asia ex tributis soluuntur, Cicero *lib. 5. & 6. ad Atticum,* Athenæus *lib. 13.* Budæus *lib. 1. de Asse.* Facit Coronatos 19800. argenteos vnciales 24750.

XVIII. Talentis XL annuis neminem minoris Pamphilus picto-rem docuit. Hanc mercedem ei soluerunt Apelles & Melanthius, Plinius *lib 35. cap. 10.* Facit Coronatorum 24000. Argenteorum vn-cialium 30000.

XIX. Camerarius ex oratione Lysiæ de facultatibus Aristophanis locum adfert & interpretatur, hoc modo: *Mineruæ etenim consecrauit in munera offerenda, itemq; Delphico Apollini, quinq; millia Staterum. fratri autem, a quo custodirentur & administrarentur negocia Cypria, dedit quasi decem millia drachmarum: sorori talenta tria: cætera filio reliquit, Talenta decem & septem: quorum omnium summa est Talentorum circiter quadraginta. & addit: Hoc igitur consideremus: Ponantur talenta 17. relicta filio: item Talenta tria sorori: hæc iam fiunt 20. addantur ac drachmis 10000. 6000: hoc est, vnum Talentum. Ita iam colligitur erit summa talentorum XXI cum drachmis 4000. Nunc ponantur 5000 stateres didrachmi: hæ erunt drachmæ 10000: & æstimetur aurum decuplex, vt fiant drachmæ argenteæ 100000: exibunt inde talenta sedecim cum residuo drachmarum 4000: quibus omnibus consummatis reperientur Ta-*

lenta 38. & drachmæ 2000. Sin fecerimus aurum duodecuplex, ita vt illis temporibus, quæ in Platonica incidunt, videtur fuisse, illis 5000. stateres iam definite perficient Talenta XX: & erit summa tota Talentorum XLI. drachmarum 4000: vt vtraq; ratione consummentur circiter XL Talenta: & stater aureus didrachmus reperiatur: Hæc Camerarius.

XX. Talenta L Cn. Pompeius M. Ciuitati Athenarum ad Vrbis instaurationem donauit, Plutarchus *in Pompeio.* Facit HS duodecies 1200000. Coronatorum 30000. sic enim & Budæus & Victorinus interpretantur, argenteos vnciales 37500.

Talenta quinquaginta est apud Ciceronem *pro L. Flacco.*

Talentis L numeratis Prædonibus, a quibus captus erat, expositus in litore C. Cæsar non distulit, quin e uestigio classe deducta persequeretur abeuntes, ac redactos in potestatem supplicio afficeret, Suetonius in Cæsare *cap. 40.* Plutarch. *in Cæsare.*

Talentis L Pherora caput fratris Iosippi cæsi redimere voluit ab Antigono, *Ioseph. 14. fol. 449. Antiq. & lib. 1. cap. 12. Belli Iudaici.*

Talentis L Zenodorus suæ præfecturæ partem Auranitidis vendidit, Iosephus *libro 15. ἀρχαιολ.*

Talentis L Demosthenes mulctatus est, quod Harpalo silentium XX talentis vendidisset, Plutarchus *in Demosthene.*

Talenta L Obelisci artifex donatus est, Plinius *lib. 35. cap. 9.*

Talentis L & clauditur & aperitur os fossæ in flumine Nilo ad lacum Myrin in Aegypto, Diodorus Siculus *Historia 2.*

Talenta L facultates Aristophanis apud Lysiam in Orationibus, Camerar. *de veteri moneta.*

Talenta Attica L a Cæsare per Orodem extorta, Cicero *lib. 6. Epist. 1. ad Atticum.*

Talenta L ex quinquagesima Athenis collecta, Aristophanes in *Ecclesiaz.*

Talentis quinquagenis Apelles Protogenis opus poposcit, Plinius *libro 35. cap. 10.*

Talentis L Herodes donat Euryclem Laconem delatorem calumniantem, Iosephus *lib. 1. caput 17. Belli Iudaici.*

Talentum L argenti non signati forma, sed rudi pondere Susis Abulites e thesauris egessit Alexandro, Curtius *libro 5.*

Ta-

Talenta L Pericles suffuratus, εἰς τὰ δέοντα, hoc est, in vsus necessarios se insumpsisse dixit, Suidas *in voce* λυθὲν *&* δέον.

Talentis L Pericles mulctatus est, Suidas.

Talentis L. Miltiades mulctatus est, quod insulæ Paro bellum mouisset, Herodotus *Historia sexta pag. 197.* Plutarchus *in Cimone.*

Talentis L Alexander M. Eurylochum donat, Q. Curtius *libro 8.*

Ad Talentorum quinquaginta precium Rex Macedonum Perseus in bello secum trahebat vasa argentea & aurea &c. Plutarchus *in Paulo Aemilio.*

XXI. Talentis LX Niceas Atheniensis Tabulam, παρομαστίαν Homeri, Attalo Regi vendere noluit; sed Patriæ potius donauit, Plinius *lib. 35. cap. 11.* Facit Coronatorum 36000. argenteorum vncialium 45000.

Talenta LX argenti non signati est apud Thucydidem Historia sexta.

Talenta ne LX quidem Alexandro M. in Thesauris fuisse initio, scribit Arrhian. *lib. 7.*

Talenta LX annuum vectigal Athenis, si sex millia mancipiorum singulos obolos in diem ferant, Xenoph. in lib. cui titulus est Πόροι, hoc est, Reditus. Ferunt enim in anno vno simul obolorum 2160000. HS 1440000. Denariorum seu drachmarum 360000. Coronatorum 36000. argenteorum vncialium 45000. quæ faciunt Talenta LX.

XXII. Talenta LXX Alexander M. initio tantum habuit ad Belli Asiatici expeditionem aduersus Darium, vltimum Persarum Regem, Plutarchus *in Alexandro.* Facit Coronatorum 42000. vnciales argenteos 52500.

Talenta LXX Herodes Rex donat Archelao, filii Alexandri socero, Iosephus *lib. 1. cap. 17. Belli Iudaici.*

XXIII. Talenta LXXX Alexander M. donat duci in Aornum Petram. Q. Curtius *libro 8.* Facit Coronatorum 48000. Argenteorum vncialium 60000.

Talenta LXXX argenti signati Omphis Taxiles Indiæ Rex, omnibus Alexandri amicis donat præter aureas Coronas, Q. Curtius *lib. 8.*

Talen-

Talentis LXXX Cæsar Dictator duas Tabulas, Medeam & Aiacem Timomachi emit, in templo Veneris genetricis dicaturus, Plinius *lib.7. cap.38.* & *lib.35. cap.11.*

Talentorum LXXX Themistoclis pecunia deprehensa & publicata est, vt Theophrastus refert, Plut. *in Themist.*

XXIV. Talenta C Alexander M. Phocioni ex Asia dono misit, Plutarch. in Phocione. Facit Coronatorum 60000. argenteorum vncialium 75000.

Talentis C vnam tabulam Aristidis, pictoris Thebani, Rex Attalus licitatus est, Plinius *lib.7. cap.38. & lib.35. cap.10.*

Talentorum C pecuniam Themistoclis deprehensam & publicatam esse refert Theopompus, teste Plutarcho *in Themistocle.*

Talentorum C Herodes pro fratre Pherora fit fideiussor Cæsar, Iosephus *lib.16. ἀρχαιολ. cap.13.*

Talentorum C dos datur ab Herode Sponsæ filiæ Pheroræ fratris, Ioseph, *lib.16. cap.7. ἀρχαιολ.*

Talentorum C mulcta irrogatur, Aeschines de falsa legatione, ἑκατοντάλαντον ἐτίμησαν.

Talenta C Cois remissa esse e tributo imperato pro tabula, in qua Venus emergens ab Apelle picta fuit, Strabo *lib. 14.* scribit.

Talentorum C Catoni hæreditas obuenit, Plutarch. *in Catone Minore.*

Talenta C promissa ei, qui Xerxem, vel viuum vel mortuum, Athenas attulisset, Suidas in voce Ἐπικηρυχθεῖσαι.

Talentis C donatus est Eristratus, Aristotelis filia genitus, Antiocho Rege sanato, a Rege Ptolemæo filio eius, Plinius *lib.49. cap.1.* Sed idem eandem historiam aliter narrat, *lib.7. cap.37:* quippe cum inquit: *Eandem scientiam* (Medicinam) *in Cleombroto Ceo, Ptolemæus Rex Megalensibus sacris donauit* C Talentis seruato Antiocho Rege: quædam exemplaria hic habent Theombroto, Budæus *lib. 3. de Asse.*

Talentis C Polycletus fecit Diadumenum Iuuenem, Plinius *lib. 34. cap.8.*

Talentis C Apis, bos Aegyptius defunctus, funeratur, Diodorus Siculus *lib. 2.*

Talenta C Macedones victi tributi Populo Ro. dare iussi quotannis, vt suis legibus vterentur, Plutarchus *in Paulo Aemilio.*

Talentis C lis æstimatur Timotheo, Aemilius probus *in Timotheo.*

Talenta C argenti Ptolemæus, Aegypti Rex, Hierosolymam misit Sacerdotum Principi Eleazaro, Ioseph. *lib. 12. cap. 2.* ἀρχαιολο. Eusebius *lib. 8. Euangelicæ præparat:* Si talenta Aegyptia intelligis, facit Coronatorum 80000. argenteorum vncialium 100000.

Talentis C captiui MCC ab Achæis redempti, ab Annibale venditi, Polybius apud Liuium *lib. 4. Decad. 4.* Liuii verba sunt: *Ingens numerus erat Bello Punico captorum: quos Annibal, cum a suis non redimerentur, venundederat. Multitudinis argumentum est, quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achæis stetisse, cum quingentos denarios precium in capita, quod redderetur Dominis, statuissent. Mille ducentos ea ratione Achaia habuit,* Hæc Liuius. Priscianus *libro de ponderibus,* Liuii verba repetit, & eis subiungit, cum inquit: *Qua ratione ostenditur: Sex millia denariorum habere Talentum. Nam cum quingenti denarii pro mille ducentis captiuis dati colligantur, sexcenta millia denariorum, Centum ea summa ostendit fuisse Talenta. Centesima autem pars sexcentorum millium sex millia inueniuntur. Denarii autem illo tempore erant 24. siliquarum.* Repetit Bud. *lib. 2. de Asse.*

Talentorum C reditus annuos Pheroras Herodis frater habebat, Ioseph. *1. cap. 18. Belli Iudaici.*

Talenta C argenti annua Artaxerxes, Persarum Rex, populo Iudaico, e captiuitate Babylonica reduci, largitur, *Esdræ 7.* Si talenta Babylonia intelligis, facit Coronatorum 70000. argenteos vnciales 87500.

XXV. Talentorum CXX Catoni ex hæreditate portio cessit, Plutarchus *in Catone Minore.* Facit denariorum 720000. Coronatorum 72000. argenteorum vncialium 90000.

XXVI. Talenta CCXVI Ptolemæus, Aegypti Rex, donat LXXII Senioribus Iudæis, ab Eleazaro ad Bibliorum interpretationem missis, singulis terna, Ioseph. *lib. 12.* ἀρχαιολ. intelligo talenta Aegyptia: Quæ faciunt Coronatos 172800. argenteorum vncial. 216000. Idem post discessuris singulis dedit duo talenta præter alia munera.

XXVII. Talenta CXXX reditus populi Atheniensis, Demosthenes Philippica 4. Facit Coronatorum 78000. argenteos vnciales 97500.

XXVIII. Talentis CL Apollo Colossus XXX Cubitorum factus, a M. Lucullo ex Apollonia, Ponti vrbe, Romam translatus, Plinius *lib. 34. c. 7.* Facit HS 3600000. drachmarum 900000. Coronatorum 90000. argenteorum vncialium 112500.

Talenta CL Cassius Lycus imperauit, Plutarchus *in Bruto.*

Talenta CL Iudicib. merces data Athenis, Aristophanes *in Vespis.*

Talenta CL Aratus Sicyonius mutuo accepit a Ptolemæo: qua pecunia Ciuibus satisfecit pro fundis ademptis, Plutarch. in Arato, Cicero *2. officiorum*: quod repetit Philippus Melanchthon *lib. 2.* Chronici.

XXIX. Talenta CC æris alieni habuit Alexander M. in expeditionem Asiaticam proficiscens, Plutarch. *in Alexandro M.* Facit Coronatorum 120000. argenteorum vncialium 150000.

Talentis CC monilia empta, Iosephus *libro 17. cap. 5. ἀρχαιολ.*

Talenta CC argenti Alexandro M. dono missa a Taxile, Indiæ Rege, Arrhian. *lib 5.*

Talenta CC Attica Cyprii dabant, ne milites Ro. in hyberna reciperent, Cicero *lib. 5. Epistola 20. ad Atticum*, Budæus *lib 3. de Asse.*

Talenta CC Apolloniatæ Pisoni dederunt, ne pecunias creditas soluerent, Cicero *in Pisonem.*

Talenta CC Pompeio promissa in Prouincia in sex menses, Cicero *libro 7. ad Atticum epistola tertia.*

Talenta CC in caput Themistoclis Rex pronunciauit, Plutarchus *in Themistocle.*

Talenta CC amplius Macedonia Regi pependit, Plutarchus *in Paulo Aemilio.*

Talentorum CC reditus Herodes filio Antipatro tribuit, Iosephus *lib. 16. cap 8. ἀρχαιολ.*

XXX. Talenta CCXXX Nectanebis, Aegypti Rex, Agesilao donat, Plutarch. *in Agesilao.*

XXXI. Talentorum CCL æs alienum contraxit, Antonius Plutarchus *in Antonio.* Facit Coronatorum 150000. argenteos vn-

cies 187500. Cic. *Philippica secunda* recte interpretatur HS sexagies 6000000. Budæus *lib. 3. de Asse.*

Sexagies Sestertio (Sestertium) domus Crassi æstimata, Valer: Maximus *lib. 9. cap. 1.*

XXXII. Talentis CCC Solis Colossus Rhodi factus effectusq; est duodecim annis, Plinius *lib. 34. cap. 7.* Facit Coronatorum 180000. argenteorum vncialium 225000.

Talenta CCC non amplius Crassus ex paterna hæreditate accepit, Plutarch. *in Crasso*, Budæus *lib. 2. de Asse.* Hermannus Cruserius recte interpretatur HS 7200000. septuagies bis.

Talentis CCC Perseus, Macedoniæ Rex, Genthium Illyrium in belli societatem pellexit: quibus tamen mox eum defraudauit, Plutarchus *in Paulo Aemilio.*

Talentis CCC Templum Delphicum ædificandum locatum, redemptumq; est, Herodotus *Historia 2.*

Talentis CCC quod perfidiam vendidisset, Pisoni a Cicerone obiectum, Cicero *in Pisonem*, Budæus *lib. 3. de Asse.*

Talenta CCC Arctayctes pro se & filio Protesilao Deo promittit, Herodotus *Historia 9.*

Talenta CCC Aristobulus Scauro misit, & in suas partes pellexit, Iosephus *libro 1. Belli Iudaici cap. 5.*

Talentis CCC ab Areta Rege acceptis Scaurus ex Arabia excessit, Ioseph. *lib. 1. cap. 6. Belli Iudaici.*

Talenta CCC dos apud Ioseph. *lib. 1. cap. 17. Belli Iudaici.* *τριακόσια ἀργυρείου τάλαντα*, hoc est, argenti.

Talenta CCC Sennacherib, Assyriorum Rex, præter aurum ab Ezechia, Rege Iuda, accepit, & exercitum reduxit, Ioseph. *lib. 10. ἀρχαιολ. cap. 1.* Intelligo Talenta Hæbræa publica seu profana quæ Talento Attico minori sunt paria.

Talentis CCC acceptis Gabinius corruptus accusatus fuit, Ioseph. *lib. 14. ἀρχαιολ. pag. 420.*

Talenta CCC Herodes Antipatro filio dedit Romam nauigaturo, Ioseph. *lib. 1. cap. 2. Belli Iudaici.*

Pro Talentis CCC Antipater, a Scauro ad Aretam missus, sponsor factus est, Iosephus *lib. 14. cap. 10. ἀρχαιολ.*

Talenta CCC Herodes Cæsari donat, Iosephus *lib. 16. cap. 8. ἀρχαιολ.*

XXXIII. Talentis quadringentis acceptis Scaurus corruptus, est accusatus, Iosephus *lib. 14. pag. 420. ἀρχαιολ.*

Talentis CCCC Publius vaginam gladii Mithridatis furatus vendidit Ariarathi, Plutarchus *in Pompeio.* Facit Coronatorum 240000. argenteorum vncialium 300000.

Talentorum CCCC reditus concessi Arochelao Ethnarchæ a Cæsare, Iosephus *lib. 2. cap. 9. Belli Iudaici.*

Ad Talenta CCCC reditus Atheniensium aucti, Demosthenes *Philippica 4.*

Talentorum CCCC præda ex bonis decimatis captæ Suessæ, Dyonis. Halicarn. *lib. 4.*

Talenta CCCC in cœnam Xerxis expensa in Thracia, Herodotus *Historia 7.*

Talenta CCCC apud Regem Persarum in cœnam consumpta esse, in qua XVM hominum cœnarunt, refert Ctesias & Dino: quæ Athenæus *lib. 4.* Italici nummi interpretatur CCXL myriades s. Denariorum 2400000. Athenæi verba sunt: *ὁ δὲ περσῶν βασιλεὺς, ὥς φησι κτησίας καὶ δίνων ἐν τοῖς περσικοῖς, ἐδείπνει μετὰ ἀνδρῶν μυρίων πεντακισχιλίων. καὶ ἀνηλίσκετο εἰς τὸ δεῖπνον τάλαντα τετρακόσια, γίνεται δὲ ταῦτα ἰταλικοῦ νομίσματος ἐν μυριάσι διακοσίαις τεσσαράκοντα. αὗται δὲ εἰς μυρίους πεντακισχιλίους μεριζόμεναι, ἑκάστῳ ἀνδρὶ γίνονται ἀνὰ ἑκατὸν ἑξήκοντα ἰταλικοῦ νομίσματος.* Hoc est, Rex Persarum, vt ait Ctesias & Dino in Persicis, cænabat cum quindecim millibus virorum; & insumebantur in cœnam Talenta quadringenta: fiunt hæc myriades ducentæ quadraginta nummi Italici: quæ in quindecim millia diuisæ, cedunt cuiq; viro centeni & sexageni nummi Italici, hoc est, denarii. Repetit Budæus *libro 3. de Asse.*

Talenta CCCC Aristobulus Scauro, Pompeii M. legato, dedit, vt sibi contra suos hostes adesset, Iosephus.

Talenta CCCC, pecunias sacras, in templo Hierosolymitano milites Ro. diripiunt, Ioseph. *lib. 2. cap. 5. Captiuit.*

XXXIV. Supra talenta CCCC Ptolemæus, Aegypti Rex, expendit, Iudæos in suo Regno redimens in capita centenis & vicenis drachmis; quam pecuniam suis Dominis dedit, Iosephus *lib. 12. ἀρχαιολ.*

χαιολ. cap. 2: ταλαντα δὲ ὑπὲρ ξ' καὶ υ τῶν λύτρων ἐγένετο, hoc est, *Talenta vero supra CCCCLX preciorum redemptionis fuerunt.* Ioseph. refert captiuorum Iudæorum fuisse δώδεκα μυριάδας, hoc est, 120000. Si itaq; in capita datæ 120. drachmæ, facit summa drachmarum 14400000. Coronatorum 1440000. quæ facerent Talenta Attica quidem 2400. Aegyptiæ vero 1800.

Talenta CDLX tributum ab Aristide Iusto impositum, Suidas. Facit Coronatorum 276000. argenteorum vncialium 345000.

XXXV. Talenta D argenti æs alienum Philippi, Alexandri M Patris, Arrhian. *lib.* 7. Q. Curtius *lib.* 10. Facit Coronatorum 300000. Argenteorum vncialium 375000.

Talentis D argenti Antiochus Rex coronatus, Suidas ἐν τῷ ςακτή.

Talentis D lis æstimata apud Plutarchum in Catone Maiore.

Talentorum D spe Arachias Cyprum prodere conatus est: & deprehensus pœnas capite luit, Suidas.

Talentis D Cassius Rhodiorum ciuitatem mulctauit, Plutarchus *in Bruto.*

Talentorum D Athenienses Sicyoniis mulctam irrogarunt, Pausanias *in Achaicis.*

Talentorum D vitem auream Aristobulus Pompeio M. donauit, Iosephus *lib.* 14. *cap.* 4. ἀρχαιολ.

Talenta D Herodes in Ludos Gimnicos profudit, Iosephus *lib.* 16. *cap.* 9. ἀρχαιολ.

Talenta quingenta Herodes testamento reliquit Iuliæ, vxori Augusti, &c. Ioseph. *lib.* 17. ἀρχαιολ.

Talenta D Arabes Herodi offerunt pro redemptione, Ioseph. *lib.* 1. *cap.* 14. *Belli Iudaici.*

Τάλαντα πεντακόσια, hoc est, Talenta D. Iosephus quidam adolescens ab amicis Ptolomæi Regis accepit mutuo, Iosephus *lib.* 12 *pag.* 360. Si Aegyptia accipis, facit Coronatorum 400000. Argent: vncial. 500000.

XXXVI. Talenta DC Marcellus tributum ex Celtiberia exegit, Strabo *lib.* 4. Budæ *lib.* 4. *de Asse.* Facit Coronatorum 360000. argenteorum vncialium 450000.

Ta-

Talenta D C Socii Athenarum vrbi sub Pericle pendebant, Thucydides *lib.2.*

Talenta DC Epicrates possedit, Suidas.

Talentorum DC pecuniæ signatæ facultates Agis, Spartanorum Rex, in commune contulit, Plutarch. *in Agide.*

Talenta DC annua Archelao cedebant e sua ditione a Cæsare tributa, Iosephus *lib.17. cap.17. ἀρχαιολ.*

XXXVII. Plus quam DCC Talenta argenti Cassius post Cæsaris cædem e Iudæa exegit, Iosephus *lib.14 pag.435. ἀρχαιολ. & lib. 1. cap.9. Belli Iudaici.* Facit Coronatorum 420000. argenteorum vncialium 525000.

Talenta DCC Harpalus Phocioni frustra obtulit, Plutarch. *in Phocione.*

XXXVIII. Talentis DCCC constitit Turris Pharus, in Pharo insula Aegypti a Rege extructa, Plinius *lib 36. cap.12.* Facit Coronatorum 480000. vt & Philippus Melanchthon æstimat in Oratione de vita Aristotelis, argenteorum vncialium 600000.

Talenta DCCC Aristoteles ab Alexandro M. accepit pro libris de Animalibus, Athenæus *lib.9. & 12.*

Talenta DCCC pecunia vsuraria Philippi, Regis Macedonum, Arrhianus *lib.7.*

Ταλάντων ω pecunia Iudæis in insula Co ablata, hoc est, *Octingenta Talenta, Iosephus lib.14. ἀρχαιολ.*

Talenta octingenta Herodes Cæsari donat, Ioseph. *lib.15. ἀρχαιολ. pag.469.*

XXXIX. Talentis DCCCXXX æris alieni sponsione Crassi interueniente Cæsar in Prouinciam abiit, Plutarchus in Cæsare. Facit HS 19900000. Coronatorum 498000. Budæus *lib. 2. de Asse.* argenteorum vncial. 625000.

XL. Mille Talenta Antigonus Parthis promittit, vt Hyrcanum ἀρχῆ spolient, & sibi tradant, Ioseph. *lib. 14. ἀρχαιολ. pag. 440. & lib. 1. cap.11. Belli Iudaici.* Facit HS 24000000. drachmarum seu Denariorum 6000000. Coronatorum 600000. argenteorum vncialium 750000.

Talenta mille mulcta Sicyoniis ab Arginis irrogata, Herodotus *Historia 6.*

Ad

Ad mille Talenta Iosephus adolescens quidam Ascalonitarum bonis confiscatis, cum tributa dare recusarent, coegit, & Regi misit, Ioseph. *lib.12.* ἀρχαιολ. *pag.360.*

Vltra mille talenta Zeno ναυτικῶς ἐξετάζει, Suidas.

De mille Talentis, quæ Lysander Spartam miserat, Cleandrides triginta est depeculatus, Plutarch.

Talenta mille Athenis in Acropoli condita, Suidas in voce ἄβυσσος.

Talenta mille Reditus Atheniensium, Xenophon. *lib.7. Anab.*

Talenta mille argenti signati Alexander Taxili Indo donauit, Plutarchus *in Alexandro.*

Talenta Mille Alexander in domo Bagoæ inuenit, ad cultum vestiarium pertinentia, quæ Parmenioni donauit, Plutarchus *in Alexandro.*

Talentis Mille Archibius a Cæsare impetrauit, ne Cleopatræ statuæ deijcerentur vna cum Antonianis, Plutarchus *in Antonio.*

Talenta Mille Reip. data in Pompeij Triumpho, Plin. *lib.37. cap.2.*

Mille Talenta annua Pompeio decreta in stipendium, cum prouinciæ in quadriennium essent prorogatæ, Plutarch. *in Pomp.*

Talentis mille acceptis Pompeius morte dignum dimisit, Ioseph. *lib.14. pag 420.*

Talentis Mille Darius percussorem in Alexand. M. licitatus est, Curtius *lib.4.*

Vltra mille Talenta Ciuitas Atheniensium impendit, Isocrates in Areopagitico.

Talenta Mille munus, ab Herode relictum, Cæsar Pheroræ filiis distribuit, Iosephus *lib.17. cap.8.* ἀρχαιολ. *& lib.2. cap.9. Belli Iudaici*

Talenta Mille Philippus, Macedoniæ Rex, Romanis pendat, Philippus *lib.2. Chronici.*

Mille Talenta argenti Manahem Rex Israel dedit Phul, Regi Assyriorum, ne suo Regno noceret, *4. Reg.15.*

Amplius mille talenta annua Crenidæ Philippo, Alexandri M. patri, dederunt, Diodorus Siculus *in Philippi anno tertio.* Loquitur de Aurifodinis.

XLI. Ta-

XLI. Talenta ML argenti in ærarium illata in Pauli Aemilii Triumpho, Plutarchus, Budæus *lib.2. de Asse*.. Facit Coronatorum 630000. argenteos vnciales 787500.

XLII. Talenta MCC Demetrius Phalereus quotannis in potestate habuit, cum Atheniensium Remp. administrabat, Athenæ. *lib.12.* Facit Coronatorum 720000. argenteorum vncial: 900000. G. Agricola æstimat vncialibus 916363. semunciali, tribus grossis & vno nummulo Misni: cum dimidio.

XLIII. Talenta MCCL congiarium populo datum refert Plutarch. in Catone Minore vt Lapus recte vertit: & Hermannus Cruserius recte transfert HS trecenties 30000000. quæ faciunt denariorum seu drach. DCCL myriades 7500000. Coronatorum 750000. argenteos vnciales 937500.

XLIV. MCCXXII Talenta argenti ad clauos & alia instrumenta Templi Hierosolymitani fuisse, refert Eupolemus Budæus *lib. 4. de Asse ex Eusebio lib.9. Præparationis Euangelicæ Pag.265.*

XLV. Talenta MCCC æris alieni Cæsar contraxit antequam vllum magistratum iniret, Plutarch. in Cæsare. Facit Coronatorum 780000. Denariorum 7800000. Argenteorum vncialium 975000. HS 31200000. vt Hermannus Cruserius recte transfert.

XLVI. Talenta Attica MCCCCLXX annua tres Asiæ præfecturæ pendebant, Herod. *Histor.3*: quæ faciunt talenta Babylonia MCCLX apud Budæum *lib.4. de Asse.* Facit Coronato: 882000. Argenteos vnciales 1102500. HS 35200000. & paulo plus.

XLVII. Talenta MD Paulus Cos. corruptus ad Cæsaris partes defecit, Plut. *in Pompeio*, Appianus *lib. 2. Bell. Ciuil.* Facit HS 36000000. trecenties & sexagies, vt Cruserius recte interpretatur, denariorum 9000000. nonagies, Coronatorum 900000. nongenta millia, Budæus *lib.3. de Asse*, vncialium argenteorum 1125000. Paulus Cos. hac pecunia celebrem illam Basilicam ædificauit, de qua est apud Plinium *lib. 36. cap.15.*

Mille quingenta Talenta ex bonis paternis Cæsar filiis Herodis distribuit, Ioseph. *lib.17. cap.17.* ἀρχαιολ.

XLVIII. Talenta MDC expensa refert Herodotus *Histor.2.* tantum in raphanos, allia, cepas in ædificatione Pyramidis. Diodorus Siculus *lib.2.* habet in olera tantum herbasq; , quod is cibus artifi-

cum

cum fuit. Facit, si Talenta Attica intelligis, Coronatorum 960000. Argenteorum vncial. 1200000. duodecies. Sin vero accipis Talenta Aegyptia octogenaria, facit Coronatorum 1280000. Argent: vncialium 1600000. sedecies.

XLIX. Plinius *lib. 36. c. 12.* refert in raphanos & allium & cepas erogata esse Mille octingenta Talenta: quæ, si Attica intelligis, faciunt Coronatorum 108000: sin vero accipis Talenta Aegyptia, facit Coronatorum 1440000. argenteorum vncialium 1800000. HS 57600000.

L. Talentum duo millia argenti, quæ Pompeius non attigerat, Crassus e templo Hierosolymitano abstulit, Iosephus *lib. 14. c. 8. & 13. & lib. 1. c. 5. & 6. Belli Iudaici.* Facit Coronatorum 1200000. duodecies, argenteorum vncialium 1500000. quindecies, HS 48000000. Aliter computat G. Agricola *lib. 3.* de precio numinorum.

Talentorum IIM Mithridates Romanis pendat, vt pacem obtineat, Plut. *in Sylla.*

Talentorum duo millia Alexander M. Thessalis donatiuum dedit, Plutarch *in Alexandro.*

Talentorum duo millia redditus populi Atheniensis, apud Aristophanem *in Vespis.*

Talentorum duo millia Pythius Lydus Xerxi dedit in expeditionem aduersus Græcos præter aurum, Herodotus *Historia 6.*

LI. Ταλαντα βιβ', hoc est, Talenta 2012. in arcem Atheniensem expensa, Suidas in voce προπύλαια. Facit Coronatos 1207200. argenteorum vncialium 1509000. HS 48288000.

LII. Talentorum IIMCCC argenti ex incendio fluxisse, refert Diodorus Siculus *lib. 2.* Facit Coronatorum 1380000. argenteorum vncialium 1725000.

LIII. Talentorum IIM D C pecuniæ signatæ apud Q. Curtium *lib. 3. de Gaza Damasci.* Facit Coronatorum 1560000. argent. vncialium, 1950000. Budæus *lib. 4. de Asse.*

LIV. Talentum tria millia Senatus Roma. Lucullo ad classem parandam decreuit: qua tamen pecunia sibi non opus esse dixit, Plutarchus in Lucullo. Facit HS 72000000. septingenties & vicies, Denariorum seu drachmarum 18000000. centies & octogies, Coronatorum 1800000. decies octies, argent. vncial. 2250000.

Talentorum tria millia censum reliquit Demetrius, Pompeij libertus, Plutarchus, Budæus *lib 2. de Asse.*

Talentum tria millia Abulites Indus Alexandro M. attulit, Plutarchus *in Alexandro M.*

Talentum tria millia apud Xenophon. *lib.3. Cyri Pædiæ.*

Talentum tria millia argenti Alexander M. Arbelis inuenit, Diodorus Siculus *in Alexandro M. anno sexto.*

Talentum tria millia argenti scamnum suppedaneum Darii, Regis Persarum, Athenæus *lib.12.* Bud. *lib.4. de Asse.*

Tria millia talentorum Hyrcanus ex Dauidis monumento aperto abstulit, Iosephus *lib.13. cap.15. & lib.10. cap.7. & lib. 1. cap. 2. de Bello Iudaico.*

Tria millia talentum non amplius capta sunt in castris Darii ab Alexandro M. Arrhianus *lib.2.*

LV. Talentorum quatuor millia, argenti signati est apud Q. Curtium *lib.4.* Facit Coronatorum 2400000. argenteorum vnc. 3000000. HS 96000000.

Quatuor millia talentum, Darii Gaza Alexand. M. traditur, Curt. *lib.5.*

Ad quatuor Talentorum millia Herculi decimæ nomine consecrata, Diodorus Siculus *lib.5.*

Quatuor millium talentorum facultates Demetrius, Pompeij libertus, reliquit, Plutarchus *in Pompeio.* Hermannus Cruserius, milies HS interpretatur 100000000. Sed facit potius HS 96000000. nongenties & sexagies.

Talentum quatuor M. Calphurnia, Cæsaris vxor, ad Antonium domo sua exportauit, Plutarchus *in Antonio*: ob quam pecuniam, ab Antonio interuersam, inter Octauium & Antonium inimicitias exortas esse, Plutarchus in *Cicerone* scribit. Vnde Octauius ab Antonio repetiuit CCL. myriades s. drachmarum 2500000: quæ faciunt Coronatorum 150000. argenteos vnciales 312500. Plutarch. *in Antonio*; Budæus *lib. 3. de Asse.*

τάλαντα τε[τ]ρακισχίλια χαλκοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ νομισματοποιηθέντα, Suidas. hoc est, Talentorum quatuor millia æris Alexandriæ coacti confectiq́;.

LVI. **Talentorum VM argenti purpuræ Harmonicæ** Susis inuenta

uenta ab Alexandro M. Plutarchus in Alexandro M. Facit Coronatorum 1000000. tricies, argenteorum vncialium 3750000.

Amplius quam quinq; millia Talentorum Rex Persarum in bellum aduersus Athenienses impendit. Herodotus.

Quinq; millibus Talentum Demetrius instructus Athenas nauigauit, Plutarchus *in Demetrio.*

LVII. Talentorum VIM argenti signati in arce Athenarum tempore Periclis fuerunt, Thucydid. *lib.2.* Facit HS 14000000. drachmarum 36000000, Coronatorum 3600000. argenteorum vncialium 4500000.

Talentorum VIM census vrbis Athenarum a Demosthene æstimatus, Suidas.

Talentorum VIM vel mulcta Tigrani irrogata a Pompeio, vel Pompeio a Tigrane donata, Appianus, Budæus *lib.3. de Asse.*

Talentum prope VIM Cæsar vni Ptolemæo abstulit suo Pompeijq nomine, Suetonius in Cæsare *cap. 54.*

Talentum VIM reditus Aegypti sub Alexan. Philippus *in Chronicis.*

Talentorum VIM pecuniæ captis Persagadis, Curtius *lib.5.*

LVIII. Talentum VIMD & amplius Lycurgus, Lycophronis filius, in ærarium intulit, Pausanias *in Atticis.* Facit Coronatorum 3900000. argent; vncialium 4875000.

LIX. Ad Talentum VIIM argenti Cato coegit, Ptolemæo, Cypri Rege, confiscato, Strabo *lib.14. in fine*, Plutarch. *in Catone Minore*, Budæus *lib.3. de Asse.* Facit drachmarum 42000000. Coronatorum 4200000, argenteorum vncialium 5250000. HS 168000000.

LX. Talentum VIIMC Crassus ante coegit, quam ad Bellum Parthicum proficisceretur, cum initio non amplius CCC Talentis habuisset, Plutarchus *in Crasso.* Facit Coronatorum 4260000. Budæus *lib.2. de Asse*, Argenteorum vncialium 5325000. HS 170400000; hoc est, millies septingenties quater CM, vt & Hermannus Cruterius recte interpretatur. Idem quoq; CCC Talenta latine reddit 7200000, septuagies bis HS; de quo supra numero 32. huius.

LXI. Talenta Babylonia VIIMDCCXL tributa ex præfectu-

ris Regni Persici sunt apud Herodotum *Historia 3.* Facit drachmarum seu denariorum 54180000. Coronatorum 5418000. Argenteorum vncialium 6772500. HS 216720000.

LXII. Octo millia Talentorum pecuniæ signatæ Tigranocertis a Lucullo captis, inuenta, Plutarchus *in Lucullo.* Facit Coronatorum 4800000. argenteorum vncialium 6000000.

VIII millia Talentorum Cassius conflauit a Rhodiis, Plutarchus *in Bruto.* Facit Coronatorum, 4800000 drachmarum 48000000. argent: Vncialium 6000000. HS 192000000.

Octo Talentorum millia Pericles in Arcem retulit, Isocrat. *De pace.*

LXIII. Talentum IXM Attica annua in Regno Persico, apud Herodotum *Historia 3.* Facit Coronatorum 5400000. argenteorum vncialium 6750000.

LXIV. Talentorum IXMXXX Attica Budæus *lib. 4. de Asse* supputat esse, quæ sunt Babylonia VIIMDCCXL apud Herodotum *historia 3.* Facit Coronatorum 5418000. argenteos vnciales 6772500. drachmarum 54180000. HS 216720000.

LXV. Talenta IXMDXL Euboica apud Herodotum *historia 3.* de quibus Budæus *lib. 4. de Asse.*

LXVI. Talentum IXMDCC, apud Thucydidem *historia 2.* Facit Coronatorum 5820000. argent. vncialium 7275000.

LXVII. Talentum XM Gabinio promissa, qui Syriam administrabat, vt Ptolemæum in Regnum Aegypti restitueret, Plut. *in Antonio.* Facit Coronatorum 6000000. Budæus *lib. 4 de Asse*, argenteorum vncialium 7500000. Cicero pro Rabirio Posthumo Sestertium bis millies & quadringenties latine interpretatur, 240000000. quod idem est, Budæus *lib. 3. de Asse*, Strabo *lib. 17.*

Talentum XM lis Gabinio, æstimata est accusante Memmio, Cicero *pro Rabir. Posth.*

Talentum XM Pœnæ capitali Gabinium ereptum, a Valerio Maximo scribitur *lib. 8.*

Talentum XM Carthaginenses intra annos L Romanis pendant, Philippus *lib. 2. Chron.*

Talentum XM Darius Alexandro M. promittit, Plutarch. *in Alexandro & Apophtheg. Arrian. lib. 2.*

Γαλατ-

τάλαντα μύρια debitum, *Matth 18.* hoc est, Talentorum decem millia.

Talentorum XM Aman in Iudæorum exitium promittit Regi Persarum, *Esther 3.* Suidas.

Talentum XM Alexander M. mensis totis castris positis, ad soluendum æs alienum militum, expendit, Q. Curtius 10. Plut. *in Alexandro* habet minus.

Πλείω ἢ μύρια τάλαντα Romani breui a Iudæis exegerunt, Ioseph. *lib. 14. ἀρχαιολ.*

Talentum XM. Alexander M. Hephæstionem sibi charissimum funerauit, Plutarch. *in Alexandro* Arrhianus *lib. 7.*

Talentorum XM, hoc est, LX tonnas auri annuos reditus esse ferunt regni Turcici, Ioachimus Camerarius.

LXVIII. Talenta XMD in vnius pyramidis fabricam expensa pro quotidiano solummodo operarum obsonio, in alliis, cepis, caseo, &c. Nicolaus Leonicus *lib. 3. variæ Histor. c 83.* Facit Coronatorum 6300000. Argenteorum vncialium 7874000.

LXIX. Talentum XIIM & amplius in Hephæstionis funus expensa, refert Iustinus *lib 12.* Diodorus Siculus *in Alexandro*, hoc est, *lib. 17.* Facit Coronatorum 7200000 Argenteorum vncialium, 9000000.

Talentum XIIM Alexander M. in donatiuum militum expendit, Plutarchus *in Alexandro M.* Curt. *lib. 6.*

Πλέον ἢ δισχιλίων καὶ μυρίων, h. e. plusquam Talentum XIIM in Capitolii deaurationem exhausta, Plutarch. *in Publicola.* Plin. *lib. 33. c. 3.* refert: *Catulum tegulas Capitolii areas deaurasse.*

Talentum XIIM apud Liuium *lib. 8. Dec. 4.*

LXX. Ταλάντων μυρίων καὶ δισχιλίων πεντακοσίων, hoc est, Talentum XIIMD Ptolemæus Auletes quotannis ex Aegypto accepit, Strabo *lib. 17. e Cicerone*, Budæus *lib. 4. de Asse.* Facit Coronatorum 7500000. argenteorum vncialium 9375000: si Talenta Attica intelligis. Sin vero accipis Talenta Aegyptia octogenaria, facit summa Coronatorum 10000000. centies. Argenteorum Vncialium, 12500000. Centies & vicies quinquies.

LXXI Talenta Euboica XIIIIMDLX tributum annuum Regni Persici, apud Herodotum *Histor. 3.* Budæus *lib. 4. de Asse* minimum

mum æstimat Coronatorum 8500000. Faceret vncialium Argent: 10625000. At G. Agricola taxat vncialibus 1500848. decem duodenariis, septem nummulis Misnicis, cum duabus tertiis dimidii nummuli.

LXXII. Talentorum XVM Alexander M. Sociis diuisit expeditionis, Iustinus *lib. 12.* Facit Coronatorum 9000000. Budæus *lib. 2. de Asse.* argent: vncialium 11250000.

Talentum XVM æstimatæ Coronæ, Alexandro M. in nuptiis missæ, Athenæ. *lib. 12.*

Talentum XVM pecuniæ Tolossæ conditæ, vnde natum est prouerbium: *Aurum Tolosanum* apud Erasm. *Chil. 1. 10. 9. 8.* Cicero *lib. 3. de Natura Deorum,* Budæus *lib. 4. de Asse,* Gell *lib. 3. cap. 9.*

XV Millia Talentum Euboicorum ab Antiocho exiguntur pro Belli impensis, Liuius *lib. 7. Decad. 4.*

LXXIII. Talentum sedecim millibus Iosephus adolescens quidam τὰ τέλη, hoc est, vectigalia a Ptolemæo conduxit, Ioseph. *lib. 12. fol 359,* Si Aegyptia Talenta intelligis, facit Coronatorum 128000000. argenteorum vncialium 16000000.

LXXIV. Talentum XXM Cleopatra, Ægypti Regina, Antonio ad bellum dedit, Plutarch. *in Antonio.* Facit Coronatorum 12000000. argent: vncial: 15000000.

Talentum XXM Asiæ mulctæ nomine imperata, Plutarch. *in Lucullo.* Sic enim habet: Talentorum XXM Sylla Asiam mulctauit, in suo triumpho, Plutarchus *in Pompeio.* Ad Talentorum XXM Alexander M. impendit soluendo æri alieno militum, Arrhian. *lib. 7.*

LXXV. Talenta XXMD Ægyptus quotannis reddidit Ptolemæo Auletæ, Cleopatræ patri, vt Strabo *lib. 17. e Cicerone* refert. Facit Coron: 12300000. argent: vncial. 15375000. G. Agricola æstimat vncialibus argenteis 19090909. duodenariis duobus cum nummulo Misnico.

LXXVI. Talentorum XXIIIM Alexander M. æri alieno militum soluendo impendit, Iustinus *lib. 12.* Facit Coronatorum 13800000. argent: vncialium 17250000.

LXXVII. Talentorum XXVIM e præda redacta ab Alexandro

dro M. capta direptaq; Persepoli, Q.Curtius *lib.6.* Facit Coronat: 15600000. argent: vncial: 19500000.

LXXVIII. Triginta millia Talentorum Darius Alexandro M. pro reliquis captiuis præter alia offert, Iustinus *lib.11.* Facit Coron: 18000000. argenteor: vncial. 22500000.

LXXIX. Talentum XLM argenti signati Alexander M. inuenit, captis Susis, Plutarchus *in Alexandro*, Iustinus *lib.11.* Strabo *lib. 15.* Facit Coronatorum 24000000. Argent: vncialium 30000000.

Tantundem in Perside inuenit, Budæus *lib.4. de Asse.*

LXXX. Amplius quam LM Talentorum Rex Persicus impendit πλεῖον ἢ πεντάκις μύρια τάλαντα κατηνάλωσεν in expeditionem aduersus Euagoram, Cypri Regem, Isocrates *in Euagora.* Facit Coronatorum 30000000. Argenteorum vncialium. 37500000.

Talentorum LM argenti thesauri Susiani, apud Q.Curtium *lib.5.* Diodorum Siculum *in Alexandro*, Strabonem *lib.15.* Arrhianum *lib.3.* Bud. *lib.4 de Asse.*

LM Talentum purpuræ Harmionicæ Susis inuenta. Plutarchus *in Alexandro.*

LXXXI. Talentorum LXVM, μυριάδας ἓξ καὶ ἥμισυ, hoc est, sex myriades cum semisse a Cæsare in ærarium illata in Triumpho, Appianus *lib. 2. Bellorum Ciuilium pag. 244.* Facit Coronatorum 39000000. Argenteorum vncialium 45750000.

LXXXII. Talentorum Aegyptiorum LXXIIIIM in thesauris condita, refert Budæus *lib. 4. de Asse, ex Appiano:* quæ cum sint octogenaria faciunt Coronatorum 59200000. Argenteorum vncialium 75000000 Sed Appianus habet LXXIIII Myriades de quo postea mox.

LXXXIII. Talentum CM in Thesauris fuisse Alexand. M. defuncto, refert Iustinus *lib.13.* Facit Coronatorum 60000000. argenteorum vncialium 75000000.

LXXXIV. Talentum CXXM Megapolitani dare iussi, Curt. *lib. 6.* Facit Coronatorum 72000000. Argenteorum vncialium 90000000.

Talentum CXXM æs alienum apud Plutarchum *in Lucullo.*

C & XXM Talenta in gaza vrbis Persidis, Curt. *lib.5.*

CXXM

CXXM Talentorum inuenta Persepoli, Diodorus Siculus *in Alexandro.* Budæ: *lib.4. de Asse* legit potius, CM & XX tal.

LXXXV. Talentum CXXIIM capta Persepoli ab Alexandro M. inuenta, Curtius *lib.5.* Facit Coronatorum 73200000. argenteorum vncialium 91500000.

LXXXVI. Talentum CLM Susis & Persepoli inuenta ab Alexandro M. Q. Curtius. Facit Coronatorum 90000000. argenteorum vncial. 112500000.

LXXXVII. CLIII Millia Talentorum pecunia ex victoria congesta ab Alexandro M. Iustinus *lib.12.* Facit Coronatorum 91800000. Argent. vncial. 114750000.

LXXXVIII. Talentum CLVII millibus Gaza Persarum absq; pecunia Babylonica a Curtio taxata. Facit Coronatorum 94200000. argent: vncial. 117750000.

LXXXIX. Talentorum CLXXXM Ecbatana comportata. Sunt 18. myriades Talentorum 180000. Strab. *lib.15.* Facit Coronatorum 108000000. Bud. *lib.4. de Asse*, argent. vncial. 135000000.

XC. Talentum CCM Asia Antonio vectigal pependit, Plutarchus *in Antonio.* Facit HS 4800000000 Coronatorum 120000000. argenteor. vncial: 150000000. Budæus *lib.3. de Asse.*

XCI. Talentum CCCM in annuo tributo Alexandro M. fuisse, refert, Iustinus *lib.13.* Facit Coronat: 180000000. argenteorum vncial. 225000000. Budæ: *lib.4. de Asse* locum corruptum suspicatur. G. Agric. æstimat 229090909. vncialibus, duodenariis duobus cum nummulo vno: hoc est, bis millies ducenties nonagies centena & nonaginta millia nongentos nouem.

XCII. Talentum CCCCM auri argentiq; Rex Aegypti, Protei filius, in Thesauris reliquit, Diodorus Siculus *lib.2.* Faceret, si Talenta Aegyptia tantum octogenaria acciperes, Coronator: 320000000. ter millies & ducenties, arg: vnc.: 400000000. quater millies, Non autem, quantum auri & argenti fuerit, certo constat.

XCIII. Talentum DM Cyrus ex Asia reportauit, victoria potitus, præter Craterem Semiramidis, cuius pondus XV talenta colligebat, Plin. *lib. 33. cap.3.* Facit pondere Attico Coronatorum 300000000. ter millies, Argent: vncial: 375000000. G. Agricola æstimat aliter aureis Vngaricis.

XCIV.

XCIV. χρημάτων δὲ τοῖς θησαυροῖς (ἀλεξάνδρου) τέσσαρες καὶ ἑβδομήκοντα μυριάδες ταλάντων αἰγυπτίων, hoc eſt. Pecuniarum vero in theſauris quatuor & ſeptuaginta myriades Talentorum Aegyptiorum 740000. Facit Septingenta & quadraginta millia Talentorum Aegyptiorum, Appianus *in proœmio pag.7.* Facit Coronatorum 592000000. Argenteorum vncialium 750000000.

XCV. Argenti mille millia Talentorum 1000000. Dauid Salomoni filio reliquit, *1.Paralip.22.* Facit Coronatorum 600000000. argenteorum vncialium 750000000. Accipio Talenta hebræa profana.

XCVI. ἀργυρίου μυρίας μυριάδας ταλάντων, hoc eſt, Argenti millies centena millia Talentorum Sardanapalus in pyram congeſſit, Athenæus *lib.12:* 100000000. Si pondus Babylonium accipis, facit Coronatorum 70000000000. ſeptingenties millies, Argenteorum vncial: 81500000000. G. Agricola æſtimat aureis Vngaricis 50913636363. hoc eſt, Quingenties nouies millies. centies tricies ſexies centenis triginta ſex millibus trecentis ſexaginta tribus, vno ſemunciali, tribus duodenariis, nummulo vno cum dimidio. Qui faciunt vnciales argenteos 76370454545. duodenarios tres, nummulum vnum cum dimidio. Vngaricum enim æſtimat ſeſquinciali.

De Talento hebraico, quod dicitur kickar, libro ſequenti agitur.

Talentum Atticum.	1.				
Mina Attica	60.				
Drachma Attica	6000.	100.	1.		
Obolus	36000.	600.	6.	1.	
Chalcus	216000.	3600.	36.	6.	1.

HISTORIÆ REI NVMMARIÆ VETERIS

LIBER IV.

QVI EST

DE NVMMIS HEBRAICIS,

MATTHÆO HOSTO AVTORE.

DE

S I C L O.

CAPVT I.

QUemadmodum Latini Sestertiis, Græci drachmis, ita Hebræi Siclis fere summas pecuniarias conficiunt. Sequitur igitur, vt nummos hebraicos enumeremus & explicemus. Initium autem faciam à *Siclo*.

I. *Sekel* cum sex punctis, a verbo *Sakal*, quod est appendit, ponderauit, librauit, deriuatur: & tam pro pondere quam pro nummo in vsu est frequenti: quod & nummi certo pondere

dere ferantur & appendantur. Dicitur itaq; *Sekel* quasi *librator*: quod modus sit, & velut certa regula omnium ponderum.

II. A Græcis dicitur σίκλ☉ voce nonnihil mutata, apud Iosephum *lib.3.* & apud LXX Interpret. *Num.3.* & *18.* *1.Reg.9.* *4.Reg.7.* *Hieremiæ 32.* Inde est σίγλ☉ litera tenui κ in eius mediam ἀντίστιχον γ mutata, apud Xenophontem & Hesych. A Latinis quoq; dicitur siclus, vt & vetus interpres Bibliorum habet *Exodi 30.* *Num.3.* & *18.* *Ezech. 45.*

III. A vetere Interprete Siclus aliquando græca voce redditur στατὴρ vt *1.Reg.9.* *4 Reg 7.* *Hierem.32.* *Ezech 45.* Et Euangelista *Matth.17.* voce στατὴρ vtitur: quæ vox eodem modo a pendendo & ponderando nomen habet, vt *Sekel.* Deriuatur enim a verbo ἱστάναι, quod est *appendere* & *librare*: q d. & hic *librator.*

IV. Siclus varias habet diuisiones: primum enim a materia seu substantia, vnde cuditur, Siclus alius est *argenteus*, de quo mox, alius *aureus*, de quo *lib.5.* *3.Regum 21.* fit quoq; mentio *sicli æris*, cum dicitur Iesbibenob, qui fuit de genere Arapha, (cuius ferrum hastæ trecentas vncias appendebat, & accinctus erat ense nouo) nisus est percutere Dauid. Pro vnciis LXX habent τριακοσίων σίκλων ὁλκῆς χαλκοῦ, hoc est, Trecentorum siclorum ponderis æris: quemadmodum & Hebraica veritas habet. Iosephus *lib.7.cap.10.* quoq; habet CCC siclos. *1.Reg.17.* de armis Goliath dicitur: *Et lorica hamata induebatur: porro pondus loricæ eius quinq; millia siclorum æris erat.* Ibidem mox sicli ferri quoq; meminit, cum inquit: *Ipsum autem ferrum hastæ eius sexcentos siclos ferri habebat*, De hoc siclo æris & ferri lege plura apud Stanislaum Griepsium Polonum, de *Siclo*, &c.

V. Deinde a natione Siclus aut est *Hebraicus*, de quo hic potiss. agitur, aut *Persicus*, de quorum vtroq; dictum est libro superiore, aut *Aegyptius*; Aliæ enim nationes a Iudæis hanc appellationem sunt mutuatæ.

VI. Mox a pondere, seu quantitate Siclus Hebraicus est aut *didrachmus* aut *tridrachmus*, aut *tetradrachmus*, a drachmarum numero. Erat quoq; Siclus quatuor obolorum Varin. Camers: σίκλ☉ οἱ τέσσαρες ὀβολοί.

VII. Ad hæc ab obiectis & vsu ac loco, siclus alius est *profanus*, qui & communis & publicus & vulgaris dicitur alius *sacer*, ἅγι☉,

 qui

qui alias dicitur *Sanctuarii*, & *sanctitatis*, & *Ecclesiasticus* quod eius vsus esset in sanctuario, in templo, & in reb. sacris & ecclesiasticis.

VIII. Siclus publicus pondere erat didrachmus. Sic enim est apud Epiphanium: Siclus, qui & quadrans dicitur, quarta pars est vnciæ, dimidium stateris, habens duas drachmas vnciæ enim octo drachmæ erant: valet hic sex grossos Misnicos. Sed G. Agricola taxat quinq; grossis Misnicis & nummulis decem. Quod est *1. Machab. 10:* Quinq; millia Siclorum, id Iosephus *lib. 13. cap. 5. ἀρχαιολ.* habet μυρίας δραχμάς, hoc est, Decem millia drachmarum: quod Sicli sint didrachmi.

IX. Sacer vero Siclus profano Siclo duplo maior fuit: quippe tetradrachmus: quod Iosephus confirmat *lib. 3.* cum inquit: ὁ δὲ σίκλος νόμισμα ἑβραίων ὢν ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας, hoc est, *Siclus autem, nummus Hebræorum, Atticas capit drachmas quatuor.* Apud Hesychium quoq; est: σίκλος τετράδραχμον ἀττικὸν, ſ. νόμισμα, hoc est, *Siclus est quatuor drachmarum Atticus ſ. nummus.*

X. Hic siclus Sacer ὁ ἅγιος, continet viginti geras, quos LXX ὀβολοὺς, & vetus obolos reddit, *Exodi 30. Leuit. 27. Numer. 3. & 18. Ezechielis 45.* Valet hic duodecim grossi. Misnicos, hoc est, Argentei vncialis semissem, vt Stater Atticus. G. vero Agricola semunciali æstimat & præterea 2. nummulis cum semisse.

XI. A caussa efficiente dominante erat quoq; *Siclus Regius tridrachmus*, hoc est, trium drachmarum tempore Regum percussus. Id constat ex *2. Reg. 14.* & Iosepho *lib. 7. cap. 8.* ἀρχαιολ. Nam quod *in lib. 2. Regum cap. 14. est: Comam Absolom pondus habuisse ducentorum Siclorum pondere Regio:* Id Iosephus quinq; minas facere scribit, quadraginta Siclos tridrachmos in minam computando. Hi quadraginta sicli faciunt triginta siclos sacros tetradrachmos: vt mina sit drachmarum Atticarum CXX. Est itaq; hic siclus Regius sacri sicli dodrans: quod tres quartas eius partes continet: & nouem grossos Misnicos valet.

XII. Sicli, potiss. sacri tetradrachmi, typus & inscriptio erat in vna quidem parte hebraicis literis SEKEL BISRAEL, hoc est, Siclus in Israel, cum ara seu caliculo thuris fumantis. In altera vero HEKADOSCH IERVSALAIM, hoc est, Sancta Hierusalem cum virga Aaronis florente, vt Iohan. Forsterus refert.

XIII. Tra-

XIII. Tradunt nonnulli, ſiclum ſacrum habere pondus viginti granorum arboris ſiliquæ. hoc, eſt, ceratiorum: quod geræ ſint grana charub, Arabibus Atharob, Hiſpanis Algarrona: & Latinis dicitur Siliqua.

XIV. Porro Siclus apud Hebræos non tantum nummum ſignificat: ſed etiam certorum nummorum aliquot ſummam & precium: qua de re infra cap. de Keſeph.

XV. Siclus Aegyptius traditur fuiſſe obolorum Atticorum ſedecim: quod tres huiusmodi ſicli octo drachmas Atticas faciant, hoc eſt, argenteum vncialem: Valet itaq; hic ſiclus groſſos Miſnicos octo, hoc eſt, argentei vncialis trientem.

XVI. Apud Euſebium eſt *lib. 9. Præparat. Euangelicæ pag. 264:* τὸ δὲ τάλαντον εἶναι σίκλον ſ. φησί, hoc eſt, *Talentum vero eſſe ſiclum ſ. ait.*

XVII. Ex loco a toto & partibus eſt ſiclus *integer & ſolidus*, deinde quoq; eſt ἡμισίκλιον ſ. νόμισμα, hoc eſt, Semiſiclus nummus apud Heſychium. Sed ſyllaba, ευ antepenultima pro ει eſt deprauata.

XVIII. Omnis moneta in ſacris literis & extra præter Siclos, ad pondus refertur: & argento aut argenti valore exſoluitur, vt refert Benedictus Arias *in libro Ephron pag. 15.*

DE

DIDRACHMO.

CAPUT II.

I.

Τὸ δίδραχμον, didrachmum, Hebræis dicitur beka, hoc eſt diſſectum, fiſſum, diuiſum, dimidium ſ. Sicli, a verbo *Baka*, quod in duas partes diſſecuit, ſignificat: quod ſit dimidia pars Sicli ſacri ſeu Sanctuarii tetradrachmi, *Gen. 24. Exodi 38*: vt idem ſit cum Siclo profano didrachmo.

II. Hoc δίδραχμον Iudæi omnes, quotquot viginti annorum & vltra erant, vſq; ad annum ætatis quinquageſimum, olim quotannis ex conſtitutione diuina viritim pendere cogebantur, vt eſt *Exodi 30. & 38. Leuitici 27;* vt hac pecunia templi cultus diuini, ſacrorumq;

impensæ suffulcirentur. Id repetit Ioseph. *libro Archaeol. Iudaicæ 3. cap. 9.*

III. Valebat hoc didrachmum denas geras, hoc est, obolos Hebraicos, qui faciunt duodenos obolos Atticos. Nostratis vero monetæ facit senos grossos Misnicos : seu Vallensis Ioachimici vncialis quadrantem : estq; merces diurna duplicata. Drach. enim apud Græcos, vt denarius apud Romanos, merces olim diurna fuit, vt ante dictum est.

IV. Hanc pecuniam Romani postea in Iudæa, cum tributaria facta esset, a Iudæis exactam, Romam transtulerunt, & in publicum ærarium intulerunt. Qui census primus factus est in Iudæa sub Cæsare Augusto, Cyrenio Syriæ Præside, vt est apud Lucam *cap. 2. &.* Iosephum *lib. 14.* ἀρχαιολ. Iudæa autem primum a Romanis capta est duce Pompeio M. C. Antonio & M. Tullio Coss.

V. Deinde Romanorum Præsides in Iudæa didrachmum a Iudæis perpetuo in capita quotannis exigebant. Et Saluator noster IESVS CHRISTVS ipse pro se & Petro staterem, hoc est, Siclum tetradrachmum exigentibus didrachma dare iubet, vt est *Matth. 17.* Ioachimus Camerarius hic intelligit Staterem aureum didrachmum : quod Christus, eius beneficii autor, aliquid superesse, & plus dare voluerit.

VI. Postremo hoc idem didrachmum, hoc est, duas drachmas a singulis Iudæis, vbicunq; terrarum essent, Vespasianus Imperator exigere iussit : quod Iosephus claris verbis diserte testatur, *lib. 7. cap. 27. Captiu. Iudaicæ*, cum inquit : φόρον δὲ τοῖς ὅπου δήποτ' οὖσιν ἰουδαίοις ἐπέβαλε δύο δραχμὰς, ἕκαστον κελεύσας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ καπιτώλιον φέρειν. ὥσπερ πρότερον εἰς ἐν ἱεροσολύμοις νεὼν συνετέλουν : hoc est : *Tributum autem Iudæis, vbicunq; erant, imposuit, duas drachmas quemq; quotannis in Capitolium ferre iubens : quemadmodum ante in templum, quod est Hierosolymis, conferebant*, Dio *in Vespasiano* eadem de re sic ait : *Ab eodem Tito iussi sunt* (Iudæi) *quotannis didrachmum pendere Ioui Capitolino ij, qui patrias leges tuerentur.*

VII. Porro cur Romani hanc pecuniam, templo ademptam, ad se transtulerint, caussa in promptu est. Cum enim a singulis Iudæis ab ætatis anno vicesimo siclus didrachmus, qui Vallensis quadrantem valet, quotannis in templi vsum, cultumq; diuinum exigeretur,

retur, ingens pecunia congerebatur. Metuebant ergo Romani tanti thesauri, quippe bellorum nerui, quib. præsidia facile comparari, ali, & sustentari possent, gentem Iudaicam, cui seruitutis iugum graue erat, ad nouos tumultus excitarent. Quocirca hosce belli veluti neruos incidere, & omnes rebellandi occasiones præcidere volentes, hasce annuas pensiones Romam transtulerunt.

VIII. Hinc extant in Euangelica historia *Matth. 22.* quæstiones, a Iudæis coram Iesu Christo motæ: *An Censiu Cæsari dandus esset, necne?* Sunt sane disputationes plenæ eruditionis, de reb. grauiss. non de priuatis iacturis, incommodisq;, vel de iniuriis motæ ac institutæ: sed quæ titulum honestiss. de templi, cultusq; diuini defensione præferebant.

Τὸ δίδραχμον vsurpari pro Siclo tetradrachmo a LXX.

Hæc est propria & vera didrachmi significatio, quæ eruditæ antiquitatis amantibus grata esse debet.

IX. Sed præterea obseruandum est, ab interpretibus LXX, seu quisquis tandem autor fuerit græcæ editionis Bibliorum sacrorum, quæ hodie publice extat, pro sacro siclo tetradrachmo fere vsurpari τὸ δίδραχμον, vt est videre *Exod 30.* Nam quod vulgatus interpres habet: *Siclus viginti obolos habet*, LXX interpretantur, εἴκοσι ὀβολοὶ τὸ δίδραχμον, hoc est, viginti oboli didrachmum. *Leuitici 27.* Siclus viginti obolos habet: LXX, εἴκοσι ὀβολοὶ ἔσται τὸ δίδραχμον, hoc est, *Viginti oboli erit didrachmum.* Sed *Numerorum 3.* Siclus habet obolos viginti, LXX εικοσι ὀβολοι ὁ σίκλος.

X. Eodem modo pro Siclo sacro LXX habent στάθμιον, *Ezech. 45.* Sic enim ibi est: καὶ στάθμιον εἴκοσι ὀβολοὶ: quod significat pondus. Alludit enim ad etymologiam Sicli, Sekel, quod fit a verbo *Sakal*, quod est ponderauit.

XI. Idem & Suidas obseruauit, didrachmum poni & vsurpari pro siclo sacro tetradrachmo. Sic enim habet: δίδραχμον οὐγγίας ς, κ ὀβολοῦς, γράμματα ς'. Hoc est, Didrachmum vnciæ semissem, viginti obolos, scripula sex (habet) Primum membrum iuxta LXX bene habet. Nam stater, qui idem est cum siclo sacro apud Epiphanium, vnciæ dimidium est. Vnde ς notam pro semisse accipio. Et alterum membrum cum LXX consentit. Sed postremum non nisi de didrachmo vero, hoc est, de didrachmo siclo duarum drachmarum,

rum, qui profanus & publicus appellatur, intelligi poteſt. Eſt enim drachma trium, didrachmum ſex γραμμάτων ſeu ſcripulorum.

Δραχμὴ pro Didrachmo.

XII. Eodem modo & pro didrachmo publico, quod Iudæi quotannis in vſum templi conferre ſolebant, δραχμὴ apud LXX aliquando in vſu eſt, vt patet, *Exodi 38*: δραχμὴ μία τῇ κεφαλῇ τοῦ ἡμίσυ τοῦ σίκλου κατὰ τὸν σίκλον τὸν ἅγιον, hoc eſt: *Drachma vna capiti dimidium ſicli ſecundum ſiclum ſacrum.* *Exodi 30.* τὸ δὲ ἥμισυ τοῦ διδράχμου ἰσφορὰ κυρίῳ, hoc eſt, Dimidium vero didrachmi oblatio Domino.

XIII. Apud Ioſephum eſt *lib:* ἀρχαιολ. 3: τότε πλῆθος ἀθροίσας πάλιν ἰσφορὰν αὐτὸ προσέταξεν ἰσφέρειν, σίκλου τὸ ἥμισυ καθέκαστον. ὁ δὲ σίκλος νόμισμα ἑβραίων ὢν ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας. οἱ δὲ ἑτοίμως ὑπήκουον, οἷς ἐκέλευε μωυσῆς. καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἰσφερόντων ἦν ἑξήκοντα μυριάδες καὶ πεντακισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι καὶ πεντήκοντα. ἔφερον δὲ τὸ ἀργύρειον τῶν ἐλευθέρων οἱ ἀπὸ εἴκοσιν ἐτῶν ἄχρι πεντήκοντα γεγονότες, hoc eſt, *Et multitudine conuocata rurſus oblationem ei praecepit offerre, ſicli dimidium quemq;. Siclus vero nummus Hebraeorum erat, Atticas capiebat drachmas quatuor. Illi vero alacri animo parebant iis, quae iubebat Moſes. Et multitudo offerentium erat ſexaginta myriades & quinq; millia, quingenti & quinquaginta. Ferebant autem argentum liberorum nati a viginti annis vſq; quinquaginta,* Hæc Ioſephus.

XIV. *2. Machab. 4.* LXX interpretes habent drachmas, vbi vulgatus interpretatur, didrachmas. Sic enim eſt apud LXX: ἀπέστειλεν ἰάσων ὁ μιαρὸς θεωρούς, ὡς ἀπὸ ἱεροσολύμων ἀντιοχεῖς ὄντας παρακομίζοντας ἀργυρίου δραχμὰς τριακοσίας εἰς τὴν τοῦ ἡρακλέους θυσίαν. Hoc eſt: *Miſit Iaſon, ille impurus, ſpectatores ceu ab Hieroſolymis, cum Antiochenſes eſſent, apportantes argenti didrachmas trecentas in ſacrificium Herculi.* Vetus interpres vulgatus pro Spectatores, Peccatores, pro drachmas didrachmas perperam ponit.

DE

DE

VOCE KESEPH, QVAE ΑΡΓΥΡΙΟΝ, *ET ARGENTEVS REDDITVR*

CAPVT III.

I.

KEseph cum ſex punctis argentum ſignificat, & deriuatur a verbo Kaſaph, quod eſt deſiderauit: quod homines plæriq; omnes eius deſiderio teneantur.

II. Keſeph in ſacra ſcriptura variis modis vſurpatur. Primum enim ſumitur pro rudi argenti maſſa, & pro argento infecto: & ad prædicamentum ſubſtantiæ pertinet.

III. Deinde Keſeph per vſitatam συνεκδοχὴν eſt vocabulum τῶν πρός τι, & pro argento ſignato in vſu eſt: Primum in genere pro quouis nummo. Cuius rei exempla ſunt paſſim in Scriptura ſacra obuia, vt *Gen. 43. Iob. 3. Hierem: 32.* & ſemel tantum in plurali Keſaphim cum addito vſurpatur *Geneſ. 42:* quod vulgatus interpres, pecunias ligatas, Pagninus ligaturas pecuniarum, LXX δεσμοὺς ἀργυρίου transferunt.

IV. Deinde Keſeph in ſpecie pro certi ponderis nummo in vſu crebro eſt, ſ. pro didrachmo; & tum nomini plurali, & ponderis, fere adiungitur, vt Ioh. Forſterus teſtatur.

V. A LXX quoq; varie redditur, nunc ἀργύριον, nunc ἀργυρίῳ, nunc ἀργυρεῖον, nunc δίδραχμον: hoc eſt, argentum, argenteus, argenti, didrachmum.

VI. Vulgatus vero interpres, Sanctes Pagninus, Munſterus, & alii argenteum ſ. nummum transferunt. Intelligitur autem plærumq; ſiclus profanus didrachmus. Nam quod eſt *Geneſ. 20:* Abimelech dixit Saræ: Ecce dedi fratri tuo mille Keſeph, vetus habet argenteos: LXX χίλια δίδραχμα, hoc eſt, mille didrachma; Quæ faciunt noſtratis monetæ CCL Ioach. Vallenſes, Coronatos 200. Sed potius intelligendi ſunt ſicli ſacri: quod LXX didrachmo pro

ſiclo tetradrachmo abutuntur : qua de re infra *cap. 4. num: 25.* Nam & Georgius Agricola *lib. 2. de Monetis* ſiclos Sacros hic intelligit.

VII. *Iudicum 16.* Philiſtinorum Satrapæ Dalilæ meretrici promiſerunt, ſi Sampſonem vinctum traderet, ſe daturos ſingulos mille & centum Keſeph : quod Chaldæus paraphraſtes argenteos ſiclos : LXX χιλίους καὶ ἑκατὸν ἀργυρίου, hoc eſt, mille & centum argenti : vulgatus & Pagninus argenteos interpretantur. Mille & centum argentei ſicli didrachmi faciunt Coronatos 220. Ioach. vallen. 275.

VIII. *Iudic. 17.* Mille & centum Keſeph, Chaldæus paraphraſtes intelligit ſiclos, LXX interpretantur χιλίους καὶ ἑκατὸν ἀργυρίου, hoc eſt, mille & centum argenteos, vt & alii interpretantur.

IX. *Hieremi. 32:* Et appendit ei Keſeph, hoc eſt, argentum, ſeptem ſiclos, & decem Keſeph, id eſt, argenteos. LXX καὶ ἔστησα αὐτῷ ἑπτὰ σίκλους, καὶ δέκα ἀργυρίου : hoc eſt, *Et appendi ei ſeptem ſiclos, & decem argenti.* Vetus translatio habet : *Et appendi ei argentum ſeptem ſtateres, & decem argenteos.* Per ſeptem ſiclos ſeu ſtateres intelligit nummos tetradrachmos, per decem argenti ſeu argenteos, ſiclos profanos.

X. *4. Reg. 7.* Eliſæus ait : *Cras hoc tempore ſatum ſimilæ ſiclo emetur, & duo ſata hordei ſiclo in porta Samariæ.* Vetus interpres ſiclum reddit ſtaterem, vt intelligas ſiclum tetradrachmum, quippe ſemuncialem.

XI. *4. Reg. 6.* caput aſini tempore famis venditur octoginta Keſeph, hoc eſt, argenteis : & quarta pars cabi ſtercoris columbarum quinq; Keſeph, hoc eſt, argenteis : LXX, reddunt ſiclos argenti : ſed pro 80. habent πεντήκοντα, hoc eſt, quinquaginta. D. Lutherus reddit acht Silberlinge.

XII. Ioſephus *lib. 9. caput 2.* ſiclum vocat argenteum, idem *lib. 7. cap. 9.* ἀρχαῖον, retinet hanc vocem.

XIII. Apud Plutarchum eſt in Artaxerxe, caput aſini venale fuiſſe LX drachmis : quæ faciunt ſex coronatos, Ioach. vnciales ſeptem cum ſemiſſe.

XIV. *Deut. 22: Ac mulctabant eum centum Keſeph :* quod LXX & vetus interpres centum argenti, & centum ſiclis argenti reddunt. Intellige ſiclos profanos didrachmos. Quod ex Ioſepho *lib. 13. cap.*

5. &

5. & lib. 1. Machab. 10. constat, Quod enim hic dicit : Siclorum argenti quinq; millia, idipsum Iosephus habet decem millia drachmarum. Ille siclos profanos didrachmos accipit. In Machab. verba hæc sunt: *καὶ ἔτι τούτοις πεντακισχιλίους σίκλους ἀργυρίου, οὓς ἐλάμβανον ἀπὸ τῶν χρειῶν ... ἐν τοῖς πρώτοις ἔτεσι, τοῦ ἁγίου ἀπὸ λόγου κατ᾽ ἐνιαυτὸν, καὶ ταῦτα ἀφίεται διὰ τὸ ἀνήκειν αὐτὰ τοῖς ἱερεῦσι τοῖς λειτουργοῦσι*, hoc est : *Et hæc quinq; millia siclorum argenteorum, quos accipiebant in vsus, vt in primis annis, sanctuarii, de ratione annua, & hæc condonantur, propterea quod eadem ad sacerdotes administrantes pertineant.*

XV. Iosephus vero ait : *τὰς δὲ μυρίας δραχμὰς, ἃς ἐλάμβανον ἐκ τοῦ ἱεροῦ βασιλεῖς, ὑμῖν ἀφίημι*, hoc est, *Decies mille drachmas, quas e templo Reges accipiebant, vobis remitto.* Nam ea quidem pecunia, reb. sacris destinata ac debita, Regi Syriæ pro tributo soluebatur: quam nunc in vsus sacerdotum vult conferri. In Machabæis sicli didrachmi intelliguntur : quod Iosephus ad drachmas, nummum græcum, transfert, siclos duplicando.

XVI. Porro Keseph LXX aliquando & *χρυσὸν* id est, aurum & aureum reddunt : vt *Genes. 37* : Ioseph diuenditur a fratrib. viginti Keseph, id est, argenteis. Quod Chaldæus paraphrastes interpretatur, viginti siclis argenti, LXX autem habent : *καὶ ἀπέδοντο αὐτὸν τοῖς ἰσμαηλίταις εἴκοσι χρυσῶν*, hoc est : Et vendiderunt eum Ismaelitis viginti aureis. Ioseph fratri Beniamin donat trecentos Keseph, *Genes. 45.* hoc est, argenteos. LXX habent *τριακοσίους χρυσούς.*

XVII. Nam Keseph, hoc est, argentum cum numerali nomine addito intelligitur precium aurei hebraici, qui vsitate quoq; Siclus dicitur : quod vnus siclus, hoc est, aureus drachmalis significet valeatq; vel quinq; siclos argenteos didrachmos proportione decupla argenti ad aurum, vt est apud Iulium Pollucem : vel sex siclos didrachmos proportione duodecupla, iuxta Platonem: cuius rei exempla mox sequuntur.

XVIII. Elias Thesbites testatur, Rabinos per omne Keseph, cuius absolute mentio fit in Lege quidem intelligere, Silein, hoc est, Siclos sacros tetradrachmos : in Prophetis vero, litrin, hoc est, libras seu minas hebraicas : quæ centum aureis, quippe drachmalibus, constant : Sed in Hagiographis Keseph esse talenta, vt Benedictus Arias refert. Qua ratione septuaginta Keseph, hoc est, argenti *Iudicum 9.* qui-

quibus vanos homines Abimelech, ad cædem filiorum Hierobaal conduxit, maiorem nummorum summam conficiunt, quam si Keseph argenteos accipias. Et cum liber Iudicum inter Prophetas Priores numeretur, LXX Keseph, septuaginta libras faciunt, hoc est, 7000. aureorum drachmalium. Vetus interpres quoq; LXX pondera argenti, Martinus Borrhaus LXX pondo argenti transfert.

DE

SICLO ARGENTI SACRO, ET DE KESEPH NARRATIO HISTORICA

CAPVT IV.

I.

QUarta Sicli sacri pars, *1 Reg.9.* facit tres grossos Misnicos.

II. Tertia huius sicli pars *Nehem.10.* facit quatuor grossos Misnicos: & datur ad panes Propositionis, &c. in domo Dei.

III. Sicli sacri beka, hoc est, pars dimidia, est siclus profanus didrachmus, τὸ δίδραχμον, hoc est, duarum drachmarum *Exodi 3. & 38.* Facit sex grossos Misnicos.

IV. Duo sicli sacri, precium arietis, *Leuit.5.* faciunt argenteum vncialem, hoc est, viginti quatuor grossos Misnicos.

Inaures duorum siclorum, *Genes.24.*

V. Siclis tribus fæmella æstimatur a natiuitate vsq; ad annum quintum, *Leuit.27.* Facit argenteum vncialem cum semisse.

VI. Siclus sacris quinq; ad annum quintum æstimatur masculus primogenitus redimendus, *Leuit.27. Num.3. & 18.* Facit duos vnciales arg. cum semisse. Sic & Philippus Melanchthon æstimat, *in quadam Epistola ad Principem Georgium ab Anhalt.*

Quinq; argenteis quarta pars cabi stercoris columbini venditur, *4.Reg.6.* LXX habent πέντε σίκλων ἀργυρίου.

Quinq; sicli dantur pro masculi voto a primo mense ad quinquennium, *Leuit.27. Num.18.*

Quinq; siclis redimitur primogenitum, *Numer.18.*

VII. Se-

VII. Septem ſiclos & decem argenteos Ieremias dedit Hananieli pro agro, *Ierem.32.* LXX reddunt ἑπ̃λα σίκλους καὶ δέκα ἀργυρίου, hoc eſt, Septem ſiclos (vetus transfert ſeptem ſtateres) per argenteos intelligunt ſiclos profanos didrachmos. Victorinus vult, Argenteum valuiſſe decem coronatos: & numero denarii & ſeptenarii ſignificari integram ſolutionem.

VIII. Fœminæ votum a quinto anno vſq; ad viceſimum ætatis annum decem ſiclis ſacris æſtimatur, *Leuit.27.* Facit quinq; argent. vnciales.

Decem argenti ſiclos Ioab dediſſet ei, qui Abſolom, filium Dauidis, interfeciſſet, *2.Reg.18.* Hebræus textus habet Decem Keſeph, LXX reddunt: καὶ ἐγὼ ἔδωκα ἄν σοι πεντήκοντα σίκλους ἀργυρίου, hoc eſt, *Et ego dediſſem tibi quinquaginta ſiclos argenti.* Eodem modo & Ioſephus *lib.7. cap.9.* habet: πεντήκοντα σίκλους, quinquaginta ſiclos: quinq; ſiclos pro ſingulis computando. Sunt enim hi decem ſicli decem aurei drachmales, qui decupla proportione argenti ad aurum valent quinquaginta ſiclos argenteos didrachmos. Nam & Suidas refert: ſiclum ſ. aureum drachmalem valere & dici quinq; argenteos ſ. διδράχμους, cum inquit: σίκλον ἀργυρίων ε΄ μωυσῆς φησὶν ἐν τῇ παλαιᾷ, hoc eſt, *Siclum argenteorum quinq; Moyſes dicit in veteri ſ. διαθήκῃ*, hoc eſt, teſtamento. Facit argenteos vnciales duodecim cum ſemiſſe.

Decem ſiclorum armillæ *Geneſ. 24.*

Decem argentei annua merces Sacerdotis, *Iudicum 17.*

IX. Siclis ſacris quindecim maſculi votum redimitur ab anno ſexageſimo & ſupra, *Leuit.27.* LXX reddunt δίδραχμα ἀργυρίου pro ſiclis ſacris. Facit ſeptem argenteos vnciales cum ſemiſſe.

Quindecim Keſeph (LXX Interp. ἀργυρίου) Oſee ſibi comparauit amicam adulteram, *Oſee 3.* Intellige argenteos tetradrachmos.

X. Siclorum viginti æſtimatio voti maſculi a quinto anno vſq; ad viceſimum, *Leuit.27:* facit argenteos vnciales decem.

Viginti Keſeph, hoc eſt. argenti, Ioſeph venditur, *Geneſ.37:* Chaldæus Paraphraſtes viginti ſiclis argenti: LXX εἴκοσι χρυσῶν: Ioſephus *lib. 2. cap. 3.* habet, εἴκοσι μνῶν, hoc eſt, viginti minis. Viginti argenti hic ſunt, vel viginti aurei drachmales, qui faciunt

proportione decupla Centum ſiclos argenteos didrachmos : vt viginti aureorum precium ſignificent : vel cum Stanislao Grſepſio Polono viginti aureos didrachmos intellige : qui faciunt centum argenteos tetradrachmos : vt tota ſumma diuenditi Ioſeph fuerit Coronatorum 40. argenteorum vncialium 50. Sed cum Ioſephus habeat & interpretetur viginti minas, maior certe ſumma intelligenda eſt. ſ. precium viginti minarum.

XI. Siclis triginta æſtimatur fœminæ votum ab anno viceſimo, vſq; ad annum ſexageſimum, *Leuit.27. Num.7.* Facit quindecim argenteos vnciales.

Siclos triginta argenti Domino dabit pro ſeruo, quem bos cornu petierit, *Exod.21.* LXX & hic habent δίδραχμα pro ſiclis ſacris.

Triginta argenteis Chriſtus Ieſus æſtimatur & venditur, *Zachariæ 11. & Matth.26. & 27.* Facit argenteos vnciales quindecim, Coronatos duodecim cum ſemiſſe.

XII. Siclos quadraginta acceperunt quotidie Duces populi pro victu. LXX reddunt δίδραχμα pro ſiclis ſacris, *Nehemiæ 5.* Facit viginti argenteos vnciales.

XIII. Siclis quinquaginta argenti æſtimatur corus hordei, quo ager ſeritur, *Leuit.27.* LXX iterum habent δίδραχμα pro ſiclis ſacris. Cor, κόρος, Corus menſura hebræa continet decem æphas. Aepha medimno Attico par eſt : Vtraq; menſura exæquat noſtratem menſuram quæ hic Francofordiæ ad Oderam dicitur Scheffel. Quinquaginta Sicli faciunt argent: vnciales viginti quinq;.

Quinquaginta ſiclis argenti maſculus æſtimatur a viginti annis vſq; ad annum ſexageſimum, *Leuitici 27.*

Quinquaginta ſiclos argenti Manahem potentibus indixit, vt Regi Aſſyriorum daret, *4.Reg.15.*

Quinquaginta ſiclos argenti patri puellæ dabit is, qui puellam apprehenderit, & cum ea coierit, ſi deprehenſi non fuerint, *Deut.22.* LXX pro ſiclis ſacris ſuo more reddunt δίδραχμα ἀργυρίου.

Quinquaginta ſiclis argenti Dauid Rex emit aream ab Areuna *2.Reg.24.* Arbitrantur hic nonnulli ſingulas tribus populi Iſraelitici hanc pecuniam dediſſe, idq; propter locum *1.Paralip.21* : quod

ſexcen-

ſexcentis ſiclis cum locum totum emerit Dauid.*vide infra.* Conſule Benedictum Ariam *in lib.Ephron.fol.14.*

XIV. Septuaginta ſiclorum Sacrorum pondere phiala a ſingulis tribubus offerebatur, *Num.7.*

Septuaginta Keſeph,hoc eſt, argenti de fano Baal Berith traditis Abimelech conduxit homines inopes & vagos, *Iudic.9.* LXX quoq; reddunt ἑβδομήκοντα ἀργυρίου. Quidam hic intelligunt ſiclos ſacros. Vetus reddit ſeptuaginta pondera argenti: de quo loco ſupra dictum eſt *cap.3. Num.15.*

XV. Octoginta Keſeph. hoc eſt, argenteis caput aſini tempore famis Samariæ venditur, *4.Reg.6.* LXX reddunt πεντήκοντα σίκλων ἀργυρίου, hoc eſt, *Quinquaginta ſiclis argenti.* Octoginta argentei ſicli ſacri faciunt argenteos vnciales quadraginta.

XVI. Centum ſiclis mulctatur, qui ſuam vxorem falſo inſimulauerit, quaſi virgo inuenta non fuerit, *Deut.22.* Facit argent: vnciales 50.

XVII. CXXX ſiclorum argenti ponduspaterarum a ſingulis tribubus oblatarum, *Numerorum* 7.

XVIII. CL ſiclis ſacris equus Salomoni ex Aegypto emebatur, *3.Reg.10. 2.Paralip.1.* Facit argent.vnciales ſeptuaginta quinq;: de quo mox plura *Numero. 24.*

XIX. CC Argenteos Mater Michæ dedit argentario, vt ſibi faceret ſculptile, *Iudic.7.* Facit argenteos vnciales centum.

CC Siclos argenti Achan e præda ſubtraxit contra Dei mandatum, *Ioſue 7.* LXX reddunt δίδραχμα pro ſiclis ſacris. Facit argenteos vt ſupra.

CC Siclos pondere Regio pendebat coma Abſolom, *2.Reg.14.* Siclus Regius eſt tridrachmus, hoc eſt.drachmarum trium.

XX. CCL ſicli ſacri pondus calami aromatici ad conficiendum oleum ſanctum, *Exodi 30.* Loquitur de pondere, non de nummis.

XXI. CCC Keſeph. hoc eſt, argenti Ioſeph dedit fratri Beniamin: LXX τριακοσίους χρυσοῦς reddunt, *Geneſ.45* hoc eſt, Trecentos aureos, quippe octonum obolorum vel precium huiuſmodi 300. aureorum: hoc eſt, 1500. ſiclos Aegyptios ſenum denum obolorum Atti-

Atticorum : qui faciunt argenteos vnciales 500 : vt vult Stanisl. us Grſepſius Polonus.

XXII. Siclis quadringentis, Abraham agrum emit in ſuorum ſepulturam ab Ephron, *Geneſ.23.* Ioſeph. *lib.1. cap.12.* LXX δίδραχμα reddunt pro ſiclis ſacris. Facit argent. vnciales CC. Victorinus Strigelius interpretatur Coronatos 160.

XXIII. Quingenti ſicli pondus myrrhæ primæ & electæ ad olei ſancti confectionem, *Exodi 30.*

Sicli quingenti caſiæ ad eandem, ibidem loquitur de pondere, non de nummis.

XXIV. Siclis ſexcentis Salomon quadrigas ex Aegypto emebat, *3.Reg.10.* LXX pro ſexcentis centum ponunt : ſic enim reddunt : καὶ ἀνέβαινεν ἡ ἔξοδος ἐξ αἰγύπτου ἅρμα ἀντὶ ἑκατὸν ἀργυρίου. hoc eſt, *Et aſcendebat exitus ex Aegypto currus pro centum argenti : & equus pro quinquaginta argenti :* ἅρμα pro bigis accipitur. Stanislaus Grſepſius Polonus intelligit precium centum argenti : quippe centum aureorum quaternum obolorum : qui faciunt duodecupla proportione ſexcentos ſiclos argenteos octo obolorum. Ioſephus *lib. octavo* hoſce ſiclos 600. vocat δραχμὰς propter paruitatem, cum inquit : τὸ μὲν ἅρμα σὺν ἵπποις δυσὶν ἑξακοσίων δραχμῶν ἀργυρίου. Porro DC ſiclis argenti currus, quippe quadrigæ, emuntur, *2.Paralip. 1.* LXX ſic transferunt : καὶ ἐξῆγον ἐξ αἰγύπτου ἅρμα ἐν χ σίκλοις (Sic enim pro χιλίοις reponendum eſt) ἀργυρίου, καὶ ἵππον πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἀργυρίου, hoc eſt : *Et educebant ex Aegypto currum ſexcentis ſiclis argenti : & equum centum & quinquaginta argenti.* Stanislaus Grſepſius hic intelligit ſiclos ſexcentos duplo maiores : quippe obolorum ſenum denum : quibus emptæ quadrigæ quatuor equorum. DC vero ſiclos *3.Reg.10:* quibus bigæ duorum equorum emptæ ſunt, dimidio minores : nempe octonum obolorum : quos Ioſephus appellat δραχμάς. Vterq; quidem locus, & *3 Reg. 10.* & *2.Paralip.1.* iuxta veritatem hebraicam loquitur de quadrigis quatuor equorum : LXX tamen interpretantur, *3.Reg.10.* de bigis duorum equorum : quos & Ioſephus *lib.8.* ſequitur. Conſule & Budæum *lib. 4. de Aſſe.*

XXV. Mille Keſeph argenti, hoc eſt, ſiclos argenti iuxta Paraph. Chaldaicam Abimelech Rex dedit Abrahæ *Geneſ.20 :* LXX red-

reddunt δίδραχμα pro ſiclis ſacris. Facit argenteos vnciales 500. Coron. 400.

Mille vites pro mille Keſeph, hoc eſt, argenteis in ſpinas & in vepres erunt: LXX reddunt χιλίων σίκλων, hoc eſt, mille ſiclorum, *Eſaiæ 7.* Victorinus Strigelius reddit drachmas.

2. Reg. 18. Si mille Keſeph mihi dares, non mitterem manum in filium Regis: LXX habent & hic σίκλους. Intellige & hic aureos drachmales, vt ſupra.

Mille argentei, LXX χιλίους ἀργυρίου, hoc eſt, mille argenti reddunt, *Cantic. 8.*

XXVI. Mille & centum Keſeph, LXX ἀργυρίου, hoc eſt, argenti ſinguli Principes Philiſtinorum Dalilæ promittunt, vt Samſonem decipiat, *Iudic. 16.* Chaldæus Paraphraſtes argenteos ſiclos & ſilein argenti exponit. Facit vnciales 550.

Mille & centum Keſeph Michas matri reddit, *Iudicum 17:* Chaldeus habet Siclos & ſilein argenti: LXX ἀργυρίους reddunt: & a Ioſepho *lib. 9. cap. 8.* σίκλος vocatur ἀργύρειος, hoc eſt, argenteus. Zetzes interpretatur χιλίους καὶ ἑκατὸν χρυσούς, hoc eſt, mille & centum aureos.

XXVII. Pondus vaſorum argenti, a XII tribubus oblatorum, 2400. ſiclorum, *Numer. 7.*

XXVIII. Sicli ſacri 1365. de primogenitis accepti, *Numer. 3.* Facit argenteos vnciales 682. cum ſemiſſe.

XXIX. Quinq; millia ſiclorum argenti adduntur Sacerdotibus *1. Mach. 10.* Ioſeph. *lib. 13. cap. 5.* μυρίας δραχμὰς interpretatur, hoc eſt. 10000. drachmarum. Facit Coronatos 1000. argenteos vnciales 1250. Intelligendi enim ſunt ſicli argentei didrachmi.

XXX. Quindecim millia ſiclorum annua Rex Demetrius genti Iudaicæ de ſuo dedit, *1. Mach. 10.* Ioſephus *lib. 13. cap. 5.* interpretatur μυριάδας ιε quindecim, 150000. h. e. *Centum & quinquaginta millia ſ. drachmarum*, 150000. Stanislaus Grſepſius dicit, Decem drachmas, quæ quinq; ſiclos didrachmos, efficiunt, pro ſingulis ſiclis computari, libro de ſiclo & Talento hebraico. Intelligit enim precium 15000. ſiclorum auri drachmalium.

XXXI. Quod ſi ſingulis operariis, qui 160000. erant, deni ſicli dati ſunt in templi Hieroſolymitani ædificatione, hoc eſt, quadra-

genæ drachmæ, fiunt quater & ſexagies centena millia drachmarum 4600000. centies & quindecies centena millia ſiclorum 11500000. vt eſt apud Budæum *lib.4. de Aſſe.*

DE

XXX ARGENTEIS, QVIBVS IESVS CHRISTVS VENDITVS FVIT,

CAPVT V.

I.

TRiginta *argenteis* Chriſtum Ieſum Nazarenum, Mundi Saluatorem,impiis Iudæis licentib. a Iuda Iſcariote proditore diuenditum fuiſſe,hiſtoria Euangelica teſtatur abunde, *Matth.26. & 27.*

II. Hos nummos argenteos fuiſſe,nomen ipſum, ἀργύρεια, indicat.

III. Deinde nummos fuiſſe certo pondere percuſſos,& tractabiles ac vſitatos in dubium vocari nec debet,nec poteſt.

IV. Adhæc ἀργύρεια diſtingui a *denariis*, nummis Romanis, *ex 27. & 26. cap. Matth. & Marci 14.* palam eſt: quod vtrorumq; ſeorſim mentio fiat.

V. Iudæi denarios, monetam Ro. vtpote ſibi victis a victoribus Romanis impoſitam,vna cum imperio receperant, vt de cenſu conſtat, *Matth.22.* & de conductis in vineam, *Matth.20.*

VI Nihilominus tamen & ſuos nummos vſitatos, quippe ſiclos tam ſacros tetradrachmos,quam profanos didrachmos, Romanorum victorum licentia ac permiſſione Iudæi adhuc habebant ac retinebant: vt de didrachmis & ſtatere tetradrachmo ſatis conſtat, *Matth.17.*

VII. Hæc extra controuerſiam & certa & vera ſunt: de pondere tamen & precio horum triginta argenteorum non idem omnes docti ſentiunt.

VIII. Porro hoc diuenditi Saluatoris precium non adeo magnum fuiſſe, Zacharias Propheta capite vndecimo haud obſcure indicat, cum inquit: *Et appenderunt mercedem meam triginta Keſeph,*

LXX ἀργύρους, hoc eſt, argenteos. Ibidem mox non ſine amara ironia ſubiungitur: *Et dixit Dominus ad me: Proijce illud ad ſtatuarium, decorum precium, quo appreciatus ſum ab eis.*

IX. Quod LXX transferunt in Zacharia ἀργύρους, & Euangelica hiſtoria habet ἀργύρεια, id Euſebius *lib.10.* Demonſtrat. Euangelicæ ςατῆρας vocat.

X. Budæus *lib.5. de Aſſe*, quod vnum ex hiſce argenteis, vt iactatur, per vitrum tantum aſpicere licuiſſet, argenteos didrachmos coniectat fuiſſe: vt ſumma triginta argenteorum fuerit Coronatorum ſex, vncialium argenteorum ſeptem cum ſemiſſe.

XI. Budæi opinionem Auguſtinus Malorota, Eccleſiaſticæ expoſitionis in Nouum teſtamentum conſarcinator, ſequitur.

XII. Deinde Henricus Vranius in libello de re Nummaria, huiuſmodi argenteum Coronati, aurei Gallici, trientem valere arbitratur, leui coniectura ex *2. libri cap. 1. Paralip.* adductus. Qua ratione ſumma triginta argenteorum faceret groſſos Miſnicos 300. Coronatos 10. argenteos vnciales 12. cum ſemiſſe.

XIII. Ad hæc Stanislaus Grſepſius, Polonus, in libello de Multiplici ſiclo & Talento hebraico, per 30. argenteos intelligit triginta ſiclorum auri precia & ſummulas: quæ trecentos denarios valeant: vt ſumma fuerit Coronatorum triginta, argenteorum vncialium triginta ſeptem cum ſemiſſe: Quippe quanti diuendi potuiſſet precioſum illud vngentum, in caput Chriſti a Peccatrice effuſum, vt eſt *Iohannis 12.*

XIV. Ioachimus Camerarius, de re literaria præclare meritus, refert ex Græcorum commentariis, ἀργύρεια hæc ſingula valuiſſe δηνάρια ρ', hoc eſt, denarios centum, qui minam faciunt: vt triginta ἀργύρεια triginta minas valuerint, hoc eſt, Coronatos 300. Argenteos vnciales, quos Ioachimicos Vallenſes κατ' ἐξοχὴν vſitate appellamus, 375. Et Victorinus in *cap. Hier. 32.* Camerario aſtipulatur.

XV. Hæ ſunt, quantum ego quidem ſciam, præcipuæ ſententiæ; de quib. quid doctiores ſentiant ſtatuantue, cuilibet per me liberum relinquitur.

XVI. Ego vero certis euidentibusq; rationibus adducor, vt credam, Triginta illos argenteos fuiſſe ſiclos ſacros tetradrachmos:

vt tota ſumma diuenditi Saluatoris fuerit Coronatorum duodecim, argenteorum vncialium quindecim.

XVII. Primum enim ἀρχιερεῖς, hoc eſt. Principes Sacerdotum, quibus ſacer ſiclus curæ fuit, cum Iuda Iſcariote proditore de precio tranſegerunt. Theophylactus verbum ἔστησαν, quo hic vtuntur, interpretatur, συνεφώνησαν, ἀφώρισαν δοῦναι, hoc eſt, conuenerunt, pacti ſunt, ſe daturos eſſe definierunt. Ad quos idem etiam mox pœnitentia ductus, hanc pecuniam retulit, *Matth.27.*

XVIII. Deinde ἀργύρους in Zacharia, & ἀργύρια in Euangeliſta Matthæo vtrobiq; Argenteos interpretantur, vt a Denariis Romanis, qui itidem argentei nummi erant, diſtinguant.

XIX. Ad hæc Euſebius, grauis autor, *libro 10. Demonſtrationis Euangel.* hoſce argenteos diſerte τριάκοντα στατῆρας, hoc eſt, triginta ſtateres, qui tetradrachmi erant, interpretatur.

XX. Præterea D. Lutherus ab hac mea ſententia non admodum multum variat. Huiuſmodi enim argenteos aurei Rhenani ſemiſſes valuiſſe arbitratur: vt ſumma triginta argenteorum quindecim florenos Rhenanos valuerit.

XXI. Et alii nonnulli docti viri hoſce triginta argenteos ſingulos argentei vncialis Ioachimici Vallenſis ſemiſſem valere arbitrantur: vt ſumma fuerit huius precii, duodecim Coronatorum, argenteorum vncialium quindecim.

XXII. Accedit & hoc, quod hi triginta argentei tetradrachmi drachmas Atticas centum & viginti faciant: quæ *Maneh.* hoc eſt, *minam* apud Hebræos explent: vt hac ratione noſter Saluator mina argenti, vt inſigni ſumma nummaria ac precio, venditus eſſe intelligatur.

XXIII. Hæc ſane ſumma pecuniæ iuſtum quoq; precium eſſe potuit exigui agelli pauperculi figuli: qui hoc ſanguinis precio poſtea conſilio Sacerdotum emptus fuit in peregrinorum ſepulturam, vt Euangelica & prophetica hiſtoria teſtatur.

XXIV. His rationibus adductus, hanc meam ſententiam veram eſſe exiſtimo: cui, donec meliora edoctus fuero, acquieſcam.

XXV. Porro ἀργύρια *Act.19.* eruditiores cum vetere interprete intelligunt Denarios Romanos; quod Romani, tum gentium

Domi-

Domini, suam monetam vna cum imperio in Asiæ quoq; minoris partibus, vbi Ephesus insigne oppidum fuit, propagassent.

XXVI. Faciunt itaq; ibidem πέντε μυριάδας ἀργυρίου, hoc est, Quinquaginta millia denariorum, nummorum Ro. argenteorum, Coronatorum 5000. argenteos vnciales Ioachimicos 6250.

DE
ALIIS NVMMIS HEBRAICIS.
CAPVT VI.

SUnt & aliæ nonnullæ nummorum hebraicorum species: quæ hic quoq; explicandæ sunt.

GERAH I.

I. *Gerah* nomen habet a verbo *agar*, quod *congregare*, *comparare*, &c. significat: Alii a verbo *gerar* deriuant, quod est *miscere*: quod multæ simul eiusmodi argenti portiunculæ, inter se mixtæ exiguam speciem siliquiæ, nec satis notabilem præberent, Benedictus Arias. Hebræis exiguam monetam significat: quam LXX ὀβολὸν, & vetus interpres obolum transfert.

II. Hæc sicli tetradrachmi sacri vicesima pars est: quod hic siclus viginti geras contineat, *Exodi 30. Leuitici 27. Num. 3. & 18. Ezechielis 45.* Qua ratione sicli profani didrachmi decima, drachmæ Atticæ quinta pars existit.

III. Vt autem viginti geræ obolis Atticis viginti quatuor: decem vero geræ duodecim obolis: ita quinq; geræ sex obolis Atticis pares sunt. Facit itaq; vna gerah nummulos Misnicos septem cum quinta parte.

IV. Victorinus Strigelius *in 30. cap. Exodi* dicit geram valere fere tribus nummulis Mysorum: quod meæ explicationi aduersatur, nec probari potest cum gerah, sit sicli tetradrachmi pars vicesima.

V. Traditur fuisse nummulus argenteus, vt obolus apud Græcos.

VI. γρῦ, græcum nummulum, ex hebræo fonte ab hac voce natum esse, quidam arbitrantur, vt dictum est *lib.3. cap.5.* Eiusdem fere ponderis esse traditur, cuius est semen siliquæ.

AGORAH II.

I. Agorah est nummus hebraicus: & deriuatur a verbo *Agar*, quod *mercede conduxit, contraxit, comparauit*, significat.

II. Erat *agorah* exiguæ monetæ nomen: qua in contrahendo, & ad merces, quæ venales sunt, emendas vtebantur.

III. LXX ὀβολὸν ἀργυρίου transferunt, vt geram, *1.Reg.2.* hoc est, obolum argenti.

IV. Vetus Interpres & Sanctes Pagninus *nummum argenteum*, Iohannes Forsterus *scrupulum argenti* reddit.

V. Dabatur autem ministro Templi, *1.Reg.2.*

VI. Iohannes Tzetzes, grammaticus, diserte *in Hesiodum* scribit: ἀγορὰ καὶ τὸ νόμισμα δι' οὗ ἀγοράζεται, hoc est, *Agora est etiam nummus, quo emitur.*

VII. Vnde vox græca ἀγορὰ, quæ forum significat, vbi res venales prostant, ab hebræo fonte manasse videri potest.

ZVZA. III.

I. *Zuz* vel *zuza Tobias.* a LXX redditur δραχμὴ: vt idem sit cum denario Ro. & drachma Attica. Sicli sacri quarta pars est, vt Elias Thesbites scribit. Quod est *1.Reg.9: Inuenta est in manu mea quarta pars sicli argenti*, vt hebræus habet: vetus reddit *stateris*: Chaldæus paraphrastes habet *zuza*.

II. Tradunt *zuz* valere quinq; *meoth*. h. e. quinq; obolos, & gerasquinq;. Sic enim Sicli sacri pars vicesima est. Postea tamen vsum obtinuisse, vt sex *Main*, seu *meoth*, sex obolos valeret: quod non nisi de obolis Atticis intelligi debet: quod quinq; geræ hebraicæ sex obolis Atticis valore pares sint. Qua de re consule Dauid Kimchi *in caput Ezech.45.* & Munsterum.

III. Honestus victus annuus pauperi definitur esse ducentorum *Zuzim*: quem qui habeat, mendicare non cogatur: alias excommunicationis pœnam ipso iure subiturus. CC zuzim faciunt Coronatos viginti, Argenteos vnciales viginti quinq;.

IV. Chal-

IV. Chaldæus paraphrastes *1.Reg.9.* Sicli quartam partem interpretatur zuza.

V. Quod denarius merces diurna fuit conductorum in vineam, *Matthæi 20:* item: Quod denarium Christo obtulerunt Iudæi, de censu sciscitantes: id a Tremelio redditur זוז: vnde inter se exæquantur, & paria esse censentur, δραχμὴ græca, Denarius Ro: & zuz nummus hebraicus.

VI. *Maneh.* hoc est, mina hebraica centum Zuzim continet, vt Benedictus Arias refert. Est itaq; Maneh hebraica æque centenaria, a centum Zuzim dicta, ut & mina Attica a drachmis Centum Atticis, & libra Roma. a centum denariis centenaria est, vt confirmatum est supra.

MEAH IV.

I. *Meah* vox Chaldaica esse censetur: qua voce Chaldæa paraphrasis reddit id, quod in hebræo est gerah, *Exodi 30.* & *Ezech.45.* LXX ὀβολὸν transferunt, quos & vetus sequitur, qui quoq; obolum interpretatur.

II. *Meah* in numero multitudinis habet *Main*: Sic enim Chaldæus vtitur *Exodi 30.* In Commentariis vero est *Meoth*, vt Munsterus refert, in fœminino.

III. *Meah* dicitur esse moneta argentea ponderis sedecim granorum hordei: quæ itidem, vt *gerah*, sicli tetradrachmi vicesima pars est.

IV. Idem ergo prorsus sunt idemq; valent hæc tria, *gerah, meah* & *agorah*: nimirum 7. nummulos Misnicos cum quinta parte.

V. *Meah* nonnulli faciunt nummum argenteum eiusdem propemodum valoris, cuius est *Asper* nummus Turcicus: qui, vt conijcitur, valet 7. nummulos, Misni; cum semisse. Nam Guilhelmus Postellus scribit, LXM Asprorum facere Coronatos 200.

VI. Sed Bartholomæus Georgieuitz Peregrinus *de Rebus Turcicis* scribit, LX aspros valere Coronatum: qua ratione, si cum Budæo Coronato triginta grossos Misnicos tribuis, Asper sex nummulos Misnicos valebit.

VII. Benedictus Arias in libro, cui titulum fecit *Ephron*, *pagina*

gina 17. refert: Denarium Roma. continere sex meoth hoc est, obolos: quod non nisi de obolis Atticis intelligi debet.

KESITAH V.

I. *Kesitah*, & in plurali numero *Kesitoth*, nummum faciunt nonnulli. Quod enim est *Gen.33: Et emit Iacob partem agri a filiis Hemor, Patris Sichem, centum Kesitah*: id LXX reddunt ἑκατὸν ἀμνῶν, hoc est, centum agnis, vt & vetus & Pagninus transferunt.

II. Eadem historia repetitur Iosuæ *vltimo*: vbi centum Kesitah LXX reddunt ἑκατὸν ἀμνάδων: vetus centum nouellas oues: Pagninus centum nummos transfert.

III. *Iob.42.* est: *Dederunt quoq; ei quisq; Kesitah vnam*: id LXX rursus exponunt ἀμνάδα μίαν, hoc est, ouem vnam: Pagninus *pecudem vnam*: Iohannes Forsterus *grossum* reddit.

IV. Sic fortassis hic nummus dictus est a typo impresso: quemadmodum pecunia apud Roma. dicta est a pecude.

V. Alii vbiq; transferunt nummos: Munsterus grossos.

VI. Traditur & hoc, quod in Arabia dicitur *Kesitah*, id in Iudæa dici *Meah*.

VII. Hunc nummum traditur dictum esse, quod contractus sit signum, firmamentum & fides.

SILEA VI.

I. *Silea* (quod alii scribunt *Zelagh*. Ain enim literam per gh exprimunt) est nummus, qui quatuor Zuzim valet, hoc est, quatuor drachmas, seu denarios, vt Elias Leuita testatur.

II. In numero multitudinis habet *Silein*, teste Munstero, quod aliqui zelaghin efferunt, vt literæ gutturalis Ain sonum fortiorem exprimant.

III. Eiusdem est itaq; & ponderis & valoris cum Siclo sacro tetradrachmo: vnde similiter valet argentei vncialis semissem. Nam *Gen.23.* & *Exodi 30.* siclus a Chaldæo Paraphraste Silea redditur.

IV. Scribunt quoq; quinq; *Silein* in Galilæa decem esse *Zuzim* in Iudæa.

V. In *silea* sedecim *meoth* esse traditur: hinc *silea* in Galilæa didrachmum fuisse conijcitur.

VI. Quod

VI. Quod est *Iudicum 16: Dabimus tibi quilibet mille & centum Keseph*, Chaldæus id Silein argenti interpretatur. Item *Iudic.17.* Mille & centum Keseph; Chaldæus iterum exponit silein Keseph. hoc est, Siclos argenti.

VII. Thargum *Sileah* vtitur pro Siclo *Genes.23. Exodi 21.30.38. Leuit.5.27. Num.3.31. Ezech.45.*

VIII. Benedictus Arias magni Operis Bibliorum, Antuerpiæ editorum, concinnator, duplicem sileam fuisse scribit: vnum quidem duorum, alterum vero vnius sicli, quo Paraphrastes vtitur. Sed parum consentanea sunt, quæ scribit.

DARKEMON, ET ADARKON VII.

I. *Darkemon* vel Darkmon, quod & Darekmon scribitur, apud Hebræos quidem in vsu est, sed vox est peregrina: & a voce græca, *δραχμή*, deprauata esse videtur.

II. Significat nummum, sed fere aureum apud hebræos, drachmæ Atticæ pondere percussum.

III. Huius nummi creber est vsus apud hebræos, sed in plurali numero & masculino genere, idq; post tempora exilii Babylonici, *Darkmonim, Esdræ 2 & 8. Nehem.7.*

IV. A LXX vbiq; redditur *δραχμὴ*, vnde darkmon deprauatum esse diximus.

V. *1.Paralip. 29. est & Adarkon*, vnde plurale est *Adarknonim* decem millia: quæ vox itidem redditur *δραχμὴ*: & Sanctes Pagninus retinet drachmas.

VI. Latinus Interpres transfert: & Solidos decem millia Auri: solidi [illegible] *Esdræ 2:* Solidi mille, *Esd.8.*

DE

MANEH HEBRAICA,

CAPVT VII.

I.

CUm *de pondo & libra Romana*, & mox de *μνᾶ*, hoc est, *mina græca*, quantum quidem ad præsens institutum nummarium satis visum fuit, quædam ante allata & declarata sint, institutus ordo requirit, vt *& ma-*

& *maneh* hebraica explicetur : quæ & ipsa in hoc negocio nummario suum sibi locum vendicat.

II. Idem autem sunt, idemq́; valent *Maneh*, *Mineh* & *Meneh*, in re nummaria, apud Hebræos, vt pondo apud Romanos, & μνᾶ seu μνᾶ apud Græcos.

III. Non est autem *Maneh* tanti ponderis nummus : sed potius certa nummorum summa & pondus.

IV. *Maneh* a LXX redditur μνᾶ, quæ a Latinis exponitur *mina* : & ab hebræa voce haud dubie originem ducit. Deriuatur enim a verbo hebræo *Manah*, quod rem per partes seu numeros subducere ac subtrahere significat. D. Hieronymus verbo numerandi fere reddit. Habet itaq; nomen, quod certum nummorum numerum continet.

V. *Maneh* diuiditur primum ratione materiæ. Alia enim est *maneh argenti*, de qua hic agitur : alia *auri*, de qua libro sequenti.

VI. Deinde ratione obiectorum, loci & vsus, *Maneh* aut est *sacra* seu sanctuarii, aut *profana* seu *publica*, quæ & vulgaris appellatur.

VII. Adhæc ratione ponderis & numeri siclorum, quos continet, rursus differt. Primum enim est *maneh siclorum sexaginta*, vt ex *Ezech. cap. 45.* constat, cum inquit : Porro viginti sicli, & viginti quinq; sicli, & quindecim sicli Maneh faciunt. Hi enim simul collecti faciunt sexaginta siclos. Hæc maneh sacra est, & siclos sacros continet sexaginta, qui faciunt drachmas Atticas, nummos argenteos 240. Valet aureos Coronatos 24. argenteos vnciales 30.

VIII. *Maneh* vero *profana* siclos continet totidem sexaginta, sed profanos seu publicos didrachmos, quod duplo sit minor : & est sacræ maneh semissis : Est drachmarum Atticarum 120. & facit Coronatos 12. argenteos vnciales 15. Hanc minam accipio *Lucæ 19.* vbi decem minæ faciunt Coronatos 120. argent. vnciales 150.

IX. Hi sexaginta sicli didrachmi faciunt siclos sacros triginta : qua maneh diuenditus est noster Saluator, IESVS CHRISTVS, vt dictum est.

X. Fuit & *maneh Regia*, a caussa efficiente dominante, siclorum

rum Regiorum, qui sunt tridrachmi, quadraginta, vt itidem sit drachmarum Atticarum 120. Quod enim est *2. Reg. 14*: Comam Absolom ponderasse siclos ducentos, cum inquit: καὶ κειράμενος αὐτὴν ἔστησε τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ διακοσίους σίκλους ἐν τῷ σίκλῳ βασιλικῷ, hoc est: *Et detonsam eam appendit comam capitis sui ducentos siclos in siclo Regio.* Vetus transfert, pondere publico. Id Ioseph. *libro 7.* ἀρχαιολ. quinq; minas interpretatur. Si enim ducentos siclos per quadraginta diuiseris, quinarius diuisorius erit. Iosephi verba hæc sunt: τοσοῦτο μέντοι γε ἦν τὸ βάθος τῆς κόμης αὐτῷ, ὡς μόλις αὐτὸν ἡμέραις ἀποκείρειν ὀκτώ, σταθμὸν ἕλκουσαν σίκλους διακοσίους. οὗτοι δ᾽ εἰσὶ πέντε μναῖ, hoc est, *Tanta sane erat profunditas comæ illi, vt vix eum diebus detonderent octo, pondere trahentem siclos ducentos: hi vero sunt quinq; minæ.* Facit hæc maneh Regia, si ad nummos respicias, itidem Coronatos 12. argenteos vnciales 15.

XI. Rabbi Salomon *Maneh* duplicem facit ratione vsus: vnam *sanctuarii*, alteram *publicam*. Ac illam quidem siclorum 50. duplo maiorem: hanc vero siclorum 25. Illa facit Coronatos 20. argenteos vnciales 25. Hæc vero Coronatos 10. argenteos vnciales 12. cum semisse.

XII. Harum vtramq; facit duplicem: vt sanctuarii vna sit siclorum tetradrachmorum sacrorum 50: altera vero siclorum sacrorum sexaginta, vt ex Ezechiele constat *cap. 45*: quæ vncias Romanas faciat & appendat triginta, hoc est, duas libras Roma: cum semisse. Id ex Iosepho quoq; constat *libro 14. cap. 12.* ἀρχαιολ. Refert enim Crassum, in Parthos per Iudæam proficiscentem, e templo Hierosolymitano abstulisse trabem ex auro solidam factam ex minis trecentis. Addit μνᾶν. apud suos, (Iudæos) valere libras duas & semissem f. Romanas.

Iosephi verba sic habent: λαμβάνει δὲ καὶ δοκὸν ὁλοσφύρηλατον χρυσῆν, ἐκ μνῶν τριακοσίων πεποιημένην. ἡ δὲ μνᾶ παρ᾽ ἡμῖν ἴσχει λίτρας β΄ καὶ ἥμισυ, hoc est, *Capit autem & trabem solidam, malleis compactam, auream, ex minis trecentis factam. Mina* autem apud nos valet libras duas & dimidiam.

XIII. *Minam* centum esse denariorum, a Benedicto Aria adfertur *in libro Ephron pag. 16. 17.* Eadem centum *zuzim* complectitur, vt ibidem sequitur.

XIV. Arrha viduæ quidem, vel quæ non virgo ducitur, centum Zuzim æstimatur, hoc est, vna mina : virginis vero ducentis, hoc est, duabus minis hebraicis, ibidem.

XV. *Maneh* pondus aliqui faciunt centum denariorum: denarios singulos fuisse sex *meoth* : & *meah* esse 16. granorum hordei, vt de libra Ro: nummaria intelligatur.

XVI. *Maneh* a Chaldæo paraphraste redditur litra, C. siclorum hebraicorum drachmalium.

XVII. Minæ quinq;, *1.Esd.2.*

XVIII. IIM Minarum, *Nehemiæ 7.*

XIX. IIMCCC minæ, *Nehemiæ 7.*

XX. VM Minarum, *1.Esdræ 2.* & *3.Esdræ 5.*

1.	*Siclus Sacer*	1.					
2.	*Profanus*	2.	1.				
3.	*Zuz*	4.	2.	1.			
4.	*Agorah*	20.	10.	5.	1.		
5.	*Gerah*	20.	10.	5.	1.	1.	
6.	*Meah*	20.	10.	5.	1.	1.	

DE

TALENTO ARGENTI HEBRAICO, QVOD DICITVR KICKAR,

CAPVT VIII.

I.

TAlenta græca & externa satis, vt arbitor, libro superiore sunt enumerata & declarata : sequitur vt & hebraicum Talentum eadem diligentia & fide nunc explicemus.

II. *Talentum* Hebræis dicitur *Kickar*, a verbo *Kor* cum vau quiescente, quod significat *fodit, perfodit, excidit*. Et habet nomen a forma orbiculari.

II. Quemadmodum autem *Kor* seu Cor, hoc est, κόρος, Corus, maxima est apud Hebræos rerum aridarum mensura, a cauitate dicta : ita *Kickar* maxima est rotunditas vel in quantitate in plano, vel in pondere,

III. Et

III. Et Iulius Pollux *lib.9.* Talentum finit, maximam partem ... & auri & argenti, vt ante dictum est.

Kickar in plurali numero *Kickarim*, habet : quod Iosephus *lib.3. cap.7.* ... κίγχαρες facit in numero multitudinis terminatione græca : γ κ enim ponit quod Kuph litera hebræa sit dagessata, & fortiorem in pronunciando sonum desideret.

V. Addit autem Iosephus diserte ...γχαρ a græcis vocari τάλαντον, hoc est, talentum : cum inquit : ἰσχύει μὲν καλοῦσι κίγχαρες, εἰς δὲ τὴν ἑλληνικὴν μεταβαλλόμενον γλῶσσαν, τάλαντον, hoc est, *Hebræis quidem vocant kicchares, in græcam vero linguam conuersum, talentum.*

VI. *Kickar* ratione obiectorum aliud est *ponderale* seu pondus, quo in rebus appendendis sunt vsi : aliud *nummarium*, quod certam nummorum summam & pondus definit.

VII. Vtrumq; rursus duplex est ab vsu, a loco, vel etiam ab obiecto. Aliud enim est *Kickar sacrum* seu sanctuarii : aliud *profanum* seu publicum.

VIII. De pondere alibi agitur, de nummario vero talento hic dicendum est ; quod ratione materiæ & obiectorum est duplex. Aliud enim est *Kickar auri*, aliud *argenti* : quod vtriusq; quantitatem vel continuam vel discretam definiat, teste Polluce.

IX. Deinde ex Relatione ratione Quantitatis, *Kickar* aliud est *magnum*, aliud *paruum*.

X. Præterea ex numero minarum, quas complectitur, aliud est Centenarium ; quippe centenarum minarum quidem hebraicarum : a minarum vero Atticarum numero Centenarium & vicenarium dici queat, quod minas Atticas centum & viginti continet centenariis, a centum drachmis Atticis dictis : aliud nonagenarium : aliud sexagenarium, &c. a minarum numero.

XI. Adhæc a caussa efficiente ... ante, *Kickar*, talentum, dicitur *Regium* : quod iussu & auctoritate Regis, temporibus Regum in populo Israelitico in vsu fuit.

KICKAR SACRVM I.

I. *Kickar sanctuarii*, vel ..., *quod* sacrum quoq; dicitur, item *Templi & Ecclesiasticum*, ... cuius vsus in Templo

& in reb. sacris fuit: cuius cura & custodia Sacerdotibus commissa fuit.

II. Quod vt omnium antiquissimum & maximum fuit: ita quoq; perfectissimum censetur: cuius reliqua talenta omnia partes quædam sunt.

III. Hoc Kickar centum minas hebraicas continet, vt Ioseph. *lib.3. cap.7.* diserte confirmat. Et apud Hesychium est τάλαντον ὁλκὴ λιτρῶν ἑκατὸν, hoc est, *Talentum est pondus librarum centum.*

IV. Hæ Minæ hebraicæ 100. faciunt minas Atticas centenarias 120. siclos sacros termille, siclos profanos didrachmos sexies mille, drachmarum Atticarum 12000. Coronatos 1200. argenteos vnciales 1500.

V. Hoc talentum & M. Vitruuius agnoscit, cum *lib.10. cap.31.* quatuor Talentum millia esse scribit 480000. pondo. Si enim 480000. per 4000. diuiseris, centum & viginti pondo euadent.

VI. Quod autem Epiphanius Talento hebraico libras CXXV tribuit, de Romano pondere eum loqui, doctiores arbitrantur: quod libræ Roma. drachmarum sint XCVI. Sic autem inquit: τάλαντόν ἐστι τὸ ὑπερβάλλον σταθμώμενον μέτρον, κατὰ δὲ τὸν λιτρισμὸν ρκέ λιτρῶν ὑπάρχει, hoc est, *Talentum est metrum, quod omne, quod pondus examinat, superat: secundum libræ vero rationem CXXV librarum existit.* Si enim CXXV libras per XCVI multiplicaueris, 12000. euadent.

VII. Ex Epiphanio idem repetit Hesychius, cum inquit: *Talentum libræ CXXV secundum Magnum Epiphanium.* Apud Suidam est: τὸ τάλαντον παρά τισιν ἔχει λίτρας ρκέ. hoc est. *Talentum apud quosdam habet libras 125.* Idem ex Dionysio Halicarnas. *lib.9.* constat. Nam δισχίλια ἀσσάρια, hoc est, Bis mille æris seu asses sedecim talenta esse asserit. Si enim hos bis mille asses per 125. diuiseris, sedecim in diuisorio erunt.

VIII. Porro hoc Talentum sacrum ter mille siclis sacris constare, ex *38. cap. Exodi* certum est. Nam 603550 Hebræi numerati conferunt totidem, hoc est, 603550. siclos didrachmos in capita: quos si per duo diuiseris, habebis siclos sacros tetradrachmos 301775. Hanc pecuniam Moses dicit esse centum talenta & siclos mille septingentos septuaginta quinq;. Sic enim habet veritas hebraica interprete Pagnino. Nam vetus translatio hic mutilata est.

IX. Hinc

IX. Hinc certum eſt, ſacro talento tribui ſiclos ſacros ter mille. Siſli vero 1775. quod hoc Kikar ſacrum non explent, integri ponuntur.

X. Si hanc ſummam collatæ pecuniæ per quatuor multiplicaueris, euadent drachmarum Atticarum 1207000. Facit Coronatos 120700. arg. vnciales 150887. cum ſemiſſe.

XI. Et Homeri interpres Talentum ſexmillia ſtaterum complecti ſcribit. Loquitur enim de aureis ſtaterib. didrachmis. Sic enim habet in 9. Iliados: τάλαντον τοὺς ἑξακισχιλίους νῦν παρ' ἀθηναίοις στατῆρας ἔχει, Hoc eſt, *Talentum ſex millia nunc apud Athenienſes ſtaterum continet.* Qui itidem 12000. drachmarum Atticarum faciunt: & valent decupla proportione argenti ad aurum coronatorum quidem 120000. argent: vero vncialium 150000. Aurum omne in opus ſanctuarii expenſum, ex donariis oblatum, Talenta 29. & ſicli 730. *Exodi. 38.*

XII. Bis mille talenta pecuniarum Craſſus, in parthos proficiſcens, e templo Hieroſolymitano abſtulit. Ioſeph. *lib. 14. cap. 12.* ἀρχαιολ. Facit Coronatorum 240000. argenteorum vncialium 300000.

KICKAR PROFANVM II.

I. *Kickar profanum*, quod Publicum & vulgare quoq; dicitur, eſt quo vulgo publice in reb. ciuilibus & in rep. vtebantur.

II. Idem vocant *Talentum congregationis*, quod populi Iudaici cœtus id contulerit.

III. Reſpectu talenti ſacri talentum paruum ſeu minus quoq; appellatur.

IV. Hoc *Kickar* publicum faciunt duplex, *maius & minus*. Ac maius quidem centum minas Atticas continet, vnde centenarium quoq; dici poteſt. Id & pondere & valore Talento Æginæo par eſt.

V. Apud Suidam eſt: κεντηναρίων νομισμάτων ποσότης, hoc eſt, *Centenarium nummorum quantitas eſt.*

VI. Eſt talenti ſanctuarii dextans: quod eius decem duodecimas partes contineat, ſeu quod idem eſt, quinq; ſextas.

VII. Complectitur quinq; millia ſiclorum didrachmorum, drachmarum Atticarum decem millia: Valet Coronatos mille, argenteos vnciales 1250.

VIII. Ta-

VIII. Talentum minus talenti sacri seu sanctuarii est semissis; Continet minas Atticas sexaginta, siclorum profanorum 3000. drachmarum Atticarum 6000. Talento Attico minori sexagenario & pondere & valore par est. Valet Coronatos 600. argenteos vnciales 750.

DE TALENTO REGIO III.

I. *Kickar Regium* tempore Regum apud Iudæos in vsu fuit: quod eius neq; ante neq; post Regum tempora mentio fiat.

II. Quemadmodum Siclus regius tridrachmus sicli sacri tetradrachmi dodrans fuit: ita hoc talentum sacri talenti dodrans est: quod eius tres quadrantes contineat. Tres enim sicli tetradrachmi quatuor siclos tridrachmos, explent.

III. Huius sicli Regii mentio fit *2.Reg.14.* vt dictum est ante. Continet minas regias quadraginta, siclos sacros 2250. Regios 3000. Atticas drachm. 9000. valet Coronatos 900. argenteos vnciales 1150.

IV. Sunt adhuc plures talenti species, de quib. infra in nummis aureis.

V. Porro obseruandum est & hoc, quod est apud Euseb. *lib.9. Præparat. Euangelicæ*, cum inquit: τὸ δὲ τάλαντον σίκλον εἶναι s. φησί, hoc est, *Talentum vero siclum esse s. ait.*

Talentum Sacrum	1.						
Tal. Profan.	2.	1.					
Maneh	100.	50.	1.				
Libra Ro.	120.	120.	$2\frac{1}{2}$.	1.			
Siclus Sac.	3000.	1500.	60.	24.	1.		
Didrach.	6000.	3000.	120.	48.	2.	1.	
Drachma	12000.	6000.	240.	96.	4.	2.	1.
Gerah	60000.	30000.	1200.	480.	20.	10.	5.

DE

TALENTO ARGENTI

HEBRAICO NARRATIO HISTORICA

CAPVT IX.

I.

TAlentum argenti, *Exod. 38. 3.Reg.10. 20.& 23: 4.Reg.5: 1.Paralip.20.*

II. Duo talenta, *3.Reg.16: 4.Reg.5.& 6. Matth.25.* III.

III. Quinq; Talenta, *Matth. 25.*

IV. Sex talenta, *1. Esdræ 8.*

V. X Talenta, *4.Reg.5: Tobiæ 1.4.& 10: Matth.25: 3.Esdræ 4.*

VI. L Talenta Darius Rex Persarum Iudæis dedit ad templi ædificationem, Ioseph.*lib.11.cap.3.* L talenta, *1.Mach.15.*

VII. LXX talenta æris 2400. Sicli, *Exodi 38.*

VIII. LXXX. talenta, *2.Machab.4.*

IX. Centum talenta argenti, *Exodi 38*: vnde centum Sanctuarii bases conflatæ.

Centum talenta, *4.Reg.23: 2.Paral.25.26.27.28: 1. Esdræ 7: 3. Esdræ 1.& 8: 1.Machab.13.& 15.*

Centum Talenta argenti & 1775. Sicli Sacri, *Exodi 38*: Argentea vasa, *1.Esdræ 8.*

X. CL talenta, *3.Esdræ 8.*

XI. CCC talenta indixit Rex Assyriorum Senacherib Ezechiæ Regi Iudæ, *4.Reg.18: 1.Machabæorum 11*: & *2.Machabæor 4*: Ioseph. *lib.10. cap.1.*

XII. CCCLX talenta, *2.Machab.4.*

XIII. CCCC Talenta, *2.Machab.3.*

XIV. CCCCLX talenta Ptolemæus exposuit redimens in sua ditione a suis dominis Iudæos captiuos, pro singulis 120. drachmas persoluens, Iosephus *lib.12. cap.2.* Fuerunt ergo captiui 23000. Sed Ioseph. scribit fuisse duodecim Myriades, hoc est, 120000. qui faciunt drachmarum 14400000. hoc est, Talenta 2400.

XV. D Talenta, *1.Machab.15.*

XVI. DC talenta, *1.Esdræ 8.*

XVII. DCL talenta, *1.Esdræ 8.* Ioseph. *lib.11. pag.328.*

XVIII. DCC talenta Cassius a Iudæis exegit, Ioseph.*lib.14. cap.18.*

XIX. DCCC Talenta pecuniam Iudaicam Mithridates accepit in Co insula, Iosephus *lib.14. cap.12.* ἀρχαιολ.

XX. M Talenta, *4 Reg.15: 1.Paralip.10.19: 1.Machab.13.*

XXI. MDCCC talenta, *2.Machab.5.*

XXII. IIM Talenta, *2.Machab.8.*

IIM Talenta Crassus Iudæis abstulit Hierosolymis, Ioseph.*lib. 14. cap.2.* ἀρχαιολ.

XXIII. III Millia Talentorum apud Iosephum *lib.13. fol.401.*

XXIV. III MDCLX argenti talentis, in annos singulos dandis, Seleucus Iasonem loco Oniæ fratris summum Pontificem creat, Ioseph. *lib. de Machab.* Facit HS 87840000. denariorum 21960000. Coronatorum 2196000. argent. vncial. 2745000.

XXV. VII Millia talentorum, *1. Paralip. 29.*

XXVI. X Millia Talentorum annua ad sacrificia dat Darius, *3. Esdra 4.*

X Millia talentorum Haman in Iudæorum exitium pollicetur. *Esther 3.*

X Millia talentorum *1. Paralip. 29. Matth. 18.*

Plus quam X Millia talentorum Romani a Iudæis breui exegerunt, Ioseph. *lib. 14. cap. 8.* Decem millia talentorum Iudaicorum minora minarum sexaginta faciunt drachmarum græcarum seu denariorum Romanorum 60000000. sexcenties, Coronatorum 6000000. sexagies argenteorum vncialium 7500000. quinquies & septuagies centena millia. Sed HS 240000000. bis millies & quadringenties.

XXVII. Μυριάδας ταλάντων ἀργυρίου, δ' hoc est, Quadraginta millia talentorum argenti 40000. se daturum promisit Aman in Iudæorum exitium, Ioseph. *lib. II. pag. 334.* Facit Coronatorum 24000000. argenteorum vncialium 30000000. trecenties, intelligo talenta hebraica profana, quæ paria sunt Talentis Atticis minoribus.

XXVIII. Mille millia, hoc est, decies centena millia talentorum argenti Dauid comparauit ad Domus Dei ædificationem, *1. Paralip. 22.* de quo capite 7. huius. Facit librarum Zygostaticarum XVI vnciarum, quæ hodie in vsu sunt, 93750000. lapides centenarios, 110. libras in lapidem computando, 852272. & præterea restant 80. libræ. Si accipis talenta hebraica profana facit Denariorum 6000000000. sexagies millies, argenteorum vncialium 750000000. Coronatorum 600000000. HS 24000000000. ducenties & quadragies millies centena millia. Sin vero accipis talentum sacrum summa duplo maior erit.

HI-

HISTORIÆ REI NVMMARIÆ VETERIS

LIBER V.

QVI EST

DE NVMMIS AVREIS.

MATTHÆO HOSTO

AVTORE.

DE

AVRI INTER CAETERA METALLA PRAESTANTIA.

CAPUT I.

AVrum cæteris metallis omnibus multis ſane nominibus cauſſisq; antecellere, eiq; præcipuam omnibus ſeculis gratiam ſemper fuiſſe, in confeſſo eſt, minimeq; negari poteſt.

I. Primum enim, vt Chimici artificii periti affirmant, Aurum in Metallorum genere perfectiſſimum naturæ opus eſſe iure cenſetur: ideoq; longe antecellit.

 II. Dein-

II. Deinde cum huic vni rerum nihil prorsus igne decedat, depereatq; : sed & in magno catino & in catillis duret, primæ eidem merito, suoq; iure debentur.

III. Adhæc nec in incendiis rogisue quicquam deficit ; imo, quo sæpius arsit, hoc ad bonitatem perpetuo magis proficere creditur cur non vel hoc nomine præstaret ?

IV. Quid ? quod, vt quamdifficillime accenditur : adeo vt aduersus violentissimam prunam vi prorsus indomita sit præditum : quod primum bonitatis argumentum esse censetur : ita palea facillime citissimeq; accendatur, ardescatq;.

V. Præterea cum omnes res acres cætera metalla corrodant, lædantq;, huic vni minime nocent.

VI. Iam vsus Auro quamminimum deterere potest : quo nomine quoq; cæteris metallis iure anteponitur.

VII. Mox neq; aliud vllum vitium id contaminat, variatue : adeo vt neq; rubigine, neq; ærugine vllo pacto inficiatur infesteturue. Est enim Aurum ἰοῦ καὶ σήψεως ἄδεκτον, hoc est, rubiginis ac putrefactionis prorsus expers.

VIII. Manus certe hoc metallo, vt cæteris, materia decidua non sordescunt, aut contaminantur : vt vel hac de caussa cæteris iure præferatur.

IX. Postea nihil sane Auro accidere potest : quod vel bonitatem eius consumat, vel pondus minuat.

X. Vehementer autem & hoc Aurum commendat : quod fundatur, laxissimeq; dilatetur : & numerosissime diuidatur : vtpote, vt Plinius ait, *cuius unciæ in septuagenas & quinquagenas, pluresq; bracteas, quaternum vtroq; digitorum sparganiur.* Verum hoc artificium posteritatis industria longissime superauit : vt experientia ipsa abunde testatur.

XI. Netur quoq; Aurum, texiturq; lanæ modo, etiam sine lana.

XII. Colore fuluo, igneoq; cæteris metallis omnibus præstat : licet Plinius Argentum hoc nomine præferat : quod eius color sit clarior, longiusq; fulgeat, ideoq; militaribus signis familiarior.

XIII. Nulli profecto metallo æq; atq; Auro maius precium : ideo quoq; carissimum esse creditur : quod sit & rarissimum.

XIV. Gen-

XIV. Gentes certe quæq; nobilissimæ Aurum semper preciosissimum habuerunt.

XV. Etsi autem nullus Auri vsus esset alius, hic tamen longe amplissimus est, cum multiplici variaq; vtentium vtilitate ac commoditate coniunctus: quod nummi quoq; ex eo cudantur.

XVI. Eos nummos aureos eo quoq; preciosiores præstantioresq; esse censent: quo maioris precii valorisq; fuerint.

XVII. Postremo, vt de vsu Auri eo, qui ad rem medicam pertinet, nihil iam dicatur: Aurum præcipue commendat, quod, quæ preciosissima, splendidissima, maximeq; rara, eximia, & cara esse censentur, vel ex Auro fere constent: vel auro splendidissime exornari soleant. Eam enim ob caussam Deus Opt. Max. ipse vasa & instrumenta Templi Hierosolymitani vel aurea esse, vel auro exornari voluit: quemadmodum Exodus, secundus liber Mosis, & tertius liber Regum abunde testantur. Consule & Plinium *lib. 33. cap. 3. de Auri præstantia.*

XVIII. *Auri puri drachmæ duæ* a G. Agricola æstimantur Vngarico vno & momentis sexaginta duobus cum dimidio.

XIX. *Mina auri* puri æstimatur aureis Vngaricis septem & nonaginta atq; tribus & triginta auri vngarici sextis & sexagesimis partibus.

XX. Sed *Talentum Atticum*, quod sexaginta minas centenarias continet, auri puri valet quinquies mille octingentos & quadraginta aureos Vngaricos & sexaginta Vngarici momenta.

DE

NVMMI AVREI

DEFINITIONE ET DIVISIONE,

CAPVT II.

I.

AVreus ab auro, vnde cuditur, dictus, per enallagen adiectiui pro substantiuo apud Latinos vsurpatur: & genus, quod est nummus, fere intelligitur.

II. Et χρυσοῦς apud Græcos eodem modo per enallagen in vsu est pro aureo nummo. Sed fere subintelligitur στατὴρ, vt est apud Pollucem *lib. 9.* cum inquit: siquidem χρυσοῦς dixeris, subauditur στατὴρ: Sin vero στατὴρ dixeris, non semper χρυσοῦς intelligitur. Apud Suidam est χρυσοῦς ἐπίσημος, hoc est, aureus signatus.

III. Vnde hæc duo vocabula vsu autorum pro eodem vsurpari, coniungi solent: vt apud Aristophanem *in Pluto:*

στατῆρσι δ᾽ οἱ θεράποντες ἠρτιάζομεν
χρυσοῖς, Hoc est,
Stateribus autem famuli par impar ludebamus
Aureis.

Taxat facetus Comicus famulitium dissolutum, ocioq; indulgens.

IV. χρυσὸς quoq; apud græcos per vsitatam συνεκδοχὴν, vocabulo absoluto pro relatiuo posito, materia, pro nummo ex eadem percusso, vsurpata, in vsu est apud autores, vt Suidas testatur. Exempla extant in LXX interpretibus, *Genes. 37. 45.* & alibi. Apud Ioseph. *lib. 2. cap. 43.* Capt. sunt χρυσοῖ ἑξακόσιοι, hoc est, aurei sexcenti.

V. Apud Synesium χρύσινος dicitur, hoc est, aureus.

VI. Itaq; aureus, χρυσοῦς, χρυσός, & χρύσινος sunt prorsus idem: nummus ex auro certo pondere & autoritate legitime percussus: quo res, quarum precium est, æstimantur.

VII. Varias habet aureus diuisiones: primum enim ratione ponderis, Aureus olim fuit aut δραχμιαῖος, hoc est, drachmæ pondere percussus. Hesychio est δραχμὴ χρυσίου. Aut fuit aureus sextula dictus, apud Isidorum *lib. Etymolog. 16. cap. 24:* quod vnciæ Roma. sexta pars sit: & est quatuor scripulorum, hoc est, octo obolorum. Aut fuit Aureus didrachmus, hoc est, duarum drachmarum Atticarum pondere: Aut fuit aureus pondere duorum denariorum: Aut fuit tridrachmus, trium drachmarum: aut fuit tetradrachmus, hoc est, quatuor drachmarum, apud LXX *Iob. 42:* aut plurium, vt octo drachmarum, quippe vncialis, qui argenti minam valet apud Pollucem proportione duodecupla cum semisse Taciti. Sic enim Pollux habet *lib. 9.* ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ μνᾶν ἠδύνατο, hoc est, *Aureus vero Stater minam valuit.*

VIII. Fuit quoq; *Aureus libralis*, apud Aelium Lampridium, cum

cum inquit: *Et Tiberius Constantinus Hilpericum, Francorum Regem, aureis libralibus missis, ex puro auro percussis, donauit.* Idem repetit Sabellicus *lib.5. Enneadis 8.*

IX. Georgius Agricola *lib.2. de Monetarum pretio* ex Lampridio refert: *Heliogabalum omnium Imperatorum turpissimum, varias nummorum aureorum formas inuenisse causa largitionis: binarias, nimirum quæ, quod Principes iam imminuerant pondus, quatuor drachmas pendebant: ternarias, quæ sex: quaternarias, quæ octo: denarias, quæ viginti: bilibres, quæ centum nonaginta duas: centenarias, quæ ducentas, quæ duas minas pendebant.* Sed has formas, vt idem Lampridius testatur, Alexander Seuerus resoluit: & legem tulit, ne quisquam illis vteretur.

X. Aureus apud Græcos & Hebræos dimidio fere minor fuit, quam argenteus nummus.

XI. Ex auri bonitate & pondere, eiusq; mixtura de aureorum precio certi aliquid statuere, non adeo difficile fuerit.

XII. Deinde ratione gentis, nationis, regionis, regni & populi, aureus est aut *Romanus*, aut *Græcus*, aut *externus*.

XIII. Aureus externus rursus est aut *Asiaticus*, aut *Iudaicus*, aut *Persicus*, aut *Phocaites*, aut *Aegyptius* Siclus octonum obolorum: & postea in minuto pondere quaternum obolorum, apud Varinum: vnde est τετράβολον πολυτίμητον, de quo supra.

XIV. Ad hæc a caussa efficiente dominante, ab autore, quippe a Principe, a Rege, a Magistratu, cuius iussu, imperio & autoritate percussus fuit, Aureus stater est, *Crœseus*, *Philippeus*, *Alexandreus*, *Daricus*, &c.

XV. Iam ex loco a toto & partibus Aureus solidus dicitur respectu partium: quod sit *totus* & *integer*. Nam & apud Pollucem *lib.6. & 9. est*, χρυσοῦς. ἡμίχρυσος, seu vt alii malunt ἡμιχρύσους: στατὴρ ἡμιστατὴρ: Anaxandridæ ἡμιστατήριον ex Aristotele.

XVI. Apud Xenophontem *lib.1. Anab.* sunt δαρεικά, ἡμιδαρεικά s. τριμίσματα, hoc est, Darici, semidarici s. nummi.

XVII. Apud Lampridium Aureorum solidorum didrachmorum partes sunt, semisses ternorum: tremisses binorum scripulorum: qui sub Alexandro Seuero primum sunt percussi: qui grauissima tributa, ab Heliogabalo imposita, ad tricesimam partem reduxit.

XVIII.

XVIII. Sed & illi Principes tremisses & semisses aureos fecerunt, qui aureos, sextulas dictos, percusserunt. Tremisses quidem pondere vnius scripuli cum tertia scripuli parte, seu, quod idem est, octo siliquarum: semisses vero binorum scripulorum, vt & G. Agricola *lib.2. de Monetis* testatur.

XIX. Recte itaq; solidi dicti sunt aurei tam didrachmi, quam sextulæ dicti: quorum vtrorumq; partes sunt & semisses & tremisses. Quando hæ partes percuti cœperunt, tum primum aurei sunt appellati solidi.

XX. De hisce sextulæ semissibus & tremissibus idem Agricola sensisse contendit & Iustinianum *lib.12. C constit.38. de Erogat. milit. anno. & constit: 40. de veste militari*: vbi scriptum est hoc Imperatorum Arcadii & Honorii placitum: *Fortissimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis chlamydibus: sed singulos solidos dari præcipimus.*

XXI. *Stater aureus* habebat fere pondus dimidium Stateris argentei. Nam argenteus quidem erat tetradrachmus, vt dictum est: *aureus vero didrachmus*, teste Polluc.

XXII. Erant & aurei semistateres, a pondere sic dicti, hoc est, didrachmi: quod Stateris argentei tetradrachmi semissem penderent.

XXIII. Erant quoq; aurei *τετραστατῆρες* & *τετραστατήρια, ἡμιστατήρων χρυσᾶ νομίσματα*, vt Pollux ait *lib.9.* hoc est, semistaterum aurei nummi, a valore sic dicti: quod quatuor stateres argenteos valerent, vt Stanislaus Grsepsius Polonus arbitratur.

XXIV. Eosdem & *ἡμίεκτα* dici putat octo obolorum, hoc est, quatuor scripulorum pondere.

XXV. *ἡμίεκτον* significat sextæ partis dimidium. Hesychius dicit esse semiobolum: quod oboli, qui est drachmæ sexta pars, dimidium sit. De his omnibus iusta explicatio in sequentibus subiungitur.

XXVI. Eodem modo aureus octo obolorum hoc est, quatuor scripulorum, dicitur *ἡμίεκτον*, quod quatuor staterum, vnde appellationem sortitur, sextæ partis dimidium pendat.

XXVII. Quod si *ἡμίεκτον* octo obolos habuit, *τὸ ἑκτὸν*, hoc est, sexta pars, procul dubio sedecim obolos habuit.

XXVIII.

XXVIII. Huius totum & integrum, ſ. ſexies ſedecim, facit obolos 96: qui ſtateres efficiunt tetradrachmos quatuor.

XXIX. Huiusmodi aureos, valuiſſe ſtateres quatuor argenteos tetradrachmos conſtat. Si enim pro octo auri obolis duodecies tantum argenti appendas, habebis obolos argenti 96. hoc eſt, quatuor ſtateres: & eſt argentum ad aurum δωδεκαστάσιον, hoc eſt, proportio duodecupla Platonis, de qua mox.

XXX. Debebant autem hi aurei a precio potius ἑξαστατῆρες, quam τετραστατῆρες appellari: quod quiſq; ſemiſtater aureus octo obolorum, ſeu quatuor ſcripulorum, ſex ſtateres argenteos ſenum denum obolorum valeret: vſus tamen obtinuit, vt τετραστατῆρες potius appellarentur: quod ſtateres tetradrachmi Athenienſibus magis in vſu eſſent: & quatuor tetradrachmi tantum efficerent ſ. obolos 96. quantum ſex efficiunt ſenum denum obolorum, nimirum itidem 96. obolos.

XXXI. *Stater* ſedecim obolorum Atticorum, vt Talenti Attici maioris, didrachmum eſt: ita *ſemiſtater* octo obolorum, drachma: propterea quod, vt ſex millia drachmarum octonum obolorum talentum octogenarium conficiunt: ita ſex millia drachmarum ſenum obolorum talentum ſexagenarium faciant.

XXXII. G. Agricola *lib. 2. de Monetarum pondere & temperatura* ſic ait: *At in aureis Atticis aliquando inerat vt minimum quinta vilioris metalli pars, quod ex Crate comico Athenienſi, qui ſcripſit ſemiſextum aurei partem octo obolos eſſe, videtur percipi poſſe. Quia enim octo oboli ſunt dimidia ſextæ pars, ſedecim ſunt ipſa ſexta. Sex ergo & nonaginta, integer aureus: tot vero oboli ſedecim drachmas efficiunt. Quoniam autem aureus Athenienſium fuit duarum drachmarum, ſequitur vt æris quinta in eo fuerit portio. Nam ſi ex auro puro fuiſſet, valuiſſet, vt Daricus, drachmas viginti.*

XXXIII. Porro hic omittendum non eſt: *Siclum aureum ſ. drachmalem* valere & dici quinq; argenteos didrachmos; qua de re ſupra cap. quarto libri ſuperioris.

DE
AVRI INDICATVRA,
CAPVT III.

I.

AVri indicaturam vocant certam bonitatis eius notam & gradum: qui gallica lingua vſitate lex dicitur ab eius rei artificibus teſte Budæo.

II. *Aurifabri & nummularii ceratio* in hoc negocio vtuntur, voce *a grano ſiliquæ*, arboris Italicæ, deflexa: quod ab aliquibus *Charactum & characta* voce a ceratio corrupta quoq; vocatur.

III. *Marcam*, vt ipſi vocant, quæ eſt Bes octo vnciarum, in viginti quatuor ceratia partiuntur, illi vocant *characta*: vnde vnicuiq; vnciæ tria ceratia cedunt.

IV. Hoc ceratium, minuti ponderis vocabulum, veteres latini *ſcripulum ſeu ſcrupulum* hic appellant.

V. Et quoduis aurum in 24. ceratia ſeu ſcripula diſtribuunt: vt pro temperaturæ modo varias auri notas diſtinguant ac diſcernant.

VI. Summam autem & primam auri notam ad viceſimum quartum ceratium ſeu ſcripulum, ad quadrantem tantum abſolutum ſurgere, huius artificii peritiores arbitrantur, hoc eſt, vt ceratii quadrans, vel æreus, vel argenteus, vel alterius alicuius metalli vilioris in tota auri maſſa tantum inſit.

VII. Negant enim huius rei artifices, aurum in ſolidum, & ad ſummam notam excoqui poſſe.

VIII. Et id aurum excoctiſſimum ac puriſſ. eſſe pleriq; arbitrantur: quod aurum A. Gellius *lib. 6. cap. 5. purum putum*, hoc eſt, valde purum, Plinius *lib. 33. cap. 3. obryzum* vocat. Ab aliis *Ophirizum*, ab inſula *Ophir*, vnde tale aurum adfertur, *3. Reg. 9.* appellatur, χρυσὸς ἄπεφθος apud Herod. *Hiſtor. 2.* eſt, vt Suidas interpretatur, πολλάκις ἑψηθεὶς, ὥστε γενέσθαι ὄβρυζον, hoc eſt, Aurum excoctum, vt ſit obryzon, χρυσὸς ἀκήρατος, ἄκρατος, εἰλικρινὴς, Polluci *lib. 7.*

IX. Ab hoc auro obryzo aurei obryzati appellantur, L vnices

uerſis, C de vet. num. poteſt. Item L. 1, Cod. de oblat: vot: quod ex auro puriſſimo ſint percuſſi.

X. Aurum Vngaricum cenſetur hodie eſſe ceratiorum ſeu ſcripulorum trium & viginti,

XI. Huiuſmodi aurum nummarium hodie vocatur: quod ex hoc aurei nummi cudantur: cui vnum tantum ceratium ad ſummam bonitatis indicaturam deeſt.

XII. Ex eodem auro & ſplendidiora ornamenta & geſtamina ab aurifabris fieri tradunt.

XIII. Deinde eſt aurum duo & vicenarium: quod duodecima parte a prima puriſſimaq; nota diſtat.

XIV. Carolus V. Imp. Rex Hiſpaniarum, Conſtitutionem edidit in comitiis, Pinciæ habitis, anno MDXXXVI, vt aurei percuterentur ex auro viginti duorum ceratiorum ſeu ſcripulorum.

XV. In huius marca ſeu beſſe duodecima tantum pars alieni metalli admixta fuit.

XVI. Quo auro cælatores & incluſores in ſigillis, catenulis, ſpirisq;, & in mundo muliebri Pariſiis vti, Budæus ſcribit.

XVII. Mox *aurum vicenarium* eſt ceratiorum viginti, quod a puriſſimo ſexta parte diſcrepat.

XVIII. Hoc *aurum vſuale & vaſcularium* vulgo vocari, Budæus ſuo teſtimonio confirmat: quod vaſcula aurea ex hoc auro fiant.

XIX. Huius auri libra quatuor millibus nummum, ſeu mille drachmis tantum venalis eſſe debet; idq; proportione decupla, vt Budæus confirmat. Facit auri libra Coronatos 100, argent. vnciales 125.

XX. Ad hæc *aurum vndeuicenarium* eſt ceratiorum ſeu ſcripulorum nouendecim: quod coticularium ideo vocant, quod infra hanc notam aurum in geſtaminibus cælare, lege municipali prohibitum ſit.

XXI. Iam *aurum duodeuicenarium* eſt octodecim ceratiorum: quod quadrante a primo bonitatis gradu diſſidet. Ex hoc auro duodeuicenario Rhenani aurei cuduntur. Quod aurum dicitur quoq; *dodrantale*: quod bonitatis dodrantem, hoc eſt, tres quadrantes, contineat. Libra huius auri termille & ſexcentis nummis ſeſtertiis venalis eſſe debet, ſeu drachmis 900. Facit denarios 900. Corona-

tis 90. argenteos vnciales 112. cum ſemiſſe. Aurum infra dodrantale octodecim ceratiorum Chryſurgi auri appellatione non dignantur.

XXII. Aureos quoſdam Philippeos & Guilhelmeos Hollandinos ex ſeptunciali auro hodie percuſſos eſſe, Budæus ſcribit: quibus æris ſeſquiquadrans ſit admixtus: & hoſce aureos quindecim ceratiis temperatos appellari refert; continent quinq; octauas partes.

XXIII. Porro χαλκοῦν ſ. νόμισμα, hoc eſt, æreus nummus pro aureo nummo vſurpatur: ſed ſubærato: quod e Suida conſtat, cum inquit: λέγεται δὲ οὕτω καὶ τὸ κακὸν νόμισμα τὸ χρυσοῦν. λέγεται δὲ καὶ χαλκοῦν. ἐπὶ γὰρ καλλίου νόμισμα χαλκοῦν ἐκόπη. λέγεται δὲ ὅτι τὸ αὐτὸ πέπονθεν ἡ πόλις εἰς τοὺς χρηστοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον νόμισμα. ὥσπερ γὰρ τῷ παλαιῷ νομίσματι οὐ χρώμεθα καλῷ ὄντι, ἀλλὰ τῷ καινῷ κακῷ ὄντι. οὕτω καὶ τοῖς ἀρχαίοις ἀνθρώποις οὐ χρώμεθα καλοῖς οὖσι. τοῖς δὲ νῦν στρατηγοῖς κακοῖς οὖσι χρώμεθα, hoc eſt, *Dicitur autem ſic & malus nummus aureus: dicitur vero & æreus. Sub Callia enim nummus æreus percuſſus eſt. Dicitur autem quod idem Ciuitati accidat in probis hominibus, quod in antiquo nummo. Quemadmodum enim veteri nummo non bono vtimur, ſed nouo malo: ſic etiam antiquis hominibus bonis non vtimur*: ſed ducibus nunc vtimur improbis. Sumpta autem hæc ſunt ex Ariſtophanis Ranis *pag.159.*

XXIV. Χρυσὸς ἄπυρος eſt apud Ariſtot: περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, cum inquit: περὶ παιονίαν λέγουσιν, ὅταν συνεχεῖς οἱ ὄμβροι γίνωνται εὑρίσκεσθαι περιτηκομένης τῆς γῆς, χρυσὸν τὸν καλούμενον ἄπυρον, hoc eſt, *Circa Pæoniam aiunt, cum continui imbres fiant, inueniri liquefacta terra aurum ignis expers: Quippe quod igne non excoctum.*

DE

ARGENTI AD AVRVM

SEX PRAECIPVIS PROPORTIONIBVS,

CAPVT IV.

I. PROPORTIO.

I.

ΑΝαλογία, hoc eſt, proportio, qua argento aurum certo pondere rependi, compenſari, commutari & perſolui ſolet, non eadem olim

lim fuit ibiq; : sed apud autores veteres varia extat : eamq; ex auri bonitate & temperatura nasci, certum est.

II. Prima itaq; & infima proportio est septupla cum semisse: qua aurum argento septies tanto cum semisse rependitur. Hac proportione Iulius Cæsar apud *Suetonium in Cæsare cap.54.* vsus est, cum inquit: *In Gallia fana templaq; Deum, donis referta, expilauit,* (Cæsar) *vrbes diruit, sæpius ob prædam quam ob delictum: vnde factum est, vt auro abundaret, ternisq; millibus nummum in libras promercale per Italiam prouinciasq; diuenderet.* Tria millia nummum faciunt denarios Ro. seu drachmas Atticas 750. Coronatos 75. argenteos vnciales 93. & 18. grossi. Misnicos.

III. Hac proportione scripulum auri septem argenti scripulis cum semisse compensatur: quæ faciunt sestertios decem, drachmas duas cum semisse, grossos Misnicos septem cum semisse.

IV. Aureus drachmæ pondere percussus hic Valet sestertios 30. scripula argenti 22. cum semisse, drachmas seu denarios septem cum semisse.

V. Aureus, sextula dictus, quaternum scripulorum valeret sestertios 40. scripula argenti 30. drachmas 10. grossos Misnicos 30. hoc est, Coronatum.

VI. Aureus didrachmus valeret sestertios 60. scripula 45. quæ faciunt drachmas 15. grossos Misnicos 45.

VII. Hoc aurum est duodeuicenarium, octodecim ceratiorum, & dodrantale dicitur, quod quadrante a primo bonitatis gradu dissidet, vt supra.

II. PROPORTIO.

I. Altera proportione argentum ad aurum est δεκαςάσιον, hoc est *decuplum*, qua aurum decies tanto argento rependitur, ac commutatur: quam Iulius Pollux *lib.9. ex Menandro Poeta* confirmat. Vocat enim τάλαντον χρυσίου δεκατάλαντον, hoc est, Talentum auri decem talentis f. argenti rependendum.

II. Auri scripulum decem argenti scripulis hic rependitur: quæ valent sestertios 13. cum triente, drachmas tres cum triente, grossos Misnicos 10.

III. Aureus drachmæ pondere valet sestertios 40. scripula 30.

 drach-

drachmas ſeu denarios 10. groſſos Miſnicos 30: qui faciunt Coronatum aureum, argenteum vncialem cum quadrante.

IV. *Aureus ſextula dictus*, quaternum ſcripulorum, valet ſeſtertios 53. cum triente, ſcripula argenti 40. drachmas 13. cum triente, groſſos Miſni. 40.

V. *Aureus didrachmus* valet ſeſtertios 80. ſcripula argenti 60. drachmas ſeu denarios 20. groſſos Miſnicos 60. Coronatos duos, argenteos vnciales duos cum ſemiſſe.

VI. Hanc proportionem ex Polemarcho, refert Heſychius, & quinq; aureos hoſce minam facere teſtatur, cum inquit: τὸν χρυσοῦν παρὰ τοῖς ἀττικοῖς πολέμαρχός φησι δύνασθαι δραχμὰς δύο, τὴν δὲ χρυσίου δραχμὴν νομίσματος ἀργυρείου δραχμὰς δέκα. μνᾶς δὲ λέγεσθαι τοὺς πέντε χρυσοῦς, hoc eſt, *Aureum apud Atticos Polemarchus valere ait drachmas duas: auri vero drachmam nummi argentei drachmas decem: minas autem dici quinos aureos.*

VII. Eandem proportionem & Liuius agnoſcit *libro 8. Decadis 4.* cum inquit: *Siquidem M. Fuluius, Coſ. Romanus, Aetolis pacem petentibus conceſſit, vt mille talentum Populo Roman: darent: hac tamen conditione, vt, ſi pro argento aurum dare mallent, dare conuenit, dum pro argenteis decem aureus vnus valeret.* Aureus hic intelligitur drachmalis: ſed argenteus didrachmus.

VIII. Sed quod eſt *lib. 10. Cod. tit. 76.* cum dicitur: *Iubemus, vt, pro argenti ſumma, quam quis theſauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat poteſtatem ita, vt pro ſingulis libris argenti quinq; ſolidos inferat* hæc Imp. Solidi hic ſunt intelligendi didrachmi aurei, libra centenaria centum denariorum, & conſentit cum Polemarcho apud Heſychium.

IX. Idem eſt apud Suidam. Sic enim habet: δραχμὴ δὲ ὁλκὴ νομίσματος εἰς ἀργυρείου λόγον δραχμὰς δέκα hoc eſt, *drachma vero pondus nummi argentei ratione drachmas decem.* Sic enim ex Heſychio ſuppletur: & in vtroq; textus eſt mutilatus.

X. Adhæc apud Suidam eſt: δραχμὴ τὸ ὄγδοόν ἐστιν ἔστι τῆς οὐγγίας ἐν χαλκῷ καὶ σιδήρῳ, ἐν δὲ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ ὀγδοηκοστόν ἐστιν οὐγγίας. οὕτω γὰρ εὑρίσκονται οἱ εἴκοσι ὀβολοὶ δίδραχμον ἐν τῷ λιτουλικῷ, hoc eſt, *Drachma octaua pars eſt vnciæ in ære & ferro: in auro vero & argento octogeſima vnciæ pars eſt. Sic enim inueniuntur viginti oboli di-*

didrachmum in Leuitico. Didrachmo LXX abutuntur pro ſiclo ſacro tetradrachmo, vt ſupra facta mentio eſt *lib.4. cap.2.*

XI. Apud eundem Suidam eſt : σίκλον ἀργυρείων ε΄ μωσῆς φησὶν ἐν τῇ παλαιᾷ, hoc eſt, *Siclum argenteorum quinq; Moſes ait in veteri ſ. teſtamento.* Hæc ſunt intelligenda de duplici pondere argenteorum nummorum reſpectu aureorum. Vide ſupra de Siclo.

XII. Libra auri hic æſtimatur ſeſtertiis 4000. ſcripulis ter mille, drachmis ſeu denariis mille, Coronatis centum, argenteis vncialibus 125.

XIII. Qua ratione aurum eſt vicenarium, vt dictum eſt paulo ante.

III. PROPORTIO.

I. Tertia proportio eſt duodecupla apud Platonem. Is enim in Hipparcho argentum ad aurum facit δωδεκαςάσιον, hoc eſt, duodecuplum, quod duodecies tantum argenti pro auro rependitur.

II. Qua proportione auri ſcripulum valet argenti ſcripula 12. ſeſtertios 16. drachmas ſeu denarios 4. groſſos Miſnicos 12. qui faciunt argentei vncialis ſemiſſem.

III. Auri drachma hic valet ſeſtertios 48. ſcripula 36. drachmas ſeu denarios 12. groſſos Miſnicos 36. qui faciunt ſeſquiargenteum vncialem.

IV. Aureus, ſextula dictus, valet hic ſeſtertios 64. ſcripula 48. drachmas 16. argenteos vnciales duos.

V. Aureus didrachmus valet ſeſtertios 96. ſcripula 72. drachmas ſeu denarios 24. vnciales argenteos tres.

VI. Stanislaus Grſepſius Polonus hanc proportionem Iudæis olim vſitatam fuiſſe aſtruit ex *3. libro Regum cap.10. 2.Paralip.c.1. & ex Ioſephi libro 8. ἀρχαιολ* : Quod enim eſt *3.Reg.10:* Egrediebatur autem quadriga ex Aegypto ſexcentis ſiclis argenti, & equus centum quinquaginta ; LXX reddunt : ἅρμα ἀντὶ ἑκατὸν ἀργυρίου, καὶ ἵππος ἀντὶ πεντήκοντα ἀργυρίου, hoc eſt, currus pro centum argenti, (hoc eſt, aureis) & equus pro quinquaginta argenti, (hoc eſt, aureis:) quod aurei drachmales valuerint ſenos argenteos didrachmos. Iidem LXX, *2.Paralip. cap.1.* reddunt, vt habet hebraica veritas

ritas *3. Reg. 10.* καὶ ἐξῆγον ἐξ αἰγύπτου ἅρμα ἐν χ σίκλοις. (Sic enim lego pro χιλίοις) ἀργυρίου, καὶ ἵππον πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, hoc eſt: *Et educebant ex Aegypto quadrigas DC ſiclis argenti, & equum centum & quinquaginta.* Et Ioſeph. *lib. 8. pag. 243.* conſentit ſiclos argent: in drachmas reſoluens cum ait: τὸ μὲν ἅρμα σὺν ἵπποις δυσὶν ἑξακοσίων δραχμῶν ἀργυρίου, hoc eſt, *currum cum equis duobus ſexcentis drachmis argenti*: vide & ſupra de ſiclo.

VII. Auri libra hic æſtimatur HS 4800. ſcripulis 3600. drach. 1200. vngaricis 100 Coron. 120. argenteis vncialibus 150.

VIII. Hæc argenti ad aurum proportio manſit vſq; ad tempora Plinii ſub Veſpaſiano Imperatore. Is enim *lib. 19. cap. 1.* auri ſcripulum ſeſtertiis ſedecim taxari refert, hoc eſt, quatuor denariis. Camerarius ait: XVI ſeſtertii valent vno ſcrupulo: quot valent tribus id eſt, drachma? exeunt ter XVI. id eſt, XLVIII, quæ diuiſa in quaternos denarios reddunt XII. Ita igitur reperitur precium auri duodecuplex, hæc ille.

IX. Aureus Vngaricus cum ſeſquiunciali argenteo, vt & G. Agricola æſtimat, ſeu 36. groſſis Miſnicis, vulgo commutatur, hanc proportionem exæquat.

X. Eadem proportio inde quoq; ſatis conſtat, quod aureus ſemiſtater octo obolorum, hoc eſt, quatuor ſcrupulorum, valuerit ſex argenteos ſtateres ſenum denum obolorum, qui faciunt quatuor ſtateres tetradrachmos: qua de re ſupra *cap. 2.* huius.

IV. PROPORTIO.

I. Proportio quarta eſt duodecupla cum ſemiſſe apud Corn. Tacitum *lib. 17. Hiſtoriæ Auguſtæ*, tempore Galbæ Imperatoris: quæ ſuperiorem Platonis viceſima quinta parte ſuperat.

II. Scripulum auri hic æſtimatur duodecim ſcripulis argenti cum ſemiſſe, ſeſtertiis 16 cum beſſe, drachmis ſeu denariis 4. cum ſcripulo, groſſis Miſnicis tredecim.

III. Drachma taxatur ſeſtertiis 50. ſcripulis 37. cum ſemiſſe, drachmis ſeu denariis 12. cum ſemiſſe, groſſis Miſnicis 37. cum ſemiſſe.

IV. Aureus Vngaricus hodie aliquando commutari ſolet groſſis

grossos Misnicos 38. & hanc proportionem obolo, qui sex nummulos Misnicos valet, superat.

V. Aureus sextula dictus hic valet sestertios 66. cum besse, scripula 50. drachmas seu denarios 16. cum besse, grossos Misnicos 50. qui faciunt argenteos vnciales duos cum quadrante.

VI. Aureus didrachmus hic taxatur. HS 100. scripulis 75. drachmis seu denariis 25. grossis Misnicis 75. Coronatis duobus cum semisse.

VII. Id ex Dione quoq; certo constat *libro 55.* cum inquit: *χρυσοῦν πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς* hoc est, *Aureum quinq; & viginti drachmas valentem.* Xiphilinus 25. denarios reddit.

VIII. Corn: Tacitus, *de Othone* loquens, ait: cohorti excubias agenti viritim centenos nummos diuidit. Id Plutarchus, de eodem Othone loquens, habet: *ἑκάστῳ χρυσοῦν διανέμων*, hoc est, *Cuiq; aureum distribuens.*

IX. Eodem modo est apud Suetonium Tranquillum *in Othone*, cum inquit: *Nullo igitur officii, aut ambitionis genere omisso, quoties cœna Principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim diuidebat.*

X. In his adductis testimoniis pro eodem ponuntur & exæquantur, idem quoq; sunt 25. drachmæ, 25. denarii, centeni nummi, χρυσοῦς, & aureus, G. Agricola duas auri puri drachmas æstimat aureo Vngarico & præterea momentis sexaginta duobus cum dimidio.

XI. Apud Dionem est in M. Antonino: *Octo aureos viritim diuisos:* Xiphilinus, qui Dionem in Epitomen redegit, ducentas drachmas facere refert, cum aurei sint didrachmi. Faciunt singulis Coronatos vicenos, argenteos vnciales quinos & vicenos.

XII. Iulius Pollux *libro 9.* habet: *ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ μνᾶν ἠδύνατο*, hoc est, *Aureus vero stater minam valuit.* Quod non, nisi de aureo statere vnciali octo drachmarum intelligi potest, proportione duodecupla cum semisse.

XIII. Mina argenti nummaria valet denarios seu drachmas 100: quæ si per octo diuisæ fuerint, diuisorius duodenarius cum semisse. Facit Coronatos 10. argenteos vnciales 12. cum semisse.

XIV. Libra auri hic æstimatur HS 5000. scripulis 3750. drach-

mis seu denariis 1250. Coronatis 125. argenteis vncialibus 156. cum quadrante.

V. PROPORTIO.

I. Quinta proportio est apud Herodotum *Hist.3.* cum inquit: τὸ δὲ χρυσίον τρισκαιδεκαστάσιον λογιζόμενον, τὸ ψῆγμα εὑρίσκεται, hoc est, *Aurum autem ramentitium dum æstimatur, argento ter decies tanto rependendum inuenitur*, &c.

II. In Herodoto τρισκαιδεκαστάδιον legitur: pro quo a Budæo τρισκαιδεκαστάσιον reponitur: quemadmodum apud Platonem est δωδεκαστάσιον. Deriuatur enim a verbo ἱστάναι, ab appendendo, quod aurum argento rependatur.

III. Auri scripulum hic taxatur, rependiturq; argenti scripulis 13. sestertiis 17. cum triente, drachmis seu denariis 4. cum triente, grossis Misnicis tredecim.

IV. *Auri libra* hic valet & taxatur sestertiis 5200. scripulis 3900. drachmis seu denariis 1300. Coronatis 130. argenteis vncialibus 162. cum semisse.

VI. PROPORTIO.

I. Sexta & vltima argenti ad aurum proportio est apud Plinium *lib.33. cap 3.* quindecupla cum inquit: *Aureus nummus post annum LXII percussus est, quam argenteus, ita vt scripulum valeret sestertiis vicenis.*

II. De hac Plinii lectione variæ sunt hodie clarorum virorum sententiæ. Primum G. Budæus *lib. 2. de Asse* copiosisse disputat & Plinii lectionem hoc loco, de mendo suspectum habet. vt hodie legitur, f. post hæc placuit XL millia signari ex auri libris, paulatimq; principes imminuere pondus: minutissime vero ad XLV millia, &c. quod cum tota antiquitate pugnet.

III. Deinde Andreas Alciatus libro de mensuris & ponderibus inter cætera sic habet: *Subiicit deinde Plinius: Aureum nummum percussum ita, vt scripulum valeret sestertios vicenos, quos esse in libra ratione sestertiorum, qui tunc erant, denarios non. enius.* Post hæc placuit XLIIII signari ex auri libris: paulatimq; Principes imminuere pondus; minutissime vero ad XLVIII. Notas enim numerales

rales [illegible] III. imperiti [illegible] propter similitudinem M mil-[illegible] crediderunt. Nec computatio Plinii a vero abhorret, [illegible]tiores existimarunt. Cum enim in libra sint scrupula 288. [illegible] valere HS nummos 5760. h. e. denarios 14. At tunc [illegible] assibus valebant: vnde si singulis deducat [illegible] sex II. [illegible] æstimationem Pliniani temporis, ea summa redigetur [illegible] gentos; hocq; verum esse de abaco diligens [illegible] deprehendet: hæc ille.

IV. Postremo Georgius Agricola *lib. 2. de precio Monetæ* quædam [illegible] corrigit: Sic enim legit: *Aureus nummus post annum LXII [illegible], quam argenteus, ita vt scripulum valeret sestertiis vicenis [illegible] in libras ratione sestertiorum, qui tunc erant V̄ DCCLX.* ([illegible] numerus corruptus emendari potest) Posthæc placuit XLII signari [illegible] libris: paulatimq; Principes imminuere pondus: minutissime vero ad XL VIII: hæc Agricola. Sed de hac Agricolæ sententia mox plura *cap. 5. num. 9. huius.*

V. Auri scripulum commutatur hic argenti scripulis quindenis: quæ faciunt sestertios 20. drachmas seu denarios quinq; grossos Misnicos quindecim.

VI. Drachma auri hic æstimatur sestertiis argenti 60. scripulis 45. drachmis 15. sesqui Coronato, grossis Misnicis 45.

VII. Aureus sextula hic valet scripula argenti 60. sex tertios 80. drachmas 20. grossos Misnicos 60. Coronatos duos, arg. vnciales duos cum semisse.

VIII. Aureus didrachmus hic valeret HS 120. scripula 90. drachmas seu denarios 30 grossos Misnicos 90. Coronatos tres, argenteos vnciales tres cum dodrante, hoc est, 18. grossis Misnicis.

IX. Libra auri hic valet HS 6000. scripula 4500. drachmas 1500. Coronatos 150. argent: vnciales 187. cum semisse.

X. Hæc Pliniana proportio ad Cæsarianam illam primam est dupla.

XI. Hæ sunt sex præcipuæ argenti ad aurum ἀναλογίαι, hoc est, proportiones, apud veteres autores probatos vsitatæ.

XII. Porro Stanislaus Grsepsius Polonus his adhuc aliam addere conatur: quæ sit inter decuplam & duodecuplam media: quippe [illegible] ex LXX Interpretibus, *Iudicum 17.* Et G. Agri-

 cola

cola vndecuplam astruere nititur, cum inquit: *Nummus noster argenteus vncialis & semuncialis valent aureum Vngaricum: atq; sic, vna auri pars valet vndecim argenti partes, & paulo plus quam tertiam partem.*

XIII. Ad hæc Didacus Couarruuias Hispanus & ipse aliam obtrudere nititur ex denarii pondere, si sit vnciæ Ro. pars septima, vt Georgius Agricola ex Corn. Celso & Scribonio Largo contendit.

XIV. Verum cum hæ duæ adductæ proportiones non firmis rationibus nitantur: & veterum autorum probatis testimoniis destituantur, de eis non admodum laborandum esse censendum est.

XV. Sed hoc potius est inquirendum: Quid sit, quod est apud Suidam in voce ὀβολός, cum inquit: ὀβολοὶ δέ εἰσιν, οὓς καλοῦμεν φόλλεις. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς τῶν ἀργυραμοιβῶν ὑπὲρ ἑνὸς στατῆρος χρυσοῦ παρέχειν τοῖς συμβάλλουσιν εἰωθότων δέκα καὶ διακοσίους ὀβολούς, αὐτὸς ἐπιτεχνώμενος κέρδος οἰκεῖα, π' καὶ ρ' μόνους ὑπὲρ τοῦ στατῆρος διετάξατο δίδοσθαι ὀβολούς, hoc est, *Oboli autem sunt, quos pholles vocamus. Iustinianus vero cum nummularii pro vno statere aureo ducentos & decem obolos reddere commutantibus soliti essent, ipse, propria lucra comminiscens, vt centum & octoginta solum oboli pro vno statere darentur, sanxit.*

XVI. Hic est inquirendum, quodnam fuerit pondus aurei stateris. Non enim didrachmum fuisse obolorum numerus, quib. commutatus fuit, satis arguit: Deinde cuias fuerit obolus, quod eius pondus & precium. Et Camerarius hunc locum adducit, & ad vnguem exquiri posse negat: itaq; in dubio relinquit.

XVII. Idem Suidas eandem historiam in voce κέρματα repetit paucis variatis.

XVIII. Hic omittendum non est: quosdam non satis caute colligere, aurei precium mille sestertiis taxari ex constitutione Iustiniani. Cum enim Romani ciues ex facultatum possessione Centenarii appellarentur: quod centum millia HS sestertium ex lege Papia possiderent. Hanc summam Imp. antiquæ legi derogans, ad centum solidos deduxit: vt iam Centenarii a centum solidis porro appellarentur. Centum Millia HS faciunt, valentq; Coronatos 2500. argenteos vnciales 3125.

XIX. Centum vero solidi, sextulæ dicti, faciunt proportione decupla HS 5333. cum triente, scripulorum 4000. drachmas seu denarios 1333. cum triente, Coronatos 133. cum triente, argenteos vnciales

ciales 166. cum besse. Sin vero solidi didrachmi intelliguntur, centum solidi faciunt HS 8000. scripula 6000. drachmas seu denarios, 2000. grossos Misn. 6000. Coronatos 200. vnciales 250.

XX. Hinc nonnulli aurei veteris precium colligere & statuere conantur: ac si Imperator solidum aureum mille HS taxaret: quod nulla probabili ratione confirmari potest, & vetustati prorsus repugnat.

XXI. Verba Iustiniani Imperatoris, si quis forte requirat, hæc sunt, *§ Sed nostra, Instit. de success. libert. Sed nostra constitutio ita caussam definiuit: vt, siquidem libertus vel liberta minores centenariis sint: id est, si minus centum aureis habeant substantiam: (Sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus, ac si pro mille sestertiis vnus aureus computetur) nullum locum habeat Patronus in eorum successione.*

XXII. Hac de re consule Budæum *lib. 2. & 3. de Asse*, & Andream Alciatum *lib. 3. cap. 9. Disjunctionum.*

XXIII. Debarum gens, quod auro abundet: & id, quia molle, & ad instrumenta inutile, operandi inscitia, &c. aurum triplum ære simplo, aurum duplum argento simplo vicinis vendit, Strabo *lib. 16.*

Eodem modo incolæ Insularum, ab Hispanis inuentarum, aurum propterea non magni faciunt, quod magna eius sit copia.

XXIV. Porro Carolus Molinæus *de mutatione monetæ* probare conatur ex L. Iubemus, C de argenti precio *lib. XI.* & C de collatione æris *lib. XI.* æs ad argentum fuisse centuplum: vt vna argenti libra centum æris libras valuerit: auri libra valuerit 14. libras argenti, & fere dimidium: & reprehendit Antonium Augustinum *lib. 2. cap. 1. Emend.* qui colligit auri libram æstimatam argenti *libris 14.* sicilico & sicilico: cum valeat libras 14. vncias 4. cum 4. quintis vnciæ partibus. Patet, quia libra auri 72. solidis aureis æstimabatur: sic erant sextulares solidi, vtpote quorum sex conficerent vnciam: & 12. vnciæ, siue 72. solidi libram Romæ. Igitur 70. solidi aurei iam valebant adæquate 14. libras argenti, cum 5. solidi valerent libram argenti, dicta L. Iubemus. Duo vero restantes solidi valebant libram argenti, dempta quinta parte selibræ tantum.

SEX INSIGNIORES ARGENTI AD AVRVM PROPORTIONES, APVD VETERES AVTORES VSITATÆ:

	Libra auri hic valet, cum suis partibus: Libra HS.	Scripulum HS.	Drachma HS.	Sextula HS.	Didrachmum HS.
I. *Iulii Cæsaris* $7\frac{1}{2}$.	3000.	$7\frac{1}{2}$.	30.	40.	60.
II. *Pollucis* $\frac{10}{1}$.	4000.	$13\frac{1}{3}$.	40.	$53\frac{1}{3}$.	80.
III. *Platonis* $\frac{12}{1}$.	4800.	16.	48.	64.	96.
IV. *Taciti* $\frac{12\frac{1}{2}}{1}$.	5000.	$16\frac{2}{3}$.	50.	$66\frac{2}{3}$.	100.
V. *Herodoti* $\frac{13}{1}$.	5200.	52.	-	-	-
Plinii $\frac{15}{1}$.	6000.	15.	60.	80.	120.

HS.

Didrachmum	*Aurum hic est:*	*Duodeuicenarium* / *Vicenarium* / *Summæ notæ*	*Aureus*	*Didrachmus*	1.	*		
				Sextula	$1\frac{1}{2}$.	1.		
				Drachma	2.	$1\frac{1}{3}$.	1.	
				Scripulum	6.	4.	3.	1.

* Budæus *lib. 3. de Asse fol. 212. 215.*

DE

DE

NVMMIS AVREIS ROMANIS, EORVMQVE PONDERE.

CAPUT V.

I.

AVreus nummus Romæ post annum LXII. percussus est, quam argenteus. Argentum autem signatum est an. V. C. DLXXXV Q. Fabio Cos. quinque annis ante primum bellum Punicum, Plinius *lib. 33. cap. 3.*

II. Aurei Romani, potissimum quorum in iure mentio fit crebra, non eundem semper pondere percussi sunt: & auri bonitate variatis sæpè mutati sunt.

III. Eundem aurei Romani prisci pondus initio fuit *δίδραχμον*, hoc est, duarum drachmarum, sex scripulorum, sub Consulibus & Cæsaribus aliquot.

IV. Budæus *libro 5. de Asse* scribit, se vidisse aureos didrachmos ab Augusto Cæsare vsque ad Commodum Imperatorem: Qua ratione ex vncia quaterni aurei percussi sunt.

V. Iulius Pollux qui sub Commodo Imp. scripsit, *lib. 4. c. 24.* χρυσοῦν hoc est, aureum duas drachmas Atticas habuisse testatur, Sic enim inquit: *ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ δύο εἶχε δραχμὰς Ἀττικάς*, hoc est, Aureus verò stater duas habebat drachmas Atticas.

VI. Hic aureus Roman. didrachmus valet sestertios centum proportione duodecupla cum semisse, vt ex Suetonio Tranquillo, Plutarcho, & Cor. Tacito paulo ante allatum est & *lib. 2. cap. de sestertio.*

VII. Valet drachmas 25. denarios totidem. Sic enim est apud Dionem *lib. 55. χρυσοῦν πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς δυνάμενον*, hoc est, *Aureum quinque & viginti drachmas valentem* Xiphilinus apud Dionem viginti quinque denarios interpretatur.

VIII. Taxatur itaque ... Misnicis 75. Coronatis duobus cum ... argenteis ... tribus ... grosſ.

IX. Georgius Agricola se appendisse scribit aureos quosdam Aureliani Imp. qui duos denarios pependerint. Intelligit autem denarios

narios ponderis septimæ partis vnciæ Romanæ: quos legitimos vocat: id & ex Plinio *lib. 33. cap. 3.* probat, cum inquit de aureo loquens: *Posthac placuit XLII. signari ex auri libris: paulatimque Principes imminuere pondus: minutissime vero ad XLVIII.* Sic enim corrigit Plinii textum. Nam cum denarius sit pondere septima pars vnciæ Romanæ, & ex libra drachmarum 96. nonnisi 84. cudantur: sequitur aureos ponderis duorum denariorum quadraginta duos ex auri libra cudi. Quòd autem postea ex auri libra percussos esse quadraginta octo asserit, intelligi debet de aureis Romanis didrachmis: quod tot ex auri Romana libra, quæ drachmas 96. continet, cudantur. Aureis Roman. duorum denariorum pondere inesse idem asserit argenti portionem octauam & quadragesimam: & ideo æstimari duobus aureis vngaricis & duodecim momentis. Aureos Rom. didrachmos idem æstimat, si sint eiusdem temperaturæ, singulis Vngaricis & sexaginta momentis. Sed si insit vicesima quarta argenti portio, æstimantur permutanturque Vngaricis singulis & momentis 57. cum dimidio & octaua momenti parte.

X. Hosce aureos didrachmos solidos quoque dici traditur, idque respectu partium: quòd essent toti & integri, vt supra.

XI. Alexander Seuerus Imp. postea percussit aureos diminuto pondere antiquo: qui aureorum didrachmorum, qui sena scripula continebant, partes quædam erant: vt sunt semisses aurei scripulorum ternorum, tremisses binorum, vt est apud Ælium Lampridium.

XII. Immutatæ formæ percutiendi nummi meminit Pomponius Iureconsultus, *L. Numismatum ff. de vsufructu*, vt quidam inde colligunt verba sic habent: *Numismatum aureorum vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis vti solent, vsumfructum legari potest.*

XIII. Sub Constantino vel Iuliano, vel, vt alibi traditur, sub Arcadio Imp. vsus obtinuit, vt ex vncia Rom. quæ octo drachmas Atticas continet, seni aurei quaternum scripulorum percuterentur.

XIV. Hi aurei, quod sextam vnciæ partem penderent, *sextulæ* sunt dicti, vt est apud Isidorum *lib. 16. cap. 24.* cum inquit: *Solidus apud Latinos alio nomine sextula dictus est ideo, quod his sex vncia compleatur. Hunc autem solidum vulgus aureum vocat, qui solidus dicitur ideo,*

ideo, quod nihil illi deesse videatur. Solidum enim antiqui integrum dicebant & totum.

XV. Alciatus ait: *Octo oboli stagium, qui & sextula Latinis dicitur, cuius pondus is est aureus nummus, qui solidus in iure appellatur: stagium* dicit pro ἑξάγιον, de quo mox plura.

XVI. Hosce enim aureos sextulas solidos quoque dici, & ex libra Roman. quæ est drachmarum 96, septuaginta duos factos esse, Iustinianus testatur, *L. Quotiens c. Cod. de suscept.* cum inquit: *Quotienscunque certa summa pro tituli qualitate debetur, aut auri massa transmittitur, in septuaginta duos solidos libra accepta feratur: idque ex Constitutione Arcadii, a quo aurei pondus diminutum fuit, circiter annum Christi CCCC.*

XVII. Additur tamen in margine: In vet. Cod. in rasam membranam hæc ita reposita sunt, vt certum sit, alteram, & fortasse genuinam lectionem subiatam, & legendum: duodequinquaginta, aut certe quinquaginta.

XVIII. Id autem sic colliges: Libra Ro. continet drachmas 96, in drachma sunt scripula tria, in tota libra 288. Quod si 288. per 4. quot scripulis sextula aureus constat, diuiseris, in diuisorio 72. erunt. In vncia verò sunt scripula 24. vnde sex aurei solidi, sextulæ dicti, quatuor scripulorum feriuntur.

XIX. Si huic solido, sextulæ a Iustiniano dicto, inest argenti portio quadragesima octaua, taxatur a G. Agricola vno aureo Vngarico & decem & octo momentis: Sin vero vicesima quarta argenti portio inest, valet tantum vnum aureum Vngaricum & sedecim momenta cum partibus momenti viginti quadragesimis octauis.

XX. Sextula græce dicitur ἑξάγιον apud Actuarium: quæ vox apud Nicandri interpretem in ςάγιον deprauata est, cum inquit: ἡ δὲ οὐγγία ἔχει ςάγια ἕξ, hoc est, *Vntia verò habet stagia sex.* Sed loqui videtur de pondere, non de nummis.

XXI. Hosce aureos sextulas legales aureos dici volunt: quod horum in legibus fere mentio fiat.

XXII. Solidus pro aureo ante Alexandri Seueri tempora Latinis autoribus in vsu non fuisse traditur.

XXIII. Semisses aurei dicti sunt, quod ex aurei solidi dimidia parte, quippe ternorum scripulorum, hoc est, drachmæ pondere fe-

rirentur: tremisses ex tertia binorum scripulorum: quorum mentio fit *L. 3. C. de veste militari, & L. 16. C. de erog. mil. anno :*

XXIV. Aureos binarios tradunt vocari a quaternis drachmis, quo pondere percussi erant: Sic ternarios a senis: quaternarios ab octonis: denarios a vicenis: bilibres a 192. centenarios a ducenis drachmis: quos Heliogabalus percuti curauerat.

XXV. Stanislaus Grsepsius Polonus scribit se vidisse multos aureos vnciales, hoc est, octo drachmarum Romanorum Imp. vt Cæsaris, Claudii, Neronis, Vitellii, Neruæ, Domitiani, Antonini; qui valerent proportione Cor. Taciti duodecupla cum semisse drachmas seu denarios centum, hoc est, minam seu libram arg.

XXVI. Porro tempore Bartholi Iureconsulti fuerunt aurei drachmæ pondere percussi Venetiis: quippe ex libra, quæ est 96. drachmarum 96 vt Iason testatur *in L. vltima De in ius vocando.*

XXVII. Plinius *lib. 33. cap. 3. & lib. 37. cap. 1.* meminit denarii aurei, quod denarii pondere percussus esset.

DE
SOLIDO AVREO.
CAPVT VI.

I.

Solidus in iure ciuili sæpe pro aureo nummo vsurpatur: quod aureus & solidus inter se æquiparentur.

II. Et dicitur *solidus, quod nihil illi deesse videatur: & quod sit totus & integer.* Solidum enim totum & integrum veteres dixerunt, vt ex Isidoro *lib. 16. cap. 24. Etymolog.*

III. Quidam solidos dici volunt, vel quod e solido auro essent percussi: vel a soliditate: quæ interpretatio doctis non ita probatur.

IV. Quin potius solidi aurei dicuntur respectu partium, vt semissium & tremissium, vt dictum est: & ita cœperunt appellari, cum veterum aureorum didrachmorum pondus esset imminutum.

V. Etsi solidus ante tempora Alexandri Seueri Imp. pro aureo non fuerit in vsu Latinis autoribus; vsus tamen inualuit obtinuitque postea, vt solidi dicerentur aurei non solum veteres illi didrachmi,

drachmi, ſed etiam ſextulæ dicti: qui ſunt quaternum ſcripulorum: item drachmæ pondere percuſſi.

VI. Ac de aureis didrachmis quidem certa ſunt teſtimonia cum alia, tum vero hoc, quod eſt *L. 37. ff. de peculio*: Decem aurei precium ſeruorum: idem eſt *L. 3. C. Commun. de leg. & fideicom.* Decem ſolidi precium ſeruorum.

VII. Deinde quinque χρυσοῦς, hoc eſt, aureos duarum drachmarum minam valere, Heſychius ex Polemarcho refert: Et Iuſtinianus Imp. *lib. 10. Cod. tit. 76.* pro ſingulis libris argenti quinos ſolidos inferre iubet. Sunt ergo & hi ſolidi didrachmi, & libra argenti Rom. centenaria intelligatur. *inf. cap. ſequente num. 5.*

VIII. Sextulas autem aureos quatuor ſcripulorum etiam ſolidos appellari, vel vnicus locus Iuſtiniani Imp. mihi iam ſufficiat: qui eſt *in L. Quotienſcunque C. de Suscept.* cum inquit: *Quotienſcunque certa ſumma pro titulis qualitate debetur, aut auri maſſa tranſmittitur, in ſeptuaginta duos ſolidos libra feratur accepta, &c.* de quo paulo ante quoque dictum eſt.

IX. Didacus Couarruuias Hiſpanus multis euidentib. rationibus confirmat, & ſolidos pro aureis, & aureos pro ſolidis in iure ſine diſcrimine vſurpari.

X. Porro & aureum, drachmæ pondere percuſſum, ſolidum dici, vnicum argumentum adferam ex vetere Bibliorum interprete. Quod enim eſt apud *LXX. Eſdræ 8.* καὶ καφουρὴ χρυσοῖ εἴκοσι εἰς τὴν ὁδὸν δραχμῶν, χιλίων, id vetus interpres ita reddit; *Et crateres aurei viginti, qui habebant ſolidos millenos.*

XI. Ælius Lampridius *in Alexandro Seuero* ſolidos aureos didrachmos minores vocat, vt diſtingueret a maiorib. quippe a binariis, ternariis, quaternariis, denariis, bilibribus, centenariis, de quib. paulo ante dictum eſt.

XII. Porro aureorum pondus ad drachmam poſtea redactum eſt, vt ex libra Rom. quæ eſt drachmarum 96. totidem, hoc eſt, 96. ferirentur quales eſſe traduntur Florentini, Veneti, Hungarici, &c.

XIII. In vſibus Feudorum eſt, *de pace tenenda lib. 2. Si quis quinque ſolidos valens, aut amplius furatus fuerit, laqueo ſuſpendatur.*

XIV. Practici hunc textum intelligunt de aureis Hungaricis: qui ſinguli 36. groſſos Miſnicos, hoc eſt, argenteum vncialem cum

ſemiſſe faciunt, proportione duodecupla argenti ad aurum, apud Platonem.

XV. Ita certe pronunciatur a Scabinis Lipſienſibus & Vitebergenſibus. De quo conſulatur *lib. 2. art. 13.* Land Recht. Hac ratione quinque ſolidi facerent argenteos vnciales ſeptem cum ſemiſſe.

XVI. Si quis autem ſolidos antiquiores aureos, ſextulas dictos, intellexerit, ponderis quaternum ſcripulorum, facerent ſinguli denarios Romanos 15. groſſos Miſnicos. 45.

XVII. Qua ratione quinque ſolidi taxarentur groſſ. Miſnicis 225. qui faciunt argenteos vnciales nouem.

XVIII. Obryzatorum ſolidorum idem & vniforme pretium ſit, *L. 3. C. de vet. numis. poteſt.*

XIX. Porro etſi ſolidi aurei & didrachmi & ſextulæ, hoc eſt, quaternorum ſcrupulorum pondere fuerunt: & ſic leges iuxta hoc pondus ſunt erudite enarrandæ: nihilominus tamen præſtantisſimi Iureconſulti, inter quos Alciatus eſt Corypheus, hodie loco illorum veterum aureorum ſolidorum aureos viſitatos intelligunt, vel Vngaricos, vel Ducatos, vel etiam Rhenanos, quamuis ſint leuioris ponderis minoriſque valoris: ſecuti fortasſis & exemplum & autoritatem Iuſtiniani, qui antiquæ legi derogans, Centum millia *HS* ad centum ſolidos reduxit, vt paulo ante *cap. 4.* huius mentio facta eſt: quamuis ſit magna disſimilitudo. Iuſtinianus enim vt Imperator in imperio Romano hanc & poteſtatem & autoritatem legi antiquæ derogandi, habuit: quod aliis non liceat. Et vt pro veteribus illis aureis noſtrates aureos accipere velint: non video, quid impediat, quo minus & veteres illos ſolidos ratione & ponderis & ſubſtantiæ bonitatisq́; longe precioſiores, erudite interpretentur: præſertim cum hodie idipſum non adeo ſit difficile, ſtudio, opera, & induſtria eruditorum virorum: qui veteres illos ſolidos valde perſpicue declarauerunt.

DE

AVREO, ET SOLIDO, ET DE SOLIDO AVREO ROMANO HISTORICA NARRATIO

CAPVT VII.

PLacet hic pertexere narrationem hiſtoricam de vtroq; ſimul: quippe de *Aureo,& de ſolido*, vtroq; Romano: & de Aureo ſolido Roman. de quibus iam dictum eſt copioſius.

I. Tertia ſolidi pars, *lib. 12. C de proxim. ſac. Scrin. & L 8. C de princ. agent, & L 4. C de Caſtrens: & L 3. de priuil. Schol.*

II. Dimidia ſolidi pars, L 12. C de proxim. ſac. Crin.

III. *Aureus*, χρυσοῦς, χρυσὶς, & χρύσινος quippe didrachmus, apud Dionem *lib. 55.* drachmis 25. æſtimatur. hoc eſt, centum ſeſtertiis: idq; proportione duodecupla cum ſemiſſe. Xiphilinus interpretatur denarios 25.

IV. *Solidus aureus*, ſextula dictus, pondere quatuor ſcripulorum ſeu octo obolorum percuſſus eſt, poſtquam aureorum didrachmorum pondus fuit diminutum.

Auri ſolidus pro XXV libris æris, *l. vnica C. de coll. æris.* Gloſſa hic ſolidum interpretatur aurum: *& L. 5. C. de ſuſcept: & L vnica C de argenti pretio.* Si hic ſolidus intelligitur ſextula, proportione argenti ad aurum decupla, libra æris valet 18 nummulos Miſnicos cum duabus quintis. Sed locus de mendo eſt ſuſpectus.

Vnus aureus Sportularum nomine *L 13. C de Epiſco.*

I. *Aureus* datur a Probo Imperatore caput Germani interfecti adferenti, Vopiſcus *in Probo Imp.*

χρυσοῦς *Aureus didrachmus*, 25. drachmas ſeu denarios valens, a ſingulis datur Auguſto ad Palatium, incendio abſumptum, reparandum, *Dio lib. 55.*

II. Binos aureos Commodus Imp. ab omnibus natalitium exegit, Dio *in Commodo.*

Duo ſolidi, *L 25. C de Epiſcop.*

III. *Terni aurei* militibus dati pro Diadumeni Imperio, Aelius Lampridius.

Terni aurei Stipendium militare, Iul. Capitolin.

Ternos aureos donatiuum Heliogabalus pronunciauit Meretricibus tanquam militibus, Lampr.

Tres aurei, L. 2. C de sportulis.

Tres solidi Authentic. Quantum, Collat. 2.

IV. *Quaternos aureos* sui nominis Galienus Imp. dedit matronis, manum sibi osculantibus, Capitolin.

Quatuor solidi, Authent. *Quantum Collat. 2.*

V. *Quinque solidi* pro singulis argenti libris inferantur, Imp. *lib. 10. C. tit. 76.* vide cap. præcedente *num. 8.* *Quinos aureos* Commodus Imp. populo Rom. sæpe dedit, Dio *in Commodo.*

Quini aurei dati scenicis ab Antonino Philosopho, Capitolinus.

Quini aurei militibus dati pro Antonini nomine, Ælius Lampridius.

Quini aurei, L. 25. ff. de SC. Silon.

Quinque aureorum vestis, & mundus muliebris Massiliæ, Strabo *lib. 4.*

Quinque solidi, *L. 2. C. de Emend. Cod.*

Si quis quinque solidos valens, aut amplius furatus fuerit, laqueo suspendatur *De pace tenenda lib. 2. Feudorum* vide supra.

VI. *Sex solidi, L. 1. C. de Offic. Praef. Praetor. & L. 2. C. de Emendan. Codice : & L. 2. C. de sportulis.*

VII. *Septem solidi, L. 2. C. de praet. lib. 12. t. 2.*

VIII. *Octo aurei* viritim donati, Dio *in M. Antonino* qui didrachmi proportione duodecupla cum semis. Cor. Taciti. faciunt *H S.* 800. drachmas in Dione, seu denarios 200. Coronatos 20. argent. vnciales 25.

Aurei octo precium seruorum.

IX. *Solidi nouem* Authentic. *Quantum Collat. 2.*

X. *Decem aurei* militibus viritim a Seuero Imper. dati, Dio. Quos æstimant Coronatis 25.

Decem aurei, Instit. *de adempta legat.*

Denos aureos editor scenicus non egrediatur, Capitolinus *in M. Antonino.*

De-

Decem aurei precium seruorum, *L. 37. ff. de peculio.*

Decem solidi precium seruorum & ancillarum, si decem annis sint minores, *lib. 6. Cod. Constit. 43.*

Decem solidi precium seruorum, *L. 3. C. commu. de lega. & fidei-commissis. & L. 37. ff. de peculio. L. 5. ff. de his qui der. & L. 32. ff. de. Euict. nom. ann. cibi, L. 66. de Donat.*

Decem aurei, L. 9. C. de Transact, & L. 3. C. per quas personas nob. acquir.

Decem aurei de officio Iudic. *lib. 4. Institutio.*

XI. *XII. Solidi, L. 1. C. de offic. Praef. Praet. & L. 2. C. de Emend. Codice.*

XII. *XIII. solidi*, Authent. *Quantum Collat. 2.*

XIII. *XV. solidi, L. 7. C. de Cond. insertis XV. solidi* seruorum precium, *L. 35. C. de Donationibus.*

Budaeus *lib. 5. de Asse* hic intelligit aureos solidos quatuor scrupulorum, sextulas dictos, qui sunt ad aureos didrachmos subsesquipli $\frac{63}{72}$.

XIV. *Viceni aurei* militib. promissi donatiuum, Capitolinus *in Galieno*: & aestimantur Coronatis 50.

Viginti aureorum poena statuitur, si quis nauem annonae dolo malo detineat, *L. 2. ff. ad L. Iul. de Anno.*

Vicenis aureis serui aestimati, *L. 78. ff. de legat.*

Solidi viginti precium seruorum & ancillarum, si decem annis sint maiores & sine arte, *lib. 6. C. Constitut. 43. & L. 3. C. Commu. de legat.*

Aurei XX. L. 31. ff. de Minoribus, & L. 2. C. de fideicom.

Viginti solidi, L. 4. C. de Seru. fugitiuis: & L. 7. C. de proxim. sac. scrin.

Aureis viginti emptus Virgilii liber in Sigillariis, Gell. *lib. 2. cap. 3.*

XV. *Solidi XXIII.* Authent. *Quantum Collat. 2.*

XVI. *Solidi XXIV.* Authent. *Quantum Collat. 2.*

XVII. *Solidi XXX.* precium Seruorum artificum vtriusque sexus, *lib. 6. Cod. constit. 43.*

Item Eunuchorum, si minores sint decem annis.

Solidi

Solidi XXX pretium seruorum, *L 3. C Comm. de legatis & fidei-commiss.*

Solidi XXX, *L vnica Cod. de ratio: operum publicorum, & alibi sæpe.*

XVIII. *Solidi XXXVI* Authent: *Quantum Collat. 2. & C de litis Contestatione.*

XIX. *Quadraginta aureorum pœna*, si quis in vrbe sepeliat, *L 3. ff. de Sepulchro violato*, & æstimantur aureis Coron. 100.

Solidi XL Authent. *Quantum Collat. 2.*

Solidi 48. s. didrachmi libram Romanam 96. drachmarum faciunt.

XX. *Aurei quinquaginta* vestiarii nomine in singulos annos, *L 20. ff. de Alimentis.* & æstimantur Coronatis 125.

Aurei quinquaginta pœna termini moti, *L 3. ff. de Termino moto.*

Aureorum L iudicium datur in eum, qui, quod in Albo proponitur, corrumpit, *L 7. ff. de in Iurisdict.*

Aureorum L actio pœnalis, *leg. 12. 24. 25. ff. de in vis vocan.*

Quinquagenas auri drachmas Herodes, morti iam vicinus militibus distribuit, Iosephus *lib. 17. c. 9.* ἀρχαιολ.

Aureis L s. didrachmis minus possidentes propter paupertatem accusare prohibentur, *L 10. ff. de Accusat.* Facit libram auri centenariam, Budæus *lib. 5. de Asse.*

Aureorum L iudicium datur, vbi, si quis deiecerit, liber homo periit, *L 1. ff. de iis, qui deiecerint.*

Solidis L serui notarii æstimantur, *lib. 6. C Const: 43.*

Item *L. 3. C Commu. de legat. & fideicommis:*

Item Eunuchi, si annis decem maiores sint, ibidem.

Item *L 3. C de Defens.* *Cuit. & L 7. C de proxi. sac. Scrin:*

Item Authent: *Quant: Collat. 2.*

XXI. *Solidi LX* pretium Medicorum & obstetricum, *L 1. C. Commu: de legatis & fidei commiss.*

XXII. *Solidi LXIII.* Authent: *Quantum Collat. 2.*

XXIII. *Solidi LXX* pretium Eunuchi artificis, *L 3. C Commun. de legat. & Commiss.*

XXIV. *In solidis s. sextulis LXXII.* libra auri feratur accepta, *L 5. C de Susceptorib.* Vide Hal. Anton.

Li-

Libram auri Romanam faciunt & 96. solidi aurei drachmales.

XXV. *Aurei* LXXV, *lib.2. Instit.tit.22.*

XXVI. *Solidi* LXXX, Authentica *Quantum Collat.2.*

XXVII. *Centum aurei, lib.2. Inst. tit.22.*

χρυσίων ρ́, hoc est, Aureorum centum dos maxima Massiliæ, Strabo *lib.4.*

Ad *centum aureos* s. didrachmos honorarium fuit Aduocatorum, *L.1.ff. de extraord. cognit*: vbi sic Vlpianus ait: *Licita autem quantitas intelligitur pro singulis causis usq; ad centum aureos*, & *lib.12. Digesti noui* constit: 13. Qui faciunt Coronatos 250. Budæus *lib.5. de Asse* & Georgius Agricola intelligunt aureos didrachmos: vt sint hi centum aurei duo auri pondo, vt Budæus scribit. Eodem modo & Claudius Cæsar dena sestertia, hoc est, Dena HS millia Aduocatis concessit: quæ itidem faciunt Coronatos 250. Argenteos vnciales 312. cum semisse.

Centies aureorum habere dicimus, qui tantum in prædiis cæterisq; similibus rebus habeat, *L propemodum, ff. de verb signif.* Centum aureis Patrobii Neroniani libertus caput Galbæ redemit, Sueton. *in Galba cap.20.*

Centum aureorum mulcta, *L vnica ff ad legem Iuliam de Ambitu.*

Centum aureorum actio, *L 3. ff de Sepulch. violato.*

Centum aurei, L 6. C Si mancip. ita fue. ali: & L 27. C de Administrat. tutelæ: & L 22. C de Testam: & alibi passim.

Centum solidorum mulcta, *L 1. ff de Fugitiu:*

A Centum solidis Centenarii dicti sunt, Parag. Sed nostra Instit. de Success. liber.

XXVIII. *Solidi* CLIX, L 2. C *de Emendat: Codice.*

XXIX. *Ducenti aurei, L 52. ff ad L Falcid: & L 78. ad S.C. Trebon: & L 3. ff de Sepulch. violato.*

Ducentis solidis damnatur, si homo liber perierit, *L 42. ff de Edil: Edict:* & *L 34. C de Donationibus.*

XXX. *Solidi* CCL, L 7. C *de proxim. sacr. scrin.*

XXXI. *Solidi* CCLXXX, L 2. C *de Emendat. Codic.*

XXXII. *Trecenti aurei*, L 23. *ff de adimenda legat. &c.*

Supra CCC solidos simplex defensor Ciuitatis non potest iudicare, L 2. C *Metall. lib. 10.*

Vsq; ad CCC ſolidos donationem cumulatam non indigere monumentis,&c. L *Sancimus* C *de Donat.*

Aurei CCC, L 17. C *de Epiſcop: audient.*

XXXIII. *Aurei* CCCL, *lib.2. Inſtitut.tit 22.*

XXXIV. *Solidi* CCCLXXX, L 18. C *ad* L *Falcid.*

XXXV. *Aurei* CCCC, *lib.2. Inſtitut. tit. 22.*

Solidi CCCC, L *vnica* C *de Alexandriæ primatibus lib.11.tit.28.*

ὁ δὲ Ἀπόλλων κελεύει τὸν μὲν ἀποδοῦναι τῷ Νικάνορι φάκελλον βίβλον τετρακοσίων χρυσῶν. Aelianus apud Suidam hoc eſt, *Apollo vero iubet, vt hic reddat Nicanori faſciculum papyraceum quadringentorum aureorum.*

Solidi CCCC, L 18. C *ad* L *Falcid.*

XXXVI. Vſq; ad D ſolidorum ſummam donationes, quæ ad pietatem reſpiciunt, etiam ſine monumentis validas eſſe, L *Sancimus*, C *de Donation: Item lege Siquis* C *de Donationibus.*

Donationes absq; inſinuatione vltra 500. ſolidos, hoc eſt, aureos, facta, eſt ipſo iure nulla, L *Si quis redemp.* C *de Donat.*

Solidi DL 36. C *de Donat: &* L *34. ff de iure fiſci.*

XXXVII. DC *Aurei, l.7.* C *de Aduocat.diuerſ.Iudic.*

Sexcentis ſiclis auri iuſtiſſimi Dauid emit ab Orna locum, *1. Paral. 21:* de quo vide Benedictum Ariam *in lib. Ephron fol.14.*

XXXVIII. *Aurei* DCCC, *l.27. ff de legatis.*

XXXIX. *Millenos aureos* Heliogabalus dedit, Lamprid.

Mille aurei, L 15. C *de vſuris:* & L 9. C *de pactis con:* L *11. ff. quando dies legat. cedit.*

Mille ſolidos recuſabat Liberius Epiſcopus Ro. quos legatus Imperatoris deferebat in expenſas, Eccleſ. Hiſtoria *lib.5. cap.17.*

XL. *Duo millia nummorum aureorum legata*, L *57. ff de Adminiſtrat: &* L *91. ff de legat. & fideicommiſſ:*

Duo millia ſolidorum legata, *L. 36. ff. de legatis.*

Bina ſolidorum M. C. 7. de Aduocat. diuerſ. Indic.

XLI. *Coronam* χρυσῆν, hoc eſt, aureorum quatuor millium legatio ex Ægypto Pompeio M. dono obtulit, Ioſeph. *lib. 14.* ἀρχαιολ. *pag. 420.* interpres reddit ſolidos.

XLII. *Sex millia aureos* (aureorum) ſecum tulit Naemam, ad Eliſæum prophetam proficiſcens, *4. Reg.5. LXX.* habent ἑξακισχιλίους χρυσοῦς.

XLIII.

XLIII. *X Millia* aureorum dedit Caracalla Imper. Iulio Paulino, Dio.

XLIV. *Aureorum 15000.* missis Mithridates Rex Mommiam Milesiam attentat: cui illa non prius assensit, quam Sponsalib. factis missoque diademate Reginam appellauit, Plutarch. *in Lucullo.*

XLV. Supra viginti millia aureorum Antoninus Imper. Oppianio Corycæo Poetæ numerari iussit, pro singulis versibus singulos aureos donans, vt est apud Nicol. Leonicum *lib. 3. cap. 1. de varia Historia.*

XLVI. *Aspis aurea* χρυσῶν μυριάδων πέντε h. e. aureorum quinquaginta millium Romanis a Iudæis donatur: Ioseph. *lib. 14. fol. 429. transf.* Siclos latinus interp.

XLVII. *Auri drachmarum 61000.* sponte ad opus templi rursus ædificandum contulerunt Iudæi post reditum e captiuitate Babylonica, præter argentum. *1. Esd. 2.* Latinus interpres has auri drachmas solidos vocat.

XLVIII. *Sexagies centena millia aureorum* singulis annis habere dicitur Turcicus Imperator, Paul. Iouius. 6000000. ex quibus 4500000. expendit, quoties ei belli tempore populos censere libet, Paulus Iouius.

XLIX. *Quadragies sexies centena millia auri*, 4600000. Eupolemus in Templum Hierosolymitanum expensa fuisse scribit: non additur neque Minarum neque Talentorum, Budæus vero intelligit Siclos *lib. 4. de Asse.*

DE

NVMMIS AVREIS GRAECIS

ET EXTERNIS.

CAP. VIII.

ATTICVS I.

I.

STater *aureus Atticus* nummus erat didrachmus, vt Hesychius ex Polemarcho refert, cum inquit: πολέμαρχός φησι δύναται τὸν χρυσοῦν

σέειν παρὰ τοῖς ἀττικοῖς δραχμὰς δύο. hoc eſt *Polemarchus* ait, *aureum apud Atticos valere drachmas duas.*

II. Et apud Pollucem eſt *lib. 4. cap. 24.* ὁ δὲ χρυσοῦς ςατὴρ δύο εἶχε δραχμὰς ἀττικὰς, hoc eſt, *Aureus vero ſtater duas habebat drachmas Atticas.*

III. G. Agricola *lib. 3. de precio num. veterum* duplex facit aurum vetus Atticum: prius quidem vilius, cui admixta fuit argenti portio quinta: purius vero cui quinquag. argenti portio addita fuit. Illius auri prioris aureum veterem Atticum didrachmum taxat aureo Vngarico vno & præterea 38. aurei Vngarici momentis cum duabus momenti tertiis partibus. Huius vero auri purioris aureum didrachmum veterem Atticum æſtimat vno aureo Vngarico & præterea 60. aurei Vngarici momentis cum quinque octauis & quadrageſimis partibus.

Fuit & alius *ſtater græcus & externus*, duas drachmas Atticas, duos obolos & duas ſiliquas pendens, in quo inerat argenti portio quinquageſima.

Hic a G. Agricola taxatur duobus Vngaricis & duobus & viginti auri vngarici partib. cum octaua momenti parte.

IV. γλαῦκες λαυρεωτικαὶ, hoc eſt, *Noctuæ Laurioticæ*, aurei Athenis fuiſſe traduntur, a typo & inſigni, noctua inſcripta, & a Laurio loco Atticæ, auri venis celebri, ſic dicti: quæ prouerbio locum fecerunt, quod Eraſmus annotauit *Chiliad. 2. 7. 31.*

V. Budæus *lib. 4. de Aſſe* refert, Aureos ſtateres apud Athenienſes fuiſſe tetradrachmos quod de hiſce noctuis Laurioticis intelligi debet, quæ, vt ante dictum eſt, tetradrach. erant. hoc eſt, 4. drachmarum. Apud Plutarchum eſt *in Lucullo*, Mommiam Mileſiam Mithridatis vxorem 15000. χρυσῶν, hoc eſt, aureorum ab ipſo fuiſſe ſolicitatam, nec ante conſenſiſſe, quam miſſo diademate reginam appellaſſet.

PHILIPPEVS II.

I. *Stater aureus Philippeus* a Philippo, Macedoniæ Rege, a quo percuſſus eſt, dicitur.

II. Horatius *in Arte Poetica* tales Philippos quoque appellat,

pri-

primitiuo pro deriuatiuo κατ' ὑπαλλαγὴν posito, inquiens: *Retulit acceptos, regale numisma, Philippos.*

III. Hos aureos Philippus tum percussisse traditur, cum Crenidas, aurifodinis insignes, instaurasset, teste Diodoro Siculo *in Philippo.*

IV. Bilibaldus Pyrckheimerus, Patricius Norebergensis, scribit se appendisse stateres Philippi, & deprehendisse didrachmos auro Vngarico, viginti trium ceratiorum. Philippici nummi aurei quatuordecim, millia quingenti quatuord. apud Liu. lib. *4. Decad. 4.* It. 140000. apud eundem *lib. 7. Dec. 4.*

ALEXANDREVS III.

I. Sunt & *Alexandrei stateres*, ab Alexandro M. sic appellati. Bilibaldus scribit, se vidisse aureos Alexandreos didrachmos, tridrachmos: item aliud genus pondere vix semidrachmæ.

II. Budæus *lib. 4. de Asse* refert, apud Macedones fuisse stateres aureos tetradrachmos.

STATER PRVSIAE IV.

Stater aureus Prusiæ, Regis Bithyniæ, a Bilibaldo appensus, didrachmus deprehensus est, auro Vngarico.

DEMETRII V.

I. Celebratur & *Demetrii aureus stater*, Asiatici ne an Macedonici Regis, an vero Atheniensis fuerit, an horum trium, mihi non satis liquet.

II. Didrachmus a Bilibaldo deprehensus est.

CROESEVS VI.

I. *Stater Crœseus*, a Crœso, Lydiæ rege opulentiss. percussus, olim celebris fuit.

II. Herodotus *Historia prima*, refert Crœsum Lydiæ Regem Delphis viritim distribuisse ac donasse binos aureos stateres, ciuium multitudinem sciscitatus.

III. Sunt & apud Pollucem *lib. 3. cap. 11.* χρύσειοι στατῆρες, item *lib. 9.*

CYZICENVS VII.

I. *Cyzicens Stateres*, a Cyzico, Propontidis oppido dicti, in Cherroneso celebres erant a typi, quo insigniti erant, pulchritudine, vt est apud Hesychium & Suidam.

II. Typus is fuit in vna quidem parte facies muliebris, in altera vero rostrum leonis. Effigies muliebris fuit Cybeles, matris Deum. Suidas sic habet: κυζικηνοὶ στατῆρες. διεβεβόητο οὗτοι ὡς εὖ κεχαραγμένοι. πρόσωπον δὲ ἦν γυναικεῖον ὁ τύπος, ἐπὶ δὲ θατέρου προτομὴ λέοντος.

III. Hi stateres prouerbio locum fecerunt, vel quod eleganter excusi essent: vel quod homines sui dissimiles significarent, vt qui aliud præ se ferant, aliud agant: idq; propter duos diuersos typos, Consule Eras. *Chil. 3. 1. 71.*

IV. Valorem Demosthenes πρὸς Φορμίωνα his verbis describit, cum inquit: ὁ δὲ κυζικηνὸς στατὴρ ἐδύνατο ἐκεῖ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ δραχμὰς ἀττικάς, hoc est, *Cyzicenus stater valuit ibi viginti octo drachmas Atticas*, hoc est, argenteos vnciales tres cum semisse

V. Ioachimus Camerarius didrachmum fuisse arbitratur, & ideo carius fortassis taxatum, quod elegantius excusus esset.

VI. Sed Georgius Agricola scribit, hunc aureum pependisse drachmas duas Atticas, obolos quatuor cum semisse, æreolum vnum cum semisse: & æstimat duob. Vngaricis, duodecim denariis Misnicis & vndecim nummulis.

VII. Apud Xenophontem *lib. 5. 6. & 7. Anabas.* hic aureus est stipendium militare menstruum. Cedunt ergo in diem oboli Attici quinq; cum semisse.

VIII. Tria millia Cyzicenorum apud Xenophontem *lib. 6. Anabas.* faciunt Coron. 8400. argenteos vnciales 10500.

IX. G. Agricola *lib. 3. de precio Monetarum* æstimat aureis Hungaricis 7127. momentis 18. vnciali, semunciali, 9. grossis Misnicis, 4. nummulis cum semisse.

PHOCAITES VIII.

I. Phocaitarum Staterum mentionem facit Thucydides, vt Iulius Pollux *lib. 9.* refert: Nomen habet a Phocæa, Ioniæ oppido.

DA-

DARICVS. IX.

I. Δαρεικὸς per ſimplex ἰῶτα, vel δαρεικὸς per diphthongum ει in media ſyllaba, ςατὴρ, nomen habet ab autore, a Dario rege Perſico, vt Suidas teſtatur.

II. Herodotus *libro 4.* δαρεῖος μὲν γὰρ χρυσίον καθαρώτατον ἀπεψήσας ἐις τὸ δυνατώτατον, νόμισμα ἐκόψατο, hoc eſt, *Nam Darius quidem, cum aurum, quammaxime fieri potuit, puriſſimum decoxiſſet, nummum percuſſit.* Sic & Pollux *lib.3.* refert: καὶ οἱ δαρεικοὶ ὡς ἀπ᾽ ἐκείνου ἀκριβωθέντες εἰς κάθαρσιν τοῦ χρυσίου, hoc eſt, *Et Darici velut ab illo ad accuratam puritatem excocti.*

III. *A* quo vero hic ſtater dictus ſit, apud Suidam explicatur: quod non a Dario, Xerxis patre, ſed ab alio quodam antiquiore Rege nomen acceperit.

IV. Δαρεικὸς ςατὴρ erat primum didrachmus, quod e Suida conſtat, cum inquit: εἰσὶ μὲν χρυσοῖ ςατῆρες οἱ δαρεικοὶ. ἠδύνατο δὲ ἕκαςος αὐτῶν, ὅπερ καὶ ὁ παρὰ τοῖς ἀττικοῖς ὀνομαζόμενος χρυσὸς, hoc eſt, *Sunt quidem aurei ſtateres Darici. Valuit autem quiſque eorum, quod & is, qui apud Atticos appellatur aureus.*

V. Id idem clarius explicat, inquiens: λέγουσι δέ τινες δύνασθαι τὸν δαρεικὸν δραχμὰς ἀργυρίου εἴκοσι, ὡς τοὺς πέντε δαρεικοὺς δύνασθαι μνᾶν ἀργυρίου, hoc eſt, *Dicunt autem nonnulli valere Daricum drachmas argenti viginti, vt quinque Darici minam argenti valeant.*

VI. Innuit hoſce Daricos fuiſſe didrachmos: & decupla proportione decies tanto argento æſtimari ac commutari: vt quinque Darici 100. drachmas argenti Atticas, hoc eſt, minam argenti Atticam expleant.

G. Agricola æſtimat δαρεικὸν aureo Vngarico vno & præterea momentis ſexaginta duobus cum dimidio.

VII. Deinde erat quoque *Daricus tetradrachmus*, quatuor drachmarum, vt Siclus ſacer Iudaicus: quod ex Ioſepho *lib. 3. cap. 9.* palam eſt. Is enim decem auri ſiclos iuxta ſiclum ſanctuarii decem daricos interpretatur. Verba Ioſephi hæc ſunt: τὴν μὲν δαρεικοὺς δέκα δυναμένην. hoc eſt, *Hanc quidem* (Φιάλην) *daricos decem valentem.*

VIII. Ad hæc Iulius Pollux *lib. 9.* ait: ὁ δὲ χρυσοῦς ςατὴρ μνᾶν ἠδύνατο, hoc eſt, *Aureus vero ſtater minam valuit.* Id non, niſi de aureo

aureo vnciali, intelligi poteſt, proportione duodecupla cum ſemiſſe: qua centum drachmas, hoc eſt, minam argenti centenariam explet.

IX. Heſychius τετραστάτηρον τετράμνουν interpretatur, hoc eſt, Quatuor ſtateres quatuor minas.

X. Iulius Pollux *lib.* 9. habet: καὶ ὅταν εἴπωσι πενταστάτηρον πεντάμνουν δοκοῦσι λέγειν, hoc eſt, *Et cum dixerint quinque ſtateres, quinque minas dicere videntur.*

XI. *Daricus* quippe *didrachmus* apud Xenophontem *lib. Anabas.* 7. eſt ſtipendium militare menſtruum: ita in diem ceſſit tetrobolus Atticus, qui facit duos groſſos argenteos Miſnicos, 24. nummulos Miſnicos.

XII. Cyrus græcis militibus peditibus in menſem dedit Daricum cum ſemiſſe, hoc eſt, quotidie drachmam Atticam.

XIII. Apud eundem Xenophontem *lib.* 1. *Anabas.* ſunt & ἡμιδαρεικὰ ſ νομίσματα, hoc eſt, ſemidarici nummi.

XIV. Darici ſtateris typus erat ſagittarius, vt ex Plutarcho *in Laconicis* conſtat, cum inquit, de Ageſilao loquens: τοῦ δὲ περσικοῦ νομίσματος χάραγμα τοξότην ἔχοντος, ἀναζευγνύων ἔφη, τρισμυρίοις τοξόταις ὑπὸ βασιλέως ἐξελαύνεσθαι τῆς ἀσίας, &c. Hoc eſt: *Cum nummus Perſicus haberet typum Sagittarium, domum ex Aſia decedens: Triginta millibus ſagittariorum ſe ex Aſia ejici ait.* Idem Plutarchus *in Ageſilao* ſic refert: τοῦ δὲ περσικοῦ νομίσματος χάραγμα τοξότην ἔχοντος, ἀναζευγνύων, ἔφη μυρίοις τοξόταις ὑπὸ βασιλέως ἐξελαύνεσθαι τῆς ἀσίας, hoc eſt, *Cum Perſicus nummus ſagittarium typum haberet, exercitum deportans, decem millibus ſagittariorum ſe a Rege ex Aſia ſubmoueri dixit.* Tantus enim numerus Daricorum aureorum fuerat a Timocrate deportatus Athenas & Thebas, quibus corrupti Principes Ciuitatum populum ad bellum contra Spartanos concitarant. Quare Ageſilaus a ſua Ciuitate reuocatus fuit, vt patriæ opem ferret.

XM. *Daricorum* Cyrus Lyſandro donat, Plutarch. *in Lyſandro.*

XV. Artaxerxes, Perſarum Rex, auream Phialam cum mille Daricis miſit ei, qui aquam, manibus e flumine hauſtam, ipſi obtulerat, Plutarchus.

Mille Daricos alea amiſit Paryſatis Regina cum Rege Artoxerxe ludens, Plutarch. *in Artoxerxe.*

XVI.

XVI. *Quadragies Staterum* 4000000. Budæus *ex Herod. 7.* taxat, Coronatorum quadringenties 40000000. nimirum proportione decupla, Facit argenteorum vncialium 50000000. quingenties. Sed cum sint Statere didrachmi, summa est duplo maior: quippe Coronati octingenties 80000000 argent: vncia: millies, 100000000.

XVII. Apud Plutarchum *in Cimone* sunt & *argentei Darici.* Sic enim ait interprete Hermanno Cruserio: *Ferunt Rœsacem quendam barbarum, qui a Rege desciuerat, se Athenas contulisse cum grandi pecunia: & cum a Sycophantis fatigaretur, ad Cimonem confugisse, ac phialas duas aureas ad eius vestibulum collocasse, vnam Daricorum argent. alteram vero aureorum plenam.*

XVIII. *Tria millia Daricorum,* quos Cyrus Silano vati donauit, vt est apud Xenophontem *lib. 1. Anabas*: faciunt proportione duodecupla cum semisse Coronatos 7500. denariorum 75000. argenteos vnciales 9375. Sed G. Agricola ἀκριβέστατως taxat Vngaricis 5840, & momentis 60.

XIX. *Decem millia Daricorum,* quæ Cyrus Clearcho dedit, vt est apud Xenophontem *lib. 6. Anab.* faciunt drachmarum seu denariorum 250000. Coronatorum 25000. argent. vncialium 31250. Hanc vero summam idem G. Agricola taxat auro Hungarico exactissime, nimirum 19469. Vngaricis & præterea momentis 46.

XX. *XXXM. Daricorum* Cyrus Satibarzani dedit, Plutarch. *in Apophtheg.*

XXI. Pythius Lydus Atyis filius, præter millia Talentorum argenti possedit Daricorum Staterum quadringentas myriades minus septem millibus: Herodot. *Histor. 6.* hoc est, 3003000. tricies centena & tria millia. Si intelligis Stateres didrachmos proportione argenti ad aurum duodecupla cum semisse facit *HS* 300300000. denariorum 75075000. Coronatos 7507500. argenteos vnciales 9384375. Sin autem accipis Daricos tetradrachmos, summa erit duplo maior.

AVREVS HEBRAICVS V.

I. *Aureus nummus Siclus* apud Hebræos & Cananæos dimidio fere minor, quam argenteus fuit.

II. Fuit autem primum drachmæ pondere percussus, vt sit

respectu fisli profani seu publici duplo minor, quod drachmæ auro fuerit deputata.

III. Dicitur hic aureus apud hebræos *Darckmon*, & in plurali *Darckmonim*, non quidem voce natiua in hebræa lingua, sed peregrina & ascititia, & deprauata a græca δραχμὴ literis transpositis, mutatis, aliisque admixtis, & facta terminatione Hebræis in masculino genere in numero multitudinis vsitata, Darckmonim. Et Hesych. δραχμάς: vocat δάρχμας. Id factum esse conjicitur a Iudæorum e captiuitate Babylonica in patriam Iudæam reditu.

IV. Quod enim est *Esdræ 2.* secundum hebraicam veritatem: *Pro facultatibus suis dederunt in thesauros operis Zahau darkmonim sexaginta & vnum millia*: Id LXX. transferunt, χρυσίον δραχμῶν ἓξ μυριάδας καὶ χιλίας: vetus interpres reddit auri solidos.

V. Quod in hebræo est, *Nehemiæ 7. Darkmonim*, Zahau mille, id vetus auri drachmas, Munsterus solidos, LXX. χρυσοῦς transferunt.

VI. *1.Paralip.29.* hæbræus textus aliam habet vocem, nimirum *Adarkon*: vt Decem millia Adarconim, id LXX reddunt χρυσοῦς μυρίους, vetus solidos decem millia, quem Munsterus sequitur: Et hæc a δραχμὴ græca deprauata esse videtur.

Quingenas auri drachmas Herodes, morti iam vicinus, militibus donatiuum distribuit, Ioseph.*lib.17. cap.9.*

VII. *Genesis 24.* veritas hebraica sic habet, de seruo Abrahæ loquens: *Protulit vir inaurem auream semissis* (beka) *pondus eius: & duas armillas super manus eius, decem auri pondus earum.* Quod LXX. reddunt: καὶ ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος δύο ἐνώτια χρυσᾶ ἀνὰ δραχμὴν ὁλκῆς, καὶ δύο ψέλλια ἐπὶ τὰς χεῖρας αὐτῆς, δέκα χρυσῶν ὁλκὴ αὐτῶν, hoc est, *Et accepit homo duas inaures aureas singulas drachmæ pondere: & duas armillas in manus eius, decem aureor: pondus earum.*

VIII. Per semissem, drachmam, aurei pondus quidam intelligunt: sicut & per pondus decem auri h. e. aureorum quod aurei pondere drachmæ ferirentur.

IX. Vetus vero Interpres sic reddit: *Protulit vir inaures aureas appendentes siclos duos: & armillas totidem pondo siclorum decem.*

X. Hæc quodammodo discordant: si vero LXX. si quis placuerit, & ex hoc loco aurei hebraici pondus vnius drachmæ colligitur.

XI. Geor-

XI. Georgius vero Agricola hic accipit ſiclos ſacros tetradrachmos, & æſtimat armillas aureas pondo decem ſiclorum aureis Vngaricis 38. & momentis 14. cum quatuor partibus octauis & quinquageſimis momenti. Inaurem vero auream pondere dimidii ſicli æſtimat vno aureo Vngarico cum dimidio & momentis 27. & quinq; partibus octauis & quadrageſimis momenti. Idem Siclum aureum tetradrachmum hebraicum, in quo fuerit argenti portio quadrageſima octaua, æſtimat Vngaricis tribus & momentis 54. & partibus decem octauis & quadrageſimis.

XII. Deinde contendunt nonnulli, & apud Hebræos aurei pondus fuiſſe didrachmum, Quod enim eſt apud Suidam σίκλοι ἀργυρίων πέντε, hoc eſt, Siclum argenteorum quinq; Moſes dicit.

XIII. Intelligunt enim hic ſiclum aureum didrachmum valere proportione auri decupla quinq; argenteos, hoc eſt, quinq; ſiclos tetradrachmos.

Sin vero per Siclum aureum drachmalem accipis, & per argenteos quinq; didrachmos, erit itidem auri ad argentum proportio decupla.

XIV. *Geneſ 37.* eſt: *Ioſeph a fratribus ſuis diuenditum viginti Keſeph:* quod Vetus viginti argenteos, Chaldæus Paraphraſtes viginti ſiclos argenti, LXX εἴκοσι χρυσῶν transferunt.

XV. Staniſlaus Grſepſius iuxta aureorum didrachmorum precium, decupla argenti ad aurum proportione ſiclos ſacros argenteos tetradrachmos centum accipit: & intelligit ſummam viginti aureorum didrachmorum: vt pretium diuenditi Ioſephi fuerit centum ſiclorum argenteorum tetradrachmorum: qui faciunt Coronatos quidem 40. argenteos vero vnciales 50.

XVI. Ioſeph. *2. lib.* ἀρχαιολ. εἴκοσι μνῶν, hoc eſt, *viginti minas* interpretatur: quod qua ratione fiat, inquirendum eſt.

XVII. *Didrachmos aureos* in populo Iudaico fuiſſe, ex Ioſepho conſtat *lib. 6. cap. 36. Captiui:* Is enim narrat, Iudæos, Hieroſolymis obſeſſos, aureos deglutiuiſſe: qui mox transfugæ eoſdem aureos e ſtercore egeſto colligebant: vnde & transfugæ ab hoſtibus diſſecabantur, vt auro potirentur. Eos aureos duodecim Atticis ſ. drachmis redimebant: qui ante 25. valebant. Sic enim Ioſephus habet: τὸ πολὺ πλῆθος ἦν ἐν τῇ πόλει χρυσοῦ. δώδεκα γοῦν ἀττικῶν ὠνοῦντο τὰ πρότε-

τὰ πρότερον ἴσχυοντα πέντε καὶ εἴκοσι, hoc eſt, *Et ingens erat auri in vrbe multitudo: quippe duodecim Atticis emebant, quæ prius viginti quinq; valebant.* Ita aurum pluſquam dimidio precio vilius factum eſt in Syria, vt idem teſtatur *lib. 6. cap. 32.* eiusdem hiſtoriæ, ſic enim habet: ταῖς δὲ ἁρπαγαῖς οὕτως ἐνεπλήσθησαν οἱ στρατιῶται πάντες, ὥστε κατὰ τὴν Συρίαν πρὸς ἥμισυ τῆς πάλαι τιμῆς, τὸν σταθμὸν τοῦ χρυσίου πιπράσκεσθαι, hoc eſt, *Rapinis autem adeo impleti ſunt milites omnes, vt in Syria pondus auri ad dimidium prioris pretii venderetur.*

XVIII. *Geneſ. 45.* refertur: Ioſephum in Ægypto fratri ſuo donaſſe trecentos Keſeph. quod Vetus argenteos, LXX. χρυσοῦς interpretantur hoc eſt, aureos: de quo ſupra *lib. præcedente cap. 3.*

XIX. Poſſet quis contentioſior & tetradrachmum aureum aſtruere *ex 42. cap. Iob.* vbi LXX. ſic transferunt ἔδωκεν δὲ αὐτῷ ἕκαστος ἀμνάδα μίαν, καὶ τετράδραχμον χρυσοῦν ἄσημον, hoc eſt, *Dedit autem ei quiſque agnum vnum, & tetradrachmum aureum typo carentem.*

XX. Sed primum veritati repugnat hebraicæ; deinde quod additur ἄσημον, locum ſuſpectum facit. Si enim eſt ἄσημος, quomodo χρυσοῦς eſſe poteſt, qui typo caret. Et vt verum eſſet, nihil ad præſens faceret, vbi de aureo Iudaico ſit ſermo.

XXI. XIMDCCL. *Sicli auri* dantur a Tribunis Bello contra Madianitas feliciter confecto, *Num. 31.*

XXII. *1. Machab. 10.* XVM Siclorum argenti accipienda ſunt pro precio XV Millium Siclorum auri drachmalium. Propterea quod Ioſephus pro XV Millib. Siclorum ſcripſit, quindecim myriades, hoc eſt, Centum & quinquaginta millia drachmarum, decem drachmis, quæ quinque Siclos didrachmos faciunt, pro ſingulis Siclis computatis.

XXIII. Siclus aureus Ægyptius fuit octo obolorum, ſeu quatuor ſcripulorum Atticorum pondere. Poſtea vero hoc pondus eſt imminutum, vt aureus Siclus quatuor tantum obolorum eſſet. Staniſlaus Grſepſius de Siclo & Talento.

XXIV. *Aurum Iudaicum*, vt & hoc hic obiter admoneam, olim dicebatur, & celebre erat. quod Iudæorum nomine ex Italia, & ex aliis regionibus Hieroſolymam in Iudæam exportari ſolebat.

XXV. Cicero ſcribit, Flaccum ſanxiſſe, edictoque cauiſſe, ne

ad ex

… Asia exportare liceret: quod laudans barbaræ superstitioni restitisse, summæ seueritatis fuisse ait, *in Oratione pro L. Flacco.*

DE

LIBRA ET MINA AVRI.

CAPVT IX.

I.

VT *pondo* seu *libra* apud Romanos, & μνᾶ, hoc est, mina apud Græcos, sic & *maneh* hebræis certam auri summam & pondus significat.

II. *Libra auri* apud Romanos æque fuit centum denariorum atque mina græca centum drachmarum. Itaque Budæus *lib. 5. de Asse* quinquaginta aureos quippe didrachmos, libram auri Romanam facere testatur.

Sed G. Agricola a Budæo dissentit: & minam græcam a Romana libra distinguit, vt hæc tantum sit drachmarum 96.

III. Facit hæc mina centenaria proportione argenti ad aurum decupla denarios seu drachmas nummos argenteos mille, Coronatos centum, argenteos vnciales 125. *HS.* 4000.

IV. Duodecupla vero proportione cum semisse, si sit indicatura auri Vngarici, faceret denarios 1250. Coronatos 125. Argenteos vnciales 156. cum quadrante.

V. Alioqui libræ Romanæ auri tribuuntur tantum auri drachmæ. 96. Nam in 72. solidis aureis, qui sextulæ dicuntur, pondere quaternorum scrupulorum libra Rom. accepta fertur, vt ante allatum est capite 4. huius libri.

VI. Traditur autem a quibusdam aureos *Vngaricos* quidem octo facere vnciam: *Coronatos* vero octo cum semisse: sed *Rhenanos*, nouem: [illegible] Sextulas sex. In Marcam computant Vngaricos quidem 67 (vnde constat Vngaricum drachma esse leuiorem) Coronatos vero 69. Sic & Aurei Veneti 96. quippe drachmales, tempore Bartholi libram Roman. complebant, vt solidi 72. sextulæ tempore Iustiniani.

VII. Bilibaldus Pirckheimerus Patricius Norebergensis libram auri Vngarici Rom. duodecim vnciarum æstimat aureis Rhenensibus 133. cum semisse.

Libram vero Rom. auri puri Agricola taxat aureis Vngaricis 93. & momentis 30. Sed libra Romana auri signati, in quo inest octaua & quadragesima portio argenti, ab eodem Agricola taxatur aureis Vngaricis 91. & 42. momentis. Sin vero inest vicesima quarta argenti portio, libra Rom. æstimatur Vngaricis 89. & sexaginta momentis.

Cum *vilior Stater, aureus Atticus*, quintam argenti portionem admixtam habeat, eiusdem auri Attici mina taxatur a G. Agricola 79. aureis Vngaricis atque duobus & quinquaginta aurei Vngarici momentis cum duabus momenti tertiis. Sed mina auri Attici, cui inest argenti portio quinquagesima, idem æstimat Vngaricis aureis 95. & 35. Vngarici momentis cum decem momenti octauis & quadragesimis partibus.

IX. *Maneh auri* apud Hebræos centum esse aureorum s. drachmalium, constat palam ex *3. Reg. cap. 10. & 2. Paralip. 9.* Nam quod est in libris Regum: *Et trecentos Clypeos fecit ex auro tracto:* tres minas auri insumpsit in singulos clypeos, vt Sanctes Pagninus interpretatur. Sic & LXX: τρεῖ. μναῖ χρυσίου ἐπῆσαν ἐπὶ τὸ ὅπλον ἕν, hoc est, *Tres minæ aderant in vno clypeo.* Idem scribit Iosephus *lib. 8.* ἀρχαιολ.

X. Sed *2. Paralip. 9.* pro tribus minis trecentos aureos, τριακοσίους χρυσοῦς substituunt: vt minas centenarias intelligamus. Refertur & Chaldæum Paraphrastem reddidisse *litrim*, hoc est, libram, centum aureorum, hoc est, hæbraicorum, qui erant drachmales: Idem pro libra maneh quoq; vti solet.

XI. Crassus in Parthos proficiscens Hierosolymis ab Eleazare Sacerdote accepit trabem e solido auro factam, pondere CCC minarum, reliqui ornatus Templi λύτρον. Mina autem apud Iudæos valet libras Ro. duas cum semisse, vt refert Iosephus *lib. 14. cap. 12.* ἀρχαιολ.

XII. De varia *Maneh* apud Iudæos, Consule librum præcedentem.

DE

DE

AVRI LIBRA NARRATIO HISTORICA,

CAPVT X.

I.

VNius libræ auri mulcta, *L 3. C de Spectacul:*

Auri libra punitur, qui equum de grege dominico subtrahit, *L unica C de greg. domin & L 1. C de Cupressis.*

Libra auri libra serici fuit tempore Aureliani, Vopisc. *in Aurel.*

Libra auri, *L 17. C si cert. petatur.*

Vna libra auri pœna coniuratorum.

Sex auri vnciis, hoc est, selibra punitur, qui equum de grege priuato subtrahit, *L vnica C de grege dominico.*

II. Duas auri libras exoluat, qui colonum alienum suscipit retinetq;, *L vnica de Colon. Thracens:*

Duarum librarum auri illatione teneatur, si quis nauem, functioni muricis & legendis conchiliis deputatam, vsurpare ausus fuerit, *L. C de Murilegulis.*

Duæ libræ auri, *L 11 C de Iudiciis, &c.*

III. Trium librarum auri mulcta, *L 6. Cod. de Murileg: & L 2. C de proximo. L 9. 10. C de Episcop. audientia: & L 3. C de offic. diuers. Iudic.*

Tres libræ auri indicit minoris, *ibid.*

IV. Quinque libræ auri, *L. Vnica C. de venat. ferarum.*

Quinque librarum auri damno subiiciuntur, qui aliquem ex familiis gynæceai in latebris haberi comperti sunt, *L. 5. de Murilegulis.*

Quinque auri libris punitur, siquis arborem Daphniensis luci succiderit, *L. 1. & 2. d. Cupress. ex luc. Daph.*

Quinque libræ auri, *L. 1. C. de Episcopali audientia. & L. 1. C. de Sportulis.*

Quinque libræ auri, *L. 16. C. de Excus. muner.*

Quin-

Quinque librarum corona (auri) Piso Frugi filium ex priuata pecunia donauit: eamque coronam testamento Reip. legauit, Plin. *lib. 33. cap. 2.*

V. Sex libræ auri, *L. 12. C. de Oper. publ.*

VI. Denarum librarum auri condemnatio, *L. 11. C. de Aquæductib.*

Decem libræ auri mulcta, *L. 3. C. de Silentiariis: & L. 1. Cod. de priuil. Schol.* Item *L. 5. C. qui militare possunt. L. 5. C. de hæreticis.*

Decem libræ auri pœna iudicis maioris, *C. de offic. diuers. iudic.*

Decem libræ auri, *L. 25. C. de Episcop. & L. 31. ibid. & L. 8. C. de hæreticis. & L. 3. C. de Apostatis, & alias sæpius.*

Decem pondo auri, *L. 4. C. de Sepul. violato.*

Denarum librarum auri pœna plectatur, qui extra Vrbes Regias doctrinam iuris adulterinam tradere ausit, Iustin. *in præfat. ff.* Facit *HS* Romanorum 40000. Denariorum 10000. Coronatos mille, argent. vnciales 1250.

VII. Duodecim libræ auri, *L. 7. C. de Seru. fugit.*

XII. libras auri fisco inferat fugitiui detentator, *L. 12. C. de Agricolis: & L. 2. de pasc. public.*

VIII. XX. libræ auri pœna Capitanei.

XX. libræ auri, *L. 10. C. de Episcop. audient. & L. 5. C. de hæretic. & L. 5. C de offic. magist. & L. 2. de offic. Ciuil. Iud. & alias sæpe.*

Vicena auri pondo, *L. 2. C. de Cano. larg.*

XX. librarum auri mulcta, *L. 4. C. de princip. argent. Poss. & L. 9. C. de Episc. audien.* Item *L. 5. C. de hæret.*

XX. librarum auri condemnatione proposita his, qui scrinium tractant. &c. *L. 10. C. de Murileg.* Item *L. 5. C. de vestibus holobaris.* It. *L. vnica C. de pistoribus.*

Facit *HS* 80000. Denariorum 20000. Coronatorum 2000. argent. vncial. 2500.

IX. XXV. auri libræ, *L. 59. C. de Decurio.*

XXV. pondo Corona aurea Romam a Carthaginensibus missa, apud Liui. *lib. 7.*

X. XXX. libris auri mulctetur oppidum, si pacem violarit.

XXX. libræ auri, *L. 7. C. de Episcop.* audient: & *L. Si qua C. de*

Epi-

Episcopo: & L 2.C.de leg. & constit. & L.1.C. de offic. prætor: & L.2.ibid. & L.1 C. de sacros. Eccles. & alias sæpe.

XXX. auri pondo, *L. 21. C. de Appellat.*

Facit *HS* 120000. Denariorum 30000. Coronatorum 3000. argent. vncial. 3750.

XI. L libræ auri, *L 36. C de Episcop.: & L 7. C de paga: & L 3. C de hæreticis: & L 2. C de offic. Com. & L 6. C de Aduoc. diuer.*

L auri pondo, *L 7. C de fundis rei priu:*

L auri libris mulctandus, si quis in frenis & sellis margaritis vtitur, *L 1. C tit. 11: L 5. C de Aquæductib: L 12. C de Episcop. audient: L 7. C de Sacrific. pag. Item C de fund. matrim. L 13.* Facit HS 2000000. Denarium 50000. Coronatorum 5000. argent. vncial. 6250.

XII. Libræ auri *LX*, *L 6. C de Aduoc. diuers. ind.* Facit HS 240000. Denariorum 60000. Coronatorum 6000. argent. vncial. 7500.

XIII. Centum libræ auri, *L 3. C de hæreticis: & L 15. C de Episcop. audient. & L C de postul.*

Centena auri pondo, *L 5. C de Spectacul. & L 2. & 3. C de Consul.*

Auri pondo centum, est apud Ciceronem *pro L. Flacco.*

Centum libris auri mulctetur Ciuitas, si pacem violarit, L C.

Centum librarum auri mulcta, *l. 6. C. de Aquæductib. & L 1. C vt nemo ad suum patroc. & lib.* C. *11. tit. 53.*

Centum auri libras dent Consules ad aquæductum reficiendum, *l. 3. & 4. C. de Consulibus. Item* C *de Statorib. l. vnica. L. 14.* C *de episc. aud. Item l. 3.* C *de hæreticis.* Facit HS 400000. Denarior: 100000. Coronatorum 10000. argenteorum vncial. 12500.

XIV. Centum & decem millia pondo auri Tolossæ condita, Iustin. *lib. 32.* Abiit in Prouerbium, quod est, *Aurum Tolossanum* apud Erasm. *in Chiliad.*

XV. Ducentæ libræ auri, *l. 6. C de Magistrat: conueniend.* Facit HS 800000. Denariorum 200000. Coronatorum 20000. argent. vncial. 25000.

XVI. Auri pondo ducenta quadraginta tria in triumpho lata ante currum, apud Liuium *lib. 8. Decad. 4.*

XVII. CCC libræ auri apud Flau. Vopiscum *in Aureliano.*

CCC Minarum pondere M. Crassus in Parthos proficiscens tra-

bem ex auro solidum, reliqui ornatus templi λύτρον Hierosolymis abstulit, Ioseph. *lib. 14. cap. 13.* Mina hic valet duas libras Romanas cum semisse, vt sit vnciarum 30. drachmarum 240. vt idem Iosephus scribit. Facit igitur drachmarum auri 72000. denariorum 720000. Georgius Agricola æstimat Vngaricorum LXVIII DCCLXXXIIII. & insuper menses sex.

XVIII. DC libræ auri, L 11. C *de Repudiis.* Facit HS 2400000. denariorum 600000. Coronatorum 60000. argenteorum vncial. 75000.

XIX. DCCCXLVI pondo auri apud Plin. *lib. 33. c. 3.* Facit HS 338 4000. Denariorum 846000. Coronatos 84600.

XX. DCCCC pondo auri acceptis Vitalianus, Aquilonis præfectus, ab Vrbe Constantinopoli recessit, cum tyrannidem contra Anastasium assumpsisset, & ad pacem petendam coegisset. Facit Coronatorum 90000. Denariorum 900000. HS 3 600000.

XXI. Mille libras auri promisit Heliogabalus Imp. si in conuiuio Phœnicem non dedisset, Vopisc. *in Aureliano.*

Mille auri pondo Romani pacem a Gallis redimunt, Liuius *lib. 5. ab V.C.* Facit Coronatorum 100000.

Mille pondo auri apud Plin. *lib. 33. cap. 1.*

Mille minarum auri clypeus Romam mittitur a Simone summo Iudæorum Pontifice. *1. Mach. 15.* Stanislaus Grsepsius Polonus hic intelligit publicas minas siclorum tetradrachmorum 25. didrachmorum 50. drachmarum Atticarum 100. Mille itaque minæ faciunt drachmarum 100000. auri. Ioseph. *lib. 14.* refert in clypeo fuisse aureorum 50000. s. didrachmorum.

XXII. Duo millia pondo, rapuit M. Crassus e solio Iouis Capitolini, apud Plin. *lib. 33. c. 1.*

Δισχιλίας λίτρας χρυσίου ς λαβόντα, καὶ κειμήλια κάλλιστα οἱ περὶ γενζέριχον τῷ βασιλίσκῳ, Suidas in voce *Θηκοί ... [illegible]*, hoc est, *Duo millia pondo auri & res preciosas pulcherrimas, qui cum Genserico erant, mittunt Regulo.* Facit *HS* 8000000. Denar. 2000000. Coron. 200000. arg. vncial. 250000.

XXIII. Tria millia pondo auri Cæsar in primo consulatu furatus est e Capitolio: & tantundem inaurati æris reposuit, Suetonius *in Cæsare.* Georgius Agricola *lib. 3. de nummo:* veterum precio æsti-

æ... Vngaricorum CCLXXXCCCLXIII. momentis duobus & quinquaginta.

XXIV. Auri pondo tria millia ſeptingenta quatuordecim, apud Liuium *lib. 4. cap. Decad. 4.*

Tria M. librarum auri Saraceni annua ex pacto Romanis ſoluunt, *Chron. Turcica Anno Christi DCLXXIX.*

XXV. IIIIMCXXXV. auri pondo Cæſar ex ærario protulit, Oroſius *lib. 6.* Budæus *lib. 2. de Aſſe.*

XXVI. Quinque millia minarum argenti præter aurum contulerunt Iudæi ſponte ad templi reædificationem, *1. Esd. 2.*

XXVII. Sex millia pondo auri L. Scipionis peculatus, apud Liuium *lib. 8. Decados 4. de Bello Macedonico*, æſtimatur a Budæo *lib. 3. de Aſſe.*

XXVIII. XII. Millia minarum auri, *3. Esd.*

XXIX. XIII. Millia auri pondo, Plin. *lib. 33. cap. 1.*

XXX. XV Millia pondo auri, Plin. *lib. 33. cap. 1.*

XV Millia librarum auri apud Vopiſcum *in Aurel.*

XXXI. XVIM. DCCL. ſicli auri, *Num. 32.*

XVI. Millia pondo auri Auguſtus Cæſar in Iouis Capitolini cellam præter multa alia contulit, Sueton. *in Auguſto cap. 29.* Budæus *lib. 3. de Aſſe* æſtimat 1800000. duodeuicies CM. Coronatorum centum & duodecim cum ſemiſſe in ſingula pondo computando. Facit ergo argenteorum vncialium 2250000 *HS* 72000000. ſeptingenties & vicies, Denariorum 18000000. centies & octuagies. Si addas *HS* Quingenties, euadet ſumma Coronat. 305000.

XXXII. Vicena millia pondo auri ad hunc modum ſingulis annis Aſturiam, atque Gallæciam & Luſitaniam præſtare, quidam tradiderunt. Plin. *lib. 33. cap. 4. de Metallis Hiſpaniæ*, Budæus *lib. 3. & 4. de Aſſe* Fac. *HS* 80000000. octingenties, Denariorum 20000000. ducenties. Coronat. 2000000. vicies, argent. vncial. 2500000. vicies quinquies.

XXXIII. Διςμυρίους καὶ δέκα καὶ τέσσαρας καὶ τετρακοσίας λίτρας ἕλκοντας στεφάνους ἀπὸ χρυσοῦ, Cæſar in ſuo Triumpho intulit, hoc eſt 20414. libras trahentes coronas ex auro, Appianus *lib. 2. Bellorum Ciuilium pag. 244.*

XXXIV. XXXIIIM. pondo auri, apud Plin. *33. cap. 1.*

XXXV. XXXIIIIM. pondo auri collegit Cyrus deuicto Crœso Lydiæ Rege: quæ G. Agricola taxat aureis Vngaricis XXXCIIII DCCCL. 314850. momentis 53. cum partib. momenti viginti septem octauis & quadragesimis, præter aurum factum.

XXXVI. Leo Imp. qui post Marcianum imperauit, in bellum contra Vandalos impendit auri librarum 47000. item 17000. quæ faciunt librarum 64000. & præterea argenti librarum DCC. Millia, vt refert Suidas *in voce χειρίζω.*

XXXVII. CXXM. vnciarum auri anathema soluit Fridericus Barbarossa Imperator Pontifici, Philip. *libro Chronici quinto.*

XXXVIII. Centum millia pondo aureorum vasorum, (Plin. *lib. 33. cap. 11.*) L. Scipio transtulit, anno conditæ Vrbis DLXV.

XXXIX. CXM. pondo auri Tolosani a Budæo *lib. 4. de Asse* æstimantur 11000000. centies & decies Coronatorum decupla proportione: Sin fuit aurum obryzum proportione duodecupla cum semisse, facit 12300000. Ex Iustino *lib. 32.*

XL. CCXMVIIIM. pondo auri, apud Budæum *lib. 4. de Asse.*

XLI. DCCMXXVI. auri pondo in ærario Romæ ante bellum Punicum III. apud Plinium *lib. 33. cap. 11.* Facit HS 2800026000. denariorum 700026000. Coronat. 7000200. argent. vncial. 87503250.

XLII. Sedecies centena millia & septingenta pondo 1600700 quæ centies multiplicata millies & sexcenties centena millia aureorum valent. 160000000. Sic corrigit & æstimat locum Plinii *lib. 33. cap. 3.* Budæ. *lib. 2. de Asse.* Alias sic scribitur XXVI. XX. DCCCXXIX. auri pondo apud Plinium, vt Budæus refert: notatur siphris 162c829. Facit HS 6483316 000. Denarior. 1620829000. Coronatorum 16208290. argent. vncial. 202603625.

DE

DE

TALENTO AVRI.

CAPVT XI.

I.

Τάλαντον, hoc eſt, talentum græcum & externum argenti declaratum eſt ſatis luculenter, ut ſpero, in ſuperioribus libris: ſed hic quædam præterea addenda ſunt, & Talentum auri quoque explicandum venit.

II. Talentum Atticum minus auri Attici, quod tria millia Staterum Atticorum didrachmorum efficit, a G. Agricola *lib. 3. de pretio Monetarum veterum* taxatur 5732. aureis Vngaricis & præterea quatuor & viginti octauis & quadrageſimis partibus. Sed Talentum vilioris auri Attici ab eodem æſtimatur 4757. aureis Vngaricis & præterea momentis 38. Idem vero hodie æſtimari ſcribit Attici Talenti pendere aurum purum aureis Vngaricis 5840. & præterea ſexagena Vngarici momentis.

III. Talentum auri hebraicum, vnde candelabrum, &c. factum eſt, *Exod. 25.* ab eodem æſtimatur Vngaricis 22928. & duobus momentis: propterea quod Ioſephus maius Talentum intelligit.

IV. Budæus *lib. 3. de Aſſe* auri talentum æſtimat non minus ſenis millibus ſeptingenis & quinquagenis Solatis Gallicis 6750. Conſule eundem *lib. 4.*

V. Bilibaldus Pyrckheimerus talentum minus æſtimat 8344. Rhenenſibus.

VI. Herodotus *Hiſtoria 3.* vnum auri talentum tredecim argenti talentis æſtimat.

VII. Iulius Pollux *lib. 9.* τάλαντον χρυσίου vocat δεκατάλαντον, hoc eſt, decem talentis argenti rependendum: quæ faciunt vnciales 7200. Et eſt proportio argenti ad aurum decupla.

VIII. Obſeruandum eſt autem non ſolum Talentum vt totum & ſolidum, ſed etiam partes eius talenti & eſſe & appellari talenta vſu autorum. Nam apud Suidam eſt in voce ὀβολὸς. τὸ δὲ τάλαντον τοῦ ἀργυρίου τῶν νῦν τέσσαρα, καὶ νομίσματος ἡ καὶ ς΄, hoe eſt,

est, *Talentum argenti nunc sunt quatuor partes & numismatis octo & sex.*

IX. Talentum apud Hebræos diuiditur in partes decimas & duodecimas & alias quasdam: Hæ & decimæ & duod: rursus in alias decimas subdiuiduntur: & hæ rursus in alias decimas. Inde existunt Talenti partes decimæ, centesimæ, & millesimæ; quæ partes itidem, vt totum, talenta vsu autorum appellantur.

X. De Talenti parte decima hoc exemplum adfertur ex *lib. 1. Paralip. cap. 22:* vbi Dauid ad Salomonem filium sic loquitur: *Ego in paupertate mea præparaui impensas domus Domini auri talenta* Centum *millia, & argenti mille millia talentorum.*

XI. Hæc parua talenta esse, quippe Talenti decimas Iosephus indicat, eadem de re loquens: qui sic reperit: χρυσόν τε πολλὺν παρεσκεύασα μὲν καὶ ἀργύριον ταλάντων μυριάδα δέκα, h. e. *Et aurum multum præparaui & argentum decem myriades Talentorum, hoc est, centum millia Talentorum.*

XII. Iosephus hic pro mille millibus centum millia ponit, dena talenta pro singulis numerando.

XIII. De centesima talenti parte adfertur exemplum ex *4. lib. Reg. cap. 23.* vbi sic habetur in LXX. interpretibus: καὶ ἔδωκε ζημίαν ἐπὶ τὴν γῆν ἑκατὸν τάλαντα ἀργυρίου, καὶ ἑκατὸν τάλαντα χρυσίου, hoc est. *Ea dedit mulctam super terram centum talenta argenti, & centum talenta auri.* Libro vero *2. Paral. cap.* vltimo eadem historia repetitur. καὶ ἐπέβαλε φόρον ἐπὶ τὴν γῆν ἑκατὸν τάλαντα ἀργυρίου, καὶ τάλαντον χρυσίου, hoc est, *Et imposuit terræ tributum centum talenta argenti, & talentum auri.* Vnum talentum auri hic palam pro centum talentis argenti surrogatur.

XIV. De millesima Talenti parte, quod itidem & sit, & appelletur Talentum, Iulius Pollux testimonium præbet *libro 9.* qui tres aureos stateres, quippe didrachmos, esse Talentum apud Athenienses affirmat. Hi tres aurei didrachmi talenti auri millesima pars sunt. Pollucis verba sunt: ἐδύνατο δὲ τοῦ χρυσίου τὸ τάλαντον τρεῖς χρυσοῦς Ἀττικούς, hoc est, *valuit autem auri Talentum tres aureos Atticos.* Idem Pollux *lib. 4.* τὸ δὲ τάλαντον τρεῖς χρυσοῦς εἶχε, hoc est, *Talentum tres aureos habebat:* Huiusmodi auri Talentum esse arbitrantur apud Ho-

Homerum Iliad. XXIII. in primo ludo funebri, vbi quartum brabeum fuit duo auri Talenta. *Eodem lib. in quarto ludo* semitalentum auri est traditum.

XV. Est apud Eustathium interpretem Homeri *in nonum lib. Iliados* ... ἕξακισχιλίους, νῦν παρ' ἀθηναίοις στατῆρας, h. e. *Talentum Sex millia nunc apud Athenienses staterum, s. esse tradunt.* Sex millia didrachmorum aureorum faciunt drachmarum duodecim millia, quorum millesima pars sunt tetradrachmi tres nummi aurei quatuor drachmarum. Idem Eustath. *ibidem* sic ait, τὸ δὲ μακεδονικὸν τάλαντον ... χρυσοῖ, hoc est, *Macedonicum autem Talentum tres erant aurei.*

XVI. Iam *Siculum Talentum* apud eundem Pollucem nummos viginti quatuor complectitur qui sex drachmas faciunt: & Talenti Attici minoris & Talenti publici hebraici millesima pars sunt.

XVII. Eodem modo decima pars talenti sanctuarii, quod continet siclos sacros termille 3000. apud Hebræos sunt sicli sacri 300. Centesima 30. millesima tres.

XVIII. Talenti vero profani seu publici decima pars sunt sicli profani seu publici 600. centesima 30. millesima 3,

XIX. Porro duodecima sacri Talenti pars sicli quidem sacri 250. sunt: profani vero 500. drachmæ Atticæ 1000 Publici vero talenti sicli sacri quidem 125. sed profani 250. drachmæ 500.

XX. De his aliisque Talenti partibus hæc tabella oculis subjicitur, in qua vno obtutu omnia intueri licebit.

XXI. In hac tabula habetur, quot siclos sacros, quot profanos, quot drachmas vnumquodque talentum, eiusque partes pendant, contineant, valeantque.

XXII. Partes talenti auro fere deputatæ fuerunt.

Kickar, Talentum duplex.

			Sicli sacri.	Sicli profani	Drachmæ Atticæ.
Sacrum	*Totum*		3000.	6000.	12000.
	Pars eius	X	300.	600.	1200.
		C	30.	60.	120.
		M	3	6.	12.
		XII	250.	500.	1000.
		X	25.	50.	100.
		X	2½.	5.	10.
		V	600.	1200.	2400.
		X	60.	120.	240.
		X	6.	12.	24.
		VI	500.	1000.	2000.
		X	50.	100.	200.
Profanum	*Totum*		1500.	3000.	6000.
	Pars eius	X	150.	300.	600.
		C	15.	30.	60.
		M	1½.	3.	6.
		XII	125.	250.	500.
		X	12½.	25.	50.
		V	300.	600.	1200.
		X	30.	60.	120.
		X	3.	6.	12.
		VI	250.	500.	1000.
		X	25.	50.	100.
		X	1½.	5.	10.

DE-

DE

TALENTO AVRI

HISTORICA NARRATIO

CAPUT XII

I.

TAlentis auri equi taxantur ac permutantur in insulis maris Aethiopici, Plin. *lib,6. cap. 31.*

Coronæ aureæ Regis vrbis Rabbath pondus erat talentum auri, *2. Reg. 12. Paralip. 20.*

Talento auri Rex Aegypti terram Israel condemnauit, *2. Paralip. 36. 3. Esd. 1.*

Omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis talentum (kickar) auri purissimi, *Exodi 25.* Talentum intelligitur sacrum, quod facit 12000. drachmarum: qui faciunt proportione Taciti duodecupli cum semisse, cum sit aurum purissimum, Coronatorum 18750. Georgius Agricola longe pluris æstimat, nimirum aureis Vngaricis 22928. & duobus momentis.

II. Χρυσοῦ δέκα τάλαντα Aegisthus in specula sedenti promittit, *Homerus Odyss. 4.*

III. Hesychius meminit quadringentarum minarum: quæ efficiunt quinque talenta Ægyptia seu Attica octogenarum minarum. Vnde etiam discimus, quod, sicut Siclus dicitur & argenteus vnus, & quinque sexue argenti, hoc est, Sicli auri pretium: ita talentum dicitur non solum vnum simplex talentum: Sed & quinque sexue talenta, nempe talenti auri pretium, &c. Stanislaus Grsepsius *de Siclo & Talento.*

IV. Octo auri talenta, quæ Crassus in Parthos proficiscens, e templo Hierosolymitano abstulit, G. Agricola æstimat CLXXXIII. CCCCXIIII. Vngaricis, momentis sedecim.

Octo Talentorum auri crater, fœminis aurum de suo mundo conferentibus comparatus, qui Delphos dono mitteretur, Plutarchus in *Camillo.*

V. X. Auri Talenta Polybus Rex in Ægypto Menelao dono dedit, Homer. *Odyss. 4.*

X. Millia talentorum auri Crassus e templo Hierosolymitano abstulit, hoc est, sexaginta tonnas auri, Philip. *lib. 1. Chronic.*

VI. Talentis XX. auri Apelles pinxit Alexandrum M. Plin. *lib. 35. cap. 10. & lib. 3. fol. 260.*

Viginti auri talenta Regina Æthiopiæ Salomoni dedit, Ioseph. *lib. 8. pag. 241.*

XX. Auri talentis Demosthenes ab Harpalo, homine pecunioso, conductus ac corruptus est, ne contra se diceret, Plutarchus.

VII XXIX. Talenta auri DCCXXX. sicli ad siclum Sanctuarii, *Exodi 38.*

VIII. Triginta talenta auri Sennacherib Assyrius Ezechiæ Regi Iudæ imposuit, *4. Reg. 18. Ioseph. lib. 10.*

XXX. millia talentum auri Darius Alexandro offert pro matre & duobus filiabus virginibus, Curt. *lib. 4.*

IX. Ὅτι Περικλῆς ἐκεῖνος τὸν τῆς θεᾶς κόσμον ἄγοντα τάλαντα τεσσαράκοντα χρυσίου ἀπέφθου, Plutarch. περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, hoc est, *Pericles ille Spectaculi ornatum, talenta XL. auri excocti.*

X. L. Talentorum Babyloniorum aurea mensa, Diodorus Sicul. *lib. 3.*

L. Talenta auri Pausanias a Persis accepit, vt Spartam patriam proderet, Plutarch.

XI. Centum talenta auri appendit Esdras suis in patriam Iudæam profecturis, *Esd. 8.3. Esd. 8.*

Centum talenta aurea Erasistrato, Aristotelis filiæ genito, ob Antiochum Regem sanatum, a Ptolemæo, eius filio numerata sunt, hoc est, 60000. aureorum nummorum.

XII. CXX. auri talenta Regina Saba Salomoni donat, *3. Reg. 10.2. Paralip. 9.* Ioseph. *lib. 1. de Iudæorum antiquitate.*

CXX. auri talenta Hiram Salomoni mittit, *3. Reg. 9.* Joseph. *lib. 1. contra Appionem, pag. 923.*

XIII. CC. Talenta auri in templo Hierosolymitano, *2. Machab. 3.*

XIV. CCC. Talenta auri ex incendiis fluxisse, tradit Diodorus Siculus *lib. 2.*

XV.

XV. CDXL. auri talenta ad Salomonem ex Ophir attulerunt, 3. Reg. 9. 2. Paralip. 7. Iosephus lib. 8.

XVI. Vitem D talentorum auream Aristobulus Cn. Pompeio M. dono misit. Ioseph. lib. 14. Si de auri pondere intelligis.

XVII. DC Talentis auri obduxit domum Domini Sanctitatis Salomon, 2. Paralip. 3.

XVIII. DCLXVI auri talenta ex Ophir Salomoni annuatim vehebant, 3. Reg. 10. 2. Paralip. 9. Budæus lib. 4. de Asse.

XIX. DCCC talentorum statua Iunonis, apud Diodorum Siculum lib. [illegible]

DCCC talentis auri constat Chaldæis Iouis statua, mensa & [illegible] cum sella, Herodotus Historia 1. pag. 36.

XX. Iouis statua aurea mille talentorum Babyloniorum [illegible] quadraginta, in templo Babylonis, Diodorus Siculus lib. [illegible] [illegible] statua aurea tanti ponderis, ibidem.

XXI. [illegible] statua talentorum Babyloniorum DCCC, ibidem. Tres crateres aurei, Ioui dicatus talentorum Babyloniorum M[illegible] Talentorum DC.

[illegible] Talentorum auri ex Ophir parietibus templi incrustandis destinantur, 1. Paralip. cap. vlt.

Hyrcanus ab Antiocho pressus obsidione, Dauidis Sepulchro reserato, [illegible] tria millia inde eruit, auroque pacem redimit, Ioseph. lib. [illegible] fol. 4[illegible]. [illegible] additur vel auri vel argenti.

[illegible] millia Talentum auri Sardanapalus cum liberis ad Ninum [illegible] bell[illegible], Ctesias lib. 3. Persic. vt refert Athenæus lib. 12. pag. [illegible]

XXII. IIII[illegible]DCLXXX. auri talenta Euboica, apud Herod. lib. 3. Budæus lib. 4. de Asse.

XXIII. VM auri ceruical Regium Regum Persiæ, Athenæus [illegible] Coronatorum 30000000. Budæus lib. 4. de Asse.

XXIV. Ad VIII. Millia Talentorum auri M. Crassus Iudæis abstulit, Ioseph. lib. 14. cap. 13. ἀρχαιολ.

XXV. XIIIIMDLX tal. auri a Budæo lib. 4. de Asse æstimantur Coronatorum 8560000.

XXVI. XV Talentorum auri Tolossæ inuenta, Strabo lib. 4.

XXVII.

XXVII. XXXM Talentorum auri Darius Rex Perſarum pro trib. perſonis Alexandro λύτρον offert, Curtius *lib.4.* Budæus *lib.4. de Aſſe.*

XXVIII. CM Talentorum auri Dauid ad templi ædificationem præparauit, *1. Paralip.11.& 20.* Budæus *lib.4. de Aſſe* dicit hæc minima computatione facere, 1000000. decies centena millia talentorum argenti, quippe proportione argenti ad aurum decupla.

XXIX. τάλαντα μυριάδων νξ′ Talentorum 4600000. h.e. ſexies & quadragies centena millia in templi Hieroſolymitani ſtructuram impenſa, Euſeb. *lib.9. præparat. Euangelicæ pag.265.*

XXX. χιλίας χρυσίου μυριάδας ταλάντων, 10000000. Sardanapalus in pyram congeſſit, cum his mox conflagraturus, Athenæus *lib. 12.* Budæus *lib.4. de Aſſe ex Cteſia*, hoc eſt, centies centena millia auri 10000000. Si Babylonia Talenta intelligis LXX. minarum centenariarum, quippe centum drachmarum Atticarum, facit proportione duodecupla Platonis argenteorum vncialium, 12500000000. Vngaricorum aureorum 70000000000. Septingenties millies centena millia. G. Agricola accipit talenta Attica ſexagenaria, & taxat Vngaricis 57300275757. momentis 38. hoc eſt, quingenties ſeptuagies ter millies & bis centenis ſeptuaginta quinque millibus ſeptingentis quinquaginta ſeptem.

XXXI. Argenti & auri non ſignati plusquam nouem millia Talentum Alexander M. captis Suſis accepit, Diod. Sicul. *in Alexandro anno ſexto.*

F I N I S.

INDEX RERVM.

A.

)(Bbb Dextan-

B.

C.

D.

Dena-

Mone-

au-

V.

X.

Y

Z.

OPERVM MATTHAEI HOSTI

Tomus II.

Quod continet

TRES LIBROS

DE

VETERIBVS MENSVRIS PONDERIBVS ET MENSVRIS INTERVALLORVM ROMANIS GRAECIS, HEBRAICIS, ET EXTERNIS

In his tribus Libris

Accurata ratione primum inter ſe conferuntur veteres menſuræ, pondera &c.
deinde quoad fieri poteſt, ad menſuras germanicas, & potiſſ. Marchicas
ita quoque exiguntur & exequuntur,
vt quisque ſuæ patriæ menſuras ad illas veteres commode exigere poſſit.

CVM INDICE COPIOSIORE

Viuitur ingenio, cætera mortis erunt.

LEVIT. XIX.

Non facietis iniquum bameſurah in menſura: bamiſckal in pondere: bamiddah in diuerſione ſcilicet fundorum. Additur & quartum: bamiſpath, hoc eſt, in iudicio. Itaque & ego peto, ne quis de meis ſcriptis prius temere iudicet, quam certo cognouerit.

ALMAE

CELEBERRIMAEQVE ACADEMIAE FRANCOFVRDIANAE MARCHIONVM AD ODERAM
ET INCLYTO SENATVI CVIVSLIBET CELEBRIORIS OPPIDI CIVITATIS MARCHICAE BRANDENBVRGICAE

MATTHAEVS HOSTVS

VTRIVSQVE ALVMNVS ET CIVIS
S. P. D.
ET FELICEM IN REBVS TAM PRIVATIS QVAM PVBLICIS
RECTE GERENDIS SVCCESSVM PRECATVR.

AMpliſſimi atque ornatiſſimi viri, eruditione, ſapientia, virtute, autoritate & vera pietate praſtantiſſ. amici & patroni reuerenter colendi: Magnam eſſe diſſimilitudinem, neque eandem ſed propemodum diuerſam rationem & conditionem illorum ſcriptorum, quæ ab excellentibus viris

ad erudiendos homines in vulgus eduntur, in confesso est. Nam multi magni viri, ingenio præstantes & solida variaque eruditione bene exculti, præclara sui ingenii monumenta, quibus humanum genus in omnibus vitæ partibus apud omnem posteritatem vtiliter eruditur, in lucem emittunt: Qui absque magno fere labore, sola ingenii vi, naturæque bonitate velut e locupletiss. pœnus depromunt: vberrimoque fonte sua inuenta profundunt. Multi vero contra, quibus tanta ingenii fœcunditas non contigit, quod illis diuina quadam ingenii facultate donatur, idipsum hi vix magnis laboribus ac vigiliis assequuntur: vt aliquid laude dignum & quod eruditis auribus probetur, in medium adferant, & in hominum vsum in publicum edant. Mihi profecto, vt de aliis iam nihil dicam; magnis laboribus assiduoque studio constant ea, quæ conscribo, & in lucem edo. Multa enim eruditæ antiquitatis monumenta mihi fuerunt euoluenda: multi libri veteres tam sacri quam profani in vtraque & græca & latina lingua perlegendi, vt aliquid tandem conficerem, quod politioris literaturæ studiosos nonnihil adiuuaret: & vnde fructum aliquem lectione dignum perciperent. Et quod ingenio defuit, idipsum longioris ætatis beneficium compensauit: nonnihilque opis ad hanc rem attulit. Superaui enim ἑνδεκάτην ἑπτάδα; hoc est, vndecimum septenarium numerum annorum climactericorum: ingressus iam sum ætatis annum septuagesimum octauum.

Duo autem potissimum argumenta in hac nostra Academia Francofordianâ meis scriptis pro ingenii captu erudite explicanda, perspicue declaranda & copiose illustranda suscepi. Quorum prius quidem est Historia Rei nummariæ veteris Romanæ, Græcæ, Hebraicæ, & externæ. Alterum vero est de Mensuris, Ponderibus, & de Mensuris interuallorum veteri-

bus Romanis, Græcis, Hebraicis & externis. Illud quidem ante sex annos in publicum emisi: hoc vero iam, idque meis impensis amore studiorum elegantiorum publici iuris faciam. Ideo autem hæc duo argumenta tractanda, & diligenter explicanda suscepi: vt, quæ adhuc obscuriora esse videbantur, pluribus exemplis & testimoniis locupletarem & illustrarem: & sic ad captum discentium aptiora redderem. Etsi enim multi clarissimi viri Itali, Galli, Hispani & Germani in hac vtraque materia magnopere elaborarunt, desudarunt bonamque operam nauarunt: id quod ipsorum libri doctiss. hac de re scripti & editi abunde testantur: nihilominus tamen operæ precium esse putaui: vt quadam commodiore ratione, via & methodo, quæ rudioribus aptior esset denuo explicarem.

Porro ad hoc scribendi studium tum primum animum appuli, cum iam me didicisse non pœniteret: & nonnihil profecissem: cum iam & ætas maturior accessisset, iudicium quoq; magis confirmatum esset: vt solidum meorum studiorum fructum tandem perciperem. Ad hoc enim scribendi negocium non temere est properandum: quod multorum iudicia sunt subeunda. Itaque non nisi maturo iam iudicio sensim est accedendum. Quamobrem cum mihi hoc semel certo proposuissem: in hac doctrina colligenda & expolienda versari cœpi, & toto pectore occupatus fui ac desudaui annos viginti & amplius: tam inde a peste superiore, quæ hic Francofordiæ anno LXV. grassata est: vt illud ocium, quod mihi vocationis negocia concedebant, in publicum vsum conuerterem, iis, qui hisce scriptis eruditis delectantur, gratificaturus. Hoc ocium multi aliis rebus iucundis fallendi temporis caussa tribuere solent. Et primum quidem: quemadmodum in talibus scriptionibus fieri solet, rudem quandam syluam collegi, & in aduersariis congessi: quam mox in certos locos nonnihil digessi.

 Itaque

Itaque ante annos sedecim nudum compendium Rei nummariæ veteris, velut extremis lineis adumbratum in gratiam studiosorum in publicum emisi. Sed postea idem argumentum, & hoc alterum de Mensuris, Ponderibus & de mensuris intervallorum in certum ordinem redegi, & in suos locos distribui excolendo, exornando, sæpius transscribendo, & instar vrsæ informem suum fœtum lambendo, ita expoliui & illustraui, vt mox velut in codicem referrem: & cum iam editioni matura esse videbantur, mox publici iuris facerem.

Duabus autem præcipue de causis tantos labores amore studiorum elegantiorum sponte suscepi, primum vt & Marchiæ patriæ dulciss. & almæ Academiæ matri chariss. θρεπτήρια, hoc est, nutricia & præmia educationis & institutionis grato animo reponerem. Nam in illa quidem natus & educatus sum: in hac vero liberaliter institutus & eruditus, vtriusque alumnus & ciuis. Veni in hanc Academiam adolescens, anno vicesimo septimo, studiorum sumptus aliquot annos, quantum satis erat liberaliter suppeditante viro opt. Benedict. Lintholto Consule Strausbergensi, de quo alias plura. In hac schola institutus sum sub magno duce & præceptore clariss. viro D. Iodoco Willichio Borusso Resselliano: postea compatre, affini & amico singulari, Medicinæ Doctore doctiss. a cuius latere nunquam discessi, cuiusque castra, dum vixit, annos viginti quinque perpetuo sectatus sum. Is est, qui propemodum primus & præcipuus in hac schola bonas literas excitauit, & elegantiores Musas velut ab exilio domum reuocauit. Nam suis auditoribus, quos semper frequentes habuit, optimos quosque autores veteres tam sacros quam profanos in vtraque & latina & græca lingua & publice & priuatim assidue fideliterque enarrauit: vnde elegantior literatura sensim auditoribus instillatur, & imbibitur, coalescit & longius

pro-

propagatur: fœda vero barbaries, bonarum literarū pestis exitiosa, profligatur, eiicitur, & procul a Musarū castris fugatur. Iodoci Willichii ducis optimi vestigiis insistens & ego, vt boni quoque ciuis officio fungerer, cum mihi munus publice docendi in hac schola commendatum esset, optimos quosque autores veteres in vtraque lingua meis auditoribus & ipse tam priuatim quam publice proposui, & bona fide enarraui: vt & ipse una cum aliis quibusdam meis collegis aliquid opis ad alendam & conseruandam elegantiorem literaturam pro virili conferrem. Docui itaque in hac nostra Vniuersitate vltra annos quinquaginta ab anno tricesimo quinto. Et hac ratione in hac rep. literaria bonum quoque ciuem me satis abunde declarare volui: quod pietas ipsa quoque suadebat.

Etsi vero, vt olim Athletæ rude donabantur, & immunitatem consequebantur: ita & ego donandus essem illo priuilegio, quod leges doctis concedunt: nihilominus tamen dum vires permittunt, meo officio diligenter porro fungar, nec vnquam eidem defuturus sum.

Hæc prima quidem causa est, cur tantos labores sponte susceperim & constanter exhauserim.

Altera vero causa est, vt hisce meis scriptis qualibuscunque, potiss. meis Ciuibus Marchicis, & quibus hæc solidior ac elegantior in hoc doctrinæ genere vtiliss. rerum cognitio, liberaliorque eruditio serio curæ est, gratificarer: ad profligandam e scholis barbariem. Nam ante sex annos & ope bonorum & meis quoque præcipue sumptibus in publicum emisi Historiam Rei nummariæ veteris. Quod opus quanti apud exteras quoque nationes eruditi faciant, id ipsorum literæ, etiam publicæ satis testantur: vt de priuatis iam nihil dicam. In hoc enim opere rem nummariam veterem tanta perspicuitate, vt prorsus confido, declaraui, vt etiam præstan-

tes viri multi, quibus hos quinque editi operis libros videre contigit, sibi abunde in hoc scripti genere a me satisfactum esse existiment, & mihi pro exhaustis tantis laboribus suscepti absolutique operis reuerenter gratias agant, & ad reliqua, quæ domi adhuc apud me in aduersariis contineo, edenda, sedulo adhortentur. Vt autem, quid in singulis illis quinque de Re nummaria veteri libris contineatur, illi quoque, qui id opus nondum viderunt, cognoscant: hic paucis initio explicandum esse duxi,

Nam in primo quidem libro, præter alia quædam, quæ ad rem nummariam proprie pertinent, nummorum veterum generales appellationes recensentur & explicantur. Hæ autem appellationes a quatuor causis fere sumuntur: nimirum a materia; a forma, ab efficiente & a fine. Ac materia quidem nummorum hic præcipue est triplex, in tribus præcipuis linguis, latina, græca & hebræa: quippe æs argentum & aurum apud Romanos; sic χαλκὸς ἄργυρος *&* χρυσὸς *apud Græcos: postremo Nachus, Kesepb & Zabar, &c. apud Hebræos. Ex hac enim triplici materia eiusque iusta temperatura & pondere nummi omnibus fere seculis præcipue percutiuntur. Quod autem aliquando ex alio quoque metallo, præter hoc triplex, item ex aliis rebus nummi feriantur & apud exteras gentes olim formati sint, alicubi quoque in hoc opere nummario declaratur suo loco.*

Deinde nummi nonnulli veteres a forma quoque nomen acceperunt, vt sunt apud Romanos pecunia, victoriatus, Bigates &c. βοῦς, ὀβολὸς, γλαῦξ, κόρη, παρθένος, χελώνη *&c. apud Græcos. Persico nummo inscriptus fuit* τοξότης, *hoc est sagittarius: de quibus suo loco dicitur.*

A causa efficiente sunt nummi, ut νόμισμα, φιλιππεῖον, ἀλεξανδρεῖον, δαρεικὸν; *Item* νόμος, νοῦμμος *&c.*

Sed

Sed a causa finali sunt Moneta, χρήματα, &c. Quæ omnia suo loco diligenter recensentur & perspicuè explicantur.

His subiungitur perspicua nummi definitio, & variæ diuisiones. Hæc & quædam alia primo libro insunt.

In secundo vero libro huius Historiæ diligenter enumerantur & perspicue declarantur nummi veteres Romani. Addita hic est quorundam nummorum Rom historica narratio copiosior: vt æris seu assis, sestertii, denarii, &c. quæ lectorem non oscitantem exhilarare potest.

Tertius liber totus tribuitur enumerationi & explicationi nummorum veterum Græcorum. Additur & hic longior narratio historica de Drachma, de Mina, de Talento, &c. In hoc quoque ordine enumerantur & explicantur nummi quidam externi, Asiatici & Barbarici: quorum mentio passim extat apud veteres autores.

Quartus liber continet nummos veteres Hebraicos: qui in sacris Bibliis passim inueniuntur, cum quorundam historica narratione, vt de Siclo, Keseph, Talento hebraico, quod Hebrais est Kickar.

In quinto & vltimo libro suscipitur explicatio nummorum veterum Aureorum Romanorum, Græcorum, Hebraicorum, & externorum. Enumerantur hic ex probatis autoribus variæ argenti ad aurum proportiones. Item de Aureo & Solido Rom. de Solido aureo Rom. Item de nummis aureis Græcis & externis: de aureo hebraico: de libra & mina auri. De libra auri narratio historica. De Talento auri. De Talento auri historica narratio.

In hac tota Rei nummariæ veteris historia, conatus quidem sum nummos veteres Romanos, Græcos, Hebraicos & externos cum inter se accurate conferre: idque testimoniis

grauiss. autorum veterum confirmare: tum vero ad nummos hodie vsitatos, Germanicos & Gallicos exigere: eisque exæquare, vt collatio facilior expeditiorque esset. An vero id aliquo modo assecutus sim, quod quæro aliorum iudicium esto: modo de tantis rebus candide iudicare velint. In hunc sane finem tantos labores suscepi, & feliciter, vt spero, tandem exhausi. Vt autem aliis quoque, qui opus illud meum nondum viderunt, nonnihil innotescat ratio illa conferendi nummos veteres, quædam exempla ex edito Opere adferam.

I.

Apud Liu. Lib. 1. ab V.C. extat census Ciuium Rom. in quinque classes distributus, nummo Rom. descriptus. Dionysius Halicarnassæus Græcus autor lib. 4. ἀρχαιολ. Censum vocat τίμημα, & nummo Græco explicat per minas Atticas. Ac primæ quidem classis census Liuio est C M æris 100000. qui maximus quoque fuit: a quo ciues Romæ centenarii sunt appellati. Hæc centum millia æris faciunt H S 40000, hoc est sestertium quadraginta millia, Denariorum Rom. 10000. Dionysius recte interpretatur centum minas. Hæ centum minæ Atticæ sunt centenariæ, a centum drachmis, quæ denariis Rom. pares sunt, dictæ. Hæ centum minæ Atticæ faciunt itidem denariorum Rom. 10000. H S 40000. æris 100000 centum millia, Coronatos Gallicos 1000, nummos argenteos vnciales Ioachimicos 1250.

Secundæ classis census Liuio est æris L X X V M 75000. quæ faciunt H S 30000, denarios 7500 coronatos 750, Ioach. vnciales 937. cum semisse. Dionysius recte L X X V Minas interpretatur: quæ faciunt drachmas Græcas seu denarios Rom 7500. H S 30000. æris 75000. Coronatos Gallicos 750. Argenteos vnciales Ioach. 937. cum semisse.

Tertiæ classis census Liuio est L M æris 50000. quæ faciunt H S 20000, denariorum 5000. Dionysio sunt 50 minæ: quæ

faciunt

faciunt itidem 5000 drachmarum, H S 20000; æris 50000, coronat. 500. Argent. vnc. Ioach. 625. cum semisse.

Quartæ classis census apud Liuium est æris XXV M: apud Dionysium sunt XXV minæ: quæ faciunt æris 25000, denarios seu drachmas 2500, H S 10000, coronatos Gallicos 250. Argenteos vnciales, Joachimicos 312. cum semisse.

Quintæ & infimæ classis census Liuio est æris XI M: quæ faciunt H S 4400, denarios seu drachmas 1100, coronatos Gallicos 110, argenteos vnciales Ioachimicos 137 cum semisse. In hoc vero censu Dionysius a Liuio dissentit. Habet enim minas XII cum semisse, vt sit superioris pars media, seruata proportione: quæ faciunt æris XII M D 12500. H S 5000, denarios 1250. coronatos 125. Argenteos vnciales 156. cum quadrante. Superat itaque hic Dionysii census Liuii censum æris 1500. quæ faciunt H S 600. denarios seu drachmas 150. coronatos, 15, argenteos vnciales Ioachimicos 18. cum tribus quadrantibus. Hæc ex Liuio & Dionysio sunt allata.

II.

AEris grauis XV Millibus Camillus condemnatur, vt est apud Liuium lib. 5. ab V. C. quæ faciunt H S 6000. denarios 1500. Plutarchus in Camillo vocat μυρία καὶ πεντακισχίλια ἀσσάρια, hoc est, Quindecim millia assium seu æris: & interpretatur χιλίας καὶ πεντακοσίας, hoc est, Mille & quingentas scilicet drachmas facta diuisione per denarium.

III.

Nummos sestertios centenos Galba apud Othonem Imp. cœnans coborti, excubias agenti, viritim diuisit, vt est apud Cornelium Tacitum lib. 17. Suetonius Tranquillus in Othone tit. 4. idem sic repetit: Quoties cœna Principem acciperet, aureos excubanti coborti viritim diuidebat. Plutarchus in Galba idem sic habet: χρυσοῦν ἑκάστῳ διανέμων, hoc est, Aureum

cuique distribuens. Hic exæquantur tanquam prorsus eadem: Centum nummi sestertii, aureus, & χρυσοῦς. Fuit itaque hic χρυσοῦς & aureus nummus Romanus δίδραχμος pondere duarum drachmarum, centum sestertiis quidem, denariis vero seu drachmis 25. æstimatus, proportione argenti ad aurum duodecupla cum semisse apud Cor. Tacitum.

IV.

Strabo lib. 5. refert: Murem in obsidione Casilini oppidi veniisse CC drachmis: Valerius Maximus lib. 7. cap. 6. CC denariis venditum scribit. Hic exæquantur & æquales censentur & pondere & valore Denarius nummus Rom. & drachma Attica nummus Græcus. Plinius vero l. 8. c. 57. habet CC nummos, genere pro specie posito.

V.

Apud Plutarchum in Antonio est τῶν φίλων τινι μυριάδας ἐκέλευσε πέντε καὶ εἴκοσι δοθῆναι τοῦτο ῥωμαῖοι δέκιες καλοῦσι. Plutarchus hic confert nummos Græcos cum Romanis. Decies per geminam Eclipsin apud Latinos dicitur s. pro decies centenis millibus H S sestertium, 1000000. Facit æris vicies quinquies centena millia: 2500000. Quinque & viginti myriades s. drach. 250000. faciunt totidem s. ducenta quinquaginta millia 250000 denar. 25000. coronat. 31250 arg. unc. Ioach.

VI.

Idem Plutarch. in Antonio sexagies 6000000. s. H S h. e. sexagies centena millia sestertium, recte interpretatur CCL talenta s. Attica minora sexagenaria s. LX minarum Atticarum quæ per 600 quidem multiplicata faciunt coronat: 150000, per 750. vero si multiplicaueris, evadent 187500 argent. unc. Ioach. æris sunt 15000000 centies & quinquagies centena millia, Denariorum 1500000 quindecies.

Centies

VII.

Centies H S 10000000 Dio interpretatur C C L Myriades ſ. drachm. 2500000, ſi centies H S per quatuor diuiſeris.

VIII.

Trecenties & ſexagies H S 36000000, apud Plutarchum in Pompeio ſunt M D talenta, h. e. Mille quingenta: facit denariorum nonagies 9000000, coronat. 900000, nongenta millia, Argent. vncial. & quinquaginta millia.

IX.

Bis millies & quadringenties ſcilicet H S 240000000 Cic. ipſe in Orat. pro Rabirio Poſthumo recte interpretatur X millia talentorum. Facit denariorum 60000000 ſexcenties C M: coronat. 6000000 ſexagies, Argent. vnc. Ioach. 7500000 ſeptuagies quinquies C M.

X.

Ter millies & quadringenties ſcilicet H S 340000000. vectigalia Pop. Rom. a Pompeio M. aucta refert Plutarchus ipſe, & interpretatur octo millia & quingentas Myriades ſcilicet drachm. Denar. 85000000. facit totidem ſ. 85000000, & effertur latine octingenties & quinquagies C M denariorum. Coronat. 8500000, quinquies & octuagies C M. Argent. vncial. 10625000, centies & ſexies centena & viginti quinque millia.

XI.

Quater millies H S & amplius Narciſſus, Claudii Principis libertus, poſſedit, vt eſt apud Dionem, 400000000, Dio ipſe in Nerone exponit μυριάδας μυριάδων 100000000. ſ. drachm. numero per quatuor diuiſo: & effertur latine 100000000 millies ſ. C M drachmarum. Facit coronat. 10000000 centies ſ. C. M. Argent. vnc. Ioach. 12500000 centies vicies quinquies centena millia: æris ſeu aſſium Rom. facit 1000000000 decies millies centena millia.

Hæc & multa alia perſpicue in hac Rei nummariæ veteris

ris historia explicantur: vnde veterum nummorum inter se & nostratium collatio non ita difficilis futura est, vt spero.

De his autem omnibus lubens aliorum eruditiss. virorum iudicium exquisitum quoque audiam. Quibus si abunde satisfaciam, est quod gaudeam: sin minus euentus expectationi respondet: conatus tamen est praeclarus, & suam laudem meretur: quod nihilominus non parum vtilitatis ex hisce meis Commentariis ad candidum lectorem redundet, vt prorsus confido. Multae enim res obscurae & intricatae, quae magnis laboribus ex multis variisq; libris ab aliis conquirendae essent, in his quinque libris perspicue declarantur: vt sunt multarum variarumque rerum apud antiquos precia: Imperatorum, & Regum donativa: Principum populorumque congiaria: Medicorum & artificum ampliss. stipendia: vrbium & ciuitatum opes, reditus, vectigalia, &c. aliquorum aes alienum: Principum profusiones, largitiones, &c. Quae omnia rectius aestimantur, si quis eruditiorem notitiam veterum nummorum attulerit. Haec de priore opere nummario veteri, ante sex annos edito, hic paucis repetere volui.

Alterum autem argumentum, quod meis scriptis declarandum & illustrandum suscepi & iam edo, in tres libros a me distribuitur. Quorum primus continet copiosam enumerationem & perspicuam explicationem mensurarum veterum Romanarum, Graecarum, Hebraicarum & externarum, rerum tam liquidarum quam aridarum.

In secundo libro eadem cura enumerantur & ordine explicantur Pondera antiqua Romana, Graeca, Hebraica & externa.

Tertius & vltimus liber tribuitur enumerationi & declarationi illarum mensurarum, quibus interualla: h.e. agros, fundos, hortos, vineas, &c. metimur. Quae itidem sunt Romanae, Grae-

Græca, Hebraica & externa. Hæc autem tria genera sub vno communi genere continentur, quod est μέτρον apud Aristotelem.

Extat autem seuera vox diuina: ne quis in his negociis & contractibus proximum defraudet. Sic enim est Levit. 19. Nolite facere iniquum bamesurah: h. e. in mensura: bamiscal. h. e. in pondere: bamiddah. h. e. in dimensione s. agrorum, &c. In talium enim rerum negociis & contractibus alii alios potiss. decipere & defraudare solent. Quamobrem quantus sit horum omnium vsus, & quantæ vtilitates, reipsa experiuntur omnes, quotquot in bonis autoribus & veterib. libris: tam sacris quam profanis, in tribus præcipuis linguis, Latina, Græca & Hebræa assidue versantur, & eos cum fructu nauata opera legere & intelligere instituunt.

His tribus libris alia quædam opuscula non minus iucunda quam lectu digna propter insignem vtilitatem adduntur: quæ postea tomo tertio sequuntur.

Porrò hujus meæ scriptionis mihi sunt honestiss. & grauiss. caussæ: quæ me ad scribendum impulerunt. Primum enim ratio publici muneris docēdi, quo fungor, me monuit mouitque, vt in hoc studiorum meorum curriculo inueniar ciuis fidelis ac industrius: vt quæ longo rerum vsu & attenta lectione optimorum autorum obseruaui, eadem bonis quoque, qui elegantiore iteratura delectantur, liberaliter communicem.

Deinde nulla quidem vana gloria hic captatur: sed publica vtilitas, & literarum politiorum studiosos iuuandi amor ac studium incitat atque impellit, vt & ipse nonnihil opis adferam ad fœdam barbariem, quæ iam denuo multorum incuria passim in scholas inuadit, profligandam & extirpandam. Sed mirum dictu est & turpe auditu, quam imperite & indocte iuuentus passim in scholis doceatur ac instituatur, in hoc vtroque argumento, quod meis scriptis illu-

stran-

ſtrandum ſuſcepi. Nam in Re nummaria quidem ſic paſſim docetur: Obolus ſignificat ein Heller / *nummus & denarius* ein Pfennig / *quod absque ulla ratione ſic docetur. Obolus enim eſt nummus Græcus Atticus, drachmæ nummi Attici pars ſexta: & valet nummulos Miſnicos ſex. Nummus vero & denarius ſunt nummi Romani: ac nummus quidem, cum genus eſt, generaliter pro qualibet pecunia vſurpatur: quando vero ſpecies eſt, idem eſt quod ſeſtertius Rom. & eſt quarta pars denarii & valet nouem nummulos Miſnicos, hodie ſolidum Lubecenſ. & Luneburg. Sed denarius nummus Rom. idem valet, quod drachma nummus Atticus: nimirum tres groſſ. Miſnic. Quam turpiter hic aberratum ſit, ſi ad nummos antiquos reſpicias, quis non videt? Quid dicam de Menſuris & Ponderib. &c? Ego in toto opere fœdos errores etiam quorundam eruditorum demonſtro. In hunc itaque vſum, vtrumque opus in publicam vtilitatem conſcripſi & edidi, vt meis ſcriptis adiuti in publicis locis docentes iuuentutem a primis ſtatim annis rectius erudiant. Sed quotidiana experientia experimur, eruditiſſ. quæque ſcripta vulgo negligi ab iis, qui ad quæſtuarias artes & neglectis & contemptis elegantioris ſolidiorisque eruditionis fundamentis parum conſiderate properant. Decebat magiſtratum maiore cura in hanc rem incumbere: vt iuniores a primis ſtatim annis ab eruditis præceptoribus bene inſtituantur. Præclare quidem Rep. merentur omnes, quotquot aliquid laboris eo impendunt, vnde nonnihil vtilitatis ad ſocietatem hominum redeat. Multo vero præclarius de omni poſteritate merentur, qui rem literariã elegantiorem illuſtrant & augent: vt bonæ literæ latius propagentur, & fœda barbaries, ne radices altius agat, extirpetur. Qua de re præclara extat ſententia apud Cic. l. 1. de Offic. quæ eſt: Docti non ſolum viui ac præſentes ſtudioſos diſcendi*

ſcendi

scendi erudiunt atque docent: sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur.

Vt autem hoc ingrato seculo non semper præmia laboribus digna respondeant: hæc tamen ingratitudo neminem ab honesto bene merendi studio deterrere debet. Isocrates, Atticæ eloquentiæ facile princeps, initio statim sui Panegyrici peruersa hominum iudicia valde admiratur: Qui fiat, cur apud veteres in ludis Gymnicis Athletis quidem ampliss. præmia honoraria constituta sint: qui momentanea tantum voluptate suos spectatores perfunderent: Doctis vero, qui præclaris ingenii sui monumentis non præsentes solum, sed & omnem posteritatem erudiunt, nulla talia præmia sint proposita? Idem in quadam epistola ad Mitylenæos sic in eandem sententiam scribit: θαυμάζω δ᾽, ὅσαι τῶν πόλεων μειζόνων δωρεῶν ἀξιοῦσι τοὺς ἐν γυμνικοῖς ἀγῶσι κατορθοῦντας μᾶλλον, ἢ τοὺς τῇ φρονήσει καὶ τῇ φιλοπονίᾳ τῶν χρησίμων εὑρίσκοντάς τι. καὶ μὴ συνορῶσιν, ὅτι πεφύκασιν αἱ μὲν περὶ τὴν ῥώμην, καὶ τὸ τάχος δυνάμεις συναποθνήσκειν τοῖς σώμασιν. αἱ δ᾽ ἐπιστῆμαι παραμένειν ἅπαντα τὸν χρόνον, ὠφελοῦσαι τοὺς χρωμένους αὐταῖς. *h. e. Admiror autem quotquot ciuitates maioribus præmiis dignos esse censent eos, qui in Gymnicis ludis se recte gerunt potius, quam qui prudentia & industria vtile aliquid inueniunt. Neque considerant, quod roboris quidem & celeritatis facultates ita natæ sint, vt cum corporibus simul emoriantur: scientiæ vero per omne tempus durent, adiuuantes eos, qui eis vtuntur.*

Scripsit autem Isocrates hanc epistolam ad Mitylenæos, Lesbi insulæ populos: qua intercedit pro Agenore Musico, suorum nepotum magistro: & ab illis petit, vt hunc, cum sit excellens Musicus, propter ingenii artisque excellentiam ab exilio in patriam reuocent, & in pristinum dignitatis locum resti-

restituant, arti Musicæ honorem habituri. Vtut autem mundus sit ingratus, & vulgi iudicium de reb. præclaris peruersum: nihilominus tamen omnes bonos valde consolatur: quod vir clariss. Philip. Melanch. ad Ioach. Camerarium; de literis elegantioribus præclare meritum, scribit: Doctos propter bonos libros editos recipi in æterna tabernacula.

Satis hactenus dixi de caussis suscepti operis vtriusque: nunc dicam de dedicatione. Nam prius quidem opus Nummarium Illustriss. Principibus Marchionib. Brandeburg. D. Iohanni Georgio Electori, S. Imp. Rom. Archicamerario, patri, & D. Ioachimo Friderico Archiepiscopatus Magdeb. Administratori filio, vt patribus patriæ, Dominis meis clementiss. dedicauerim. Æquissimum esse duxi, vt hoc alterum meum opus, quod de Mensuris & Ponderibus conscripsi, honestis de causis inscriberem ac dedicarem primum almæ ac celeberrimæ Academiæ Francofordianæ: quæ vnicum & insigne totius Marchiæ Brandeburg. decus & ornamentum adhuc extat: quæ me recte instituit & liberaliter erudiuit: deinde Marchiæ dulciss. patriæ quoque, quæ me genuit & educavit, cuius rei præcipua caussa est, ut hac ratione meis ciuibus Marchicis in vtraque Rep. & literaria & politica præ aliis omnibus gratificarer, tanquam gratus alumnus & bonus ciuis. Vt pro tot tantisque in me beneficiis bonam gratiam habeam referamque. Merito profecto Deo Opt. Max. gratias ago, quod me tamdiu superstitem esse voluerit, vt grati animi significationem saltem declararem. Deinde altera caussa est, eaque præcipua: quod mensuras patrias in nostra Marchia vsitatas, satis accurate, vt spero, cum veteribus mensuris & sacris & profanis rerum tam liquidarum quam aridarum, quoad fieri potuit, contulerim: vt hisce meis commentariis adiuti,

eruditæ

eruditæ antiquitatis studiosi in bonis autoribus veteribus sine grauiore offensa porro versari possint. Amphora Romana, quæ alias Quadrantal quoque dicitur, ad pedem Rom. extructa, sextarios Rom. quadraginta octo continet: Hanc hic Francofordiæ ad Oderam diligenter sum emensus, & deprehendi eam ἀκριβῶς continere nostrates Nossellas itidem quadraginta octo: quot sextarios Rom. capit. Vnde certo constat & hanc Nossellam Francofordianam & sextarium Rom. veterem pares esse mensuras in liquidis: ita hemina Rom. æqua erit seminossellæ Francofordianæ. Hoc fundamento iacto in procliui erit, de aliis quoque mensuris omnibus rerum liquidarum tam de superioribus & sextario maioribus quam de minoribus & inferioribus, non solum de Romanis, sed & de Græcis, Hebraicis, & externis, recte statuere: cuiusque capacitatem cognoscere. Nam sextarius Rom. vt in tabula de Mensuris Rom. superiorum est pars aliquota, vt Congii sexta, Vrnæ vicesima quarta &c. Sic inferiores & se minores aliquoties capit, vt heminam bis, quartarium quater, &c. Vt autem Nossela Francofordiana par est sextario Rom. ita Nossellæ Marchicæ pleræque pares sunt, vt Brandeburgica ex noua Brenni arce missa, Stendaliana, Berolinica; Sic etiam de vasis cereuisiariis statuere licet. Tonna Francofordiana & Bernouiana, quæ vasa sunt cereuisiaria, pares sunt mensuræ: & vtraque continet nossellas Francofordianas ducentas & viginti, quartas centum & decem, quot libras Zygostaticas continet lapis centenarius κατὰ καταχρησιν sic dictus pondere Lipsico. Senatus veteris Arcis Brenni ante aliquot annos ad me misit suam Nossellam; quam parem esse dixi Nossellæ Francofordianæ & sextario Rom. Et asseritur: Tales nossellas 192. facere Tonnam cereuisiariam, quartas 96. Stufas

Stubichen 24. *Item huiusmodi nossellas 256. explere verum Omam, vas vinarium, Stufarum 32. capacem: quæ Oma duos* Emer *faciat. Sed Tonna Francofordiana cui Bernouiana par est, continet sua capacitate Nossellas Francofordianas, quæ hodie in vsu sunt, 220, quartas 110, vt dixi, quæ faciunt Stufas 27 cum semisse, vt emensio ipsa certo demonstrat. Inde colligeretur: Tonnam Brandeburgicam esse minorem Francofordiana suis nossellis 28, quæ faciunt quartas 14, stufas tres cum semisse. Sed de hac re quædam dicam infra in littera Q. in fine libri primi.*

Sextarius Rom. quidem capax est unciarum viginti mensuralium: Sextarius vero Atticus continet tantum uncias mensurales 18: qua ratione duabus vnciis, h.e. decima parte sextario Rom. minor est. Metretes Atticus capax est sextariorum Atticorum septuaginta duorum. Multiplica 72 per 18 euadent 1296 unciæ mensurales: has rursus diuide per 20, quot uncias Rom. sextarius continet, extabunt sextarii Rom. 64 cum quatuor quintis partibus. Bathus Hebraicus par est Metretæ Attico. Quare & hic bathus continet sextarios Atticos quidem 72. Romanos vero sexaginta quatuor cum quatuor quintis partibus, vt Nossellas Francofordianas. Ex his paucis de aliis mensuris rerum liquidarum facile iudicabis, & eas expedite inter se conferes. Ad mensuras vero rerum aridarum quod attinet, Volusius Mætianus, nobilis iureconsultus, Amphoræ Rom. quod ad capacitatem attinet, tres modios Rom. tribuit. Est autem modius Rom. mensura rerum aridarum, vt tritici, hordei, auenæ &c. Sex itaque modii Rom. amphoram bis complent. Eodem modo & nostras mensura, quæ hic Francofordiæ ad Oderam est vsitata, & nomen

habet

habet a scaphia, der Scheffel/*amphoram Rom. bis complet. Est itaque hac nostras mensura capax sex modiorum Rom. vt dimensio perspicue demonstrat. Eodem modo sex modii Rom. Medimnum Georgicum faciunt apud Gracos. Quare mensura Francofordiana a scapha dicta & Medimnus Gracus Georgicus, pares sunt mensura: qua capaces sunt sextariorum Rom. 96: seu potius libras mensurales Rom. 162 continent. Quod sic colligas licet: Medimnus Georgicus capit sextarios Atticos 108, cotylas Georgicas, qua 13 unciarum cum semisse capaces sunt, 144: ex quibus colliguntur uncia mensurales in rebus aridis: 1944. qua faciunt sextarios Rom. 97 cum quinta parte: libras Rom. 162. Et explent nostratem mensuram a scapha dictam* den Scheffel. *Supersunt uncia 24 h.e. sextarius Rom. cum parte quinta: quod vt non magni momenti in tanta mensura fere negligitur. Hac mensura a scapha dicta non, solum in nostra Marchica Brandeburgica fere tota: sed etiam in vicinis regionibus & ditionibus par esse deprehenditur. Dividitur autem hac mensura in sex modios Rom. in quator quadrantes, & in sedecim metas,* Metzen. *Cuique meta cedunt sex sextarii Romani. Nam sextarius Rom. ut & Gracus, vtraque metitur & liquida & arida: ut & alia mensura tam majores quam minores pleraque. Hac autem omnia passim in toto opere perspicue declarantur: vnde plenior cognitio petenda est. Itaque & in aridorum mensuris hoc sit fundamentum. Has caussas & graues & honestas non solum suscepti & absoluti Operis vtriusque, sed etiam dedicationis initio copiosius commemorare volui: ut omnes meum institutum in hoc literario negocio cognoscant.*

Quamobrem a vobis omnibus, amplissimi, magnifici, reuerendi & optimi viri, patroni & amici reuerenter colendi,

 aman-

amanter peto: vt hoc meum ardens erga rem literariam elegantiorem studium, & praclaram erga vos; vestros liberos & subditos voluntatem boni & aqui consulatis & me vestrum alumnum & ciuem, de meliore nota commendatum habeatis. In certam autem spem venio, vos hosce meos labores aquis animis astimaturos: vt, quos honestisf. de caussis exhausi, vestra liberalitate compensentur, & chalcotypia sumptus, quos feci, mihi veterano, qui vltra quinquaginta annos in vestra Academia & Marchia Brandeburgica docendo fideliter laboraui, benigne reddantur. Idquod Marchica ciuitati quidem honorificum, & non adeo difficile futurum arbitror, mihi vero gratissimum erit. Valete cum vestris chariss. quam rectiss. & vobis omnibus tam in domestica rei familiaris administratione, quam in reip. & literaria & politica gubernatione felicem rerum gerendarum successum, precor.

Datum Francofordia ad Oderam in ipsis feriis Pentecostes.

Anno a Christo nato CIↃ IↃC LXXXVI.

HOSTVS

Hostvs odoriferos Sophiæ progreſſus in hortos,
Quos,mihi quos flores, dixerat, vngue legam?
Sunt alii celebres aliis: vulgaria ſordent.
Nec iuuat e molli carpere ſerta iugo.
Plæraque docta licet, præſentia tempora rident.
Gratior exiſtet poſteritatis honor.
Dixerat: & grauium poſtquam monumenta virorum
Voluerat aſſidua ſollicitaque manu,
Hoc, quod habet iunctas verbis res verbaque rebus
Protulit ingenii diuitioris opus.
Sic foliis pendens exugit docta liquorem
Et dat, Apis, gratos lætificosque fauos.
Hos igitur manibus teneant gremioque libellos
Confoueant, rerum pondera quotquot amant.

MICHAEL HASLOBIVS,
Poëticæ Facultatis publ. in Academia patria Prof. F.

Εἰς τὴν τοῦ Ματθαίου Ὄστου ἀνδρὸς, ἐλλογιμωτάτου τε καὶ σπουδαιοτάτου περὶ τῶν μέτρων ἐξήγησιν.

Ὅστις ἀναγνῶναι ἀρχαίας οὐκ ἀλαπαδνάς
ἱστορίας φιλέεις καὶ βιβλία ἱερὰ θεῖα,
μηδὲ μόνον βουλάς τε δαῆναι μήδεά τ' ἀνδρῶν
ἔλδεαι, ἠὲ φαλὰς πέλεας ἀπερχὲς ἀλύσας
περθομένας τ' ἐλοῇσι μάχῃσιν καὶ πολέμοισιν.
ἀλλ' ἔτι μὴν καὶ ἐνὶ στήθεσσιν θυμὸς ἀνώγει
τῶν τε βάρων σταθμοὺς καὶ ὄγκων μέτρα μεταλλᾶν.
καὶ τὰ διαστασμένας ἐνὶ σῇσιν φρεσὶ νοῆσαι.
δεῦρ' ἴθι, τήνδε πρίω βίβλον καὶ πεύθεο τῆς δε,
ἐκπρεπέος περὶ πολλῶν δὴ καὶ ἐξόχου ἄλλων.
σοὶ δ' ἐγὼ τι τοῦτο μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύω.
οὐ γάρ πω τοίην σὺ ἴδεσκες, ὅπως μὲν οἴω.
βίβλον χρειώδη μάλα, κἀκ τοι ἐρῦσαι ἅπαντα
ὅσσα χρεὼν τοὺς ἐμμελέας ἄνδρας περὶ μέτρα
εἰδέμεναι, ἢ τῶν ἑλλήνων, ἠὲ λατίνων
ἠέ τ' ἰουδαίων ἐπαριστερόσε γραψάντων.
ἀλλ' Ὅστῳ σοφίῃσιν πολλὸν ἀμείνονι ἀνδρὶ
ὄντι καλαῖς τέχναις σεσοφισμένα εἰδότι πάντα
τιμῆς καὶ χάριτος λίην ἔκλυσον ἀμοιβάς.
ὅ, τι γὰρ ἐνταυθοῖ προτεθὲν δὴ ὁμιλαδὸν εἴδεις
πᾶν συνέλεξεν ὅγε σπουδῇσι πολυστρέαστιν.

ὁ ἰακώβος ἔβερτος.

LIBER I.

QVI EST

DE

MENSVRIS VETERIBVS
ROMANIS, GRAECIS, HEBRAICIS ET EXTERNIS.

De Mensurarum & ponderum antiquitate & vsu.

CAPVT I.

IMmensam suam bonitatem, summam sapientiam & admirandam iustitiam, cum aliis in rebus multis, tum vero in hoc quoq;, idq; vel maxime, DEVS OPT. MAX. ipse hominibus patefacere voluit: quod omnia μέτρῳ, ἀριθμῷ καὶ σταθμῷ διέταξε, h. e. *Mensura numero & pondere disposuit, vt Sapientiæ 2.* dicitur. Et 4. *Esdræ 4.* quoq; habetur: *Quoniam in statera ponderauit seculum: & mensura mensurauit tempora: & numero numerauit tempora.* De quo sapientiæ dicto est hoc elegans distichum:

Pondere, mensura, numero Deus omnia iusto
Condidit, his rerum constat vbiq; salus.

Nam, vt de rerum creatione nihil iam dicatur, his tribus velut vinculis hominum societas, vt communicatio rerum æquabilis & perpetua esset, diuinitus inter ipsos constituta, stabilita & deuincta est. Nam vt eas res, quas hæc communis vita desiderat, & quibus

 quo-

quotidianus vſus opus habet, homines certo numero, iuſta menſura & æquabili pondere inter ſe communicarent, Deus ipſe voluit & ſanxit: ne qua fraus, qua rudiores a callidioribus in tanta hominum improbitate, circumveniri ſolent, in emptionibus, in venditionibus & in cæteris contractibus interuenire poſſet. Caius Iureconſultus ait: *Mutui datio conſiſtit in his rebus, quæ pondere, numero, menſura conſtant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, l.1.ff. de Action: & oblig.* Idem quoq; ſic inquit *l.35 ff. de contrah. empt: Non tamen aliter videatur perfecta venditio, quam admenſa, appenſa, adnumerata ſint: & ibidem mox plura. Lex 30. ff. ad leg. Falcidiam* ſic quoq; ait: *Certis vero corporibus, & his ipſis ita relictis, pecuniam, quam in illa arca, vinum quod in illis doliis, pondus argenti, quod in illis horreis habeo.* Quibus verbis ea intelliguntur, quæ paulo antecedunt, i. his ſolis, quæ pondere, numero, menſura conſtant.

De his tribus eſt quoq; apud Xenophontem *lib.8.Cyr.Pædiæ*: τὰ δ' ἀριθμοῦντες καὶ μετροῦντες καὶ ἱστάντες πράγματα ἔχουσι: Quo ſignificat Xenophon: Diuites auaros ſibi fruſtra negocium faceſſere, & moleſtias exhibere, inaniq; labore defatigare numerando & metiendo & appendendo. Idem Xenophon *lib. 1.* Ἀπομνημ: ἃ ἔξεστιν ἀριθμήσαντας ἢ μετρήσαντας ἢ στήσαντας εἰδέναι: h. e. Quæ licet, vbi numerarint aut dimenſi ſint aut appenderint, noſſe. Ex his & multis aliis dubium eſſe nequit: vt numerorum, ita & menſurarum & ponderum vſum in communi ciuilis vitæ conſuetudine vel maxime eſſe neceſſarium. Porro de ſapientiæ loco diſputat L. Cælius *lib. 22. cap. 6.*

Horum autem vſum antiquiſſimum eſſe, certo argumento demonſtrari poteſt. Nam Cain, Adæ protoplaſti primogenitus, menſuras & pondera a primo ſtatim Mundi exordio inueniſſe traditur. Quod Ioſephus *lib. 1. cap. 2. ἀρχαιολ.* Iudaicæ teſtatur, cum de Cain loquens, inquit: *Placidam quidem quietem, qua homines prius inter ſe viuebant, menſurarum & ponderum inventione commutauit.* Græca verba, ſi quis forte deſiderat, hæc ſunt: καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην μὲν, ᾗ πρότερον συνέζων οἱ ἄνθρωποι, μέτρων ἐπινοίᾳ καὶ σταθμῶν μετέβαλε. Hæc eadem verba & Suidas repetit. Cum enim inſignis ſit in rerum vtilitas, & vſus in contractibus neceſſarius eſſet, Mundus eodem ſine incommodo diu carere non potuit. Sed Philoſtratus & Aulus Gellius,

ut Adrianus Iunius refert, Palamedem mensuras & pondera in obsidione Trojana invenisse tradunt. Quamobrem mensurarum & ponderum usum antiquissimum esse, hinc satis certo constat. Eadem vero mox apud varias gentes & populos, tanquam per manus tradita, & passim propagata fuerunt. Nam DEVS quoque ipse mensurarum & ponderum curam suo populo Israelitico serio mandauit, cum inquit *Deuteron. 25. Non erit in sacculo tuo lapis & lapis, maior & minor, non erit in domo tua ephah & ephah, maior & minor, lapis perfectus & justus erit tibi: ephah perfecta & justa erit tibi.* Quod LXX. sic transferunt: οὐκ ἔσται ἐν τῷ μαρσιππίῳ σου στάθμιον καὶ στάθμιον, μέγα ἢ μικρόν· οὐκ ἔσται ἐν τῇ οἰκίᾳ σου μέτρον καὶ μέτρον, μέγα καὶ μικρόν· στάθμιον ἀληθινὸν καὶ δίκαιον ἔσται σοι, καὶ μέτρον ἀληθινὸν καὶ δίκαιον ἔσται σοι: h. e. *Non erit in marsupio tuo pondus & pondus, magnum aut parvum: non erit in domo tua mensura & mensura, magna & parva: pondus verum & justum erit tibi: & mensura vera & justa erit tibi.* Vetus autem interpres sic transfert: *Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: non erit in domo tua modius maior & minor. Prov. 20.* dicitur: *Lapis & lapis, ephah & ephah. hæc ambo abominatio Domino.* Quod LXX. sic reddunt: στάθμιον μέγα καὶ μικρὸν καὶ μέτρα δισσὰ ἀκάθαρτα ἐνώπιον κυρίου ἀμφότερα, h. e. *Pondus magnum & parvum & mensuræ duplices: immunda coram Domino utraque.* Vetus interpres reddit: Pondus & pondus, mensura & mensura: vtrumque abominabile apud Dominum. Idem DEVS mandauit *Levit. 19.* quæ verba mox adferentur. Quamobrem quantæ curæ mensuræ & pondera DEO semper fuerint, hinc satis perspicuum est. Eodem modo & apud Ethnicos in Rebuspub. bene constitutis hæc res semper maximi fuit: Cuius rei, euidens argumentum est, quod certi Magistratus, qui, ne temere mutarentur, mensurarum & ponderum iustam curam rationemque haberent, olim deputati & constituti fuerunt. Primum enim ἀγορανόμοι in Græcæ urbibus passim constituti erant. ἀγορὰ præter alia est forum rerum venalium, est ipsa quoque annona & commeatus, & quæ ad victum necessaria in foro venire solent. Hinc dicti sunt ἀγορανόμοι, quibus fori, annonæ, & rerum in foro venalium inspectio & cura demandata fuit, ut est apud Aristotelem *lib. 4 de Rpub.* Adhæc, ut Suidas scribit, μετρονόμοι Athenis peculiaris Magistratus fuit, quindecim quidem in Piræo, novem vero in Vrbe, qui mensurarum &

ponderum curam suscipiebant: ne qua fraus inter vendentes & emētes interveniret. Eodem modo apud Romanos olim erant ædiles Cereales a Iulio Cæsare creati: quibus hæc cura incumbebat, ut conjicitur ex *l. 13. ff.* locati. Legis verba sic habent: *Si quis mensuras conduxerit, easque Magistratus frangi iusserit, siquidem iniquæ fuerunt.* Sabinus distingvit; ut scit conductor, an non: Si scit, esse ex locato actionem: sin minus, non. Quod si æquæ sunt, ita demum eum teneri, si culpa ejus id fecit ædilis: & ita Labeo & Mela scribunt. Hæc eadem cura in omnibus ciuitatibus & Rebusp. recte constitutis adhuc hodie durat. Interest enim societatis humanæ, ut hæc perpetua serie conserventur, & ad posteritatem integra transmittantur: ut homines vel hac ratione ad iustitiam & æquabilitatem assuefiant, & in officio contineantur. Etsi vero mensuræ & pondera, quæque in suis ciuitatibus, semper certa & nota fuerunt, quod in quotidiano vsu essent, & literis quoque comprehensa, posteris traderentur: tamen partim propter hominum incuriam & inscitiam, partim propter barbariem passim grassantem, horrendis errorum tenebris ita inuolui & obscurari sensim cœperunt: ut in eisdem ab erroribus vindicandis hodie magni viri admodum laborarint, ac inter se vehementer sint digladiati. Qua in re G. Agricola præter cæteros bonam nauauit operam: & hanc obscuritatem aliquot libris docte explicare, eruditæ Antiquitatis monumenta euoluere, doctorum controuersias aperire, dirimere, aut saltem suam sententiam firmis autorum Veterum probatissimorum testimoniis stabilire, & veritatem ipsam in lucem proferre, conatus est. Ex quo nos pleraque, quæ ad hanc rem pertinent, [illegible] disputationibus, quas cum aliis suscepit, depromsimus: & in ordinem legentibus accommodatum redegimus, & velut in tabula passim ob oculos posuimus, studiosis bonarum artium addiscentibus in hac quoque parte gratificaturi. Multa autem & nostra industria addidimus, ut scriptum plenius esset.

[illegible] mensuræ & pondera ea, quæ in præcipuis totius orbis [illegible] quatuor Monarchiis, Regnis, ditionibus & ciuitatibus [illegible] fuerunt visitata: & quorum mentio in veteribus libris tam sacris quam profanis frequens extat. Quæ etsi a multis hodie [illegible] negliguntur, vel etiam contemnuntur: nihilominus tamen magnifieri debent ab iis, qui [illegible] solide eruditorum ac [illegible] cum ma-

iori

iori laude in studiis literarum versari, & suorum studiorum solidos ac perpetuos fructus tandem percipere cupiunt. Habet enim hæc de mensuris & ponderibus doctrina vsum in omnibus rebus, tam publicis quam priuatis maximum, & vtilitates multiplices ex quibus quasdam saltem hic ordine commemorabo.

I.

Primum enim liberalis hujus doctrinæ notitia multum prodest, & omnino necessaria est ad libros veteres, tam sacros quam profanos in omnibus professionibus & linguis tribus præcipuis, Latina, Græca & Hebræa, non solum rectius intelligendos, sed etiam eruditius enarrandos: qui, nisi recte intelligantur, frustra & sine fructu nauatæ operæ & cum quodam tædio leguntur.

II.

Deinde prodest hæc doctrina ad hoc quoque vt & veterum & novorum interpretum, qui libros & sacros & profanos in alias linguas transtulerunt, translationes & interpretationes, quæ non vbique satis probæ fidæque sunt, rectius diiudicentur: errata, quibus optima scripta sæpe fœde contaminata sunt, certius deprehendantur & corrigantur. Quam turpiter enim magni etiam viri in hac re lapsi sint, nonnisi illi, qui eorum scripta sedulo & attente legunt & recte intelligunt, dextre iudicare possunt: cuius rei in hoc quoque opere meo multa exempla passim occurrunt.

III.

Mox prodest quoque accurata mensurarum & ponderum Veterum cognitio, vt magnorum virorum controuersiæ, qui de his rebus acerrime hodie inter se digladiantur, recte cognoscantur. De mensuris & ponderibus nostra adhuc memoria præter cæteros scripserunt clarissimi viri, *Guilhelmus Budæus, Gallus, Andreas Alciatus, Leonhardus Portius, Itali, Georgius Agricola, Germanus*: qui ab illis dissensit, & quosdam errores eorum detegit. Non quidem quod in aliorum labores petulanter invehi, & inde vanam gloriolam venari velit: sed potius vt laboranti veritati succurrat, opem ferat; & ne tantorum virorum autoritas bonis literis noceat: neue minus cantos in perniciolo errore detineat.

IV.

Adhæc medicinæ ſtudia ſectantes neque medicamentorum veterum compoſitiones dextre iudicare, neque ſine periculo medicinam facere poſſunt, niſi certa veraque menſurarum & ponderum veterum notitia commode ſint inſtructi.

V.

Iam vero quæ frumenti, vini, olei & aliarum rerum, in foro venalium, precia olim fuerint, nemo certe poteſt ſcire hodie, niſi qui menſuras & pondera, veteribus vſitata, recte intellexerit & cum noſtratibus, quæ hodie paſſim in vſu ſunt, prudenter contulerit atque æquaverit.

VI.

Quid? quod hæc menſurarum & ponderum perfecta cognitio non ſolum temperantiæ, ſed & frugalitatis illuſtria exempla proponat: quibus tum ad mores rectius formandos, tum ad rem familiarem prudentius inſtituendam, conſtantiusque tuendam & non parum augendam, recte utiliterque vti poterimus. Auguſtus Cæſar, vt Suetonius Tranquillus ſcribit, vini natura parciſſimus fuit: non amplius ter bibere ſolitus eſt ſuper cœnam: poſtea quoties largiſſime ſe invitaret, *ſenos ſextantes* non exceſſit: aut, ſi exceſſit, reiiciebat, ut Cor. Nepos teſtatur. *Sex ſextantes* ſunt duodecim cyathi, qui ſextarium Romanum efficiunt: qui ſextarius *noſtræ Francofordianæ* hic ad Oderam par eſt, ut amphoræ Romanæ emenſio certo demonſtrat. Hic itaque Monarcha potentiſſimus temperantiæ, accurate ſervandæ utiliter nos monere poteſt. Veteres illi frugalitatis amantes ſuorum ſumptuum modum facere & ſeruare noverunt. Nam Græci quidem ſuis ſeruis diurnum cibum *chœnice*, Romani vero menſtruum *modio* admetiebantur: & non ſolum tuendæ, ſed & augendæ rei familiaris magnam curam habuerunt. Nos certe omnes veteres illi frugalitatis ſtudioſiſſimi ad frugalitatem vitam ſectandam excitare deberent: modo, quam magnum vectigal ſit parſimonia, cognoſcere & expendere velimus. At hoc ſapientis Antiquitatis exemplis nemo facile movetur, niſi qui ſciens ſit, quid modius Romanus, quid chœnix Græca probe cognoverit.

VII.

[illegible] menſurarum & ponderum veterum [illegible]

tiō magnam [illegible] lucem afferre poteſt. Extat apud Herodotum *hiſtoria VII.* quot farinæ *medimnis* quotidie opus fuerit immenſis illis copiis militantibus, quas Xerxes Perſarum Rex, vt potentiſſimus ita vaniſſimus, ex Aſia in Europam contra Græciam adduxit, ſi ſingulis hominibus vna ſaltem chœnix farinæ in diem data ſit. Quem locum nemo recte intelliget, nec erudite explicabit, niſi menſuras veteres Græcorum, quid ſit *medimnus*, quid *chœnix* ante certo cognouerit.

VIII.

Poſtremo iuſta harum rerum notitia, ad hoc quoque multum profuerit, vt diuina miracula, in ſacris literis paſſim propoſita, rectius conſideremus, pleniꝰ æſtimemus, &, vt par eſt, dignis laudibus vel amus accelebremus. Quis enim de fame Samariæ obſeſſæ, & de annonæ vilitate poſtridie ſubſecuta, vt eſt *4. Reg. c. 6. & 7.* recte iudicabit? Quis hanc diuinam beneficentiam ſatis pro dignitate æſtimabit ac demirabitur, qui menſurarum, ponderum & nummorum hebraicorum prorſus ignarus fuerit? Nam ibi Hebræus quidem textus habet, *Cab, Seah,* menſuras: *Keſeph, Sekel,* nummos hebraicos: LXX. vero κα[illegible] μέτρον, σ[illegible]λος ἀργυρίου tranſtulerunt. Sed vetus tranſlatio habet *Cabum, modium, argenteum ſtaterem. Apocalypſis 6. eſt:* χοῖνιξ σίτου δηναρίου, καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῆς δηναρίου, h. e. *Chœnix frumenti denario, & tres chœnices hordei denario.* Quo magna annonæ caritas & difficultas ſignificatur. Hanc diuerſitatem nemo recte intelligit, nec erudite explicabit, niſi menſurarum, ponderum, & rei nummariæ veteris probe peritus fuerit. A propoſito fortaſſis non alienum fuerit & hoc, quod Protagoras σοφιστατ@, vt eum Plato vocat, veterum Sophiſtarum acerrimus, vt Gellius *lib. 5. c. 10.* ſcribit: ἄνθρωπον [illegible] μέτρον [illegible] [illegible] ἢ αἰσθανόμενον, h. e. *Hominem eſſe omnium rerum eſſe menſuram ac ſcientem dixiſſet aut ſentientem,* vt Ariſtoteles *lib. 9.* τῶν μετὰ τὰ φυσικά teſtatur, quod & Plato habet in Cratylo & Theæteto. Idem Plato in Politico ſatis abſurde prodit inquiens: μετρητικῆς μὲν γὰρ δήπου [illegible] [illegible] h. e. *Nam dimenſionis ſane quodammodo particeps eſt, quicquid eſt artificioſum arteque conſtat.* Apud Pythagoram quoque [illegible]

[illegible] ἄριστον.

Sic

Sic Phocylides ait: πάντων μέτρον ἄριστον, h. e. vt Plinius *lib. 18. c. 7.* reddit: Imo hercule iudicio modum rerum omnium vtilissimum. Quare cum tot tantæque sint huius doctrinæ de mensuris & ponderibus veteribus vtilitates, & vsus iam inde a mundi exordio quotidianus maximeque necessarius, omnes elegantioris literaturæ sectatores decet, vt & huic doctrinæ rectius cognoscendæ nonnihil laboris studiique impendant. Ne, si hæc ignorauerint, in bonorum autorum veterum lectione velut in ignota regione oberrantes, aut in tenebris palpantes, vel turpiter hærere vel multa non satis intellecta negligenter cum solidæ eruditionis iactura transsilire cogantur.

Vt autem, quid de toto hoc opere meo sibi polliceri debeant, studiosi cognoscant, dabo operam, vt non solum veteres Mensuras & pondera, quæ in eruditæ Antiquitatis præcipuis literarum monumentis occurrunt, rectius intelligant eruditiusque interpretentur: sed etiam tum vt deprauatas mensuras & pondera aliquo modo corrigant, amissaque reparent: tum vt cum nostratibus, quisque suæ patriæ, conferre & quodammodo exæquare possint.

Quod quanti fieri debeat, homines intelligentes & sanæ mentis, etiamsi nemo admoneat, satis intelligunt. Totum opus docendi gratia in tres libros distribuam: in quorum primo mensuras omnes rerum tam liquidarum quam aridarum, quæ apud præcipuas gentes, nationes, populos in maximis quatuor Monarchiis, Regnis & ciuitatibus vsitatæ, fuerunt, plene enumerabo, & diligenter explicabo. In secundo libro eodem modo vetera pondera ordine declarabuntur. Tertium vero & vltimum librum dabo explicationi Mensurarum intervallorum: quibus rerum magnitudines, longitudines, latitudines, profunditates & crassitudines dimetiuntur. Hæc autem omnia, quemadmodum in antiquis autoribus Latinis, Græcis & Hebraicis, tam sacris quam profanis occurrunt & inveniuntur, bona fide in hoc Opere referentur & explicabuntur: Atque hæc de mensurarum & ponderum antiquitate, multiplici utilitate atque vario vsu, deque operis diuisione dicta sufficiant.

De

De Definitione & Diuisione τοῦ μέτρου.

Cap. II.

I.

Μέτρον generale vocabulum est: & præter significata alia complectitur tria genera mensurarum, quibus res dimetimur, expendimus & exploramus. Primum enim continet *mensuras quantitatis discretæ* & rerum tam aridarum quam liquidarum, quibus earundem ὄγκος, h. e moles, examinatur: quod genus a Mose *Mesurah* proprie vocatur: Vnde vox latina *mensura* deriuari videtur.

II. Deinde μέτρον competit quoque ponderibus, quibus rerum βάρος, h. e. *grauitas & pondus*, quibus inter se differunt, appenditur, expenditur & examinatur: quod Mosi *Miskal* a verbo *Sakal:* h. e. *ponderauit, librauit & appendit*, significat. Idem quoque dicitur *Eben* cum sex punctis, h. e. *lapis* a materia per Synecdochen vsitatam, cum ex materia intelligitur res facta: quod pondera sint aliquando lapidea: Vnde *lapis centenarius* est apud M. Vitruuium *lib. 7. cap. 8.* qui centum pondo pendit.

III. Postremo μέτρον ad eas quoque dimensiones accommodatur, quibus *interualla* στερεῶν σωμάτων h e. solidorum corporum & continuorum vt sunt fundi, agri, areæ, &c. longitudines, latitudines & profunditates, altitudines & crassitudines dimetimur: quod genus Moses vocat *Middah*, a verbo *Madad*, quod dimensus est, significat scilicet continua.

IV. Vox Saxonica, *Mate*, h. e. *mensura*, fortassis ab hoc hebræo fonte manauit, sicut *Meten*, quod superiores Germani *Messen*, & ad Græcum verbum μετρεῖν, & ad latinum verbum metiri nonnihil alludit.

V. Hæc tria τοῦ μέτρου genera, propriis vocabulis distincta, Moses vno versu complexus est, *Leuitici 19.* cum inquit: *non facies iniquum in dimensione, (bamiddah)* in pondere, *(bamiskal)* in mensura *(bamesurah.)*

VI. Duo posteriora genera versu sequenti Moses ibidem repetit, sed aliis verbis cum inquit: *Lances* (mozene) *iustæ: lapides* (abene) *iusti, aphah iusta:* quæ quam varie ab interpretibus reddantur

tur, a me explicatur copiosius in his libris de Ponderibus & Mensuris interuallorum.

VII. *1. Paralip. 23.* duo genera coniunguntur primum & vltimum, cum dicitur: *In omni mesurah & middah*: vbi tamen vetus interpres prius, *mesurah*, pondus interpretatur, alterum mensuram: Pagninus *mensuram & mensuram* reddit.

VIII. Quemadmodum autem duo τῦ μέτρυ genera quippe *mesurah & miskal*, ad quantitatem discretam potissimum pertinent: ita vox *middah* continuæ quantitatis quodammodo propria est.

IX. Agnoscit & Aristoteles hæc tria τῦ μέτρυ genera, & eadem obiectis discernit. Sic enim habet *lib. 9.* τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ. πάντες ποιοῦνται μέτρον καὶ ὑγρῶν καὶ ξηρῶν καὶ βάρυς, καὶ μεγέθη, h.e. *Omnes faciunt mensuram & rerum humidarum & aridarum & grauitatis & magnitudinis.* Quibus verbis μέτρων obiecta, circa quæ versantur, enumerat ac discernit: quæ sunt: ὑγρα, ξηρα, βάρος & μέγεθος.

X. Ibidem quoq; est apud Aristotelem: μέτρον λέγεται, ῷ πρώτῳ τι ἕκαστον γινώσκεται, καὶ τὸ μέτρον ἑκάστου ἐν ἐν μήκει, ἐν πλάτει, ἐν βάθει, ἐν βάρει, ἐν τάχει. h. e. *Mensura dicitur, qua primo quodq; cognoscitur: & mensura cuiusq; una in longitudine, in latitudine, in profunditate, in grauitate, in celeritate.* Hic quinque obiecta ab Aristotele enumerantur. Apud Euclidem quoq; est, vt latine redditur: *Mensura est quicquid pondere, capacitate, longitudine, latitudine, altitudine, animoq; finitur.* Porro quod μέτρον σταθμόν quoq; complectitur, ex natura coniugatorum constat. Suidas enim ἐστάθμησε, ἐμέτρησε, & σταθμητὸν μετρητὸν interpretatur. h.e. *ponderauit, mensus est*: ponderale, mensurale.

XI. Μέτρον a verbo μείρω, quod diuido significat, quidam deriuant, vt Varinus refert: quippe quod μέτρῳ res velut in partes diuidantur, dirimantur ac discernantur: quod rerum ὄγκος, βάρος & μέγεθος μέτροις exploretur ac examinetur.

XII. Iulius Frontinus sic finit. μέτρον, h.e. mensura est, *quicquid pondere aut capacitate aut animo finitur*: quod ex Euclide est sumptum. Aristoteles in opere paulo ante adducto sic paucis & paulo obscurius finit: μέτρον ἐστιν ᾧ τὸ ποσὸν γινώσκεται, h.e. *mensura est, qua quantitas cognoscitur.* Ab Isidoro *lib. 15. c. 15.* sic finitur: *Mensura*

est

est quicquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, animoq; finitur: quæ est generalis definitio: & omnia genera complectitur.

MENSVRA.

XIII. Mensuræ vero, qua *liquores*, vt sunt aqua, vinum, oleum, mel, &c. item *res aridas*, vt sunt frumenta, legumina, semina, &c: metimur, definitio talis dari potest: μέτρον, h.e. *Mensura est vas, certa capacitate legitime constitutum ac receptum, cuius cauitate, vel liquorum vel rerum aridarum ὄγκος, h.e. moles exploratur, vt fraus in contractibus, in emptionibus & venditionibus, caueatur.* Id quod & Galeni autoritate confirmatur, cum inquit: τὸ δὲ μέτρον ἀγγείου κοιλότητι, ἢ ξηροῦ πόσου μέτρον ἐστι, ἢ ὑγροῦ, h.e. *Mensura vasis cauitate aut aridæ quantitatis mensura est, aut humidæ:* Sic & Paulus Ægineta habet: τὸ δὲ μέτρον ἀγγείου κοιλότητι κρίνεται, h.e. *Mensura vero vasis cauitate iudicatur.*

PONDVS.

XIV. *Pondus* autem sic finias licet: μέτρον, *pondus est certa massa fusa, vel metallica vel lapidea, &c: autoritate & consensu legitime constituta, qua rerum ἔμψυχος... ꝛ stiate appenditur & expenditur.*

Apud Galenum est: ὁ μὲν σταθμὸς βάρει μετρουμένου κρίνεται, h.e. *pondus quidem grauitate, dum appenditur, iudicatur.*

METRON INTERVALLI.

XV. Μέτρον autem tertii generis, quod Hebræis dicitur *Middah*, est mensura *qua longitudines, latitudines, altitudines seu profunditates, h.e. crassitudines rerum metimur.*

XVI. Porro cum μέτρα sint τῶν πρός τι, h.e. *vocabula Relatiua, fundamentum* quidem hic est, quod μέτρα legitima autoritate & consensu publice constituantur, ad rerum in communicatione dimensiones.

XVII. Terminus vero hic est ipse finis, vsus, officium & vtilitas: & est multiplex: Primum, vt iustitia & æqualitas in hominum societate & communi vita conseruentur: deinde vt fraus in contractibus caveatur: ne simpliciores a callidioribus circumueniantur: adhæc vt iurgia, lites, cædes, &c. vitentur.

DIVISIO I. AB OBIECTIS.

XVIII. Μέτρον varias diuisiones admittit, quarum prima sumitur *a materia*, circa quam versatur: h. e. ab obiectis: Nam μέτρα alia quidem sunt *liquorum*, alia vero rerum *aridarum*: quippe quorum cauitate & capacitate earundem ὄγκος examinatur: quæ communi nomine & vsu mensuræ fere appellantur.

XIX. Alia vero μέτρα sunt, quibus rerum, vel liquidarum vel aridarum, βάρος appenditur, expenditurque; quæ *pondera* vocantur vsitate apud Latinos.

XX. Sunt præterea μέτρα alia, quibus στερρῶν σωμάτων, hoc est solidorum corporum, vel alioqui rerum continuarum intervalla dimetimur.

XXI. Hæc autem μέτρα petuntur potiss. vel a partibus & membris humani corporis, vt sunt, *digitus, palmus, pes, cubitus*: vel quæ his multiplicatis constant, vt sunt *passus, decempeda, stadium, milliare*, &c. quæ suo loco copiosius explicabuntur.

XXII. Vtuntur hic vel *perticis* vel *funiculis*, vel pedum vel cubitorum certo numero definitis in oppidorum, arearum, fundorum, agrorum & aliarum rerum dimensionibus, ut ex literis tam profanis quam sacris satis constat.

II.

XXIII. Altera μέτρου divisio sumitur ex relatione ratione quantitatis. Alia enim sunt *maiora* alia *minora*: seu alia *magna* alia *parva*.

III.

XXIV. Tertio ratione artificum & vtentium μέτρα aut sunt *medica*, quæ Medicis in vsu fuerunt: aut *georgica*, quæ agricolis fuerunt vsitata: aut sunt *Hippoiatrica*, quibus vsi sunt veterinarii Medici, κτηνίατροι appellati, qui iumenta curant. κτῆνος iumentum est.

IV.

XXV. Quarto divisio petitur a regionibus, a nationibus, populis & civitatibus: μέτρα enim sunt aut *Italica*, aut *Græca*, aut *Hebraica* aut *externa*.

XXVI. μέτρα *Italica*, ab Italia regione dicta. a civitate & populo

pulo Romano, Romana quoque appellantur: quod in Italia & potissimum Romæ fuerunt in vsu.

XXVII. μέτρα *Græca* rursus sunt aut *Attica*, quæ & *Medica* vocantur, aut *Laconica*, &c.

XXVIII. μέτρα *externa aut Ephesia*, aut *Pontica*, aut *Persica*, aut *Ægyptia*, sub quibus sunt & *Alexandrina*, aut *Syria*, aut *Arabica* quæ a præcipuis ciuitatibus aut nationibus, regionibus, Regnis & imperiis, quorum olim insigne ἀξίωμα fuit, nomen sortiuntur.

XXIX. Quinta diuisio dari potest ratione *redundantiæ*, *plenitudinis* & *defectus*. μέτρα enim sunt aut *plena* seu *iusta*, aut *iniusta*: *seu æqua & iniqua, l. 13. ff. locati*: Si quis mensuras conduxerit, easque Magistratus frangi iusserit, siquidem iniquæ fuerunt: Et mox: quod si æquæ sunt. μέτρον plenum dicitur quoque ἰσοχειλὲς, quod labra exæquat.

XXX. Μέτρα iusta sunt apud Aristot. *lib. 9.* τῶν μετὰ τὰ φυσικά· ὅπου μηδὲν δοκεῖ μὴ εἶναι ἀφελεῖν ἢ προσθεῖναι, τοῦτο ἀκριβὲς τὸ μέτρον, h. e. *ubi quidem videtur non licere auferre, aut addere, id exquisita mensura est.* Ἀ[illegible] μέτρον παρὰ ταραντίνοις, Hesychius, h. e. *A[illegible] plena mensura est apud Tarentinos.*

XXXI. Μέτρα iniusta duplicia sunt: aut enim *abundant*, aut *deficiunt*. Μέτρον abundans apud Hesychium dicitur ὑπερχειλὲς, ὑπερ[illegible], [illegible] ὑπέρμετρον: quippe quod labia seu extremam oram superat.

XXXII. *Lucæ 6.* est: μέτρον καλὸν, πεπιεσμένον, καὶ σεσαλευμένον καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν, hoc est, *mensuram bonam, pressam & agitatam & super effluentem dabunt in sinum vestrum*; quo significatur amplissimam fore operum remunerationem.

XXXIII. Deficiens autem μέτρον est ὑποχειλὲς, quippe infra labra consistens, infra nec dum labra contingens, ut Iulius Pollux *lib. 4.* refert.

XXXIV. Apud Hesychium est, ὥστε μήτε κρούσαι, μήθ᾽ ὑπὲρ χεῖλος βάλλειν, hoc est, *ut neque agites, neque super labrum iacias*, hoc est, vt vsui proprio deseruit, nihil redundet. Κρουσιμετρεῖν, Mensuras agitare dicitur [illegible] auaros & fraudulentos, alios in emptionibus & venditionibus defraudantes, ut est apud Hesychium.

XXXV. Extat præceptum Phocylidæ;

Μετρα νέμειν τα δίκαια, καλον ὅτι μέτρον ἅπασι
Σταθμον μη κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν.

H. e. *Menſuras tribue iuſtas: menſura in omnibus bona res eſt Libram ne pulſes in alteram partem, ſed parem trahe.*

XXXVI. Sed hic obſeruandum eſt diſcrimen inter τὸ μετροῦν σκεῦος & το μετρούμενον πρᾶγμα h. e. *inter metiens vas, quo res metimur, & inter rem, quæ menſura datur:* Sic duplex eſt menſura: *Menſura menſurans, & menſura menſurata*, ut ſic dicatur. Vt, quæ diuiſionis membra de utrauis accipienda ſint, intelligatur. Sic enim eſt & apud Homeri interpretem: χοῖνιξ το μετροῦν κ, τὸ μετρούμενον, de quo alibi copioſius.

VI.

XXXVII. Sexta diviſio a metiendi modo peti poteſt. Sunt enim μετρα *faſtigiata*, quæ aggeruntur, accumulantur, & acuminantur, werden geheufft / vt quibus auenam, lupulum & alia ſimilia metimur. Sunt enim hæ menſuræ rerum aridarum, ὑγρας ξηρᾶς, ἴσον χώματος, h. e. *ſubſtantiæ ſiccæ vt cumuli*, vt eſt apud Paulum Æginetam.

XXXVIII. Sunt rurſus menſuræ *raſæ & ſtrictæ*, quæ raduntur & ſtringuntur, werden geſtrichen / vt tritici, hordei, piſi, &c.

XXXIX. Inſtrumentum quo μέτρον ſtringitur & abraditur, das Streichholtz / Latine dicitur *hoſtorium, radius* & *radiolus* a radendo: Græcis eſt ῥόχανον, σκυτάλις, παρα..., ᾗ ἀποξύουσι το μέτρον, Heſychius: Item, ἀπόμακτρα, ἀπομάκτρον, ἀπο ψήστρον.

VII.

XL. Septima diuiſio ſumitur *a forma*: alia enim μέτρα ſunt *caua, rotunda* & *lata*, vt ſunt, quibus res aridas, vt frumenta, legumina, &c. metiuntur: Alia ſunt *caua, rotunda & oblonga*: ut ſunt, quibus liquores, vt eſt aqua, vinum, cereuiſia, &c. metiuntur: Alia ſunt *caua & quadrata*, ut *Quadrantal*, quod a quadrata forma dicitur, & eſt amphora Romana: Alia ſunt ſolida vel *rotunda*, vel *oblonga*, &c. vt ſunt pondera.

VIII.

XLI. Octauo μέτρα a materia, ex qua fiunt, & vnde conſtant aut ſunt lignea, aut metallica, aut lapidea.

XLII.

XLII. Modios æreos vel lapideos cum sextariis atque ponderibus per mansiones singulasque ciuitates iussimus collocari, vt habet *l. 9. c. de susceptoribus*.

XLIII. Extat & hodie tum alibi tum hic Francofordiæ ad Oderam communis mensura der Scheffel/ in saxo excisa cum suo quadrante & sexdecima sua parte, vulgo est, Matte oder Metze/ ne corrumpatur: vt mensuræ aliæ ad has exæquari possint. Eodem modo plerisque in locis mensuræ atque pondera iusta, veluti typi siue exemplaria quædam, hodie asservantur in pallatiis aut curiis, ne venditor, si capacioribus mensuris, aut grauioribus ponderibus vtatur, ipse damnum faciat: si minus capacibus aut leuioribus ponderibus, emptorem mercis aliqua parte fraudet, &c. Hæc ex G. Agricola *lib. 1. de Mensuris Romanis*.

XLIV. Mensuræ frumentariæ quidem hodie ligneæ fere sunt, quibus priuatim vtuntur: Liquorum vero, vt sunt vinariæ, & cereuisiariæ, ligneæ sunt & metallicæ: quippe e ligno, plumbo vel stanno factæ.

XLV. Libra mensuralis Romæ fuit cornea tempore Galeni, lineis duodecim vnciarum, quot illa constat, indicibus, extrinsecus incisis, distincta, vt is testatur *lib. 3. de medicamentorum compositione secundum Gen.*

XLVI. Pondera e materia solida vel metallica vel lapidea antiquitus constabant: hodie fere sunt ænea vel lapidea. Ex plumbo fuisse indicat μολυβδὶς, quod & μολβὶς per Syncopen dicitur: & est pondus septem librarum, vt & Hesychius testatur.

XLVII. Et lapis ratione materiæ pro pondere vsurpatur: vt lapis centenarius quippe centum librarum seu pondo, apud M. Vitruuium *lib. 7. cap. 8.*

XLVIII. Eodem modo apud Hebræos *Eben*, hoc est, lapis pro pondere vsurpatur, *Lev. 19*, vt dictum est ante.

XLIX. *Vlna* die Ele/ qua pannum vel lineum, vel laneum, vel sericum metimur, lignea esse solet in priuatis vsibus. Ferrea fere in loco publico suspendi & asseruari solet: ne hominum improbitate corrumpatur. Alioqui vlnæ fere sunt ligneæ, aliquando & ferreæ quibus mercatores vtuntur.

L. Vete-

L. Veteres intervalla fere dimetiebantur *pedibus, cubitis, passibus, perticis, arundinibus & funibus seu funiculis.*

CAVSSÆ NENSVRARVM.

LI. *Caussa efficiens* μέτρων seu mensurarum & ponderum mandans, dominans, principalis & *remota* est *DEVS ipse*, cuius est ordinatio. Nam μέτρων cura & custodia quoque serio mandatur DEO *Leuit. 19. Deut. 25. Ezech. 45. Prouerb. 20.*

LII. *Caussa* efficiens dominans, *propinqua* μέτρων est vel legitimi *Magistratus* autoritas ac mandatum, vel populi, gentis ciuitatisque consensus: quorum iussu & ordinatione μέτρα, hoc est, mensuræ & pondera publice constituuntur.

LIII. Et vt μέτρα integra & incorrupta custodiantur, conserventur & ad posteritatem transmittantur, Reipub. interest, & Magistratus est officium.

LIV. Athenis olim constituti erant *μετρονόμοι*, in Pireæo quidem XV. in vrbe vero IX. quibus cura demandata erat, vt μέτρα vendentium iusta essent, vt est apud Suidam. Apud eundem est, Ἀγορανόμοι, οἱ τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες ἄρχοντες, h. e. *Agoranomi sunt Magistratus, qui rebus in foro venalibus præsunt easque administrant.* Apud eundem sunt σιτοφύλακες Magistratus, qui curam habebant vendendæ in foro annonæ.

LV. Eodem modo apud Romanos *Ædiles Cereales erant*: quos Iulius Cæsar duos constituit, qui frumento præessent, a Cerere dictos, vt est *l. necessarium §. Deinde C Iulius ff. de orig. iuris.* Est quoq; apud Cicer. *lib. 3.* de legibus. Sunt oq; ædiles curatores vrbis, annonæ, ludorumq; solennium.

LVI. Dauid moriturus constituit sacerdotes quo ad sacrificia, super omnem *mesurah & middah*: quippe qui curarent, vt omnia rite fierent, *1. Paralip. 23.*

LVII. Pœna quoq; olim constituta fuit, siquis μέτρα corrupisset. Sic enim est *l. 32. ff. de falsis*: si venditor mensuras publice probatas, vini, frumenti, vel cuiuslibet rei, aut emptor corruperit, doloue malo fraudem fecerit: quanti ea res est, eius duplo condemnatur. D. Hadriani præceptum est: in insulam eos relegari, qui pondera aut mensuras falsassent, *l. 6. ff. Extraord.* Est quoq; *Extremus*

mu C. de d[illegible]enforibus ciuit : Iubemus cura atq; folertia defenforum minime poffeffores maiorib. menfuris & ponderibus a fufceptoribus prægrauari,&c.

LVIII. *Libripens* Plinio & Boethio eft, qui Græcis dicitur ζυγοςάτης, Wagemeiſter : & explorandis ponderibus præfectus fuit. Proprie vero libripens erat, qui ftipendium militare appendebat.

FINIS.

LIX. *Finis & effectus* μέτρων eft multiplex : quippe vt amicitia, concordia, mutua inter ciues beneuolentia, focietas perpetua, pax & tranquillitas ftabiliatur ac conferuetur : vt inimicitiæ, difcordiæ, fimultates, diffidia, iurgia, lites & controuerfiæ forenfes vitentur.

LX. Officium quoq; eft multiplex : primum vt his iuftitia & æqualitas in mercimoniis & contractib. conftituatur : & fuum cuiq; tribuatur : Adhæc vt fraus & dolus & πλεονέκτημα in emptionibus & venditionibus prohibeatur. Nam in quatuor omnino rebus iniquum facere folent homines. Sic n. eft *Leuit.19.* Non facietis iniquitatem *bamifpath* : (in iudicio) : *bamefurah:* (in menfura) *bamiskal* : (in pondere) *bamiddah* : in menfura interuallorum,&c. Quod autem pondere, aut menfura, aut numero continetur, ibi dari debet, vbi petitur *l.38. ff. vbi quis agere.*

LXI. Vfus quoq; menfurarum & ponderum in omni vitæ genere, in rebus tam publicis quam priuatis, tam facris quam profanis maxime neceffarius eft : quod his humana vita in rerum communicatione fine magnis incommodis carere nequeat.

LXII. Quamobrem doctrina de menfuris & ponderibus maxime neceffaria cenfenda eft : quod plenior liberaliorq; notitia & explicatio veterum μέτρων magnam hiftoriis lucem adferat : & ad lectionem veterum autorum, tam facrorum quam profanorum, valde fit vtilis : tum vt eos rectius intelligas : tum vt eruditius aliis interpreteris.

LXIII. Hæc de definitione, diuifione, &c: τῶν μέτρων, h.e. menfurarum, deq; earum cauffis adferre volui, bonis adolefcentib. gratificaturus.

TABVLA
GENERALIS, QVAE EST TRIVM LIBRORVM ELENCHVS.

Aristoteli μέτρον ἐστιν, ᾧ τὸ πόσον γινώσκεται, h.e. Mensura est, qua quantitas cognoscitur: & continet tria genera sc.

- I. Mensuras, quæ traduntur libro I. & sunt quadruplices.
  - I. Romanæ duplices.
    - 1. Liquorum XI, vt aquæ, vini, olei, mellis, &c. c. 3.
    - 2. Rerum aridarum VIII, vt sunt frumenti, leguminis, salis, arenæ, &c. cap. 4.
  - II. Græcæ triplices,
    - I. Atticæ, quæ & Medicæ dicuntur.
      - 1. Liquorum XI. cap. 5.
      - 2. Rerum aridarum VII. cap. 6.
    - II. Georgicæ. III.
      - 1. Liquorum VII. c. 7.
      - 2. Rerum aridarum XI. cap. 8.
    - III. Hippoiatricæ V. cap. 9.
  - III. Hebraicæ.
    - 1. Liquorum III. cap. 10.
    - 2. Rerum aridarum VI. cap. 11.
  - IIII. Externæ.
    - 1. Persicæ III. cap. 12.
    - 2. Ægyptiæ IIII. cap. 13.
    - 3. Syriæ IIII. cap. 14.
    - 4. Arabicæ VIII. cap. 15.
  - Adduntur hic & aliæ quædam mensuræ ordine literarum cap. 16.
- II. Pondera in libro II. quæ sunt quadruplicia.
  - 1. Romana vt libera, & inde multiplicata cum libræ partibus cap 4. Vncia c. 5. Denarius c. 6.
  - 2. Græca
    - 1. Attica VII. cap. 7.
    - 2. Medica IX. cap. 8
    - 3. Hippoiatrica VI. cap. 9.
  - 3. Hebraica IIII. cap. 10.
  - 4. Externa.
    - 1. Ægyptia III. cap. 11.
    - 2. Syria VIII. cap. 12.
    - 3. Arabica XI. cap. 13.
    - 4. Alia pondera cap. 14.

a

III. Men-

a

III. Mensuras interuallorum lib. III.
- 1. Romanas XI. cap. 2. & 3.
- 2. Græcas XVI. cap 4.
- 3. Hebraicas VIII. cap. 5.
- 4. Exteras
  - 1. Persicas cap. 6. Leuca Gallica cap. 7.
  - 2. Ægyptias cap. 8.

Temporis partes cap. 9. &c. Diei diuisio cap. 10. Diei horæ 11. Vigiliæ nocturnæ c. 12. Clepcydra cap. 12. Horologia cap. 14. &c.

De Mensuris Romanis rerum liquidarum.

CAPVT III.

CVLLEVS I.

I.

MEnsuræ Romanæ liquorum sunt omnino vndecim: quatuor quidem maiores culleares, septem vero minores. Harum vt prima ita maxima quoq; est *Culleus*: qui græce scribitur κολεός, & Ionica extensione κουλεός & τὸ κουλεὸν in neutro genere.

II. Κολεὸς apud Græcos est, τῶν πολλαχῶς λεγομένων, h. e. ex eorum numero, quæ multis modis dicuntur. Primum enim apud Homerum passim in Iliade, apud Herodotum, Euripedem, Sophoclem & alios pro gladii theca seu vagina vsurpatur. Deinde κουλεὸς καρδίας est apud Hippocratem, h. e. capsula & inuolucrum cordis. Ad hæc apud Hesychium est λάρναξ, h. e. loculus & arcula. Item est quoq; ὑδρία, h. e. aqualis, vt Plautus vocat: apud eundem Hesychium est vas aquarium.

III. Apud Latinos quoque variis modis scribitur: nunc in masculino genere Culeus per l simplex: & culleus per ll duplex: nunc culleum in neutro genere apud Varronem *lib. 1. c. 2.* de Re Rustica, & teste Nonio Marcello.

C 2 IV. Eo-

IV. Eodem modo varias habet significationes. Primum enim in vsu est *pro sacco frumentario, l. 43. ff. de pignor. act.* cum inquit: *Titius pecuniam mutuam accepit a Caio Seio sub pignore Culleorum: istos culleos cum Seius in horreo haberet, missus ex officio annonæ centurio Culleos ad annonam sustulit.*

V. Adhæc culleus erat *saccus coriaceus*: quippe e corio factus: in quo parricidæ viui insuebantur. De qua pœna sic ait Modestinus Iureconsultus, *l. 9. ff. ad l. Pomp. de partic. Parricida virgis sanguineis verberatus, deinde in culleo insuitur cum cane, gallo gallinaceo, vipera & simia: deinde in mare profundum iactatur.* Hinc natum est Prouerbium: *Culleo dignus, non vno culleo* dignus, de homine enormiter sceleroso, apud Erasmum *in Chiliadibus.* Et Cicero *lib. 2. de Inuentione* hac de re sic ait: *Quidam iudicatus est parentem occidisse: ei statim, quod fugiendi potestas non fuit, ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt. Os autem obuolutum est folliculo & prægatum: deinde in carcerem est deductus, vt ibi esset, dum culleus, in quem coniectus in profluentem deferretur, compararetur.* Consule & Cicer. *in oratione pro Sex. Roscio Amerino.*

VI. Deinde culleus a Festo Pompeio traditur fuisse, *vter vinarius & olearius,* e corio factus: in quo vinum & oleum continebatur & portabatur: cujus & Plautus *in Pseudolo* meminit.

CVLLEVS MENSVRA.

VII. Postremo culleus erat quoque *certa mensura liquoris* apud Romanos maxima, vt musti apud Catonem *de Re Rustica c. 23. & 24.* vini apud Varronem *lib. 1. c. 2. de Re Rustica,* apud Columellam *lib. 3. c. 3. de Re Rustica.*

VIII. Maximam liquoris mensuram fuisse, quippe *viginti amphorarum* capacem, his verbis Rhemnius Fannius testatur cum inquit:

Est &, bis decies conficit amphora, nostris
Culleus: hoc nulla est maior mensura liquoris.

IX. Culleus capit amphoras Romanas viginti, vt præter Fannium & Plinius testatur *lib. 14 cap. 4.* qui septem culleos interpretatur amphoras centum & quadraginta, inquiens: *Quando & postea sæpenumero septenos culleos singula iugera, hoc est, amphoras centenas quadragenas musti dedere*: vigintisepties faciunt 140.

X. Cul-

X. Culleus capit urnas *Romanas quadraginta*, vt ex Columella constat *lib. 3. cap. 3.* quem vini plenum æstimat nummis trecentis h. e. denariis LXXV. qui faciunt argenteos vnciales nouem cum nouem grossis misnicis. Facit Sextarius Rom. cui Nosella Francofordiana hic Francofordiæ ad Oderam par est, duos nummulos misnicos cum triginta nouem partibus quadragesimis octauis $\frac{39}{48}$.

XI. Culleus capit congios Romanos 160. sextarios 960. libras mensurales 1600. heminas 1920.

XII. Pendit vero Culleus olei quidem, si defecatum est, *libras ponderales* 1333. cum triente, qui facit quatuor vncias: vini vero, fului puri libras 1481. vncias quinque drachmas sex, siliquas quatuor; sed mellis pendit libras 2222. vncias duas, drachmas quinque scripulum vnum.

XIII. A culleo est *Labrum culleare* apud Catonem, quippe cullei capax *cap. 154. Dolium culleare* habet idem Cato de Re Rustica *cap. 112.* Dolia culearia habet M. Vitruuius *lib. 6. c. 9. Dolia Sesqui culearia* sunt apud Columellam *lib. 12. cap. 18.* quod culleum cum eius dimidio caperent, hoc est, amphoras triginta. Apud Catonem *cap. 11. de Re Rustica*, est alterum triginta culleorum capax.

XIV. In Italia alicubi vnum iugerum denos & quinos denos culleos ferre vini, Varro *lib. 1. cap. 2. de Re Rustica.* In prædiis Senecæ iugera singula octonos culleos vini reddidisse, refert Columella *lib. 3. cap. 3.*

XV. Quod ad nostrates mensuras attinet, Culleus Rom. hic Francofordiæ ad Oderam capit *Nosellas* 960. nimirum quot sextarios Rom. continet, tonnas quatuor cum quatuor vndecimis partibus, 220. nosellas in tonnam computando. Intelligo autem nosellam Francofordianam mensuram cereuisiariam non antiquam sed recentiorem, accisam ac diminutam propter exactiones cereuisiarias das Zeysemaß.

AMPHORA ROMANA EIVSQVE FABRICA AD PEDEM ROM. EXTRVCTA II.

I.

AMphora Festo Pompeio Græca vox est: sed ad latinam formam non nihil variata. Græcis enim ἀμφιφορεὺς dicitur *Iliad. 23.* & Odyss.

Odyss. 9. Vnde est ἀμφορεὺς per Syncopen apud Dioscoridem & Aristophanem *in Pluto.* Et est in genere *vas vtrinque ansatum, vt ansulis duabus veluti auriculis apprehensum, commodius portari possit.* Quod ex Athenæo constat *lib. Dipnosoph. 11.* cum inquit: ἀμφιφορεὺς λέγεται ἀμφοτέρωθεν κατὰ τὰ ὦτα δυνάμενος φέρεσθαι, h.e. *Amphora dicitur, quæ vtrinq; auribus potest ferri.* Dicitur a præpositione ἀμφὶ & a verbo φέρω, quod fero seu porto significat. Apud Eustathium est *in 23. lib. Iliad. Hom:* ἀμφιφορεὺς τὸ μέγα κεράμειον, ὃ ἀμφοτέρωθεν φέρεται τῶν ὤτων αἰρόμενον, h.e. *Amphora est magnum ceramium, quod vtrinq; fertur, auribus sublatum.* Consule eundem in *Odyss. librum* 9. Eodem modo est apud Hesychium, cum inquit: ἀμφιφορεῖς εἶναι ἀγγεῖα τὰ ἑκατέρωθεν ὦτα ἔχοντα, h.e. *Amphoras esse vasa, quæ vtrinq; ansas instar aurium habent.*

II. Amphora primum *pro vase vinario* apud Romanos vsurpatur, vt constat ex *l. 14. ff. de vino legat.*: & inter vasa vinaria numeratur *ff. de verb. signif.*: Item apud Catonem *c. 106. & 113. de Re Rustica.* Vnde ab amphora est *vinum amphorarium l. 14. ff. de vino legato.* Apud Plinium *lib. 37. cap. 2. est vas amphorale.*

III. Deinde amphora est quoq; *certa mensura liquoris* apud Romanos, vt aquæ, vini, musti, sapæ, aceti, olei, amurcæ, &c. Vt ex Catone, Varrone, Plinio & aliis constat. Amphora *culei vicesima pars est*, vt certo colligitur ex Plinio *lib. 14. cap. 4.* vbi septem culleos 140. amphoras interpretatur. Si enim 140. per 20. diuiseris, septenarius, nimirum culleorum numerus, redibit in diuisorio. *Amphora duas vrnas* continet: quod Columella confirmat *lib. 12. cap. 20.* vbi binas amphoras quatuor vrnas interpretatur, Et *lib. 3. cap. 3. & 9.* vbi sexcenas & sexcentenas vrnas interpretatur, quod Varro *lib. 1. cap. 2* trecenas (Sic enim pro tricenas legendum est) amphoras vini iugerum reddere ait.

QVADRANTAL.

IV. Festus Pompeius eandem mensuram amphoram *Quadrantal* quoq; dici, his verbis confirmat: *Quadrantal*, inquit, *vocabant antiqui, quam ex græco amphoram dicunt, quod vas pedis quadrati quadraginta octo sextarios capit.* Dicitur autem Quadrantal [illegible] *quadrata* tesseraria & cubica, quemadmodum ex [illegible] patebit. [illegible]

lusius Mæcianus, nobilis Iureconsultus, hanc mensuram his verbis plenius describit, cum inquit: *Nam Quadrantal, quod nunc pleriq; amphoram vocant, habet vrnas duas, modios tres, semodios sex, congios octo, sextarios 48. heminas 96. quartarios 192. cyathos 576. Facit sextarios Atticos 53. cum parte tertia cotylas Atticas 106. cum duabus tertiis.* Vtitur hac voce Plinius *lib. 14. cap. 14.* Cato *cap. 24.* &c. Hæc plenior est & iusta amphoræ Romanæ descriptio.

CERAMIVM.

V. Habet vero præterea alia tria nomina græca συνώνυμα idem significantia. Primum enim dicitur κεράμιον a forma & materia fictili: quod pro Romana amphora aliquando vsurpatur: quod ex Dioscoride *lib. 5. c.* de vino e salvia palam est, cum inquit: εἰς γλεύκους ἀμφορέα, ὅ ἐστι κεράμιον κάθε, hoc est: *In musti amphoram, quæ est Ceramium, demitte.* Addi autem solet differentiæ gratia, ἰταλικὸν, nimirum a regione: & intelligitur Romanum ab vrbe: quod ex eodem Dioscoride palam est *lib. 5. cap. de vino Absinthite*, cum inquit: οἱ μὲν γὰρ τῷ ... ἰταλικῶν κεραμίων μίξαντες ἀψινθίου ποντικοῦ λίτραν μίαν, hoc est. Nam alii quidem octo & quadraginta sextariis Italicorum ceramiorum admiscentes Absinthii Pontici libram vnam. Et apud Oribasium est *lib. 2.* Italicum ceramium habet sextarios quadraginta octo. Hic fuit Medicus Iuliani Apostatæ. Galenus quoque Italico ceramio congios octo tribuit, cap. de ponderibus & mensuris: qui itidem sextarios quadraginta octo faciunt. Quare ceramium Romanæ amphoræ capacitate par est. Sed de Ceramio plura infra *in mensuris Atticis.* Lucæ vero 22. κεράμιον ὕδατος, h. e. *ceramium aquæ pro vase aquario fictili incertæ capacitatis vsurpatur*; quod a vetere interprete redditur amphora.

CADVS.

VI. Deinde & *Cadus* pro amphora in vsu est; Columella ait: *Si vetustatem seruare voles, in cado duarum vrnarum quamoptimi vini sextarium addito.* Cado duas vrnas tribuit: amphoræ itaque Romanæ æquat. Sed de Cado infra *in Metrete Attico* plura.

ME,

METRETES.

VII. Tertio & postremo eadem mensura *metretes* quoque appellatur apud Dioscoridem *lib. 5. c. de vino scillitico*: sed, vt a metrete Attico distingvatur, additur ἰταλικὸς a regione differentiæ loco. Columella *lib. 12. cap. 22. &* Palladius *lib. 11. tit. 14. Metreta* vtitur sine adiectione vllius differentiæ forma latina: & Cato *c. 100.* Metreta vtitur, pro vase, incertæ vt arbitror, capacitatis. *De Metrete Attico* infra plura de Mensuris Græcis. Hæc quinque vocabula, duo quidem latina, tria vero græca, eandem mensuram Romanam significant.

VIII. Capit autem amphora Romana libras mensurales octoginta: quod sic colligas licet: *Sextarius Rom.* liquoris mensura capit vncias mensurales vicenas. Duc itaque has viginti vncias in quadraginta octo sextarios, quot Sextariis amphora Rom. constat, diuisorius prodibit 960. quibus per duodecim, quot vnciis mensuralibus libra Rom. complectur, diuisis, in diuisorio erunt octoginta. Consule Festum Pomp. *in voce, Publica pondera*, cum emendatione Iosephi Scaligeri.

AMPHORÆ PONDVS.

IX. *Amphora Rom.* pendit libras Rom. ponderales, 12. vnciarum, olei quidem, quod omnium liquorum leuissimum est, sexaginta sex cum duobus trientibus seu tertiis, seu cum besse. Quod sic cognosces: Olei libra mensuralis decem vncias ponderales pendit, teste Galeno. Multiplica igitur octoginta libras mensurales per denarium & prodibunt 800. quibus per duodecim, quot vnciis libra Rom. constat, diuisis, diuisorius erit 66. cum besse. Vini vero amphora plena pendit libras Rom. ponderales septuaginta quatuor, drachmas septem, siliquas duas. Aqua, præsertim pluuia, vino pondere par esse solet. Sed mellis, quod inter liquores quodammodo grauiss. est, libras pendit 111. vnciam vnam, drachmas duas, scripula duo.

X. *Amphora* Rom. mensuræ Francofordianæ ad Oderam capit ἀκριβῶς, h. e. exacte, Nosellas 48. quartas 24: *Vrna*, amphoræ dimidia

[illegible] pars capit [illegible] quartarii 12 : *Congius* capit nosellas 6. [illegible]

XI. Maximinus [illegible] vt est apud Capitolinum, vini amphoram Capitolinam, [illegible] sæpe vno die persiccare, & comedere quadraginta libras carnis, vel vt Cordus dicit sexaginta solebat.

XII. Tiberius Cæsar hominem sibi ignotiss. quæsturæ candidatum, nobilissimis [illegible] ideo præposuit, quod vini amphoram [illegible] potasset, vt Suetonius refert.

AMPHORA CAPITOLINA.

XIII. Hanc mensuram Romani, ne deprauari posset, Ioui Ca[illegible] monte Tarpeio consecrarunt, vt Rhemnius Fannius testatur, [illegible]:

Quam, ne violare liceret,
Sacrauere [illegible], Tarpeio in monte Quirites.

[illegible] Capitolinæ dici cœpit, quod esset [illegible] cui nihil de[illegible] L. Cælius *lib. 17. cap. 2[illegible].* Amphoram Capitolinam interpretatur eam, quæ alias amphoras magnitudine [illegible]. Quæ interpretatio quam vera haberi debeat, [illegible].

XIV. [illegible] *Rustica cap 57.* quantum vini quouis die & mense [illegible]. Summa vini in homines singulos [illegible] quadrantalia [illegible], &c.

XV. In agro [illegible] tricenariæ appellantur, quod iugerum [illegible] amphoras vini reddat, Varro *lib.* [illegible] *c. 2. de Re* [illegible]. [illegible] hic est, [illegible], vt [illegible] *q.* qui trecentas amphoras, [illegible] & [illegible] interpretatur, vt & [illegible].

AMPHORÆ. ROM. FABRICA.

I. *Amphoræ fabricam* Rhemnius Fannius sic paucis describit [illegible]:

[illegible] ducitur in [illegible]:
[illegible] par [illegible] lineatriplex:
Quatuor ex quadris medium cingatur inane,

Amphora fi . . ubus, &c: Quæ verba G. Agricola sic interpretatur: *Amphora sic formatur, vt eius capacitas lineas quatuor habeat rectas, æquales, pedem longas, quatuor angulos rectos: in quorum quemq; tres lineæ, longa, lata & alta conueniant: efficiaturque figura quadrata*, quam Græci κύβον, h.e. Cubum vocant.

PES ROMANVS.

II. *Pes Romanus*, ad cuius longitudinem amphora fabricanda est, Saxo incisus Romæ adhuc hodie inueniri traditur, cum alibi ... vero in hortis Angeli colocii. Eum Roma ex Italia in nostram Germaniam secum attulit Clariss. vir Georgius Agricola, & typis publicis excudendum curauit. Eius pedis item Græci & aliorum certam quantitatem paulo ante curaui edendam, & postea inseretur.

III. In *Amphoræ fabrica* turpiter lapsus est Angelus Politianus, vir alioqui doctiss:. Hic enim amphoram constare voluit ex area quaternum quoquo versus pedum: cuius verba ex *lib. . . Epistol.* adfert hæc Budæus *lib. 5. de Asse*: *Incipiendum*, inquit, *ab amphora consecrata Romanis in Capitolio, ne cui violaretur*. Capit hæc omnino, quantum tessera quoquo versus in area pedum quatuor: duplex amphora modius est: aut, si mauis græce, medimnus: eadem triplex efficit sextarium hæc ille. Quæ omnia sunt falsa, vt ex hoc toto ... satis constat, perspicueq; demonstratur. Nam primum amphoræ fabrica vera & iusta est, quemadmodum hic describitur, & ad pedem Ro. extruitur. Deinde modius non est duplex amphora, nec medimnus: sed potius vt amphoræ tertia, ita medimni sexta pars modius Rom. existit. Postremo tantum abest, vt triplex amphora sextarium efficiat, vt sextarius amphoræ Rom. potius quadragesima octaua pars sit, vt hic docetur. In eodem cum Politiano errore versatur & Demetrius Alabaldus.

IV. Guilhelmus Budæus, Galliarum decus, de literis tam latinis quam Græcis optime meritus, fabricauit Amphoram seu Quadrantal ad pedem suum Lutetianum: qui suis digitis duobus hoc vero pede Rom. longior est. Et hac ratione veteres mensuras commode restitui, & cum mensuris patriis cuiusque certo conferri posse putauit: sed frustra, cum ad suum pedem has amphoras non sit fabricata

AM-

AMPHORÆ VSVS.

I. *Amphoræ vsus* multiplex esse potest: Primum enim conducit ad veteres autores, tam sacros quam profanos, rectius intelligendos & longe eruditius enarrandos.

II. Deinde facit quoque ad id, vt veteres mensuræ certo restituantur: & cum patriis mensuris nostratibus recte conferantur. Amphoræ enim Rom. capacitate ex pede Rom. certo cognita, cæteræ quoque mensuræ Rom. quæ amphoræ partes sunt, facile cognoscuntur.

III. Adhæc confert, vt & aliarum nationum, gentium & populorum mensuræ cum Rom. conferri, eisque exæquari queant.

IV. Mox facit ad prudentiam Oeconomicam, veteribus Rom. vsitatam. Nam Cato *c. 57. de Re Rustica* refert: In homines singulos familiæ intra annum vini quadrantalia octo data esse: quod patresfamilias prudentes sufficere sunt arbitrati.

V. Præterea hæc mensurarum Rom. notitia prodest quoque vt de aliorum scriptis & translationibus, quæ non vbique satis fidæ sunt, vt tuto quis eisdem fidere possit, dexterius iudicemus. Quod est tertii *Esdr. 8.* *καὶ ἕως οἴνου μετρητῶν ἑκατὸν*, hoc est: *Et vsque ad vini metretas centum*. Id interpres vetus Latinus reddit: & ad vini amphoras centum. *Danielis 14. in historia Belis* LXX. habent: *καὶ οἴνου μετρηταὶ ξ*, hoc est: *Et vini metretæ* sex: Id vetus, transfert: Vinique amphoræ sex. In his sane non leuis error inest: quod metretes, si absque distinctione accipias, longe capacior sit quam amphora Romana. *Zachariæ 5.* Hebræus textus habet, Æphah egrediens: id vetus interpretatur amphoram: quem & Pagninus sequitur. Est & in hoc geminus error minime dissimulandus. Primum quod æphah sit Hebræa mensura rerum aridarum: amphora vero Romana liquorum. Deinde quod minor mensura Rom. cum Hebræa maiore commutatur, vt suo loco patebit.

VI. Postremo liberalior certiorque amphoræ Rom. notitia historiis magnam lucem adfert, easque illustrat: id quod ex multis patet.

VII. *Quadrantalis*, hoc est, amphoræ Rom. nota antiquitus fuit

fuit hæc q: quippe litera q quadrantalis initialis, in cauda dependente linea transuersa intercisa.

VRNA III.

I.

VRna itidem multis modis sumitur. Primum enim est *vas aquarium*, ab vsu sic dictum, ab *vrinando*: quod, vt Varro, ait *in aqua haurienda vrinat*, hoc est, mergitur, vt vrinator.

II. Deinde est quoq; certa Romanorum mensura liquoris, vt vini, musti, olei, lactis, &c: vt ex Rei Rusticæ scriptoribus satis constat.

III. Vrna mensura Ro. cullei quidem pars est quadragesima, vt constat e Columella *lib.3. cap.3*: amphoræ vero Romanæ dimidia: Congios capit quatuor, vt Volusius Mætianus testis est. Is enim quadrantali seu amphoræ octo congios tribuit. Vnde vrnæ, quæ amphoræ dimidium fert, vt Rhemnius Fannius ait, congii quatuor cedunt. Sextariorum est 24. apud Columellam *lib. 12. cap. 20*: heminas continet 48: quartarios 96: quod quartarius sextarii quarta, heminæ dimidia pars sit: Libras Ro. mensurales capit 40.

IV. *Vrna* pendit libras Ro. ponderales olei quidem 31. cum triente: vini vero libras 37. drachmas tres scripulum vnum siliquas quatuor: sed mellis pendit libras 55. cum semisse, drachmas quinq; & scripulum vnum.

V. *Vrna* capit mensuræ Francofordianæ hic ad Oderam Nossélbs 24.

VI. Ab vrna est *vas vrnale*. & Plinius *lib. 9. cap. 30.* Polypi acetabula, quæ græcis dicuntur κοτυληδόνες, vrnalia vocat, cum ait: *Acetabulis sive calicibus vrnalibus peluium modo*.

VII. In vrna fœde lapsus est Nicolaus Perottus, Cornucopiæ autor, cum scribit: *Vrna quadrantal continet.* Hic duas diuersissimas mensuras Rom. confundit: quod quadrantal potius duas vrnas capiat. Idem sui oblitus alibi sic scribit: *Vrnam vero quartarium dici, manifestum est: quod quatuor sextarios capiat*: Vrna neque quadrantal continet: neq; quartarius vsquam apud veteres autores probatos dicitur: neq; sextarios quatuor capit. Quartarius autem dicitur respectu sextarii, quod eius quarta pars sit.

VIII. Vr-

VIII. *Vrnæ* nota olim fuit 95 : nimirum quadrantalis femiſſis ſeu dimidium.

IX. *Vrnæ æreæ* ſunt *l. 13. ff. de inſtr.* nimirum vt ſeruarentur certæ : nec facile corrumperentur.

X. Vrnas vini ſexcenas ſingula vinearum iugera præbuiſſe, Columella *lib. 3. cap. 3. ex M. Varrone* refert. Sexcentæ vrnæ faciunt amphoras Ro. trecentas, congios 2400. ſextarios Ro. 14400. & totidem Noſellas hic Francofordiæ ad Oderam, quartas 7200 : Vnde replentur tonnæ Francofordianæ 65. & reſtant 50. quartæ, h. e. 100. Noſſellæ.

XI. Si *vrnæ quadragenæ* trecentis nummis veneant, vt eſt apud Columellam *lib. 3. c. 3. de Re Ruſtica*, vrna faceret ſeſtertios ſeptuaginta quinq; , Sextarius Ro. & Noſella Francofordiana tres ſeſtertios cum vna parte octaua.

CONGIVS IV.

I.

Congius eſt menſura Ro. liquoris, vt olei, vini, lactis, amurcæ, &c. apud Catonem, Varronem, Plinium, Palladium, Liuium & alios.

II. Congius vt amphoræ Ro. octaua, ita vrnæ Ro. quarta pars eſt : & capit ſex ſextarios, quibus nomen dedit, vt ex Catone *cap. 57.* & ex Galeno conſtat : Cato enim familiæ vini ſextarium in diem concedit : & in menſem, cui triginta dies vulgo tribuuntur, quinq; congios facere teſtatur. Sexies quinq; triginta faciunt.

III. Ad hæc congius continet heminas duodecim, quartarios 24. acetabula 48. libras menſurales Ro. decem, vt Feſtus Pompeius teſtatur.

IX. Congius pendit olei quidem libras ponderales Ro. octo cum triente : vini vero libras nouem, vncias tres, ſcripula duo, ſiliquas quatuor : Sed mellis pendit libras tredecim cum ſemiſſe, vncias quatuor, drachmas quinq; , ſcripulum vnum.

V. Congius capit menſuræ Francofordianæ ſex noſſellas ὡς ἔγγιστα, h. e. quam proxime, quartas tres.

VI. Ciceronis filio a Tergilla obiectum fuiſſe, refert Plinius *lib. 14. cap. 22.* quod binos vini congios ſimul haurire ſolitus eſſet :

vnde *bicongius* dictus fuit. Facit Nossellas Francofordianas duodecim, quartas sex.

VII. Nouellius Torquatus Mediolanensis *tricongius* dici meruit, quod tres vini congios vno impetu hauriret, inspectante miraculi gratia Tiberio Principe, vt idem Plinius refert. Facit Nossellas Francofordianas 18. quartas 9.

VIII. Congios quinq; vini dari iubet Cato in mensem, h.e. in dies sextarium vnum mense quinto, sexto, septimo & octauo *c. 57. de Re Rustica.* Congii, 5. faciunt sextarios triginta, quot dies mensi tribuuntur. Congios vini tres in mense quarto, in diem heminam dari iubet. Ibidem. In singulos homines Saturnalibus & compitalibus vini congios idem dari iubet, ibidem.

CONGIARIVM.

IX. Apud Plinium est *lib. 14. c. 14.* L. Lucullus, cum rediit ex Asia, millia cadorum congiarium diuisit amplius centum. Budæus *lib. 5. de Asse* cados congiarios hic interpretatur congii tantum capaces: h.e. qui senos sextarios Italicos capiant. Legit enim congiarium pro congiariorum, vt sit genitiuus pluralis per Syncopen. Georgius vero Agricola congiarium cadorum exponit, quod eos cados Lucullus congiarium pro munere diuiserit, vt cádo sua mensura, de qua postea in mensuris Atticis dicetur, maneat: & vt congiarium sit nominatiuus singularis.

X. A congio enim *congiarium* dicitur munus illud, quod Imperatores, Principes & alii Magistratus amicis vel populo dare solebant. Nam primum olim congii vini vel olei, &c. dabantur: postea vetus appellatio mansit etiam in aliis rebus: & *congiaria* dici cœperunt aliarum quoque rerum munera, vt nummorum apud Suetonium in Cæsaribus. Cuius rei multa exempla passim a me adferuntur in *secundo & tertio libro Historiæ rei nummariæ veteris a me edita.* Congiarium salis est apud Plinium *lib. 31. c. 7.* cum inquit: *Ancus Martius IV. Rex Rom salis modia sex millia in congiario dedit populo.*

XI. *Augusti congiaria* propter exiguitatem *heminaria* dicta fuisse & autori obiecta, refert Fabius Quintilianus *lib. 6. c. 4.* cum inquit: *Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem, heminaria esse dixit. Nam congiarium cum sit*

com-

commune liberalitatis atque mensuræ, a mensura ducta imminutio est rerum, hæc ille.

DONATIVVM.

XII. Largitio vero seu munus, quod militibus ab Imperatoribus dabatur, *donatiuum* dictum fuit. Budæo est λαμπρὰ ἐπίδοσις, h. e. *splendida donatio*. Id confirmat & palam testatur Suetonius Tranquillus *in Nerone* cum inquit: *populo congiarium, militi donatiuum proposuit*.

XIII. *Congius vini* asse fuit Romæ in Triumpho L. Metelli, vt est apud Plinium *lib. 17. c. 3. As* nummus Rom. æreus valet tres nummulos misnicos cum tribus quintis partibus. Tam exiguo pretio Romæ tum empti fuerunt sex vini sextarii, qui faciunt sex Nosellas hic Francofordiæ ad Oderam.

XIV. Congii nota fuit hæc olim ε, instar literæ græcæ in ordine quintæ.

XV. A congio est *fidelia congialis*, h. e. congii capax, apud Plautum in Aulularia.

SEXTARIVS V.

I.

ABsolutis quatuor maioribus, *Sextarius* inter mensuras minores velut Princeps quædam mensura fundamentum & meta est, quo cæteræ mensuræ quodammodo referuntur: quod, vt ex huius multiplicatione mensuræ maiores nascuntur, ita ex eius distributione minores eueniant.

II. *Sextarius* a Latinis non simpliciter, sed respectu alterius mensuræ maioris, nimirum congii, dicitur: quod ejus sexta pars sit. Id confirmat Rhemnius Fannius, cum inquit:

A quo sextari nomen fecisse priores
Crediderim, quod eos capiat sex congius vnus.

SEXTARII DIVISIO.

III. Sextarius in genere dictus varias admittit diuisiones & partitiones. Primum enim ab obiectis, circa quæ versatur, & a rebus, quas metitur, *sextarius* alius est *liquorum*, alius *rerum aridarum*.

Res

Res liquidæ, quas metitur, sunt vt aqua, vinum, oleum, mel, acetum, defrutum, &c. apud Ciceronem, Catonem, Columellam, Palladium, &c. Ac in specie quidem sextarius ab obiecto dicitur olearius, quo oleum metiebantur, apud Catonem *cap. 13. & 66. de Re Rustica.* Res aridæ sunt *frumenta*, vt triticum, far, hordeum, &c. *legumina*, vt pisum, vicia, cicer, millium, &c. *semina*, vt brassicæ, betæ, papaueris, rapæ, cepæ, &c. De sextario rerum aridarum postea dicetur.

IV. Altera sextarii diuisio sumitur a regionibus: qua *sextarius* est aut *Italicus*, aut *Græcus*, aut *Hebraicus*, aut *externus*.

SEXTARIVS ITALICVS.

V. *Sextarius Italicus*, a regione Italia dictus, apud Palladium *lib. vndecimo tit. 14.* a populo & ciuitate Romanus quoque dicitur. Apud Galenum *lib. 6. de compos. medicam. secundum locos* ῥωμαϊκὸ, & *lib. 3. de compos. secund. genera.* Hic sextarius Romanus a loco & vsu duplex fuit, *vrbicus* & *Castrensis*.

SEXTARIVS VRBICVS.

VI. *Sextarius Rom. vrbicus* apud Palladium *lib. 2. tit. 19.* respectu sextarii castrensis dictus, erat certa in vrbe mensura, qua res & liquidas & aridas metiebantur. Erat enim ratione obiectorum duplex.

VII. Sextarius Rom. vrbicus liquorum amphoræ Rom. fuit quadragesima octaua, vrnæ vicesimaquarta, congii sexta pars, vnde & nomen accepit. Hunc sextarium partiuntur primum in *duas heminas*, quas & *cotulas* vocant, vt Rhemnius Fannius quoq; confirmat, inquiens:

At cotulas, quas, si placeat, dixisse licebit
Heminas, recipit geminas sextarius vnus.

VIII. Deinde partiuntur in *quatuor quartarios*, quos continet: quod quartarius sextarii quarta, heminæ dimidia pars sit, vt ex Volusio Mætiano conijcitur. Dicitur enim quartarius respectu sextarii, quod eius quarta pars sit. Ad hæc sextarium in octo *acetabula*, quæ continet, partiuntur: quod acetabulum heminæ quarta pars sit, apud Plinium *lib. 21. cap. vltimo.*

SEXTA-

SEXTARIVS AS.

IX. Iam hic ſextarius Rom. vrbicus vſitate quoq; in duodecim *cyathos*, præſertim apud Poetas, diuiditur : quod cyathus ſextarii duodecima pars ſit, vt vncia aſſis. Et vt cyathus vnciæ, ita ſextarius aſſis, & rationem hic habet, & appellationem accipit.

X. Hi autem duodecim cyathi ſextarii, duodecim aſſis ſeu libræ Rom. vnciis vt partibus diſerte efferuntur & hilariter quoq; ebibuntur.

SEXTARII VT ASSIS PARTES.

XI. *Aſſis partes* ſunt *vncia, ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx*, ſequitur *as*.

XII. Hinc mos erat antiquitus, vt, cum ſeſe ad potationes ſolutiores in hilarioribus conuiuiis largius inuitarent, *tot vini cyathos ſingulis hauſtibus ebiberent, quot eſſent in nomine vel amici vel amicæ literæ.* Illæ itaq; duodecim aſſis partes, cyathis ſextarii partibus accommodatæ tot cyathos vno hauſtu & ſpiritu hauriri, ſignificabant.

XIII. Huius rei multa exempla paſſim extant apud Poetas : quale eſt hoc Martialis *lib. 1. Epigrammatum*, cum inquit :

Næuia ſex cyathis : ſeptem Iuſtina bibatur :
Quinq; Lycas : Lyde quattuor : Ida tribus.
Omnis ab infuſo numeretur amica Falerno. &c.

XIV. De Sextante illud eſt Martialis *lib. 5.*

Sextantes, Calliſte, duos infunde Falerni.

Duo ſextantes ſunt quatuor cyathi : qui ſunt ſextarii triens. Auguſtus Cæſar, quoties largiſſime ſe invitaret, ſenos ſextantes non exceſſit : aut, ſi exceſſit, rejiciebat, vt autor eſt Corn. Nepos. *Sex ſextantes ſunt duodecim cyathi* : qui faciunt integrum ſextarium : quem ſex hauſtibus illum bibere ſolitum, ſignificatur : de hoc *ſupra cap. 1.*

XV. *De trientibus* eſt hoc Propertii *lib. 3.*

Cum fuerit multis exacta trientibus hora :

Triens continet cyathos quatuor, qui ſextarii tertia pars ſunt : Martial. *lib. 8.*

Seruabor Domina Ruffe triente tuo : & alibi paſſim.

XVI. *Quadrans vini* apud Corn. Celsum tres cyathos continet: pro quo *lib. 1.* tres cyathos idem Celsus ponit. Martial. *lib. 9. ad Calatissum:*

Quadrantem duplica de seniore cado.

XVII. *De quincunce & besse* Martial. *lib. 11.* ait:

Quincunces & sex cyathos bessemque bibamus:
Caius vt fiat Iulius & Proculus.

Scribonius Largus *Compos. CCXXVI.* bessem octo cyathos dixit, hoc est, duas sextarii partes tertias.

XVIII. Pro *semisse* vtitur sex cyathis Martialis *lib. 9.* cum inquit *ad Calatissum:*

Nunc mihi dic, quis erit, cui te, Calatisse, Deorum
Sex iubeo cyathos fundere? Cæsar erit.

Calderinus & Beroaldus vncias hic interpretantur non recte.

XIX. *De septunce* est hoc Martialis *lib. 3. in Zoilum*, cum ait:

Septunce multo deinde perditus stertit.

Apud eundem est *lib. 8.*

Si dubia est septunce trahar, &c.

XX. *Dodrans calidæ aquæ*, apud Columellam *lib. 6. cap. 6.* continet nouem cyathos: qui sunt tres sextarii quadrantes. Apud Horat. est *lib. 3. Carm. Ode 19.*

Tribus aut nouem
Miscentur cyathis pocula commodis.
Qui Musas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates: tres prohibet supra
Rixarum metuens tangere Gratia
Nudis iuncta sororibus

Ausonius:

Ter bibe, vel toties ternos: Sic mystica lex est.

h. e. Aut tres cyathos ad numerum Gratiarum: aut nouem ad numerum Musarum.

XXI. *Deni cyathi* apud Plautum conceduntur in Sticho, cum inquit:

ST. *Vide quot cyathos hos bibimus?*
SA. *Tot, quot digiti sunt in manu.*

XXII.

XXII. *De deunce* eſt Martialis *lib. 12.*

Poto ego ſextantes tu potas, Cinna, deunces:
Et quereris, quod non, Cinna, bibamus idem.

Idem *lib. 6.*

Miſceri ſibi protinus deunces:
Sed crebros iubet.

XXIII. Apud eundem Martialem *lib. 1. Epigr.* amarus iocus eſt in *Ruffum*:

Quod raram diluti biberet unciam Falerni.
Hortatur ergo vt crebros bibat trientes.

XXIV. Porro & Athenienſis in conuiuiis ſolutioribus ſibi inuicem propinantes, cyathos amicitiæ & cyathos amoris, & cyathum Demetrii nominatim poſcebant ſingulis potionibus, vt eſt apud Athenæum *lib. 6. Dipnoſoph.* Amicitiæ quidem quaternos, amoris vero ternos cyathos propinabant: & præterea cyathum Demetrii vel Antigoni: qui duo cyathi ab aſſentatione inoleuerunt.

XXV. Huius moris veteris bibendi quædam haud dubia veſtigia hodie adhuc apud quaſdam nationes reſtare videntur: vt cum Poloni in lætioribus conuiuiis pro ſalute, pro commoda valetudine, pro vita, pro feliciore fortuna, vel Regis, vel principis, &c. aliis conuiuis pocula propinant. Sed de his iam ſatis eſt.

LIBRA ROM.

XXVI. In ſextarii partibus *libra Rom. menſuralis* minime omittenda eſt: quæ duodecim vnciis menſuralibus conſtat.

XXVII. *Sextarius Rom.* continet libram Rom. μετρικὴν, h. e. menſuralem & præterea eius beſſem: quæ ſimul faciunt vncias menſurales viginti: id confirmat Galen. *lib. 1. de compos. medicam. ſecundum gen.* cum inquit: παρὰ γοῦν τοῖς ῥωμαίοις ὁ ξέστης ἔχει μίαν λίτραν καὶ ἡμίσειαν καὶ ἕκτον, ὡς εἶναι πάσας οὐγκίας κ: h. e. *Apud Romanos certe ſextarius habet vnam libram & dimidiam, & ſextam partem: vt ſint omnes vnciæ viginti ſcilicet menſurales.* Et Oribaſius Iuliani Apoſtatæ medicus *libro 2. ad Euſtathium* F. confirmat, Sextarium habere libram vnam & vncias octo. De libra mox plura.

XXVIII. Porro duplices vnciæ hic ſunt obſervandæ & diſtinguendæ. Nam vnciæ hæ libræ duodecim ab vnciis ſextarii duode-

cim

eam differunt: quod vt vncia Sextarii duodecima pars est, & dicitur cyathus, ita vncia libræ duodecima & sextarii vicesima pars sit.

XXIX. Vult quidem Leonhardus Portius: Sextarium esse viginti vnciarum, sed ponderalium non mensuralium: Fallitur autem secutus Hermolaum Barbarum.

XXX. In omnibus sane liquoribus Sextarius Rom. vrbicus hisce viginti vnciis mensuralibus constat. Vnciæ vero ponderales pro liquorum diuersitate variant: propterea quod liquor liquorem vel grauitate vincat, vel leuitate destituat.

XXXI. Ac olei quidem Sextarius plenus pendit libram vnam ponderalem, vncias quatuor, drachmas quinque & scripulum vnum, sententia Galeni: quo velut fundamento constituto de pondere reliquarum mensurarum certo statui potest: Vini vero pendit sesquilibram, h. e. vncias octodecim ponderales cum semunica, siliquas duas, grana duo cum besse. At mellis pendit libras duas, vncias tres, drachmas sex, siliquas quatuor.

XXXII. Ab hac tamen exacta Galeni doctissimi sententia, de horum trium liquorum pondere dissentit *Rhemnius Fannius*, vt ex his illius versibus constat, & a Georgio Agricola declaratur *lib. 3. de mensuris & ponderibus*, qui est *de pondere rerum pag. 81.*

Illud præterea tecum cohibere memento,
Finitum pondus varios seruare liquores.
Nam libræ, vt memorant, bessem sextarius addet,
Seu puros pendas latices, seu dona Lyæi.
Addunt semissem libræ liuentis oliui.
Selibramque ferunt mellis superesse bilibri.

Fannio suffragatur & Dioscorides, & alius quidam de Mensuris & Ponderibus. Hi vero horum liquorum pondera non tam exacte, atque Galenus, expendisse videntur.

XXXIII. Postremo sextarium *in 48. ligulas*, quæ & *cochlearia* vocantur, diuidunt. Hic sextarius Rom. vrbicus quamproxime refert mensuram [illegible] Francofordiæ ad Oderam vsitatam, quæ dicitur Nossella, vt amphoræ Rom. ad pedem Rom. factæ, dimensio palam indicat.

XXXIV. Sextarius Rom. aliquando ξέστης quoque dicitur a Græcis scriptoribus, vt a Galeno; sed vt a sextario græco distingua-

tur,

tur, differentiæ loco addi solet, ῥωμαϊκὸς, *vt lib. 1. de compos medicam: secund. genera.* Galeni verba sunt: ξέστου δὲ νομίζω μεμνῆσθαι τὸν ἥρωα τοῦ ῥωμαϊκοῦ. Παρὰ μὲν γὰρ τοῖς ἀθηναίοις οὔτε τὸ μέτρον ἦν, οὔτε τοὔνομα τοῦτο· νυνὶ δ' ἀφ' οὗ ῥωμαῖοι κρατοῦσι τοὔνομα μὲν τοῦ ξέστου παρὰ πᾶσιν ἐστι τοῖς ἑλληνικῇ διαλέκτῳ χρωμένοις, hoc est *Sextarii vero Romani Heram meminisse existimo. Nam apud Athenienses quidem neque mensura neque nomen hoc erat. Nunc vero, ex quo Romani rerum potiuntur, nomen quidem sextarii apud omnes est, qui græca dialecto vtuntur.*

SEXTARIVS CASTRENSIS.

XXXV. Sextarius Rom. alter quippe castrensis ab vrbico sextario differt: quod huius fuit vsus apud Romanos in castris tempore belli. Capit hic sextarius castrensis duos sextarios Rom. vrbicos, vt D. Hieronymus *in Ezechielem* scribens testatur. Sic enim scribit: *Sextam enim partem mensuræ Hebraicæ, quæ appellatur Hin, iubetur per singulos dies bibere. Porro Hin duos χοᾶς Atticos facit: quos nos appellare possumus duos sextarios Italicos: ita vt Hin mensura sit Iudaici sextarii, nostrique castrensis: cuius sexta pars facit tertiam partem sextarii Italici.* Ex quibus verbis, inquit Georgius Agricola, quis non intelligit Sextarium castrensem duos Italicos siue vrbicos capere? Sed de hoc infra in *Hine*.

ERRORES IN SEXTARIO

I.

XXXVI. In sextario Rom. errat *Angelus Politianus & Demetrius Alabaldus*, viri alioqui doctissimi: qui scribunt *sextarium efficere tres amphoras*: quasi sextarius triplo capacior sit quam amphora: cum amphora potius sextarios Rom. 48. contineat.

II.

XXXVII. Errat & *Nicolaus Perottus*, Cornucopiæ autor: quod *sextarium & metretem eandem mensuram facit.* Cum metretes Atticus sextarios Atticos quidem contineat 72. Romanos vero 64. cum quatuor quintis partibus.

III.

XXXVIII. Errat & *Isidorus Hispalensis libro Etymologiarum 16. cap. 25.* cum inquit; *Hemina autem appendit libram vnam: quæ gemi-*

nata sextarium facit : Sextarius duarum librarum est : quibus assumptis nominatur bilibris.

XXXIX. Eadem verba Budæus *lib. 5. de Asse* repetit : & inde sextarium duarum librarum esse statuit : vt sit 24. vnciarum : sed fallitur : contra quem G. Agricola *lib. 1.* de Mensuris Romanis disputat.

IV.

XL. *Alciatus* sextarium vult esse vnciarum 15.

XLI. Sextarii nota olim hæc fuit, ɔ instar literæ latinæ in alphabeto tertiæ c, sed inuersæ.

XLII. Cato *cap. 57. de Re Rustica* familiæ vinum dare iubet in dies sextarium vnum in mense quinto, sexto, septimo & octauo, in mensem congios quinq;.

XLIII. Iulius Cæsar præter denos frumenti modios & trecenos nummos, denas olei libras populo Rom. s. congiarium, viritim diuisit, Suetonius *in Cæsare.*

XLIV. Idem Iulius Cæsar tantum tractum subiugauit, vt Romanis in annum penderet olei centum myriades librarum, vt est apud Plutarchum *in Cæsare:* quæ faciunt sextarios Græcos quidem 666666. cum duabus tertiis partibus : Romanos vero 600000 : qui pares sunt Nossellis Francofordianis : vnde quartæ 300000. tonnæ Bernavianæ 2727. cum triginta centesimis & decimis partibus conficiuntur.

De Nossellis in Marchia & in vicinis quibusdam ditionibus vsitatis.

HIc locus me monet, vt de *Marchicis* & aliis quibusdam *Nossellis* aliquid dicam. Certis firmisq; rationibus adductus, dico & affirmo, *Nosellam Francofordianam* mensuram cereuisiariam, præcipue vero vitriariam, parem esse sextario Rom. vrbico : id quod emensio Amphoræ Rom. quæ & *quadrantal* dicitur, perspicue demonstrat. Nossellæ Francofordianæ pares sunt & aliæ nossellæ March. vt *Brandeburgica* ex noua Brenni arce missa, *Stendaliana, Berolinica.* Arbitror & aliorum oppidorum Marchiæ Nossellas his ὡς ἔγγιστα pares esse : vt omnes sint amphoræ Rom. pars quadragesima octaua, vt sextarius Rom. Noss. Ceruestana a reuerendo viro D. Abraha-

mo

mo Vlrico multos ante annos mihi miſſa ex ditione Analdina par eſt hiſce Marchicis Noſſellis,item Vitebergica in ditione Saxonica. Sunt itaq; hæ menſuræ harum ditionum cum Rom.Sextario & inter ſe pares. Et hæ menſuræ liquorum vbiq; manent certæ nec mutantur. Pretium vero rerum venalium ratione vel caritatis vel vilitatis annonæ in foro nunc augetur, nunc minuitur. Hinc ſatis conſtat, Principes vicinos ſuperioribus annis ſapienter conſtituiſſe, vt in reb. liquidis certæ & eædem menſuræ in ſuis ditionibus perpetuæ eſſent: vt ſubditorum vtilitati quam optime conſuleretur. De menſuris rerum aridarum dicam infra *capite de Menſuris Georgicis.*

HEMINA VI.

I.

H*Emina* a Feſto Pompeio dicitur, quod ſextarii dimidia pars ſit, ἥμισυ. Quod ex A. Gellio quoq; conſtare poteſt, cum inquit *lib.3.cap.14 : Si e ſextario Hemina fuſa eſt, non dimidiatum ſextarium fuſum dicendum eſt.*

II. *Hemina* eſt menſura Rom *liquoris*,vt vini,olei,mellis,aquæ, ſucci apud Catonem, Columellam,Scribonium,Largum,&c. Continet *quartarios duos*, vt ex Voluſio Mætiano conſtat, *acetabula* quatuor,*cyathos* ſex,*ligulas 24.* Capit *vncias menſurales* decem,vt ex Galeno liquet *lib.1. de medicam. Compoſ. ſecund.genera.*

III. Hemina pendit olei quidem vncias 8. drachmas duas, ſcripula duo. vini vero vncias nouem, drachmas duas, ſiliquam vnam,ſcripulum vnum cum triente: ſed mellis pendit libram vnam, vnciam vnam,drachmas ſeptem, ſiliquas duas.

IV. Errat Iſid. *lib.16. cap.25* : qui heminam libram appendere ſcribit: quem G.Agr.refutat.

V. Hemina ſeminoſſellæ. Francofordianæ par eſſe cenſetur.

VI. Et Græci aliquando Hemina vtuntur : ſed loco differentiæ ei additur ῥωμαϊκὴ vel ἰταλικὴ. Vtuntur enim pro menſura nunc Romana,vt Galenus teſtatur *lib.7. de compoſ.Medicam.ſec.loc.* & ex Athenæo *lib.11. liquet.*

VII. Heminas tres vini dari in dies menſe nono,10. vndecimo

mo & duodecimo : h. e. in mense amphoram iubet Cato *cap. 57. de Re Rust* : Idem mense quarto vini heminam in dies dari iubet.

VIII. Heminæ nota antiquis vsitata hæc olim fuit 25. quæ sextarii semissem seu dimidiam partem significat : Fuit & hæc nota græca ἡμ : quippe duæ literæ græcæ initiales sibi inuicem impositæ.

QVARTARIVS VII.

I.

QVartarius respectu alterius mensuræ, nimirum sextarii dicitur: quod eius quarta pars sit.

II. *Quartarius* est mensura *liquorū* Rom. quæ duo acetabula continet, vt ex Plin. *lib. 21. cap. vltimo* constat, cum inquit : *Cum acetabuli mensura dicitur significat heminæ quartam partem.* Deinde continet cyathos tres, ligulas duodecim, vncias mensurales quinq;.

III. Pendit olei quidem vncias ponderales quatuor, drachmam vnam, scripulum vnum : vini vero vncias quatuor, drachmas quinque, grana duo cum besse : sed mellis pendit vncias sex, drachmas 7. cum semisse, siliquam vnam.

IV. Apud Liuium est *in Hist. Manlii :* Ciues Rom. ad Manlii ædes quartarios vini contulisse : Id Plutarchus *in Manlio* vocat, οἴνου κοτύ. ης ἰλλυρικῆς τέταρτον, h. e. *vini cotulæ græcæ quartam s. partem.* Liuii verba *l. 5. ab V. C.* hæc sunt : *Manlius primum ob virtutem laudatus, donatusque non a Tribunis solum militum, sed consensu etiam militaris : cui vniuersi selibras farris & quartarios vini ad ædes eius, quæ in arce erant, contulerunt.* Consule & Plutarchum *in Camillo.*

V. Quartarii nota fuit Q.

ACETABVLVM VIII.

I.

ACetabulum ab aceto primum nomen inuenit, ad imitationem Græcorum, apud quos dicitur ὀξύβαφος, & mutato genere ὀξύβαφον. Erat enim olim *vasculum, quo acetum ad embamma intingendi gratia apponebatur.* Inde postea ad mensuras liquorum est translatum. Acetabulum mellis est Apud Cor. Celsum in compositione acopi.

II. Acetabulum vt quartarii dimidia, ita sextarii octaua pars est:

eſt: continet cyathum vnum cum dimidio, ligulas ſex. Capit liquoris vncias menſurales duas cum ſemiſſe.

III. Pendit olei quidem vncias duas, ſcripula duo: vini vero pendit vncias duas, drachmas duas cum ſemiſſe, granum vnum cum triente: ſed mellis pendit vncias tres, drachmas tres, ſcripula duo & ſiliquas duas.

CYATHVS IX.

I.

CYathus Græca vox eſt a verbo *χύειν*, quod *fundere* ſignificat, deriuata, litera aſpera χ in eius tenuem κ mutata ac mitigata. In latinam coloniam deducta, receptaque pro poculo in vſu fuit.

II. Deinde cyathus *pro certa menſura liquoris* apud Romanos in vſum venit, vt vini, olei, decocti, ſucci apud Catonem, Columellam, Scribonium Largum, &c.

III. Cyathus menſura Rom. Sextarii Rom. duodecima pars eſt, vt in Sextario copioſe declaratum eſt. Continet ligulas quatuor, liquoris vnciam vnam menſuralem, drachmas quinque ſcripulum vnum.

IV. Pendit olei quidem vnciam vnam, drachmas tres, ſiliquas duas: vini vero vnciam vnam cum ſemuncia, ſcripulum vnum, & octo grani partes nonas: ſed mellis pendit vncias duas, drachmas duas cum ſemiſſe, granum vnum cum triente.

V. In cyatho lapſus eſt Acron Grammaticus *in Odam Horatii octauam lib. 3.* Carm. cum ſcribit. *Cyathum eſſe menſuram ſextarii partem ſextam.* Cyathus enim Sextarii non ſexta ſed duodecima pars eſt.

VI. Cyathi nota latinis olim hæc fuit vſitata. C υ: quippe duæ literæ initiales huius menſuræ.

LIGVLA X.

I.

LIngua & forma diminutiua, *ligula*, primum pro inſtrumento, quo iuſculum ſeu liquor hauritur, apud authores fere vſurpatur.

II. Deinde pro certa quoq; liquoris menſura latinis Medicis & aliis in vſu fuit, vt conſtat ex Plinio *lib. 20. cap. 23. & lib. 26. cap. 8.*

III. Lingua ſeu ligula cyathi quarta pars eſt, vt conſtat ex Co-

lumella *lib.12.cap.21.* cum inquit : *Et ita coadjicitur in binas vrnas ligula cumulata vel mensura semunciæ bene plene salis cocti & tritis : quod cyathi quarta pars fere semuncia.*

IV. Dicitur autem *a forma*, quod ad similitudinem linguæ ad palatum retractæ, atq; ita cauæ, facta esset.

V. Ligula mellis est apud Scribonium Largum *composit. CXLIIII* sanguinis apud eundem *composit. CCXXX.*

COCHLEAR.

I.

EAdem mensura *Cochlear* quoq; dicitur, *cochleare* & *cochlearium*, apud Plinium *lib. 27. cap.4. & lib.28. cap.17* : sed pro instrumento hauriendi in crebro vsu est.

II. Est quoq; mensura liquoris, vt musti apud Columellam *lib. 12. cap.2.* cyathi quarta pars est.

III. Vtraq; mensura & ligula & cochlear , capit liquoris drachmas tres mensurales, scripulum vnum.

IV. Pendit olei quidem drachmas duas ponderales, scripula duo, siliquas duas : vini vero drachmas tres siliquam vnam, grana duo cum duabus nonis grani partibus : mellis autem pendit drachmas quatuor cum semisse, siliquas duas, granum vnum cum triente.

V. *Nicolaus Perottus* fallitur dum inter has mensuras hoc discriminis ponit : quod cochlear quidem concauitatem habere, ligulam vero linguam planam esse affirmat.

LIBRA XI.

I.

HIs mensuris Romanis liquorum adnumeranda est & *libra mensuralis* : quæ vna litera mutata dicitur Græcis λίτρα apud Galenum *lib.1. de Compos. Medicam. secund.gen.* Idem repetit & Hesychius.

II. Hæc libra Græcis dicitur λίτρα μετρικὴ seu μέτρῳ, h.e libra mensuralis seu libra mensura ad differentiam alterius libræ, quæ apud Galenum vocatur λίτρα σταθμικὴ, hoc est, *libra ponderalis seu σταθμῷ*, h.e. pondere seu pondo.

III.Ga-

III. Galenus *lib.3. de compos. Medicam: secund. gen. pag. 321.* sic distinguit inquiens : αἱ μὲν γὰρ σταθμικαὶ (λίτραι) τὸ βάρ© κρίνουσι τῶν σωμάτων. αἱ δὲ μετρικαὶ τὸν ὄγκον, h. e. *Nam ponderales quidem (libræ) grauitatem corporum examinant : mensurales vero molem.*

IV. Vtriusq; libræ partes, totum integrantes, sunt duplices, partim *æquales*, partim *inæquales*. Partes libræ æquales sunt, quæ eandem in duas partes æquales partiuntur : Vt sunt *duodecim vnciæ, octo sescunciæ, sex sextantes, duo semisses*, quæ & selibræ dicuntur, *tres trientes* & *quatuor quadrantes*.

V. Partes vero *inæquales* sunt, quæ libram in duas partes inæquales dispertiunt : vt sunt *vncia & deunx, sextans & dextans, quadrans & dodrans, triens & bes, quincunx & septunx* : vt sint vnciæ libræ vtriusq; duodecim.

VI. Hæ partes suo loco æque & mensuræ & pondera sunt, atque libra ipsa, vt ex certo crebroq; veterum autorum vsu comprobatur. De vncia mensurali extat apud Galen. *lib. 8. de Compos. Medicam. secund. locos*, cum inquit : *Vncia vna mensurali Rom. inuncta nardini vnguenti*. De mensura semuncia est paulo ante in Ligula.

VII. Sed hic de *libra mensurali* tractatio nobis suscepta est : de *libra* vero *ponderali* postea suo loco quoque agetur.

VIII. Libra Rom. mensuralis Romæ olim *cornea* fuit, intersecta lineis, totam in duodecim partes æquales, quæ vnciæ appellantur, diuidentibus, vt Galenus testatur *lib. 3. de Compos. Medicam. secund. gen.* Vnde eadem Κέρας μετρικὸν, h. e. *cornu librale* ab eodem dicitur.

IX. Inde a libra & materia est quoque *cornu bilibre* s. duarum librarum mensuralium, apud Horat. *lib. 2. Sermon. Satyra 2.* Et apud Plautum est *aqualis bilibris* s. duarum librarum capax *in Milite*.

X. Hanc libram in duodecim partes æquales diuidi, vt as diuiditur, ex Rhemnio Fannio quoque liquet : quæ partes vocantur *vnciæ libræ mensurales*.

XI. Hæc libra mensuralis pendit olei quidem vncias ponderales decem, vt Galenus *lib. 6. de Compos. Medicam. secund. gen.* diser-

te confirmat: *pag. 397.* ἐγὼ γοῦν ἐν τῇ ῥώμῃ τὴν τοῦ ἐλαίου καλουμένην λίτραν, ἣν διὰ τῶν καταγετμημένων κεράτων μετροῦσιν, ἔστησά ποτε, βουλόμενος μαθεῖν ὁπόσον ἔχει σταθμὸν τοῦ βάρους· εὗρον δὲ ταῖς σταθμικαῖς δέκα οὐγγίαις ἴσας τὰς μετρικὰς τοῦ ἐλαίου ιϐ. h. e. *Ego itaque Romæ olei libram vocatam, quam per intercisa cornua metiuntur, aliquando appendi, cupiens nosse, quantum grauitatis pondus habeat: inueni autem ponderalibus decem vnciis, pares mensurales olei duodecim.* Vini vero pendit vncias vndecim, scripula duo, obolum vnum, siliquam vnam: sed mellis pendit vncias sedecim, drachmas quinque, scripulum vnum.

XII. Libram Rom. mensuralem & mensura & pondere *cotylæ hippoiatricæ* parem esse, certum est. Vnde Andromachus Iunior Cotylas pro libris nominavit, apud Galen. *lib. 4. de sanitate tuenda*, cum inquit: οὐσῶν δὲ κοτυλῶν ἰταλικῶν, ἃς δὴ καὶ λίτρας ὀνομάζουσι, hoc est. *Cum vero sint cotylæ Italicæ, quas sane etiam libras nominant. s. mensurales.*

XIII. Porro hanc mensuram ideo diligenter nosse profuerit, quod ad restituendas mensuras veteres eius notitia maximum momentum adferat.

XIV. Qua de re sic ait G. Agricola: *Mensuræ autem hoc modo restitui possunt: in alteram libræ lancem imponantur decem vnciæ ponderales: in alteram infundatur oleum, vbi neutra propenderit, vasculum, quod tantum olei capit, erit libra Romana: quod vasculum in duodecim vncias mensurales diuidatur: quarum decem erunt hemina Romana. Seruata vero proportione, quam mensura habet ad mensuram tam hæ, quæ plus capiunt, quam quæ minus, fabricari possunt.* Hæc ille. Hæ autem vnciæ vtræque & mensurales & ponderales Italicæ seu Romanæ semper eædem intelliguntur. Nam vt libra Rom. ita & hæ vnciæ nunquam mutatæ aut imminutæ esse traduntur.

TABV-

TABVLA SPECIALIS:

IN QVA MAIORES MENSVRAE PRAECEDVNT, MINORES SEQVVNTVR: QVOTA AVTEM QVAEQVE INFERIOR SVPERIORIS PARS SIT, NVMERVS ADDITVS INDICAT.

Mensuræ Rom. liquor.

Maiores.	1.	*Culleus*	1.									
	2.	*Amphora*	20.	1.								
	3.	*Vrna*	40.	2.	1.							
	4.	*Congius*	160.	8.	4.	1.						
			Sex. Rom. Nosselæ Francof. ad Od. par est. Continet vncias mensurales 20.									
Minores.	5.	*Sextarius*	960.	48.	24.	6.	1.					
	6.	*Hemina*	1920.	96.	48.	12.	2.	1.				
	7.	*Quartarius*	3840	192.	96.	24.	4.	2.	1.			
	8.	*Acetabulum*	7680.	384.	192.	48.	8.	4.	2.	1.		
	9.	*Cyathus*	11520.	576.	288.	72.	12.	6.	3.	$1\frac{1}{2}$.	1.	
	10.	*Ligula*	46080.	2304.	1152.	288.	48.	24.	12.	6.	4.	1.

11. *Libra* Rom. Mensurales 12. vnciarum mensuralium hic addatur. Item vncia, quæ sextarii Rom. 20. pars est. Vnciæ autem diuisiones variæ extant libro de ponderibus cap. V. quæ huc etiam sunt accersendæ.

De Mensura Vinaria Luneburgica.

LOCVS me monet, ut de *mensura vinaria Luneburgica* quædam dicam. Hanc ante aliquot annos mihi petenti amicus quidam misit. Eam deprehendi exacte capacem esse vnciarum mensuralium duodecim: quæ est & libræ Romanæ capacitas: quam etiam *medi-*

 cam

cam appellant: quod medicis olim maxime fuerit in vſu: vnde in pharmacopoliis quoque perpetuo manſit & appellatio & menſura propter medicamentorum confectiones & potiones. Solent autem hodie Pharmacopolæ in oppidis celebrioribus & opulentioribus non ſolum medicas potiones parare & ad hanc menſuram vendere: ſed etiam vina factitia aromatibus condita pro delicatioribus, vt *claretum, Hypocras* &c. Hos potus arte aromatariorum confectos hac quoque menſura vendunt. Qua menſura poſtea cives in oppido paſſim in vendendo vino ſunt vſi: &, quæ antea Pharmacopoliis quodammodo fuit menſura propria, mox facta eſt communis. Ex hac itaque menſura, ſi quis eam probe nouerit, & alias menſuras veteres facile cognoſcet, hiſce meis ſcriptis adiutus: in quibus omnes menſuræ veteres in tabulis ob oculos ponuntur. Continetur libra Rom. in Congio decies, in vrna quadragies, in Amphora octuagies, in culleo millies & ſexcenties Sextarius hanc capit cum beſſe.

TABVLA II.

Eo-

Quot q, eiusque libræ partes ca-
aleni extructa, &ob

				Mellis					
		4		2222	2	5	1		
Maiores	q	2		111	1	2	2		
4	qs	4	Grana	55	6	5	1	Siliquas 4	
	s	4		13	10	5	1		
	℔	2	$2\frac{2}{3}$	2	3	6			
	o		1	1	4	5	1		
	DS	1	$1\frac{1}{3}$	1	1	7		2	
Minores	℥		$2\frac{2}{3}$	libras	6	$7\frac{1}{2}$		1	Grana
7		Siliquas	$1\frac{1}{3}$		3	3	2	2	
	Cs		$\frac{8}{9}$		2 vncias	$2\frac{1}{2}$	ſcripula		$1\frac{1}{2}$
		1	$2\frac{2}{9}$			$4\frac{1}{2}$ Drachmas		2	$1\frac{1}{3}$

Eorundem liquorum menſurarum Rom. pondus ex aliorum ſententia contra Galeni doctiſſ. & experientiſſimi viri ſententiam hoc proponitur. Illis enim pendit:

	Olei			*Vini*				*Mellis*		
	Libras	Vncias	Drachmas	Libras	Vncias	Drachmas	Scripulum	Libras	Vncias	Drachmas
Amphora	72			80				120		
Vrna	36			40				60		
Congius	9			10				15		
Sextarius	1	6		1	8			2	6	
Hemina		9			10			1	3	
Quartarius		4	4		5				7	4
Acetabulum		2	2		2	4			3	6
Cyathus		1	4		1	5	1		2	4
Myſtrum		-	3			3	1			5

Iux:a hanc rationem quisque de pondere aliarum menſurarum, ſi hiſce liquoribus impleantur, ſtatuere poteſt: vt ſunt *Atticæ, Georgicæ*, & *Hippoiatricæ, Hebraica* & *Externæ*. Conſule G. Agricolam *lib. 3. de Menſuris & ponderibus, qui eſt de pondere rerum*. Sed non nihil variant libri typis excuſi, vt in Henrici Stephani theſauro patet.

De Menſuris Romanis rerum aridarum.

CAPVT IV.

MODIVS I.

I.

MOdius Latina quidem vox eſt, qua tamen & Græci aliquando vtuntur, a Romanis eam mutuati. A *modo* deriuatur, quod vocabulum pro menſura in vſu aliquando eſſe ſolet. Dicitur & *modium* in nentro genere apud Plinium *lib. 18. cap. 16. & lib. 31. cap. 7.* & apud alios.

II. Hæc vox prima *origine Hebræa* eſſe cenſetur, vt Epiphanius teſtatur. Deriuatur enim a verbo Hebræo *Madad*, quod *Menſus* eſt, ſignificat: inde eſt *Medad* menſura: ad quod nonnihil alludit voca-

quoque liberalitate. Nam vniuersos frumento donauit ita, vt singulis sex (Sic enim legit G. Agricola pro septem) *modii tritici darentur: qui modus mensuræ Medimnus Athenis appellatur.* Id autem intelligi debet de Medimno Georgico. Stanislaus Grsepsius Polonus *lib. de multiplici Siclo* in Cor. Nepote pro sex modiis legit VIII. vt Medimnus octo modios capiat: quod non probatur. Ex *Verrina Frumentaria* Ciceronis idem quoque certo constat. Is enim triginta sex medimna interpretatur modios 216. Idem 90000. Medimnum 540000. modiorum exponit. Si enim vtrumque priorem numerum per senarium multiplicaueris, posterior vtrobique exibit. Apud Suidam est: μέδιμνον οὖν μοδίων ϛ'. hoc est, *Medimnus igitur modiorum sex.* Galen. *c. 5. de mensuris* &c. ait, ὁ δὲ μόδιος ὁ αἰγύπτιος καὶ ἰταλικὸς ἔχει χοίνικας η', h. e. *modius vero Ægyptius & Italicus habet chœnices octo.* Igitur est Medimni pars sex: Medimni s. Georgici: de quo infra.

XI. Modius vt amphoræ Rom. tertia pars est, ita amphora medimni dimidia, vt Rhemnius Fannius testatur, cum de Amphora loquens inquit:

> *Huius dimidium fert vrna, & ipsa medimni*
> *Amphora: terque caput modium: Sextarius istum*
> *Sexdecies haurit.*

Sequitur itaque modium Rom. medimni esse sextam partem.

XII. Porro vt Amphora in rebus aridis media pars est Medimni, ita quoque media pars est mensuræ Francofordianæ, quæ *a scapha* dicitur Scheffel/ vt dimensio ipsa demonstrat: quod hæc Amphoram Rom. bis expleat.

XIII. Sequitur inde & modium Rom. huius mensuræ Francofordianæ esse sextam partem: quemadmodum medimni Georgici sexta pars est. Hac de re plura infra *de Medimnis.*

XIV. Modii frumento repleti pondus non solum ratione diuersi frumenti, vt tritici & hordei, &c. sed etiam eiusdem speciei multum differt variatque. Cuius rei exemplum habet Plinius *lib. 18. c. 7. de tritico.*

XV. Ex pondere quoque satis constat: Modium Romanum non adeo magnam ac capacem mensuram fuisse. Scribit enim Plinius, Triticum Gallicum atque e Chersoneso aduectum, non excede-

re in modium vicenas libras: Siquis granum ipsum ponderet, Modius Francofordianus siliginis, quod frumentum doctiores secalen esse volunt: pendit libras Zygostaticas 76; quorum sextæ parti nimirum Modio Rom. cedunt 12. cum besse libræ Zyg. quæ faciunt libras 16. cum quinque sextis Rom. Est autem frumentum aliud alio ponderosius etiam eiusdem speciei.

XVI. Cur autem Romani tam parua mensura in dimetiendo frumento sint vsi, ego non disputo. Quippe quod illis ita placuerit: Quemadmodum in Re nummaria vsi sunt asse & sestertio exiguis nummis, quibus magnas summas confecerunt, vt ex meo opere de Re nummaria libro secundo satis constat.

XVII. A modio est *sesquimodius* apud Columellam *lib.1.cap.7.* Ab eodem est *vas modiale*: *aula & calices modiales*, apud Plautum *in Captiuis*, h. e. modii capaces.

XVIII. *Trimodia* sunt apud Plinium *lib.33. cap.1.* cum inquit: *Neque enim aliter potuissent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Hannibale mitti.* Idem refert Plutarchus *in Annibale* ex Liuio *lib.3. Dec.3.* Val Max. *lib.7. cap.2.* Sed Suidas in *voce* Ἀνίβας & Lucianus pro modiis habent μεδίμνους, de quo infra. Consule & Eutropium *lib.3.* Sunt & *trimodiæ* & *decemmodiæ* vasa rustica apud Columellam *lib.12. cap.18. & 50.* Idem *lib.1. cap.9.* habet *trimodiam satoriam.*

XIX. Cato *cap.56. de Re Rustica* sic inquit: *Familiæ cibaria, vbi opus facient, per hyemem tritici modios IIII. per æstatem modios quatuor semis villico: villicæ epistatæ, opilioni III. Salis vnicuique s. seruorum in anno modium satis est.* Cato *de Re Rustica cap.58.* Hoc demensum prudentes patresfamilias seruis officiosis satis esse, longo rerum vsu experti sunt apud veteres. De cibariis annuis bubus disserit Cato *de Re Rustica cap.60.*

XX. Manius Martius, ædilis plebis, primum frumentum populo assibus in modios donauit, vt est apud Plinium *lib.18. cap.3.* Pretium mensuræ Francofordianæ, des Scheffels / facit nummulos misnicos 21. cum tribus quintis partibus. Iulius Cæsar denos frumenti modios populo viritim diuisit, præter trecenos nummos, & denas olei libras congiarium, vt est apud Sueton. *in Cæsare.* Decem modii Rom. hic Francofordiæ ad Oderam faciunt vnum Scheffel /

cum

cum quatuor sextis, seu duabus tertiis, hoc est, cum besse eiusdem mensuræ.

XXI. C. Cæsar Hyrcano e Sidone concessit *μεδίμνους δισμυρίους χοί*, h. e. modios 20675; vt est apud Iosephum *lib. 14. pag. 433.* Ducenta millia modiorum tritici dono dedit populo Rom. Hiero Rex Siciliæ potentiss. finito bello Punico primo, Eutrop. *lib. 3.* Prior summa facit mensuras a scapha dictas 3445. cum quinque sextis partibus Posterior 33333. cum parte tertia.

XXII. Augusti Cæsaris tempore ex Aegypto Vrbi annua ducenties centena millia frumenti inferebantur, vt est apud Sex. Aurel. Victorem 20000000. Si intelligis Rom. Modios, facit mensuras a scapha dictas, si per 6. diuidas 333333. cum triente: vnde colliguntur 138888. Winspel 21. Scheffel/ cum triente, si per 24. diuidas.

XXIII. Apud Cæsarem est *lib. Commenta. belli Ciuil. 2. fol. 145. editionis Florentinæ*: Tritici modios cxx millia promissa: 120000. quæ si per 6. diuidas faciunt mensuras a scapha dictas 20000. ex quibus euadunt 833. Winspel/ cum triente, h. e. 8. Modiis.

XXIV. Valentinianus Imperator modium æneum in vrbe Constantinopoli collocauit, ne mensuræ diminui possent: & quibusdam, qui diminuerant, præcidit manus, quas ibi suspendit, vt Philippus Melanchthon *in 3. Chronici* refert.

IN MODIO ERRORES.

XXV. In modio turpiter errat *Nicolaus Perottus*: qui modium continere scribit sextarios viginti duos, modiolos quatuor: quorum vtrumque falsum est. Pro sextariis autem ibi vitio chalcotypi legitur sestertios. Lapsus est in hoc & *Angelus Politianus*, cum inquit: *Duplex amphora modius est: aut si mauis Græce medimnus.*

XXVI. Porro hic dissimulandum non est: Modium aliquando non esse certam mensuram hanc, Amphoræ Rom. tertiam partem: sed incertam, maiorisque capacitatis. Sic enim est *l. 7. ff. de tritico legato: Lucio Titio modios centum, qui singuli pondo centum pendunt, heres dato.* Sed hic mox additur: Ofilius nihil legatum esse: (aiebat) quod etiam Labeo probat: quoniam eiusmodi triticum in rerum natura non esset: quod verum puto. Vide Chron. *Philip. lib. 3.*

XXVII. Modius tritici 300. drachmis venditus est Athenis tempore belli, Plutarch. *in Demetrio.* Facit communis mensura hic Francofordiæ drachmas 1800. coronatos 180. Argenteos vnciales 225.

XXVIII. Modii nota Romanis fuit hæc M̊, quippe duæ literæ initiales, posteriore priori imposita.

XXIX. Porrò de Modiis sacris, qui sata sunt, infra *in Mensuris Hebraicis* agitur.

SEMODIVS II.

I.

S*Emodius* a semis & modius componitur: quasi dicas *semimodius*, modii dimidia pars, est mensura Romana rerum aridarum, vt *tritici* apud Ciceronem *in Verrina frumentaria*, Varronem *lib. 3. c. 8.* Palladium *lib. 1. tit. 25. floris siliginis, furfuris* apud Plin. *lib. 18. cap. 8. Salis* apud Columellam *lib. 7. c. 5.* Apud Martialem est *lib. 1. Epigrammatum de Sabello: Farris Semodius Fabæque fresæ.*

II. Semodius continet Sextarios Rom. octo, teste Volusio Mætiano, heminas sedecim, libras tredecim cum quatuor vnciis. chœnices quatuor, vt e Paulo Ægineta colligitur, acetabula 64. cyathos 96. ligulas 384.

III. Semodius duodecima pars est medimni Georgici & mensuræ Francofordianæ ad Oderam, des Scheffels.

IV. A semodio est *placenta semodialis* apud Catonem *cap. 76. de Re Rustica.* quippe e semodio farinæ facta.

V. Semodii nota olim fuit hæc M̊s. quæ significat modii semissem.

SEXTARIVS III.

I.

S*Extarius* rerum aridarum quoque mensura est, vt frumenti *l. 21. ff. de furtis, tritici* apud Palladium *lib. 1. tit. 24. Triginta columbis volantibus diurni tres sextarii tritici sufficiunt: panici* apud eundem Pallad. *lib. 4. tit. 3. siliginis, farris, hordei, furfuris,* apud Plinium *lib. 18. cap. 9. &c.*

II. Sexta-

II. *Sextarius* vt modii sextadecima, ita semodii octaua pars est: continet heminas duas, acetabula octo, cyathos 12. vncias mensurales 20. ligulas 48.

LIBRA IV.

I.

Libra Rom. farris in dies ex lege dabatur nexis ab iis, qui vinctos habebant, Lud. Cælius *lib. 12. cap. 20.* Continet vncias 12.

HEMINA V.

I.

Hemina est mensura Rom. rerum aridarum, vt *iris* contusæ apud Catonem *cap. 107. salis* apud Columellam *lib. 12. cap. 46. & 49. foliorum* apud Palladium *lib. 2. tit. 8. Ciceris* apud eundem *lib. 11. tit. 15.*

II. Hemina sextarii pars est dimidia: continet acetabula quatuor, cyathos sex, ligulas 24. vncias 10.

III. Heminæ nota fuit olim ἡμ, vt supra dictum est.

QVARTARIVS VI.

I.

Quartarius mensura est Rom. rerum aridarum, vt farris apud Plinium *lib. 18. cap. 3.*

II. *Quartarius* vt Sextarii quarta, vnde & nomen inuenit, ita heminæ dimidia pars est: & continet acetabula duo, cyathos tres, vncias quinque, ligulas duodecim.

III. Sulphuris quartarium, & bituminis tertiarium habet quidem Cato *cap. 95. de Re Rustica*: sed apud doctos dubium est, quæ sint hæ mensuræ, & cuius respectu dicantur: Nam ad Sextarium Rom. fortassis commode referri nequeant. Consule G. Agricolam *lib. 1. qui est de mensuris Rom. pag. 22.*

ACETABVLVM VII.

I.

Acetabulum est mensura Rom. rerum aridarum vt melanthii apud Catonem *cap. 102.* salis apud Plinium *lib. 18. cap. 7:* seminis coriandri, cicutæ, lachrymæ aridæ, apud Cor. Celsum *lib. 5. cap. 18.*

II. Acetabulum heminæ quarta pars est: continet sesquicyathum, vncias duas & dimidiam, ligulas sex.

III. Semen fœni Græci acetabuli dimidia mensura est apud Plinium *lib.24. cap.19.* Apud Catonem *cap.108. de Re Rustica est: Polentam grandem dimidium acetabuli in caliculum nouum indito.*

CYATHVS VIII.

I.

Cyathus est mensura Rom. rerum quoque aridarum, vt hordei apud Palladium *lib.1. tit.27.* cum inquit: *Cum duobus cyathis hordei bene pascitur vna gallina:* fabæ apud eundem *lib.1. tit.28.* hordeacii. Pollinis *lib.11. tit.14.* seminis medicæ apud Columellam *lib.2. cap.11. &c.*

II. *Cyathus* sextarii duodecima pars est, heminæ sexta. Continet ligulas quatuor seu cochlearia.

LIGVLA IX.

I.

Ligula, quæ & *cochleare* dicitur, est Mensura Rom. rerum aridarum, vt salis cocti & triti apud Columellam *lib.12. cap.21.* cineris vngularum asini, apud Plin. *lib.28. cap.16.* pulueris &c. apud Pallad. *lib.11. tit.14.*

II. Ligula cyathi quarta pars est.

CONCHA.

I.

Concha apud Catonem *cap.13. de Re Rustica* est vas in cella olearia. Facit autem conchas duplices, *maiores* & *minores.* Concha oleum tollitur apud eundem *cap. 66.*

II. Idem & mensuram facit *cap.156.* cum inquit: *Sumito farinæ minutæ conchas duas.*

III. Apud Cleopatram est: *Concha duplex est: maior & minor: Concha maior eandem mensuram seruat, quam oxybaphum:* continet enim mensura sesquicyathum: pondere vero drachmas quindecim.

IV. *Minor* autem concha continet mensura dimidium cyathum: pondere vero drachmas quinque.

V. Apud Plinium est *lib.12. cap.25.* cum de balsami succo loquens

quens ait : *Alexandro ibi res gerente, toto die æstiuo unam concham impleri iustum erat.* Sed de concha iterum agetur infra in *mensuris Atticis.*

VI. Hæ sunt rerum & aridarum & liquidarum mensuræ Romanæ. Liquorum quidem tantum quatuor : *Culleus, amphora, vrna* & *Congius :* Rerum vero aridarum tantum duæ : *Modius* & *Semodius.* Mensuræ autem rerum tam liquidarum quam aridarum sunt septem : *Sextarius, Libra, Hemina, Quartarius, Acetabulum, Cyathus : Ligula* seu *Cochlear.* His addatur & *Concha.*

Modius Rom. mensuræ Francof. ad Oderam 6. par est.

M 1. *Modius*	1.							
MS 2. *Semodius*	2.	1.						
3. *Sextarius*	16.	8.	1.					
4. *Hemina*	32.	16.	2.	1.				
5. *Quartarius*	64.	32.	4.	2.	1.			
6. *Acetabulum*	128.	64.	8.	4.	2.	1.		
7. *Cyathus*	192.	96.	12.	6.	3.	1½.	1.	
8. *Ligula* siue *Cochleare*	768.	384.	48.	24.	12.	6.	4.	1.

De Mensuris Græcis.

CAPVT V.

MEnsuræ Græcæ ratione obiecti sunt *duplices,* vt Romanæ. Aliæ enim sunt *liquorum,* rerum *aridarum* alteræ. Vtræque rursus sunt triplices *ratione rationis* & *artificum* seu vtentium. Primum enim sunt mensuræ *Atticæ* a natione & regione sic dictæ. Eædem & *Medicæ* appellantur: quod Medici Attica obseruatione fere vtantur, vt testatur Plinius *lib. 21. c. vlt.* Deinde sunt *mensuræ Georgicæ* : Postremo *Hippeiatricæ.*

De

De Mensuris Græcis, & primum de Atticis, quæ & Medicæ sunt.

METPHTHS I.

I.

Μετρητὴς dicitur a verbo μετρεῖν, quod est *metiri*: quasi dicas *mensor*. Phillylius apud *Pollucem lib. 10.* testatur ἀμφορέα nomen habere μετρητὴν μετριότητος ἕνεκα, h. e. *Amphoram metretem mediocritatis caussa vocari.*

II. Μετρητὴς græcis est generis masculini, iuxta naturam nominum primæ declinationis parisyllaborum: *Metreta* tamen latinis quoq; fœminino genere dicitur apud Catonem: & Plautus *in Mercatore* meminit nauis, quæ metretas trecentas tolleret. Sic & a Iurisconsultis vsurpatur, ut *l. 35. ff. de contrah. empt.*

III. *Metreta* apud Catonem *cap. 100.* & apud Columellam *lib. 12. c. 51.* pro vase in vsu est, in quo oleum seruabatur, longe capaciore, quam est metretes Atticus. Item apud Palladium *lib. 11. tit. 14.* ad vini vsum accommodatur.

IV. Sed est quoque *Metretes* certa mensura Attica liquoris maxima, Græcis scriptoribus vsitata: qua & latini nonnunquam vtuntur, vt idem Columella *lib. 12. cap. 22. testatur.*

DIVISIO.

V. Μετρητὴς ratione *regionis*, *gentis*, *populi* & artificum vtentium variat. Est enim Metretes alius *Atticus*, qui & *medicus* dicitur: quod Græcis Medicis olim in vsu fuit: alius *Georgicus*, alius *Laconicus*, alius *Syrius*.

METRETES ATTICVS.

VI. *Metretes Atticus* Sextarios Atticos septuaginta duos capit, apud Nicandri interpretem, cum inquit: μετρητὴς ἔχει ξέστας οβ', h. e. *Metretes, habet sextarios 72.* χόας h. e. congios duodecim.

VII. Est quidem apud Dioscoridem *lib. 5. de Vino e veratro*: ἔστι δὲ ὁ μετρητὴς χόες ι, h. e. *Est vero Metretes congii decem*: quod & Budæus *lib. 1. de Asse* approbat. Sed Andr. Alciatus in libro Dioscoridis

dis mendum inesse, sagaciter deprehendit: & literam β, binarii notam deesse: quippe vetustate detritam, suspicatur: vt legendum sit, ιβ, hoc est, duodecim. Idem repetit & G. Agricola *lib. 2. de Mensuris Græcis.*

VIII. *Metretes* numero quidem & congiorum & sextariorum, &c. ad amphoram Rom. est proportione sesquialtera: quod vt ille congios 12. sextarios 72. &c. ita hic congios octo tantum & sextarios 48. contineat, hoc modo: $\frac{12}{8}$ $\frac{3}{2}$ & $\frac{72}{48}$ $\frac{6}{4}$ $\frac{3}{2}$. Id confirmat Rhemnius Fannius: Metretam enim & amphoram Atticam vocat, cum inquit:

Attica præterea dicenda est amphora nobis,
Seu cadus: hunc facies, nostræ si addideris vrnam.

Sed capacitate tamen non parum differunt hæ mensuræ, vt sesquialtera proportione prorsus differre nequeant: quod 72. sextarii græci, cum tantum sint 18. vnciarum mensuralium capaces, non nisi 64. cum quatuor quintis partibus sextarios Rom. qui sunt 20. vnciarum, faciant. Quæ proportio iam non est plane ἡμιόλιος, h. e. sesquialtera, sed ἐπίτριτος, h. e. sesquitertia hoc modo: $\frac{64}{72}$ $\frac{84}{63}$.

IX. Μετρητὴς capit liquoris libras mensurales 108. Romanas. Si enim 72. per 18. multiplicaveris, 1296. existent: & multiplicatum hunc per 12. diuiseris 108. in diuisorio evadent.

X. Hic metretes pendit olei quidem libras ponderales 90. vini vero 100. sed mellis pendit 150.

XI. *Metretes Atticus* hic Francofordiæ ad Oderam facit Nossellas 64. cum $\frac{4}{5}$ partibus.

XII. Xenarchus Rhodius μετρητὴς dici meruit a bibacitate, vt est apud Athenæum *lib. 10.*

AMPHOREVS.

XIII. Μετρητὴς hic alias quoque habet appellationes. Primum enim ἀμφορεὺς dicitur a Phillilio apud Pollucem *lib. 10.* Sed addenda est differentia ἀττικὸς, vt sit *amphora Attica.*

METRETES ITALICVS.

XIV. Apud Dioscoridem *lib. 5. de vino scillitico* est, μετρητὴς

ἰταλικὸς pro amphora Rom. de quo supra in mensuris Romanis dictum est.

CADVS.

XV. Deinde dicitur & κάδος apud Hesychium & Suidam, vel a verbo varitono χάδειν, vel a circumflexo χαδεῖν, litera crassa χ in eius ἀντίστοιχον tenuem κ mutata: quod capere & capacem esse significat apud Varinum. *Cadus* originem habet Hebræam. *Cad* enim a verbo hebræo *lachad* derivatur: quod itidem *capere* & *capacem* esse significat. Dicitur autem per aphæresin literæ lamed.

XVI. *Cad* a LXX interpretibus redditur ὑδρία, quos & vetus interpres sequitur: a quo & *hydria* effertur, *Gen. 24. Iudic. 7. 3. Reg. 17. Ecclesiastæ 12.* Latini *aqualem* interpretantur. De hac hydria mox copiosius differetur.

XVII. Socrates legitur *Cadum*, quem primum hauriret, effundere solitum in terram: vt hoc modo assuefaceret appetitum rationi obtemperare, vt est apud Plutarchum περὶ ἀδολεσχίας.

XVIII. Quod autem *Cadus* etiam sit nomen mensuræ, eiusdem cum metrete capacitatis, sic colliges: Nam quod Dioscorides *lib. 5. cap. de vino œnanthino* habet μετρητὴν γλεύκους, id Plinius *lib. 14. cap. 16.* musti cadum interpretatur. Hinc palam colligitur, eiusdem esse capacitatis has duas mensuras. Apud Suidam est: κάδος μέτρον οἰνηρὸν, hoc est, Cadus mensura Vinaria est.

XIX. Scribitur & κάδδος δ duplicato. Daleth enim litera hebræa in hac voce Cad dagessata fortificatur: præsertim in statu affixorum, & in plurali numero *Caddim, Iudic. 7.*

XX. Et Philochorus apud Pollucem *lib. 10. cap. 20.* testatur ἀμφορέα apud veteres dici κάδδον: & ibidem ex Herodoto adfertur, φοινικηΐου οἴνου κάδδον, h. e. *vini e palma facti caddum.* Locus apud Herodotum extat *historiâ 3.*

XXI. Idem Pollux e Philochoro adfert ἡμιαμφόρειον esse ἡμικάδδιον, h. e. *Semiamphoram, semicaddium.* Apud Suidam est ἡμικάδδιον ἡμίμετρον, h. e. *semicaddium esse semimensuram.*

XXII. A cado fit κάδιχος, & δ geminata κάδδιχος, h.e. *capax cadi:* quod latine dici potest *cadalis*: vt a congio est congialis apud Plau-

Plautum, ab Vrna vrnalis apud Plinium, &c. Item καδίσκος, de quo Varinus.

XXIII. Centum cados vini Chii Cæsar dictator in sui triumphi cœna distribuit in conuiuia, Plin. *lib. 14. cap. 15.* Facit Sextarios Rom. 64800. & totidem Nossellas Francofordianas.

XXIV. Decem millia cadum vini, quæ Hortensius hæredi reliquit, vt est apud Plinium *lib. 14. c. 14.* faciunt sextariorum Rom. & Nossellarum hic Francofordiæ ad Oderam (quod hæ mensuræ pares sunt) 648000. hoc est, sexcenta quadraginta octo Mill. quæ faciunt tonnas 2945. cum quinque vndecimis.

XXV. Congiarium centum millium Cadorum L. Luculli ibidem apud Plinium facit Sextariorum R. & Nossellarum Francofordianarum sexagies quater centena & octoginta millia 6480000. Vnde existunt tonnæ 29464. cum quinque vndecimis.

XXVI. *Cadum* pro *amphora Rom.* quoque aliquando vsurpari, supra in Amphora Rom. dictum est.

CERAMIVM.

XXVII. Adhæc Cadum κεράμιον quoque dici, est apud Hesychium, cum inquit: κάδος ἐστὶ κεράμιον, h.e. *Cadus est Ceramium*: quippe a materia, quod sit vas fictile: κεραμεὺς figulus est. Eunæus Iasonis filius misit Atridis e Lemno μέθυ χίλια μέτρα, h.e. vinum mensuras mille. Per μέτρα κεράμια nonnulli intelligunt Hom. *Iliad VII. in fine.* Apud eundem est κερκυραῖοι ἀμφορεῖς τὰ ἀδριατὰ κεράμια, h.e. *Cercyrææ amphoræ Adriana Ceramia.*

XXVIII. Dioscorides *lib. 5. de vino absinthite* κεράμια ἰταλικὰ h.e. Ceramia Italica pro amphoris Rom. vsurpat: de quo supra in Amphora Rom.

XXIX. Ceramium *in Ceraunium* deprauatum esse, libri typis publicis excusi testantur: quem errorem non omnes obseruant.

XXX. Κεράμιον οἴνου est apud Xenophont. *lib. 6. Anab.* οὗτοι ξένια πέμπουσιν ἕλλησιν οἴνου κεράμια χίλια καὶ πεντακόσια, h.e. *Hi munera hospitalia mittunt Græcis vini ceramia mille & quingenta* quæ faciunt Nossellas Francofordianas ad Oderam 108000. κεράμιον γλεύκους est apud Dioscor. *lib. 5.* Quod *Marci 14.* est in græco κεράμιον, id redditur *lagena* a vetere interprete. Theodorus Beza transfert am-

amphoram, vt & Vetus Lucæ 22. interpretatur κεραμίου nota fuit μ.
κρ

STAMNIVM.

XXXI. Dicitur quoque σαμνίον, vt est apud Hesychium: κεράμιον τοῦ οἴνου ἢ ὕδατος σαμνίον, hoc est: *Ceramium vini aut aquæ Stamnium.* Apud Platonem est *Epist. vlt.* πέμπω δὲ καὶ οἴνου γλεύκεως δώδεκα σαμνία, h.e. *mitto autem & vini dulcis duodecim Stamnia.* Aristophanis interpres *in Ranis*: σαμνία δὲ καὶ σάμνους τοὺς ἀμφορεῖς τοῦ οἴνου φασίν, hoc est, *Stamnia autem & stamnos amphoras vini dicunt.* βότιον quoque Hesychius σαμνίον interpretatur.

XXXII. Vetus interpres Bibliorum μετρητὰς amphoras interpretatur, *Daniel.14.* Vbi dicitur: *Bel idolo in diem datas sex Vini amphoras*: pro quo græce dicitur: μετρητὰς οἴνου, hoc est, metretas vini. Amphora Rom. & metretes græcus diuersæ sunt mensuræ.

XXXIII. In Hyrcania Vitis fert vini metretem, vt est apud Strabonem *lib.2*: Sed de his plura habes in *Dissertatione mea de sex hydriarum Ioh. cap.2. capacitate*: quæ postea additur.

ΧΟΥΣ. II.

I.

Χοῦς ex contractione a χοὸς vt a νέος νοῦς, qui & χοεὺς dicitur, a verbo χέειν, quod *fundere* significat, deriuatur. Primum enim in genere fuit vas, quo aqua hauriebatur ac fundebatur.

II. Deinde fuit quoque certa mensura liquoris, vt constat ex Dioscoride, Galeno, Hesychio, & aliis. Aristophanis interpres scribit fuisse mensuram, qua vinum metiebantur: Plinius *lib. 14. c. 16.* congium transfert ex Dioscoride *lib. 5. de vino e palmis facto.*

III. Epiphanius & alii recte scribunt, χοῦν esse duodecimam partem metretæ, cum metretes 12. congiorum sit capax. Vnde χοεὺς apud Hesychium δωδεκεὺς dicitur, *h. e. duodecimarius.* Item ἡμίχουν ἡμιδωδέκατον, h. e. *semicongius*, semiduodecimarius.

IV. Cleopatra sic scrib. ὁ χοῦς ἔχει μέτρῳ μὲν κοτύλας ἀττικὰς δώδεκα, ξέστας δὲ ἕξ, hoc est *Congius habet mensura cotylas quidem Atticas duodecim, sextarios vero sex.* Idem constat ex Galeno *lib. 6. de Compos. Medicam. secund. loc. cum inquit* τὸ πλῆθος δὲ τοῦ χοῦ ὡς χοέως εἶναι κελεύει,

λεύκ, τουτέστι ξεστῶν ς' τῶν ῥωμαϊκῶν ξεστῶν, h. e. *Copiam ſucci congii eſſe præcipit, h. e. ſextariorum ſex, Romanorum ſextariorum.*

V. Porro quod eſt apud Suidam: χοῦς μέτρον, ἀττικὸν χωροῦν κοτύλας ὀκτὼ: & ex Ariſtophanis interprete ſumptum eſſe videtur: h. e. *Congius menſura Attica capiens Cotylas octo*: & quod D. Hieronymus *lib. 1. Com. in Ezech.* Congium Atticum ſextarium Italicum eſſe ſcribit, de hoc copioſe diſputat G. Agricola *l. 2. de Menſuris pag. 47.*

VI. Suidas differentiam facit inter has duas voces, cum inquit: χοῦς δύο ξέσται, χοεὺς δὲ ἕξ. h. e. *Chus duo ſextarii ſunt, choeus vero ſex.* Hanc autem differentiam nullam eſſe, ſed eandem menſuram vtraque voce ſignificari, vſus probatorum autorum ſatis ſuperque indicat. Nam quod LXX. interpretes *3. Reg. 7.* habent quadraginta χοεῖς a nominativo χοεὺς, idem Ioſephus eadem de re loquens χόας repetit a nominativo χοῦς *lib. 8.* ἀρχαιολ.

VII. Χοῦς capit libras Rom. nouem menſurales liquoris: pendit vero olei quidem libras Rom. ponderales ſeptem cum ſemiſſe; vini vero libras octo, vncias quatuor, drachmas quinque, ſcripulum vnum: ſed mellis pendit libras Rom. duodecim cum ſemiſſe.

VIII. Χοῦς Atticus continet Sextarios Rom. quinque cum duabus quintis partibus: Francofordianæ menſuræ, des Zeiſemaſſes, itidem Noſſellas quinque cum duab. quintis partibus. Χοῦς enim græcus congio Rom. minor eſt vnciis menſuralibus duodecim, h. e. integra libra Rom. menſurali: quod ξέστης Atticus 18. Sextarius Rom. viginti ſit vnciarum menſuralium.

IX. Medici tamen Choem græco nonnunquam pro congio Rom. vti ſolent, vt G. Agricola quoque teſtatur *lib. 2. de menſuris*, verba Galeni *e ſexto lib. de Compoſ. Medicam. ſecund. loc.* adferens.

X. Milo Crotoniata tres vini choas h. e. congios hauriebat, vt eſt apud Athenæum *lib. 10.* Facit Francofordiæ ad Oderam Noſſellas 16. cum quinta parte.

XI. Promachus in potandi certamine, ab Alexandro M. Macedone propoſito, ad quatuor vini χόας progreſſus: & accepto talento victoriæ præmio, triduum tantum poſtea ſuperſtes fuit, Plutarch. *in Alexandro M.* Athenæus *lib. 10.* Facit Noſſellas Francofordianas viginti vnam cum tribus quartis partibus: quartas decem cum Noſſella & $\frac{3}{4}$.

XII. Alexander Macedo cum poculum *δίχουν*, h. e. duorum congiorum capax ebibiſſet & alterum accepiſſet, nec exhauſiſſet, in adverſam valetudinem incidens, extinctus eſt, vt Athenæus *lib. 10. pag. 214.* ex Ephippo copioſius refert. Meminit & Euſtath. *in Odyſſ. Σ Hom.* Duo Congii Attici faciunt ſextarios Atticos duodecim Philippus Melanchthon. *in 2. Chronici* octo ſextarios interpretatur.

PVTEIIVS.

XIII. Apud Plutarchum eſt in *Solone:* Quod ſi quis foſſa decem orgyias in altum depreſſa aquam in ſuo fundo non inveniſſet, tunc a vicino vt ſumerent, & hydriam ſex congiorum quotidie bis implerent.

XIV. A voce *χοῦς* Athenis erat feſtum *χόες*, quod in Bacchi honorem celebrabatur menſe Antheſterione, qui in Novembrem incidit. In hoc feſto ſingulis conuiuis vocatis vini *Chus*, h. e. *Congius* apponebatur, vt eſt apud Suidam: Vnde feſto nomen inditum eſſe, veriſimile eſt. Demophoon Athenarum Rex placentam, Dionyſius tyrannus coronam auream *ἆθλον*, h. e. præmium propoſuit ei, qui primus in his feriis vini *χόα* h. e. congium ebibiſſet, vt Athenæus *lib. 10.* narrat.

XV. Cæcilius Poeta Clytæmneſtram quadrantariam in Triclinio Choam, in cubiculo Nolam vocat, vt eſt apud Fab. Quintilianum *lib. 8.* Choam quidem dicit, eius bibacitatem taxans: quod vini *χόα* vno Spiritu & hauſtu perſiccaret, L. Cælius *lib. 19. c. 16.*

LAGYNVS.

XVI. *Chun*, h. e. congium duodecim cotylarum capacem eſſe, dictum eſt antea: eodem modo & *ὁ λάγυνος*, quod & *τὸ λάγυνον* mutato genere dicitur, itidem duodecim cotylas capere Atticas, Athenæus *lib. 11.* ſcribit, vt eiusdem ſit cum Choe Attico capacitatis. A nonnullis *λάγυνος* latine redditur lagena. Nam & *τὸ λάγηνον*, alibi ſcribitur per *η* in media ſyllaba, quæ litera in e longum apud Latinos mutatur: de quo vocabulo infra *cap. 16. in litera L* plura.

XVII. Plinius *lib. 14. cap. 16.* *χοῦν* reddit ſextarium & *ἡμίχουν* ſemiſextarium transfert, vt Budæus refert *lib. 5. de Aſſe.* Vtrumque parum recte, re non ſatis deliberata, tranſtulit, minore menſura Rom. cum maiore græca commutata.

XVIII.

XVIII. χοὸς nota fuit olim hæc $\overset{o}{\chi}$: quippe duæ literæ initiales, altera alteri impoſita.

ΞΕΣΤΗΣ II.

I.

ξέϛης, vox græca noua, a voce Romana Sextarius, deriuata eſt, vt Galenus teſtatur: quæ vox a Romanis vna cum imperio in Græciam venit. Eadem enim apud Veteres autores græcos, vt Ariſtotelem, Herodotum, Theophraſtum, & ſimiles non extat.

Apud Dioſcoridem vero & Paulum Æginetam inuenitur: vnde vocem nouam eſſe conſtat. Dicitur autem reſpectu, quod vt Sextarius apud Latinos congii, ita χοὸς apud græcos ſexta pars ſit.

II. ξέϛης Metretæ pars eſt ſeptuageſima ſecunda: capit κοτύλας duas, quartarios quatuor, &c.

III. ξέϛην menſuram liquoris eſſe, ex Galeno conſtat. Habet enim ὄξυς ξέϛας γ', h.e. Aceti ſextarios tres. Et apud Suidam eſt: ξέϛιον μέτρον ἐπὶ ὑγρῶν, h.e. Sextarius menſura eſt in liquoribus.

IV. ξέϛης Atticus capit liquoris quidem ſeſquilibram Rom. h.e. vncias menſurales ις: non ponderales, vt Alciatus voluit. Eſt itaque hic ξέϛης Sextario Rom. minor duabus vnciis menſuralibus, h.e. decima parte.

V. ξέϛας apud Dioſcoridem *lib.5.* in confectione vini abſinthitis, Plinius *lib.14. cap.16.* recte ſextarios conuertit.

VI. ξέϛης pendit olei libram Rom. cum eius quadrante, h.e. vncias ponderales 15. vt Cleopatra quoque teſtatur: Vini vero pendit libram vnam Rom. vncias quatuor, h.e. vncias ſedecim, drachmas quinque, ſcripulum vnum: ſed mellis pendit libras duas Rom. & vnciam vnam, h.e. vncias viginti quinque.

VII. Apud Heſychium eſt: πρόχοος ξέϛης μέτρον, h.e. Prochous ſextarius menſura eſt.

VIII. Laurentius Valla *lib. 2.* apud Herodotum ἀρυϛῆρας transfert ſextarios: quod eruditis non ita probatur.

IX. ξέϛου nota fuit olim ξο, & ξ. cum cauda interciſa.

ΚΟΤΥΛΗ IV.

I.

Κοτύλη, cotyla, vel cotula, a cauitate nomen habet. Nam πᾶν τὸ κοῖλον κοτύλην ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, vt eſt apud Athenæum *lib. 11.* h. e. omne cauum cotylam vocabant veteres. Apud Heſychium eſt: καὶ πᾶν κοῖλον· ὅθεν καὶ εἰς ὅπερ ἡ τοῦ μηροῦ κεφαλὴ ἐμβαίνει, κοτύλη καλεῖται, h. e. *Et omne cauum:* Vnde etiam, in quod femoris caput intrat & vertitur, cotyla dicitur. Item: κοτύλη δὲ καλεῖται καὶ ἡ τοῦ ἰσχίου κοιλότης, hoc eſt, *Cotyla vero vocatur & coxendicis cauitas*, vt ex Athenæo conſtat. Apud Homerum eſt *Iliad 5.* τῷ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἰσχίον, ἔνθα τε μηρὸς ἰσχίῳ ἐνστρέφεται· κοτύλην δέ τέ μιν καλέουσι· θλάσσε δέ οἱ κοτύλην. Adferunt alii & hanc Etymologiam: & κοτύλην dici arbitrantur, ἀπὸ τοῦ τὸν ξέστην εἰς δύο κόπτειν, h. e. ab eo, quod ſextarium in duas partes ſecet.

II. Cotylam variæ capacitatis fuiſſe, ex Galeno adfertur a G. Agr. *lib. 2. & 3. de menſ. & ponderib. pag. 51. & 72.*

III. Sed κοτύλη Athenis erat menſura, ξέστου, h. e. ſextarii pars dimidia, vt eſt apud Galenum *lib. 1. & 5. de Comp. Medic. ſec. gen.* Sic enim inquit: ἔοικε καὶ ὁ Ἥρας, ὅταν κοτύλην γράφῃ, τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ ξέστου σημαίνειν, h. e. *Videtur & Heras, quando cotylam ſcribit, dimidium ſextarii ſignificare.* Quod autem κοτύλη ξέστου dimidium ſit, vox ἡμίξεστον quoque indicat. Sic enim eſt apud Ariſtoph. interpretem in Plutum, cum inquit: κοτύλη δὲ ἐστὶν εἶδος μέτρου, ὃ λέγομεν ἡμεῖς ἡμίξεστον, h. e. *Cotyla eſt ſpecies menſuræ, quam nos dicimus ſemiſextarium.*

IV. Apud Athenæum eſt *lib. 11.* τὴν κοτύλην καλεῖσθαι καὶ ἡμίναν, h. e. *Cotylam vocari & heminam.* Sic & apud Rhemnium Fannium eſt:

At Cotylas, quas, ſic placeat, dixiſſe licebit
Heminas: recipit geminas Sextarius vnus.

V. Apud Pollucem eſt *lib. 4. c. 22. & lib. 10. c. 25.* ἡ κοτύλη δὲ μέτρον, οὐχ ὑγρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ξηρῶν, h. e. *At cotyla vero menſura, non liquorum ſolum, ſed & rerum aridarum:* quod e Thucydide *lib. 7.* in fine conſtat, cum inqnit: ἐδίδοσαν γὰρ αὐτῶν ἑκάστῳ ἐπὶ ὀκτὼ μῆνας κοτύλην ὕδατος καὶ δύο κοτύλας σίτου, hoc eſt, *Dabant enim cuique octo menſes cotylam aquæ & duas cotulas frumenti.* Meminit & Pollux *lib. 7. & 10.*

VI.

VI. Κοτύλη capit vncias Rom. mensurales cornu libralis nouem, teste Galeno *lib. 1. & 5. De Compos. Medic. secund. gen.* Idem coniicitur ex eodem opere *lib. 6. cum* inquit: ὡς γίγνεσθαι τῶν ἐξ κοτυλῶν οὐγγίας νδ΄ μετρικάς h. e. *vt sex cotylarum fiant vnciæ mensurales quinquaginta quatuor.* Hac mensura cognita, ex eadem reliquarum capacitas facile æstimari potest.

VII. Hæc κοτύλη de Attica est intelligenda. Galenus enim *lib. 6. de compos. Medic. secund. gen.* κοτύλην aliam facit ἀττικὴν, de qua hic agitur, aliam ἀλεξανδρεωτικὴν, aliam ἐφεσίαν. κοτύλη Attica minor est, hemina Romana vna vncia mensurali. Cotylæ enim decima pars deest, vt sit hemina Rom. quod vt hæc nouem ita hemina Romanis decem sit vnciarum mensuralium. Eodem modo eidem cotylæ Atticæ decima pars deest, vt sit Seminossella Francofordiana ad Oderam.

VIII. Κοτύλη continet μέτρῳ, hoc est mensura duo ἡμικοτύλια, h. e. *Semicotylas duas,* vt e *lib. 5.* Dioscoridis patet: quartarios duos, vt mox constabit; oxybapha, hoc est, acetabula quatuor: Cyathos sex, vt & Rhemnius Fannius confirmat inquiens:

At cotyle cyathos bis ternos vna receptat.

IX. *Cotyla* pendit olei quidem vncias septem cum semisse, h. e. drachmas ponderales sexaginta: quod Galen. *lib. 5. de Comp. Medic. secund. gen. 384.* probat, cum inquit: *Nam Heras quidem 180. drachmas scripsit ad pondus oleum reducens, non ad mensuram: tanquam cotyla trahat sexaginta drachmas.* Etenim trahit eas Attica, cum nouem sit vnciarum Italicarum. Trahunt enim nouem vnciæ Italicæ, in cornibus intersectis discretæ, vncias ponderales septem cum semisse: quæ sunt drachmæ sexaginta, si vna vncia octo drachmas capiat. Vini vero cotyla pendit vncias octo, drachmas duas, scripula duo: sed mellis cotyla pendit libram vnam & semunciam. Cotyla pendit quoque scripula 180. obolos 360. lupinos 546. siliquas 1080. æreolos 2880. vt Cleopatra testatur.

X. ἡμικοτύλιον, hoc est: *semicotyla* est mensura liquoris cotylæ dimidium, vt aceti apud Galenum. τρία ἡμικοτύλια, hoc est tres semicotylæ apud Dioscor. *lib. 5. de vino ex hellebore.*

XI. Semicotyla pendit olei quidem vncias tres; drachmas

ſex ; vini vero vncias quatuor drachmam vnam : ſed mellis ſelibram & drachmas duas.

XII. Α κολύλη eſt τρικότυλ☉ οἶν☉, οὗ τρεῖς κοτύλαι ὀβολοῦ πωλοῦνται, apud Heſychium, hoc eſt, *Trium cotylarum vinum* : cuius tres cotylæ obolo venduntur, hoc eſt, ſex nummulis Miſn.

XIII. Laurentius Valla apud Herodotum *lib. 6.* cotylas ſextarios perperam interpretatur, Gregorius Trifernas Cotylam acetabulum Atticum transfert ; ſed fallitur : quod diuerſæ ſint menſuræ. Guarinus Veronenſis apud Strabonem δεκακοτύλους decem librarum interpretatur : fallitur & hic. Marcellus Virgilius apud Dioſcoridem *lib. 5. cap. 10, 27, 38.* ἡμικοτύλιον ſextarii ſemiſſem interpretatur ; cum potius ſemicotyla eſſet reddendum.

TRYBLIVM.

XIV. Cleopatra ſcribit τρύβλιον τὸ αὐτὸ μέτρον χωρεῖ τῇ κοτύλῃ, hoc eſt, eandem menſuram capit cum cotyla : quod μέτρῳ habeat vtraque ſex cyathos. Et Galenus *cap. 4. de menſuris* τρύβλιον idem eſſe ſcribit cum Cotyla, & vncias habere nouem. Idem Epiphanio quoque eſt menſura, ſextarii dimidium. τρύβλιον apud Heſychium quoque eſt ἄλυσον, γάβαθον, γάβια. τρυβλίου nota fuit τρυ.

XV. Κοτύλης nota eſt hæc κ° : quippe duæ literæ initiales ſibi inuicem impoſitæ. Αφύςα κοτύλη ςάμν☉. Heſych. ἀφύστα κοτύλη apud Tarentinos Heſych.

TETAPTON V.

I.

Τέταρτον latine quartarius dicitur : Heſychio eſt menſura humidorum, cum inquit : τετάρτῳ μέτρῳ τῶν ὑγρῶν, h. e. *quartario menſura liquorum.* Quæ, quod ξίςου : h. e. ſextarii quarta pars ſit, ſic dicitur, vt ex Galeno quoque conſtat : a quo *lib. 8. de comp. Medic. ſecund. locos* hic ſenarius adfertur :

ξίςου τέταρτον ἐξ ἑκάςου μίγματ☉,

Hoc eſt:

Quarta pars ſextarii mixtura ex qualibet.

II. Eadem menſura dicitur ἡμικοτύλιον h. e. ſemicotyla apud Dioſcor. *lib. 5. de thymoxalme*, & apud Galenum *lib. 1. de Compoſ. Medicam. ſecund. locos pag. 168* : de quo paulo ante. III.

III. τέταρτον continet duo acetabula : capit liquoris vncias quatuor mensurales cum semisse.

IV. Pendit olei quidem vncias tres drachmas duas : Vini vero vncias quatuor, drachmam vnam, scripulum vnum ; sed mellis selibram, drachmas duas.

V. Eiusdem capacitatis cum quartario est ἑλένιος apud Hesychium, cum inquit : ἑλένιος ἀγγεῖον χωροῦν τέταρτον, h.e. Helenius est vas quartarii capax.

ὈΞΥΒΑΦΟΝ VI.

I. Apud Athenæum est *lib. vndecimo* ὀξύβαφον ἡ μὲν κοινὴ συνήθεια οὕτως καλεῖ τὸ ὄξους δεκτικὸν σκεῦος, h. e. *Oxybaphum* : communis quidem consuetudo sic vocat vas ad accipiendum acetum idoneum : ab ὀξύ, h.e. *acetum*, & βάπτω intingo. Additur ibidem esse quoque nomen poculi fictilis.

II. Præterea ὀξύβαφον est mensura liquoris, vt aceti apud Galenum : quod vt quartarii dimidia, ita cotylæ quarta pars sit Medicis. Plinius *lib. 21. cap. vlt.* acetabulum interpretatur.

III. κοτύλης ἑλληνικῆς τέταρτον οἴνου, hoc est, cotylæ Græcanicæ quartarius vini cum selibra tritici honoris ergo datur Camillo, vt est apud Plutarchum *in Camillo*.

IV. ἐλαίου κοτύλης τέταρτον & ὄγδοον, h e. olei cotylæ quartarius & octaua pars est apud Galenum *lib. 5. de Comp. Medicam. secund. gen.*

V. ὀξύβαφον capit sesquicyathum. Cum enim cotyla sex cyathos capiat, oxybaphum sesquicyathum capere necesse est, quod cotylæ quarta pars sit.

VI. Capit liquoris vncias mensurales duas, drachmas duas, hoc est, Drachmas octodecim.

VII. Pendit olei quidem vnciam vnam, drachmas septem : quod ex Plinio *lib. 21. cap. vltimo* liquet, cum inquit : *cum acetabuli mensura dicitur, significat heminæ quartam partem, id est, drachmas quindecim* : Vini vero pendit vncias duas, scripula duo : sed mellis vncias tres drachmam vnam.

VIII. *Acetabulum Atticum* aquæ fluuii Eulæi in Persia drachma minimum appensum, Strabo *lib. 15. in fine.* Facit Sextarius Græcus, qui sextario Rom. & Nossella Francofordiana ad Oderam decima

ma parte minor est, octo drachmas, hoc est, Argenteum vncialem Ioachimicum.

IX. Hesychius τρύβλιον interpretatur ὀξυβάφιον. Apud eundem Hesychium est ὀξύβαφον dici ἀίς : item ἄλις : item βάφιον Tarentinis : item γάβετον.

X. ὀξυβάφου nota fuit ξο.

ΚΥΑΘΟΣ VII.

I.

Κύαθος a verbo χύειν, vt dictum est, nomen sortitur : & poculi genus fuisse, certum est, vt Phrasis quoque indicat : *Ad cyathos stare* : quod græce dicitur κυαθίζειν, hoc est, *cyathissare* : quo Plautus in *Menechmis* vtitur. Hac phrasi vtitur & Sueton.

II. Κύαθος apud Hesychium dicitur ἀντλητήριον, & alias ἀντλητὴς, h. e. *haustorium* : quod sit ad hauriendum liquorem idoneus. Apud Suidam est, κύαθος μέτρον ἀντλητήριον ὑγρῶ, hoc est, *Cyathus est mensura ad hauriendum liquorem apta* : quod & Hesychius repetit.

III. Κύαθος Atticus est mensura liquoris, sextarii pars duodecima, cotylæ sexta, quod præter alios & Epiphanius scribit.

IV. Κύαθος continet *conchas* duas, *mystra* quatuor, *chemas* quinque, *cochlearia* decem, liquoris *sescunciam*.

V. Pendit olei quidem vnciam vnam, drachmas duas. Sic enim Plinius habet *lib. 21. cap. vlt.* de mensuris Atticis loquens. Cyathus pendit per se drachmas decem : idem ex Rhemnio Fannio quoque constat : Vini vero pendit vnciam vnam, drachmas tres, siliquas duas. sed mellis pendit vncias duas & scripula duo. Item pendit scripula 30. obolos 60. lupinos 90. siliquas 180. æreolos 480.

VI. Apud Hesychium est : κύαθος δίχιλαι ὑγρῶ τινος οὐγγίας δύο, h. e. *Cyathus capit humoris alicuius vncias duas.*

VII. Κυάθου nota fuit κ̈.

ΚΟΓΧΗ IV.

I.

Κόγχη latine quoque *concha* & aliæ sequentes mensuræ a conchiliis marinis, ratione formæ nomen fere sortiuntur. Dicitur autem κόγχη pro vasculo, quo tollitur e lacu oleum, in vsu fuit etiam apud

apud Romanos. M. Cato *cap. 13. de Re Rustica* conchas habet duplices; maiores & duas minores. Apud eundem *cap. 66.* oleum concha tollitur: de qua supra in Romanis Mensuris.

II. Deinde κόγχη vsurpatur & pro certa mensura: quod ex Plinio *lib. 12. cap. 25.* palam est, cum inquit de opobalsamo loquens: *Alexandro M. res ibi gerente, toto die æstiuo vnam concham impleri, iustum erat.*

III. Κόγχη erat duplex: *maior & minor.* Ac maior quidem oxybapho æquipollet, vt Cleopatra doctiss. fœmina scribit. Idem docet & Nicandri interpres cum inquit: ἡ μεγάλη κόγχη ἴση τῷ ὀξυβάφῳ h. e. *Maior concha æqualis acetabulo.*

IV. Hæc concha capit μέτρῳ h. e. mensura cyathum vnum cum semisse: pendit drachmas quindecim, vt Cleopatra testatur. Minor vero concha est, quæ μέτρῳ ἡμικύαθον, h. e. semicyathum continet apud Cleopatram, drachmas sex mensurales.

V. Pendit olei quidem drachmas quinque, scripulum vnum: Vini vero drachmas quinque cum semisse & siliqua vna: sed mellis pendit vnciam vnam & scripulum vnum.

VI. *Exodi 30. & 38. 3. Reg. 7. est kyoroth* in fœminino, & *kyorim* in masculino genere: quam vocem vetus interpres nunc *labium*, nunc *labrum* nunc *concham* transfert. LXX. Interpretes rectius reddunt λουτῆρας *ab abluendo*: quod sint vasa grandia, ad lauandum apta: quæ de hac concha intelligi nequeunt, vt alibi explicabitur.

Μύστρον. IX.

I.

Μύστρον quod & μύστλον dicitur forma diminutiua a voce μῦς, h. e. *mus*: & intelligitur *mus marinus.* Traditur esse genus conchilii apud Aristotelem: a cuius forma hæc mensura nomen obtinet.

II. Μύστρον Cleopatræ duplex est: maius & minus: & maius quidem cotylæ pars sextadecima est: quod pendit drachmas tres cum dodrante. Hoc mystrum in Georgicis in vsu fuisse scribitur, vnde Georgicum dici volunt. Mystrum vero minus cyathi pars est quarta: quod Rhemnius Fannius confirmat, cum de Atticis mensuris loquens scribit:

At mystrum cyathi quarta est.

Idem & Cleopatra & Nicandri interpres testantur: ὁ κύαθος ἔχει μικρὰ μύστρα τέσσαρα, h. e. *Cyathus habet mystra parua quatuor.* Cotylæ vero hoc mystrum 22. pars est: continet drachmas 3, pendit drachmas duas, scripula duo, siliquam vnam & grani quatuor vndecimas. Hoc mystrum Medicis in vsu fuisse scribitur.

III. Quidam vero Græcus ignotus, vtrumque mystrum sic describit, inquiens: τὸ δὲ μέγα μύστρον κοτύλης ἐστὶν ὀκτωκαιδέκατον· ἄγει δὲ δραχμὰς γ', γράμμα α'· τὸ δὲ μικρὸν κοτύλης εἰκοστοτέταρτον, ἄγει δραχμὰς βς', h. e. *Magnum mystrum cotylæ est pars octauadecima: pendit drachmas tres scripulum vnum: paruum vero cotylæ vicesima quarta pars, pendit drachmas duas cum semisse:* Qua ratione magnum quidem minoris capacitatis facit, quam est Cleopatræ: paruum vero eiusdem prorsus quantitatis, cuius est hoc mystrum apud Cleopatram & Nicandri interpretem. Proportio inter hæc duo mystra est hic supertertia $\frac{24}{18}$ vel $\frac{4}{3}$.

IV. Additur tamen apud eundem τὸ δὲ δικαιότατον μύστρον γράμματα ἔχει ὀκτώ· h. e. *iustissimum autem mystrum scripula habet octo:* quæ octo scripula sunt duæ drachmæ, & restant duo scripula, quæ drachmæ bes sunt.

V. Porro μύστρον βάρβος quoque dici, est apud Hesychium. De aliis mystris postea suo loco.

VI. Mystri nota fuit M̆.

ΧΗΜΗ X.

I.

Χήμη Suidæ ostrei, aliis conchilii genus est: latine hiatula redditur, a verbo χαίνειν, quod hiare significat, deriuatur, eo quod semper hiet. Ab huius animantis forma mensura, Atticis vsitata, nomen accepit: Χήμη enim lithargiri est apud Galenum *lib. 5. de Medica: Comp. sec. loc.*

II. Χήμη

II. Χήμη duplex eſt : *maior* & *minor* : ac maior quidem cotylæ eſt pars viceſima : quæ olei tres drachmas pendit. Minor vero *ιὀeme* eſt eiuſdem cotylæ pars triceſima : & pendit olei drachmas duas, vt eſt apud Cleopatram. Eſt itaque inter has duas chemas proportio ſeſquialtera $\frac{30}{20}$ vel $\frac{3}{2}$.

III. Ac maiorem quidem *chemam Georgicam* : minorem vero medicam & eſſe & dici teſtatur G. Agricola.

IV. Chemam myſtri tertiam partem eſſe, & bina cochlearia capere, Fannius teſtatur, inquiens :

At tertia myſtri,

Quam vocitant chemen, capit hæc cochlearia bina.

Apud Fannium in vulgatis exemplaribus pro chemen perperam legitur cyanem.

V. χήμης nota fuit olim *η*.

χ

ΚΟΧΛΙΑΡΙΟΝ XI.

I.

Κοχλιάριον, quod latine *cochlear* dicitur, Atticum Cleopatræ minima eſt liquoris menſura, vt mellis apud Galenum *lib. 7. de comp. Medic. ſec. loc* : Cochlear chemæ minoris eſt pars dimidia : &, cum cyathi decima pars ſit, olei drachmam vnam pendit, vt Cleopatra ſcribit. Ex his menſuris liquorum Atticis, quæ & Medicæ dicuntur, puræ Atticæ ſunt μετρητὴς, χοῦς, κοτύλη, ὀξύβαφον, κύαθος, μύστρον, χήμη & κοχλιάριον. Medicæ vero ſunt & illa, & præterea ξέστης & τέταρτον.

HARVM MENSVRARVM

TABVLA I.

Sextarius Græcus ſextario Rom. 10. parte minor eſt.

•	1. μετρητὴς	1.										
χ	2. χοῦς	12.	1.									
ξε, ξ,	ξέστης	72.	6.	1.								
κο	4. κοτύλη	144.	12.	2.	1.							
	5. τέταρτον	288.	24.	4.	2.	1.						
ξο	6. ὀξύβαφον	576.	48.	8.	4.	2.	1.					
κυ	7. κύαθος	864.	72.	12.	6.	3.	1½.	1.				
κο	8. κόγχη	1728.	144.	24.	12.	6.	3.	2.	1.			
μ	9. μύστρον	3456.	288.	48.	24.	12.	6.	4.	2.	1.		
χ	10. χήμη	4320.	360.	60.	30.	15.	7½.	5.	2½.	1¼.	1.	
	11. κοχλιάριον	8640.	720.	120.	60.	30.	15.	10.	5.	2½.	2.	1.

Cochlearium minima menſura eſt.

Ex hac tabula ſtatim cognoſcitur quoties inferiores menſuræ ſuperioribus inſunt. Additæ quarundem notæ.

Quæ

Quot libras Rom. tam mensurales quam ponderales libreq; partes, quælibet mensura Græca habeat, pendatq;, hæc tabella indicat.

Capit	Liq. Libras Rom.	vnc.	Drachmas	Olei (pendit) Libras	Vncias	drachmas	Scripula	Siliquam	Scripula	Vini (pendit) libras	Vncias	Drachmas	Scripula	Siliquas	Mellis (pendit) Libras	Vncias	Drachmas	Scripula
1. μετρητὴς	108			90.						100.					150.			
2. χοῦς	9.			7.	6.					8.	4.	5.	1.		12.	6.		
3. ξέστης	1.	6.		1.	3.					1.	4.	5.	1.		2.	1.		
4. κοτύλη		9.			7.	4.					8.	2.	2.		1.	4.		
5. τέταρτον		4.	4.		3.	6.					4.	1.	1.			2.		
6. ὀξύβαφον		2.	2.		1.	7.					2.		2.			1.		
7. κύαθος		1.	4.		1.	2.					1.	3.		1.		6.		
8. κόγχη			6.			5.	1.					5½.		2.		3.		2.
9. μύστρον			3.			3¾.										2.		1.
μεῖζον									1.							1.		
μύστρον ἔλαττον						2.	2.	1.	4 γr									
10. χήμη μείζων		1.	1. 4⅘ grana															
ἐλάττων		1.	Scripula ½ grana ⅖															
11. κοχλιάριον		1. Drach.																

Μετρητὴς λακωνικός.

I. *Metretæ Laconici* etsi capacitas incerta est, nec apud autores traditur; e quartario tamen Laconico quodammodo inuestigari potest. τέταρτον enim Laconicum, hoc est, quartarius Laconicus apud Herodotum Historia 6. metretæ Laconici quarta pars esse conijcitur: quippe vt sit cotylarum græcarum 24. Qua ratione hic metretes cotylas 96. complectitur: quot heminis amphora Rom. constat. Est itaque hic metretes amphoræ Romanæ propemodum æqualis: tanto tamen minor quam amphora Romana, quanto hemina Rom. quam cotyla græca, quippe decima parte capacior est. Nam

cotyla græca quidem nouem tantum vnciis menſuralibus conſtat: hemina vero Romana decem: id quod ante ex Galeno & Oribaſio probatum eſt. Conſtat itaque metretes Laconicus Sextariis græcis quidem 48. Romanis vero 43. cum duabus quintis partibus: qui faciunt menſuræ Francofordianæ totidem, nimirum 43. cum duabus quintis partibus noſſellas.

De Menſuris Atticis rerum aridarum.

CAP. VI.

MEDIMNVS I.

I. ὁ μέδιμνος, & τὸ μέδιμνον in neutro genere Græcis vox eſt antepenacuta. Atticis vero μεδιμνος penacuta: qua nemo, niſi aut græcus, aut de rebus græcis loquens, vſus eſt: Latinis eſt *Medimnus*.

II. Videri poteſt eſſe originis hebrææ, a voce *madad*, ſicut & *Modius*, quæ *menſurauit* ſignificat: Vnde eſt nomen *Madon* cum Vaf quieſcente, menſura, *2. Reg. 21*.

III. Medimnus eſt menſura rei aridæ, vt tritici, hordei teſte Suida, farinæ apud Herodotum *Hiſt. 6.* & Xenophontem *lib. 6. Anabas.*

IV. Medimnus ratione gentis ſeu nationis, populi, ciuitatis & vtentium, apud quos in vſu fuit, eſt aut *Atticus*, aut *Georgicus*, aut *Macedonicus* apud Ariſtotelem *lib. 8. Hiſt. Animal.* aut *Siculus*, aut *Cyprius*, &c.

V. Medimnus hic Medicis fortaſſe non ita in magno vſu fuit: propterea quod maximis menſuris raro vtantur.

VI. Apud Heſychium eſt, διμέδιμνον μέτρον χωροῦν δύο μοδίους, hoc eſt, *Dimedimnum menſura capiens duos modios*: quæ verba Varinus repetit. Sed pro μοδίους legendum eſt procul dubio μεδίμνους: quod μόδιος & μέδιμνος diuerſæ ſint menſuræ. Apud eundem eſt μνάσιον μέτρον τὸ διμέδιμνον, hoc eſt, *Mnaſium* menſura eſt duorum medimnorum. A Medimno eſt μεδιμναῖον menſura medimni capax apud eundem Heſychium.

VII. Strabonis interpres *lib. 7.* μεδίμνους perperam transfert modios, cum ſint menſuræ diuerſæ.

VIII.

VIII. Medimnum Atticum & Æpham Hebræam pares esse mensuras, Iosep. *lib. 15. c. 12.* testatur, qua de re infra copiosius agitur *cap. de Mensuris Hebraicis.*

IX. Hic *Medimnus Atticus & ephah Hebraica*, 72. sextariorum Atticorum capax, facit sextarios Rom. 64. cum quatuor quintis partibus: vnde existunt Modii Romani quatuor & paulo plus: qui sunt bes mensuræ a scapha dictæ, des Scheffels.

X. Et *Achanam* medimnum capere, testatur Hesychius, cum inquit: *ἀχάνη μέτρον σίτου ἐν Βοιωτίᾳ χωροῦν μέδιμνον ἕν*, h. e. *Achana mensura est frumenti in Bœotia, quæ medimnum vnum capit:* De hac infra.

XI. Suidas Proverbium refert, quod est: *μεδίμνῳ ἀπομετρεῖ πρὸς τοῦ πατρὸς ἀργύριον*, h. e. *Medimno dimetior a patre argentum*, de iis vel qui amplam hæreditatem a parentibus nanciscuntur: vel qui magnam & cumulatam vtilitatem expectant.

XII. Medimnum Siculum tritici quatuor obolis venditum & emptum Romæ, refert Polybius *lib. 2.* Quatuor oboli faciunt drachmæ Atticæ & denarii Rom. bessem, duos grossos Misnicos: hordei vero Medimnum duobus obolis venditum, ibidem scribitur: qui faciunt vnum grossum Misnicum.

XIII. Eiusmodi annonæ vilitas in tota Marchia Brandeburgica fuit ante annos sexaginta. Adolescens enim a senibus audiui: communem & vsitatam mensuram, den Scheffel / siliginis quidem, des Rogken nummulis Marchicis vicenis, hordei vero senisdenis, sed avenæ duodenis venditam & emptam esse.

XIV. *Μέδιμνος τετράδραχμος* de pretio intelligitur, quod frumenti medimnus emptus sit quatuor drachmis, quæ faciunt duodecim grossos Misnicos. Quinis drachmis in medimnum iusto pretio frumentum Athenis se ciuibus admensum esse, Chrysippus mercator iactitat *apud Demosthenem πρὸς Φορμίωνα*: cum pretium excreuisset ad 16. drachmas, quæ faciunt duos Ioachim: Quinque vero faciunt grossos Misnicos 15.

XV. Sylla Athenas obsidente Medimnus frumenti mille drachmis est venditus hoc est, Centum Coronatis: qui mediocribus annis quinque drachmis æstimatus est, Philippus Melanchth. *lib. 2. Chronici.*

XVI. Salis Medimnus drachmis quadraginta emptus est Athenis tempore belli, vt est apud Plutarchum *in Demetrio pag. 667.* Quadraginta drachmæ faciunt quinque argent. Vnciales.

XVII. Suidas *in voce* ἀνίξας refert, Annibalem Carthaginem misisse tres medimnos aureorum annulorum plenos, quos ille ciuibus Romanis senatorii & equestris ordinis interfectis detraxerat. Idem Annibal *apud Lucianum* gloriatur se tot vno die interfecisse, vt eorum annulos μεδίμνοις dimensus sit. Sed Plinius *lib. 31. c. 1.* Valer. Max. *lib. 7. c. 2.* Liuius *lib. 3. Decad. 3.* Plutarchus *in Annibale*, Augustinus *lib. 3. c. 18. de Ciuitate Dei*, tres modios habent: L. Florus duos tantum. Qua de re supra *in Modio Rom.*

XVIII. Strabo *lib. 16.* scribit in Libya & India κάλαμον, h. e. *arundinem* tanta magnitudine nasci, vt vnum internodium octo medimnos capiat: qui pares sunt octo mensuris a scapha dictis, si de Medimnis Georgicis intelligis.

XIX. Non amplius tribus medimnis tritici, sesquimedimno hordei Cato maior dux exercitus pro se & suis accepit, vt est apud Plutarch. *in Catone.*

XX. Ficus arbor in Hyrcania μεδίμνους ἑξήκοντα φέρει, h. e. medimnos sexaginta fert, s. fructum teste Strab. *lib. 2.*

XXI. Μέδιμνοι τρισχίλιοι ἀλφίτων apud Xenophontem *lib. 6. Anabas.* h. e. *Medimni termille farinæ.*

XXII. Attalus Rex Sicyoniis XM Medimnum frumenti dono dedit, vt est apud Liuium *lib. 3. Decad. 4.*

XXIII. Ὀκτακοσίας σίτου μυριάδας μεδίμνων, h. e. *octingentas frumenti myriades medimnorum* Philippus Macedoniæ Rex intra muros in belli apparatum congessit, 800000. Plutarchus *in Paulo Æmilio.*

XXIV. Πυρῶν μεδίμνους αυξ', καὶ ἁλῶν μεδίμνους τοέ, h. e. *Tritici medimnos MCCCCLX. & salis medimnos CCCLXXV.* Antiochus Iudæis se largiturum promittit, vt est apud Iosephum *lib. 12.* Ἀρχαιολ. *pag. 557.* Latinus perperam transfert *modios.* De Medimno Georgico infra suo loco agitur.

XXV. Medimni nota fuit $\overset{\text{ε}}{\mu}$

XOI-

ΧΟΙΝΙΞ II.

I. Χοῖνιξ, *Chœnix* hæc Attica est mensura, quæ & *medica* dicitur, rerum aridarum, vt ἀλφίτων, h.e. farinæ, apud Athenæum *lib.12.* erui moliti, capparis, radicis contusæ & cribratæ, furfurum apud Galenum.

II. Continet μέτρῳ quidem, h.e. mensura cotylas tres, teste Cleopatra, h.e. sesqui sextarium Rom. σταθμῷ, h.e. pondere vero drachmas 180.

III. Capit libras mensurales duas cum quadrante: h.e. vncias mensurales 27.

IV. χοίνικος τὸ ς', h.e. Chœnicis pars sexta est apud Galenum *lib.1. de Comp. Medic. secund. loc.* Hæc sexta pars facit vncias 4. cum semisse.

V. χοίνικος nota fuit hæc $\overset{\rho}{\chi}$ & $\overset{οι}{\chi}$.

VI. De chœnice Græca & de demenso Rom. edita est a me ante dissertatio copiosior, quæ infra suo loco extat.

VII. ἡμίνα est χοῖνιξ & ὀγδόα ἡμιχοίνικον apud Hesychium.

ΞΕΣΤΗΣ III.

I. Ξέστης Sextarius Atticus est mensura & aridorum, vt seminis apii, cicerum siccorum, summitatum ramorum myrti, apud Galenum *lib.1. de Compos. Medic. sec. locos.*

II. Ξέστης medimni Attici pars est Septuagesima secunda, & continet cotylas duas, oxybapha octo, Cyathos duodecim, cochlearia centum & viginti.

ΚΟΤΥΛΗ IV.

I. Κοτύλη Attica est mensura rerum aridarum, vt κηκῖδος, h.e. gallæ apud *Galen. lib.9. de Comp. Medic. sec. loc.* σίτου, h.e. frumenti apud Thucyd. vt Athenæ. *lib.11.* refert: ciceris cotylæ duæ apud Pallad. *lib.11. tit.14.*

II. Sextarii pars est dimidia: continet oxybapha quatuor: capit vncias nouem mensurales.

 III.

III. A κοτύλη est ἡμικοτύλιον apud Galenum passim, *vt lib. 3. de comp. Medic. secund. gen.*

ΟΞΥΒΑΦΟΝ V.

I. ὀξύβαφον Atticum mensura est aridorum, vt piperis, origani, thymi contusi, salis, &c. apud Galen. & Dioscoridem.

II. *Oxybaphum* cotylæ quarta pars est: continet sesquicyathum, vncias duas, drachmas duas.

ΚΥΑΘΟΣ VI.

I. *Cyathus Atticus* est mensura & rerum aridarum, vt salis apud Dioscoridem: capit vnciam vnam cum semisse.

ΚΟΧΛΙΑΡΙΟΝ VII.

I. Κοχλιάριον, h. e. *Cochlear Atticum* est mensura rerum quoque aridarum apud Galenum *lib. 2. de compos. Medic. secund. loc.* Cyathi pars est 10. capit drachmam, scripuli semissem & grana duo cum duabus quintis partibus.

Ex his mensuris pure Atticæ sunt omnes excepto Sextario. Rerum liquidarum quidem mensuræ tantum sunt medicæ, μετρητὴς χοῦς, τέταρτον: Aridarum vero μέδιμνος & χοῖνιξ; Sed vtrarumque sextarius, Cotyla, Oxybaphum & cyathus.

TABVLA
ADDITIS ET NOTIS.

μ	1. μέδιμνος	1.						
χο, χ	2. χοῖνιξ	48.	1.					
ξε, ξο	3. ξέστης	72.	1½.	1.				
κο	4. κοτύλη	144.	3.	2.	1.			
ξο	5. ὀξύβαφον	576.	12.	8.	4.	1.		
κυ	6. κύαθος	864.	18.	12.	6.	1½.	1.	
	7. κοχλιάριον	8640.	180.	120.	60.	15.	10.	1.

De

De Mensuris Georgicis liquorum.

CAPUT VII.

I.

MEnsuræ Georgicæ dicuntur, quod ad Rem Rusticam pertinent: & rei Rusticæ scriptoribus Græcis vsitatæ fuerunt: quas Cleopatra in Georgicis a se repertas ad posteritatem transmittit.

II. Sunt autem hæ mensuræ *duplices* ratione obiectorum. Aliæ enim sunt *liquorum: rerum aridarum* reliquæ.

III. Hæ mensuræ Atticis mensuris sunt maiores, ad quas proportionem habent ἡμιόλιον hoc est, sesquialteram; quod Atticis altera parte sint maiores.

IV. Κοτύλη enim *georgica* vncias mensurales capit tredecim cum semisse: *Medica* vero, quæ & Attica fuit, nouem tantum hoc modo $\frac{13\frac{1}{2}}{9}$ vel $\frac{3}{2}$.

V. Ad hæc χοῦς georgicus capit cotylas duodecim: quæ efficiunt sextarios nouem. Χοῦς vero Atticus seu Medicus cotylas capit duodecim nouem vnciarum mensuralium: quæ efficiunt sextarios sex. Diffident itaque itidem proportione sesquialtera, hoc modo $\frac{9}{6}$ vel $\frac{3}{2}$.

VI. Ad hæc Oxybaphum georgicum capit vncias tres mensurales & drachmas tres: Medicum vero capit vncias mensurales duas & drachmas duas. Quæ iterum est proportio sesquialtera. Idem constat de cyatho.

VII. Ex his itaque & aliis satis perspicue constat, Georgicas mensuras ab Atticis seu Medicis diffidere proportione sesquialtera.

VIII. Solon Athenis mensuras Atticas Veteres auxit, sicut & pondera, vt ex Plutarcho *in Solone* constat.

IX. Mensuræ liquorum Georgicæ omnino sunt septem, quæ ordine explicabuntur.

ΜΕΤΡΗΤΗΣ I.

I. Μετρητὴς hic est mensura liquoris maxima: quæ capit amphoras Georgicas duas, χόες, h. e. congios octo, qui efficiunt sextarios

rios ſeptuaginta duos, vt & Nicandri interpres habet, cotylas 96.

II. Hic metretes eiuſdem eſt capacitatis cum metrete Attico, de quo ſupra.

III. Capit itaque metretes libras menſurales centum & octo: pendit olei libras ponderales 90. vini 100. mellis 150.

IV. Facit menſuræ noſtratis hic Francofordiæ ad Oderam Noſſellas 64. cum 4. quintis partibus.

ΑΜΦΟΡΕΥΣ II.

I. Ἀμφορεὺς *Georgicus*, amphora, metretæ eſt dimidium: continet χόας, h. e. congios quatuor, ſextarios 36. vt Nicandri interpres teſtatur, Cotylas 48. teſte Cleopatra.

II. Capit liquoris libras menſurales 54: pendit olei quidem libras 45: Vini vero 50: ſed mellis 75.

III. *Amphorea* & κάδον ſeu κάδδον dici, teſtatur Iulius Pollux *lib. 10. cap. 20.* & alibi explicatur a me copioſius.

IV. Ab Amphora eſt ἡμιαμφόρειον, hoc eſt, *ſemiamphora*: Vt a voce κάδδος eſt ἡμικάδδιον ſeu ἡμικάδιον, h. e. *ſemicados*, de quo ſupra.

V. Semiamphora continet choas duos, ſextarios 18. cotylas 24. Pendit libras olei quidem 22. cum ſemiſſe: vini vero 25: ſed mellis 37. cum ſemiſſe.

VI. *Crater aneus* c c c amphorarum capax a Lacedæmoniis Crœſo miſſus eſt, vt eſt apud Herodotum Hiſtoria 1.

VII. *Crater argenteus* a Crœſo Delphos miſſus, vt eſt apud Herodotum *Hiſtor 1.* capiebat amphoras ſexcentas. Apud eundem eſt χαλκήιον h. e. ahenum capax ſexcentarum amphorarum, craſſum ſex digitos, *lib. 4. pag. 129.*

ΧΟΥΣ III.

I. Χοῦς *congius Georgicus* metretæ pars eſt octaua, amphoræ quarta, ſemiamphoræ ſecunda: continet ſextarios nouem, cotylas duodecim, vt Cleopatra teſtatur.

II. Ca-

II. Capit liquoris libras menſurales tredecim cum ſemiſſe: pendit olei quidem libras vndecim cum eius quadrante. h.e. cum tribus vnciis: Vini vero libras duodecim cum ſemiſſe: ſed mellis libras octodecim, vncias nouem.

ΚΟΤΥΛΗ IV.

I. Κοτύλη *Georgica* χοὸς, h. e. congii duodecima pars eſt: continet oxybapha quatuor, quæ & τρύβλια dicuntur apud Cleopatram. Capit tres quartas, hoc eſt, dodrantem ſextarii, teſte Cleopatra: quæ faciunt libram vnam menſuralem cum ſeſcunia: h. e. vncias menſurales 13. cum ſemiſſe: Pendit olei vncias 11. & drachmas 2. Vini libram 1. & drachmas 4. mellis ſesquilibram & drachmas ſex.

ὈΞΥΒΑΦΟΝ V.

I. ὀξύβαφον h. e. *acetabulum* hic eſt menſura Georgica, cotylæ pars quarta: continet ſesquicyathum.

II. Capit liquoris vncias menſurales tres & drachmas tres: pendit olei vncias duas & drachmas ſex cum ſemiſſe: vini vncias tres & drachmam vnam: ſed mellis pendit vncias quatuor, drachmas quinque cum ſemiſſe.

III. Eiusdem capacitatis hic eſt τρύβλιον, vt paulo ante ex Cleopatra allatum eſt, & Ariſtophanis interpres in Equitibus confirmat.

ΚΥΑΘΟΣ VI.

I. *Cyathus Georgicus* cotylæ ſexta pars eſt: & continet quatuor myſtra: capit liquoris vncias duas & drachmas duas. Pendit olei quidem vnciam vnam & drachmas ſeptem: vini vero vncias duas & ſcripula duo: ſed mellis vncias tres & drachmam vnam.

ΜΥΣΤΡΟΝ VII.

I. Μύςρο· Georgicum cyathi quarta pars eſt, vt teſtatur Rhemnius Fannius, cum ait:

At myſtrum cyathi quarta eſt.

Capit liquoris Semiunciam & drachmæ dimidium. Pendit olei drachmas tres cum ſemiſſe & quadrante: Vini drachmas quatuor & ſcripuli ſemiſſem: mellis vero drachmas ſex cum quadrante. Myſtri nota fuit M̆

TABVLA

MENSVRARVM GEORGICARVM.

1. μετρητὴς	1.							Libræ 108.
2. ἀμφορεῦς	2.	1.						54.
3. χοῦς	8.	4.	1.					$13\frac{1}{2}$.
4. κοτύλη	96.	48.	12.	1.				lib. 1. ſeſcuncia.
5. ὀξύβαφον	384.	192.	48.	4.	1.			Vnc. 3. drachm. 3.
6. κύαθος	576.	288.	72.	6.	$1\frac{1}{2}$.	1.		Vnc. 2. drachm 2.
7. μύςρον	2304.	1152.	288.	24.	6.	4.	1.	drachm. $4\frac{1}{2}$.

QVOT LIBRAS ROM. TAM MENSVRALES QVAM PONDERALES, EIVSQVE PARTES, QVAEQVE MENSVRA GEORGICA HABEAT.

TM. Capit

Capit Liquoris	Libras	Vncias	Drachmas	pendit olei Libras	Vncias	Drachmas	Vini Libras	Vncias	Drachmas	Scripula	Mellis Libras	Vncias	Drachmas
1. μετρητὴς	108			90			100				150		
2. ἀμφορεὺς	54			45			50				75		
3. χοῦς	13	6		11	3		12	6			18	9	
4. κοτύλη	1	1	4		11	2	1		4		1	6	6
5. ὀξύβαφον		3	3		2	$6\frac{1}{2}$		3	1			4	$5\frac{1}{2}$
6. κύαθος		2	2		1	7		2		2		3	1
7. μύστρον			$4\frac{1}{2}$			$3\frac{1}{2}\frac{1}{4}$			4	$\frac{1}{2}$			$6\frac{1}{3}$

De

De Mensuris Georgicis rerum aridarum.

CAPVT VIII.

MEnsuræ Georgicæ rerum aridarum & ipsæ, vt liquorum, Atticas mensuras aridarum magnitudine superant; & proportione sesquialtera ab ipsis discrepant. Sunt autem in vniuersum *vndecim*, quæ ordine sunt explicandæ.

ΜΕΔΙΜΝΟΣ I.

I. *Medimnus* est mensura Georgica rerum aridarum maxima, vt metretes liquorum. Cicero *in Verrinis Actionibus*, *de rebus Siculorum*, qui magna ex parte Græci erant, *loquens*, voce Medimnum in neutro genere vtitur. Distat a *Medimno Attico* proportione sesquialtera. Hic enim capit Sextarios Atticos 108. ille vero 72. Diuide per 36. quæ in hoc ter, in illo bis habentur $\frac{3}{2}$ & est proportio sesquialtera.

II. Hunc Medimnum partiuntur in duos semimedimnos, in tres tertiarios, in sex sextas, quas & sextarios s. medimni vocant & in duodecim semisextas, Pollux *lib. 4. c. 23.* & Suidas & Aristophanis interpres. Continet Sextarios Atticos 108. cotylas 144. sententia Cleopatræ.

III. Georgius enim Agricola hæc Cleopatræ verba: τὸν δὲ μέδιμνον ξεστῶν ϙβ΄, κοτυλῶν ρλδ΄, hoc est, *Medimnum vero* (in Georgicis inueni) *Sextariorum 102. cotylarum 134.* deprauata esse suspicatur: Quæ hoc modo corrigit: τὸν δὲ μέδιμνον ξεστῶν ρη΄, κοτυλῶν ρμδ΄, h. e. *Medimnum vero sextariorum 108. Cotylarum 144.*

IV. De hoc Medimno Georgico intelligitur, quod est apud Suidam: μέδιμνον οὖν μοδίων, ϛ΄, hoc est, *Medimnum igitur modiorum 6.*

V. Est in *libello de mensuris & ponderibus*: ὁ ἀττικὸς μέδιμνος ἔχει ἡμίεκτα ιϐ΄. τὸ δὲ ἡμίεκτον ἔχει χοίνικας δ΄, ὥστε τὸν μέδιμνον ἔχειν χοίνικας μη΄, ξέστας ϛ΄, hoc est, *Atticus Medimnus habet semisextas duodecim: semisexta vero habet chœnices quatuor*: vt Medimnus habeat chœnices 48. sextarios 96. Ibidem mox: ὁ δὲ μέδιμνος ὁ

 ἰταλι-

ἰταλικὸς ἔχει χοίνικας η', ὁ δὲ χοῖνιξ ξέστας β', hoc eſt, *Modius vero Italicus habet chœnices 8. Chœnix vero ſextarios 2.*

VI. Medimnus hic capit libras menſurales 162. quod inde ſatis conſtat: quod Cotyla georgica vncias 13. menſurales cum ſemuncia capiat. Cotylæ 144. Georgicæ faciunt vncias menſurales 1944. quæ per duodecim diuiſæ faciunt libras Rom. menſurales 162. ſextarios quidem græcos, qui 18. vncias continent 108. Romanos vero 97. cum quinta parte: & explet vſitatam hic Francofordiæ ad Oderam menſuram, den Scheffel. Quod autem vnciæ 24. menſurales, h. e. ſextarius Rom. cum quinta parte ſuperſunt, id vt non magni momenti in tanta menſura fere negligitur.

VII. Partire 108. ſextarios Atticos, qui medimno hic tribuuntur, per ſex, in diuiſorio erunt 18. ſextarii Attici, qui faciunt 16. ſextarios Rom. quorum Modius Rom. capax eſt: & ſuperſunt 4. vnciæ. Hinc conſtat medimnum capacem eſſe 6. Modiorum Rom. Sed ſuperſunt 24. vnciæ.

VIII. *Amphora geminata* eſt par huic Medimno, & complectitur bis 48. hoc eſt 96. ſextarios Rom. & menſuram a ſcapha dictam explet, vt accurata dimenſio demonſtrat.

IX. A Medimnorum numero & cenſu Athenis olim ciues cenſebantur. Primi enim & ſummi cenſus ciues dicebantur πεντακοσιομέδιμνοι, a quingentis medimnis: vel quod eorum facultates & poſſeſſiones quingentos fructuum medimnos redderent, vt Plutarchus in Solone teſtatur. Ariſtophanis interpres *in Equitibus* dictos ſcribit: διὰ τὸ γεωργεῖν τοσαῦτα μέτρα, h. e. *quod tot. ſ. 500. menſuras* ararent. Sed Iulius Pollux *lib. 8.* eos eſſe dicit, qui menſuram medimnorum quingentorum in ſiccis & humidis facerent. Hos Reip. talentum impendiſſe idem refert: quod facit coronatos 600. argenteos vnciales Ioachimicos 750. quod repetit Budæus *lib. 5. de Aſſe*.

X. *Secundum cenſum* Solon fecit τριακοσίων μεδίμνων: vel quod in ſiccis & humidis trecentis medimnis cenſi eſſent: vel quod trecentos menſuras ararent: quos ἱππεῖς, hoc eſt, equites appellabant.

XI. *Tertius cenſus* fuit ciuium διακοσιομεδίμνων, qui ζευγῖται dicti, a ducentis medimnis ſic appellantur. Hos ordines Solon Legislator Athenis inſtituit, vt teſtatur Plutarchus *in Solone, Ariſtide & in Catone Maiore*.

XII. Guilihelmus Postellus *libro de Magistratibus Atheniensium cap. 1.* aliter interpretatur, cum inquit: *Modiis quingentis censebuntur* (Athenis) *primæ dignitatis.* Modium vero de solo, in quo possis modium serere, dici, Varro his verbis ait: *Iugerum, quod quadratos duos actus habet: Actus quadratus, qui & latus est pedes 120. longus totidem: is modius & mina latine dicitur, &c.*

XIII. Medimni nota fuit μ.

ΗΜΙΜΕΔΙΜΝΟΣ II.

I. *Semimedimnus* Georgicus Medimni pars est dimidia, continet chœnices 24. apud Suidam & Pollucem, Sextarios 54. cotylas 72. libras 81. Et est mensuræ a scapha dictæ pars media, trium modiorum Rom. capax.

ΤΡΙΤΕΥΣ III.

I. τριτεύς tertiarius medimni triens est, seu tertia pars: continet chœnices 16. teste Polluce lib. 4. Sextarios 36. cotylas 48. libras 54. Capax est duorum modiorum Rom.

ΕΚΤΕΥΣ IV.

I. ἑκτεύς & τὸ ἕκτον medimni est sextans, h.e. *sexta pars*, vt Homeri interpres testatur: continet chœnices 8. vt habet Suidas & Aristophanis interpres & Iulius Pollux *libro 4. cap. 23.*

II. Capit libras 27: huic sextanti medimni par est modius Rom. vt ex Galeno patet, cum inquit: ὁ δὲ μόδιος ὁ αἰγύπτιος καὶ ὁ ἰταλικὸς ἔχει χοίνικας η. h.e. *Modius Ægyptius & Italicus habet Chœnices octo.*

ΗΜΙΕΚΤΟΝ V.

I. ἡμίεκτον & ἡμιεκτέον apud Suidam, Pollucem & Aristophanis interpretem: item ἥμισυ τοῦ ἕκτου, & τὸ δωδέκατον, est medimni pars duodecima, & sextantis medimni dimidia.

II. Continet chœnices quatuor, vt Suidas testatur: vnde apud Hesychium est, ἡμίεκτον τετραχοίνικον, h. e. *quatuor chœnicum.*

III. Τετράμετρον quoque idem dicitur apud Aristophanem *in Nubibus*, cum inquit:

ἀεὶ.

περίδου νῦν ἐμοὶ
εἰμὴ τετράμετρόν ἐστιν ἡμίεκτον,

Hoc eſt :

Fac ſponſionem nunc mecum :
Si non tetramentrum eſt ſemiſexta pars.

IV. Ad hæc ἡμίεκτον ſextariis 9. conſtat, cotylis 12. Capit libras 13. cum ſemiſſe : ſemodium nonnulli interpretantur.

ΗΜΙΔΩΔΕΚΑΤΟΝ VI.

I. ἡμιδωδέκατον medimni pars eſt viceſima quarta : continet chœnices duas, ſextarios quatuor cum ſemiſſe, cotylas ſex, libras ſex, vncias menſurales nouem. Apud Heſychium eſt ἡμιδωδέκατον τὸ ἡμίχουν, h.e. ſemiduodecima eſt ſemicongius.

ΧΟΙΝΙΞ VII.

I. Hæc chœnix continet tres cotylas Georgicas: quæ faciunt ſextarios Rom. duos, vncias menſurales $40\frac{1}{2}$. Chœnix vero Attica capit vncias 27. Eſt & hic proportio ſeſquialtera, 40. cum ſemiſſe ad 27. vncias.

ΚΟΤΥΛΗ VIII.

I. Κοτύλη hæc Georgica Chœnicis tertia pars eſt : continet oxybapha quatuor, libram vnam cum ſeſcuncia, h. e. vncias 13. cum ſemiſſe. Cotyla vero Attica capit 9. vncias : Eſt & hic proportio ſeſquialtera.

II. A Cotyla ſunt κοτυλίσκοι placentæ quædam forma diminutiua, a tertia Chœnicis parte factæ, vt Athenæus *lib. 14. ex Heracleone Epheſio* refert : h. e. quæ placentæ ex 13. vnciis cum ſemiſſe menſuralibus farinæ coquuntur.

ΟΞΥΒΑΦΟΝ IX.

I. ὀξύβαφον hic Cotylæ quarta pars eſt : & continet ſeſquicyathum, tres vncias & tres drachmas, Oxybaphum Medicum capit vncias 2. & drachmas 2. & hic eſt proportio ſeſquialtera.

ΚΥΑΘΟΣ X.

I. Κύαθος Georgicus hic continet 4. myſtra, duas vncias, & duas drachmas, vt Oxybaphum medicum. Eſt & inter hunc Georgi-

orgicum & illum alterum medicum Cyathum proportio ſesquialtera.

ΜΥΣΤΡΟΝ XI.

I. Μύςρον Georgicum eſt quarta pars cyathi: capit drachmas quatuor cum ſemiſſe.

1. μέδιμνος	1										
2. ἡμιμέδιμνος	2.	1.									
3. τριτεύς	3.	$1\frac{1}{2}$.	1.								
4. ἑκτεύς	6.	3.	2.	1.							
5. ἡμίεκτον	12.	6.	4.	2.	1.						
6. ἡμιδωδέκατον	24.	12.	8.	4.	2.	1.					
7. χοῖνιξ	48.	24.	16.	8.	4.	2.	1.				
8. κοτύλη	144.	72.	48.	24.	12.	6.	3.	1.			
9. ὀξύβαφον	576.	288.	192.	96.	48.	24.	12.	4.	1.		
10. κύαθος	864.	432.	288.	144.	72.	36.	18.	6.	$1\frac{1}{2}$.	1.	
11. μύςρον	3456.	1728.	1152.	567.	288.	144.	72.	24.	6.	4.	1.

In Medimno Georgico probaui, Modium Francofordianum parem eſſe huic Medimno: de quo & aliis quibuſdam Modiis Marchicis hic quædam dicturus eram; ſed id adhuc differam, vt id fiat commodiore loco.

De Menſuris Hippoiatricis.

Cap. IX.

I.

Menſuræ *Hippoiatricæ* ab artificibus ſic dicuntur: quod equorum Medici iis antiquitus ſint vſi, quos Valerius Maximus *equarios medicos* appellat. Sic autem dicuntur ab equis κατ᾽ ἐξοχὴν: quod equi in iumentorum numero præſtent.

II. Eædem menſuræ & artis *Mulomedicinæ* a mulorum medicina itidem κατ᾽ ἐξοχὴν appellantur. *Mulomedicus* inde vocatur, qui mulos curat.

III. Eadem ars *Veterinaria* quoque dicitur a Veterinis, h. e. iumentis. Veterinæ in fœminino genere ſunt pecudes apud Varro-

nem

nem *lib. 1. c. 38. de Re Rustica.* Dicuntur & *Veterina* in neutro genere, a Plinio *lib. 11. cap.* 37. nimirum iumenta a vehendo; quod aliquid vehere possint, appellata.

IV. Hinc Medici appellantur *Veterinarii* ab hac Veterinorum cura apud Columellam *lib. 6. c. 8. & lib. 7. c. 5.*

V. Iidem Medici appellantur κτηνιατροὶ a voce κτῆνος iumentum seu pecus, & ἰατρὸς Medicus apud Varronem *lib. 2. c. 7.*

VI. Apsyrtus quidam miles Nicomediensis tempore Constantini Regis in Scythia ad Istium scripsit opus ἱπποϊατρικὸν, nimirum de *cura equorum*, vt Suidas testatur: id hodie græce publicis typis est editum.

VII. Astrampsychus quidam librum edidit medicinalem de *cura Asinorum*, vt idem Suidas scribit.

VIII. Mensuræ Hippoiatricæ sunt numero quinque quæ ordine explicabuntur.

ΚΟΤΥΛΗ I.

I. Κοτύλη est mensura hippoiatrica; quæ duo oxybapha continet vncias mensurales 12. h. e. libram Rom. Inde hæc cotyla pro libra Romana mensurali vsurpata fuit: qua de re supra in libra Rom. Pendit olei quidem vncias decem: Vini vero vncias vndecim, scripula duo, obolum & siliquam: mellis vero libram vnam, vncias quatuor, drachmas quinq; scripulum vnum.

ΟΞΥΒΑΦΟΝ II.

I. *Oxybaphum* hic est cotylæ pars dimidia: continet cyathos tres, vncias sex, h. e. selibram mensuralem. Pendit olei vncias quinque, vini vncias quinque cum semisse, scripulum vnum & duas siliquas: mellis vncias octo, drachmas duas & scripula duo.

ΚΥΑΘΟΣ III.

I. Cyathus hic quatuor mystra continet & duas vncias. Nam & Hesychius scribit, Cyathum capere duas vncias alicuius liquoris, vt de vnciis mensuralibus intelligatur.

II. Pendit olei quidem vnciam vnam, drachmas quinque & scripulum vnum: Vini vero vnciam vnam, drachmas sex, scripula duo, siliquas duas, grana duo cum besse, h. e. cum duabus grani tertiis

partibus : ſed mellis pendit vncias duas drachmas ſex, obolum & ſiliquam.

ΜΥΣΤΡΟΝ IV.

I. Μύστρον hic Cyathi quarta pars eſt : continet cochlearia duo & ſemunciam : pendit olei drachmas tres, ſcripulum vnum : Vini drachmas tres, ſcripula duo cum duabus tertiis, h.e. cum beſſe : mellis pendit drachmas quinque cum ſemiſſe & ſiliquam.

ΚΟΧΛΙΑΡΙΟΝ V.

I. Κοχλιάρειον myſtri pars eſt dimidia, & capit drachmas duas : pendit olei drachmam & ſcripula duo : vini drachmam vnam, ſcripula duo, obolum, granum cum tertia parte : mellis drachmas duas, ſcripula duo, ſiliquas duas.

T A B V L A.

1. κοτύλη	1.				
2. ὀξύβαφον	2.	1.			
3. κύαθος	6.	3.	1.		
4. μύστρον	16.	12.	4.	1.	
5. κοχλιάρειον	32.	24.	8.	2.	1.

DISSERTATIO

De Menſuris Hebraicis tam *liquorum* quam rerum *aridarum* denuo reuiſa, recognita & iterum edita.

καὶ φροντίδες γὰρ δεύτεραι σοφώτεραι.

Menſuræ Hebraicæ ſunt :

1. Liquorum tres.

1. Bath. 1.	capit ſextarios Atticos	72.	lib. Rom. 108.
2. Hin. 6. 1.		12.	18.
3. Log. 72. 12.		1.	$\frac{1}{2}$.

2. Rerum aridarum ſex.

1. Corus ſeu *Chomer*	1.					
2. Lethecha	2.	1.				
3. Aephah	10.	5.	1.			
4. Satum	30.	15.	3.	1.		
5. Omer	100.	50.	10.	$3\frac{1}{3}$.	1.	
6. Cabus	180.	90.	18.	6.	2.	1.

Men-

Mensuræ Hebraicæ Liquorum.

CAPVT X.

Mensuræ apud Hebræos ratione obiectorum, in quibus earum vsus cernitur, sunt *duplices*. Aliæ enim sunt *liquorum*: rerum *aridarum* alteræ. Mensuræ, quibus liquores dimetiuntur, populo iudaico tres fuerunt vsitatæ, *Bath*, *Hin*. & *Log*. quas cum Græcis & Romanis mensuris commode conferri posse, graues autores, inter quos præcipuus est Iosephus, testantur. Vnde cum Germanicis collatio non ita difficilis erit.

BATHVS I.

I. *Bath* vox hebræa a *cauitate* & *capacitate* nomen sortitur: & a verbo *banah*, quod *ædificauit* significat, deriuatur teste Iohanne Forstero: vt *Bath* sit quasi dicas *Baith*, id est, domus: quod quemadmodum domus homines & alias res sua capacitate ac cauitate capit continetque, ita *Bath* mensura liquores capiat, contineat ac dimetiatur.

Sic a LXX quoque interpretibus βαίθ scribitur, cum dicitur: καὶ εἴκοσι χιλιάδας βαὶθ ἐλαίου, hoc est, *& viginti millia bathorum olei*, *3. Reg. 5.*

II. Alii deriuant a verbo inusitato *Bathath*, quod cognationem habet cum voce *Bathah*, quæ significat *vastam profunditatem*, vt a profunditate nomen habeat: βάθος Græcis quoque est profunditas.

III. *Bath* in plurali numero habet *Bathim*, vt vox Hebræa: *Sed 2. Paralip. 2. 1. Esdræ 7.* & forma plurali Chaldaica *Bathin* habetur.

IV. Epiphanius βάθος scribit per crassam literam θ. & prelum, quo oleum exprimitur, interpretatur, cum inquit: βάθος γὰρ [illegible] ἐλαιοτριβεῖον· καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς ἑβραίδος διαλέκτου πάρηκται, συνωνύμως τῷ ἐλαιοτριβείῳ καλούμενον βάθ, h. e. *Bathus enim exprimitur olearium prelum: & hoc ab hebraica dialecto deductum est, eodem nomine cum prelo quo oleum exprimitur, vocatur Bath.*

V. LXX. interpretes βατ☉ per tenuem literam τ quoque scribunt, *1. Esdræ 7.* Sic & apud *Lucam Evangelistam cap. 15.* scribitur. Iosephus autem per mediam literam δ scribit: sed mendum esse, & δ pro θ surrogatum esse, G. Agricola suspicatur. Apud Hesychium sic quoque est: βάδ☉ ὁ καὶ βάτ☉, h. e. *Badus, qui & Batus. Bathus* latine scribitur cum aspiratione: & est mensura liquorum, vt olei 3. *Reg. 5.* vini, *1. Esdræ 7.*

VI. *Bathus* capit sextarios Atticos 72. vt testatur Ioseph. *lib. 8. cap. 2.* cum inquit: ὁ δὲ βάδ☉ δύναται χωρῆσαι ξέςας ἑβδομήκοντα καὶ δύο h. e. *Badus autem potest capere sextarios duos & septuaginta.*

VII. Qua ratione Bathus Hebraicus eiusdem prorsus est capacitatis cum metrete Attico; qui, vt Nicandri interpres testatur, itidem 72. sextarios constat. Sic enim ait μετρητὴς ἔχει ξέςας οβ, hoc est: metretes habet sextarios 72. Continet congios Atticos 12.

VIII. Septuaginta duo sextarii Attici faciunt sextarios Rom. 64 cum quatuor quintis partibus: propterea quod ξέςης græcus duabus vnciis mensuralibus minor sit sextario Rom. Nam vt ille vncias 20. ita ξέςης 18. continet. Quare & Bathus Hebraicus continet sextarios Rom. 64. cum quatuor quintis partibus: & totidem Nossellas Francofordianas: quod Nossella Francofordiana Sextario Rom. par sit. Deest pars quinta vt sint 65. sextarii integri Rom.

IX. Synonyma itaque sunt & mensuræ pares, Bathus, μετρητὴς, κεράμιον & κάδ☉, vt ex superioribus patere potest. Quod apud Dioscoridem est μετρητὴς *de Vino œnanthino*, id a Plinio redditur *Cadus lib. 14. c. 16.* Est ergo *Bathus* mensura Hebraica rerum liquidarum, capax sextariorum Atticorum 72. vt metretæ Attico par sit. Idem Bathus continet libras Rom. mensurales 108.

X. Epiphanius, vnde Hesychius repetit, Batho tribuit sextarios tantum quinquaginta. Sic enim inquit: ἔςι δὲ (βάδ☉) ξεςῶν πεντήκοντα, hoc est, *Est vero* (Bathus) *sextariorum 50.* Quod de Batho hebraico intelligi non potest: Sed forsassis intelligi debet de Batho Syrio, vel de alio quopiam. Vide infra cap. XIV. κάλλαιον.

LXX BATH VARIE REDDVNT.

I. Septuaginta interpretes hanc mensuram varie transferunt tractantque. Primum enim vocem Hebraicam retinent, sed nihil

nihil variatam, scribunt enim tum βαὶθ, fortassis βᾶθ est legendum 2. *Paral.* 2. tum βατῶν, 1. *Esdræ* 7.

II. Deinde reddunt μετρητὴν 2. *Paralip.* 4. de Maris Fusilis capacitate loquentes: χωρῶν (θάλασσα) μετρητὰς τρισχιλίους: h. e. *capiens (mare) metretas ter mille: idque recte:* quod Metretes Atticus Batho Hebræo par sit. Iosephus habet *lib. 8. c. 2. β.* δὺς τρισχιλίους h. e. *Bados ter mille.*

III. Sed 3. *Reg.* 7. sunt Bathi bis mille: de qua diuersitate copiosius disserui in explicatione Maris Fusilis: quæ postea additur. Adfertur a Benedicto Aria in Ezechiele *pag.* 11. Vas, quod capit bis mille bathos liquidorum, eo quod cumulus ex aridis additus mediæ parti totius excepti æqualis sit, &c. de quo eruditiores rectius iudicabunt, quid valeat.

IV. Ad hæc interpretantur κεράμιον. Quod enim est *Esaiæ* 5. iuxta veritatem Hebraicam: Decem enim iugera vineæ facient Bathum vnum: id LXX. reddunt: οὗ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν ποιήσει κεράμιον ἕν: h. e: *vbi enim laborant decem iuga boum, facient Ceramium vnum.* Id iursus recte: Nam & κεράμιον Hesychius κάδον interpretatur. Has enim mensuras pares esse, in mensuris Atticis a me docetur copiosius.

V. Iam Bathum iidem μέτρον quoque vertunt, genere apud Græcos pro specie posito. Nam quod est 2. *Paralip.* 2: Et olei Batorum viginti millia 20000. id LXX. reddunt: καὶ ἐλαίου μέτρων εἴκοσι χιλιάδας, hoc est, & olei mensurarum viginti millia.

VI. *Bathus* fortassis subintelligi potest, *Haggæi* 2. cum dicitur nullius mensuræ mentione facta: *Veniebat ad torcular, vt hauriret quinquaginta e torculari, & erat viginti:* Ibi LXX. substituunt μετρητάς. Sic enim reddunt: καὶ εἰσεπορεύεσθε εἰς τὸ ὑπολήνιον ἐξαντλῆσαι πεντήκοντα μετρητάς, καὶ ἐγένοντο εἴκοσι, h. e. *Et ingrediminі in torcular, & exhauriatis quinquaginta metretas, & fuit ad viginti.* Sebastianus Castalio hic *amphoras* substituit: Tigurini *vrnas* habent. Hæc varietas merito lectorem conturbat. Sanctus Pagninus hic substituit *Cados* quæ mensura metretæ Attico par est, vt in mensuris Atticis declaratur.

VII. Vetus Interpres Latinus *Lagenas* interpretatur minus commode; quod lagena aut mensura non sit, vt G. Agricola suspi-

catur: aut certe menſura longe minor ſit: quippe 12. tantum cotylarum Atticarum capax. D. Lutherus transfert Germanice Eimer.

VIII. Mox eandem menſuram χοίνικα, hoc eſt, *Chœnicem* reddunt. Quod enim Ezech. 45. in Hebræo eſt: Bathus iuſtus erit vobis, id LXX. interpretantur: χοῖνιξ δικαία ἔςω ὑμῖν. τὸ μέτρον καὶ χοῖνιξ ὁμοίως, &c. h. e. *Et Chœnix iuſta ſit vobis: menſura & Chœnix ſimiliter, &c.*

IX. Eodem cap. Ezech. iidem vertunt κοτύλην. Nam quod eſt in Hebræo: decem Bathi ſunt Chomer: id LXX. ſic habent: ὅτι αἱ δέκα κοτύλαι εἰσὶ γομὸρ, h. e. quoniam decem cotylæ ſunt *Gomor.* Idem probat & Theodoretus: quippe græcam editionem ſecutus. Neutrum autem iuſta ratione probari aut defendi poteſt. Nam *Chœnix græca* eſt menſura rerum aridarum non humorum, vt *Bathus*: quippe diurnus ſeruorum cibus apud Græcos, medimni Attici pars 48. vt alibi copioſe declaratur. κοτύλη vero, cum ſextarii Attici dimidia pars ſit, Bathi Hebraici, qui metretæ Græco par eſt: pars centeſima quadrageſima quarta. Quam longiſſime igitur hæc Græca menſura ab Hebræa diſcrepat: nec vllo modo commutari poſſunt. Et D. Hieronymus non immerito hanc interpretationem admiratur.

X. Porro G. Agricola huius erroris occaſionem & cauſam ſagaciter ſuſpicatur ortam eſſe ex vſitatis notis Græcarum menſurarum apud veteres. Nam κεραμίου quidem vetus nota fuit hæc κρ, cui μ ſupra caput additum ſit, $\kappa\varrho^{\mu}$: χοῖνιξ vero χ, cui ν in capite additum ſit, $\overset{\nu}{\chi}$: ſed κοτύλης κ, cui imponatur ο litera $\overset{o}{\kappa}$. Hæ notæ facile ſane, præſertim ab harum rerum rudibus & imperitis librariis inter ſe commutari, & aliæ pro aliis ſcribi & intelligi potuerunt: vt pro nota κεραμίου, quod Batho Hebræo par eſt, & legerent & ſcriberent, nunc χοίνικα nunc κοτύλην.

ET LATINVS INTERPRES BATH VARIE TRANSFERT.]

I. Eodem modo & vetus interpres latinus *Bathum* in vetere Teſtamento variis appellationibus dignatur. Primum etiam vocem He-

Hebræam retinet: sed ad latinæ linguæ normam nonnihil deflexam: *Bathus* enim dicitur, *1. Esdræ 7. 3. Reg. 7. & Ezech. 45.*

II. Adhæc rectè quoque conuertit metretam cum LXX. cum inquit: Capiebatque tria millia metretas, *2. Paralip. 2. & 4.*

III. Præterea *2. Paralip. 2.* cum Sato confundit: ac si *seah & Bath* eiusdem sint & rei & capacitatis mensuræ. Quod enim in Hebræo est: *Et olei bathorum 20000*: id hic reddit: olei quoq; sata 20000 viginti millia. Item quod est Numer. 5: & offeret sacrificium pro ea decimam partem æphæ farinæ hordei: Vetus habet decimam partem sati. Cum tamen hic & LXX. τὸ δέκατον τοῦ οἰφὶ, &c. habeant. Quod minime profectò excusari aut potest aut debet: quod obiectis quoque differant. Bathus enim liquoris: at satum rei aridæ mensura est Hebræis longe minor batho.

IV. Iam *Esaiæ 5.* & Hebræam vocem *Bath*, & Græcam LXX. Interpretum κεράμιον, imperite quoque *lagunculam* appellat: cum laguncula latinis non sit mensura: sed vasculum incertæ capacitatis.

V. Mox *Haggai 2* μετρητὰς non rectè Lagenas interpretatur: quod nec hæc vox certam mensuram apud latinos significat.

ΛΑΓΥΝΟΣ.

I. Λάγυνος Græcis quidem mensuram esse Athenæus *lib. XI.* scribit, cum inquit: λάγυνον δὲ μέτρου λέγουσιν εἶναι ὄνομα παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς χοὸς καὶ κοτύλης· χωρεῖν δ' αὐτὸ κοτύλας ἀττικὰς δώδεκα· καὶ ἐν πάτραις δέ φησι τοῦτο εἶναι τὸ μέτρον τὴν λάγυνον· hoc est: *Lagynum vero mensuræ dicunt esse nomen apud Græcos, vt congii & cotylæ. Capere autem eam cotylas Atticas duodecim: Sed Patris quoque, ait esse hanc mensuram lagynum.* Par ergo esse congio Attico, qui & ipse duodecim cotylas, 6. sextarios capit. Scriptura huius vocis variat. Scribitur enim media syllaba nunc per υ, nunc per η. Ab hac enim mensura fuit celebratas seu ἑορτὴ, festum in Ægypto, λαγηνοφορεία Lagenophoria, vt Athenæus *lib. 7.* scribit.

BATHVS CORVS REDDITVR.

II. Porro notatu dignum est hoc quoque Mensuras rerum aridarum & liquidarum esse commutatas. Nam *3. Regum 5.* & in He-

Hbræco & in veteri Interprete Latino eſt: Et viginti coros puriſſimi olei: cum tamen *corus* menſura ſit rerum aridarum, non humidarum: vt ex pluribus ſcripturæ locis, & ex eodem cap. liquet.

III. *Bathos* itaque non coros, & hic potius legendum eſſe, doctiores arbitrantur: inter quos eſt G. Agricola: quod his rationibus quoque confirmat, Primum eſt *2. Paral. 2.* vbi eadem hiſtoria repetitur: Et olei Bathorum 20000. viginti millia. Deinde LXX quoque interpretantur: καὶ εἴκοσι χιλιάδας βαὶθ ἐλαίου, hoc eſt: Et viginti millia Bathorum olei. Pro βαὶθ fortaſſis legendum βᾶθ: vt G. Agricola quoque legit. Poſtremo & Ioſephus eandem hiſtoriam referens *lib. 8. c. 2.* τοσούτους ſ. δισμυρίους ἐλαίου βάδους. h. e. *Tot ſ. viginti millia olei Badorum interpretatur, non coros.*

IV. D. Lutherus vocem Hebræam *Bath* fere retinet, & his transfert Eimer.

V. Viginti milla Bathorum olei faciunt ſextariorum græcorum 1440000. Sextariorum Rom. 1296000. Vnde colliguntur 27000. Amphorarum Rom. Menſuræ Francofordianæ totidem Noſſellarum 1296000. duodecies centena & nonaginta ſex millia. Quæ faciunt tonnas Bernauianas & Francofordianas 5890. & reſtant 100. quartæ.

VI. Duo Bathorum millia aquæ capiebat Mare Fuſile 3. Reg. 7. Facit ſextariorum græcorum 144000. Sextarios Rom. 129600. amphoras Rom. 2700. Noſtratis vero menſuræ totidem Noſſellas ſ. 129600. tonnas 589. & reſtant 10. quartæ: Huc pertinet commentarius *de Maris fuſilis & decem Kyroth capacitate*, qui poſtea vna editur. Porro in ſuperiori exemplo obſeruanda eſt proportio olei ad triticum decupla: quod vt eſt *Ezech. 45. Corus ſeu Chomer ad Bathum ſit decuplus*: ſunt enim 20000. Bathorum olei: & æpharum 200000. ducenta millia.

VII. Centum Bathi vini, & centum Bathi olei 1. Esdræ 7. Lucæ 16. faciunt ſextarios Græcos quidem 7200. Romanos vero 6480. amphoras Rom. 135. Noſſellas 6480. tonnas 29. cum quinque vndecimis partibus, h. e. reſtant 100. Noſſellæ.

VIII. *Ezech. 45.* Decima pars Bathi olei dari iubetur de Chomere ſeu Coro. Hæc decima Bathi pars facit Sextarios Atticos ſeptem cum quinta parte. Sic enim Sanctes Pagninus interpretatur.

Alii

Alii autem plerique omnes ita intelligunt & exponunt, vt Bathus olei de chomere detur, vt Bathus chomeris decima pars sit, vt apud Ezech. textus habet.

IX. Bathus in easdem partes & mensuras minores diuidi potest, in quas μετρητὴς Atticus diuiditur, cui prorsus par est, de quo supra cap. V.

HIN II.

I. *Hin* mensura est liquoris apud Hebræos, vt olei *Exodi 30. Ezech. 45. & 46.* Vini *Exodi 29. Leuit. 23.* A collectione & colligendo dictam esse arbitrantur.

II. LXX hanc mensuram varie scribunt. Primum enim scribunt ἲν sine aspiratione, *Ezech. 46. Leuit. 23. Num. 15.* Sic & apud Epiphanium scribitur. Deinde scribitur εἶν per diphthongum ει & sine aspiratione, *Exodi 29. & 30. Num. 28.* Apud *Iosephum autem & Ezech. 45.* notatur εἷν cum diphthongo & aspiratione. Et D. Lutherus scribit Hin cum aspiratione.

III. Capacitatem *hinus* idem Iosephus *lib. 3. cap. 9.* indicat cum ait: ἐλαίου δὲ ἐλαΐνου εἶν μέτρον δ' ἐστὶ τοῦτο ἐπιχώριον, δύο χόας ἀττικὰς δεχόμενον, h. e. *olei autem oleaginei hin. Mensura vero hæc est patria, duos congios Atticos capiens.* Id. *lib. 3. c. 10.* ait: ὁ δὲ εἶν μέτρον ἀρχαῖον ἑβραῖον. δύναται δὲ δύο χόας ἀττικοὺς ποιῆσαι, h. e. *Hin autem mensura est vetus Hebræorum: potest vero duos congios Atticos facere.* Iosepho credendum esse in eiusmodi rebus vt probe cognoscenti gentis illius mensuras, testatur Theodoretus in *c. 29. Exodi.*

IV. Sequitur ergo hinem Bathi esse partem sextam χοῦς enim h. e. Congius Atticus, metretæ Attici duodecima pars est: & senos sextarios Atticos capit: qui faciunt quinque Sextarios Rom. cum duabus quintis partibus & totidem Nossellas Francofordianas.

V. Hin capit logos, qui sextariis Atticis pares sunt, duodecim, vt Salomon legis interpres scribit in *30. caput Exodi:* qui faciunt sextarios Rom. decem cum quatuor quintis partibus: qui 10. Sextarii Rom. totidem Nossellas Francofordianas explent, quibus pares sunt capacitate.

VI. Apud Iosephum est *lib. 3.* ἀρχαιολ. *pag. 81.* κομίζεται γὰρ ἀλεύρου καὶ ἔλαιον ὑπὸ τῶν τεθυκότων· ἐπὶ μὲν βοὶ εἶνος ἥμισυ· ἐπὶ δὲ κριοῦ μέρος

τούτου τρίτον τοῦ μέτρου· καὶ τέταρτον μέρος ἐπὶ ἀρνίῳ, hoc eſt: *Nam offertur ſane etiam oleum ab iis, qui immolauerunt: in boue quidem Hinis dimidium: in ariete vero pars huius menſuræ tertia: in agno vero pars quarta.* Hinis dimidium continet ſex logos, ſeu ſex ſextarios Atticos: Tertia vero pars *Num. 10. Ezech. 45.* ſunt quatuor logi ſeu ſextarii Attici: Quarta hinis pars ſunt tres logi, ſeu tres ſextarii Attici, *Exodi 29 Leuit. 23. Num. 15. & 28.* vt Salomon legis magiſter in cap. *Exod. 29.* ſcribit. Qua ratione ſexta hinis pars, *Exod. 4. Ezech. 4.* duos logos & totidem ſextarios Atticos continet. Daſypodius ſcribit Hinem octo tantum ſextarios continere, ſed fallitur. Et Benedictus Arias, magnorum Bibliorum, Antuerpiæ editorum concinnator, dicit Hinem continere oua 72. qua ratione *logo* cederent Sena oua. Hæc ſex vix cotulam, quæ logi dimidia pars eſt, complent. Vnde ſunt, qui logum non ſextarium, ſed cotulam eſſe volunt. Quod ſi concedatur, vt *log* habeatur cotyla; non ſextarius: & hin ſit tantum capax 12. cotylarum non ſextariorum, omnes menſuræ hebraicæ liquoris duplo minores iuſto ſunt futuræ, contra autoritatem antiquorum.

VII. Ezechiel Propheta iubetur aquam bibere ad menſuram nimirum ſextam partem Hin: quæ continet duos ſextarios Atticos, vt dictum eſt. Sed pro Hin LXX. habent ὕνου, de quo mox.

VIII. Integra Hinis definitio ſic extrui poteſt: *Hin eſt menſura Hebraica liquoris duorum congiorum Atticorum capax*: qui faciunt ſextarios Atticos duodecim, Romanos 10. cum 4. quintis partibus.

HIN VARIE REDDITVR.

IX. Interpretes hanc menſuram non vbique ſatis feliciter transferunt, niſi vbi vocem Hebræam retinent. LXX. enim loco Hin χοῦν, h.e. *Congium* ſubſtituunt, *Leuit. 19.* Quod enim in Hebræo eſt: Et *Hin iuſtum erit vobis*, id reddunt: καὶ χοῦς δίκαιος ἔσται ἐν ὑμῖν, h.e. *& congius iuſtus erit inter vos.* Id certe minime diſſimulari aut probari poteſt: Propterea quod Hin menſura Hebræa Choe, h.e. congio Græco duplo maior ſit, vt ex Ioſepho eſt allatum *lib. 3. cap. 10.*

X. Nec id probari aut tolerari debet, quod Latinus Interpres vetus pro Hine *Sextarium* ſubſtituit, *Leuit. 19*: Propterea quod Sextarius Atticus Hinis duodecima pars ſit.

XI. Nec

XI. Nec ſatis facit, quod D. Hieronymus *lib. 1. Comment. in Ezech.* duos Choas duos Sextarios Italicos appellat, cum inquit : *Porro Hin duos Choas Atticos facit*, (quod rectum eſt) : quos nos appellare poſſumus duos Sextarios Italicos : ita vt Hin menſura ſit Iudaici ſextarii noſtrique Caſtrenſis, quod minime probatur. Qua de re G. Agricola diſputat *lib. 1. de Menſuris Externis*, & valde improbat.

XII. Epiphanius *Hin duplex* facit: vnum quidem *magnum* ſextariorum octodecim : alterum vero *paruum* ſextariorum nouem : quippe duplo minus : ſed nihil probat, nec idonea probatorum autorum teſtimonia adfert.

XIII. Eadem vox *Ezech. 4. in LXX.* translatione in οἶνυ deprauata eſt : καὶ τὸ ὕδωρ ἐν μέτρῳ πίεσαι, καὶ τὸ ἕκτον τοῦ οἴνου, hoc eſt : *& aquam in menſura bibe : & ſextam partem vini* : cum potius legendum ſit τοῦ ἶν. Sexta pars hinis facit duos logos, hoc eſt, ſextarios Atticos.

XIV. Porro cum magna ſemper fuerit in populo Iſraelitico ſacrificantium multitudo, magnus quoque fuit huius menſuræ Hinis ad ſacrificia numerus. Quod Ioſephus *lib. 8. cap. 2.* confirmat cum inquit. τὰ μέτρα δὲ τοῖς μωυσέως ἶν καὶ ἀσσαρὼν παραπλήσια. (κατεσκεύασε) χρύσεα μὲν δισμύρια, ἀργύρεα δὲ διπλάσια, h. e. *Menſuras vero Hines & eſſarones, Moſis menſuris pares* (parauit) : *aureas quidem vicies mille : argenteas vero bis totidem*, h. e. 40000. quadraginta millia.

LOG III.

I. *Log* cum vaf quieſcente ſemel : & ſine eo quater habetur *Leuit. 14.* Log & Logus, facta terminatione Latina, eſt menſura Hebræa liquoris *Leuitici 14* : Bathi quidem ſeptuageſima ſecunda : Hinis vero duodecima pars eſt : quod legis Magiſter Salomon confirmat. Sic enim ſcribit in caput *Exodi 29* : Quarta pars Hinis ſunt tres logim : & in caput 30. ait : Hin duodecim logim capit. A log lagenam dici, Benedictus Arias ſcribit in *Ezechiele pag. 10.*

II. Vetus interpres, quem Pagninus ſequitur, recte *ſextarium* transfert, *Leuit. 14.* Æquipollet enim Sextario Attico, qui duabus vnciis menſuralibus, hoc eſt, decima parte minor eſt Sextario Romano.

no. Capit libram Rom. mensuralem cum eius semisse, h.e. vncias mensurales 18.

III. Editio Græca perperam reddit κοτύλην *Leuit.14.* mensura duplo minore Græca pro maiore Hebræa substituta: quod logus Hebraicus cotyla Attica duplo maior sit.

IV. Rabini tradunt logum capere sena oua, hoc est, quantum liquoris sena ouorum putamina capiunt: quod quam incertum & fallax sit, quis non videt? cum oua sint inæqualia; & alia aliis etiam vnius eiusdemque auis Gallinæ maiora. Et quantumuis magna sint gallinæ oua, minime tamen liquor sex putaminum oui sextarium complere poterunt.

V. Ex hoc tamen ceu firmo solidoque fundamento affirmare audent nonnulli, *Log* non esse sextarium, vt vetus interpres & Sanctes Pagninus recte transferunt, *Leuit.14*: Sed potius κοτύλην, vt LXX. reddunt: quod sex ouorum gallinæ testæ hanc κοτύλην expleant. Sed hac falsa hypothesi decepti falluntur. Certum enim est vtramq; mensuram Hebræam, & *Bathum* in liquidis & *Æpham* in aridis, esse eiusdem capacitatis, vt ex *Ezech.cap.45.* satis constat. Et magno consensu vtrique tribuuntur sextarii Attici 72. non cotylæ. Recte igitur log redditur sextarius.

VI. Porro mediocris testa oui gallinæ Cyathum Atticum ὡς ἔγγιστα explet: si vero sit paulo capacior testa etiam Romanum cyathum implet: vt sex cyathi Cotulam faciant. Hoc quidem verum est, & heminæ Romanæ & cotylæ græcæ sex cyathos suos tribui magno antiquitatis consensu. Quam vero hoc fallax sit, mensuras ouorum testis metiri, pluribus disputat G. Agricola *in libro de Restituendis mensuris.*

OVVM MENSVRA.

VII. Sunt nonnulli, qui ouum genus minutæ mensuræ esse volunt. Athenæus inter Pocula numerat *lib.11. Dipnosoph.*

De Mensuris Hebraicis rerum aridarum.

CAPVT XI.

Mensuræ, quibus Hebræi res aridas metiuntur, omnino *sex* sunt: quarum prima est.

CO-

CORVS. I.

I. *Cor*, & græca terminatione κόρ☉ apud LXX interpretes, *Leuitici 19.* & Iosephum: Latinis est *Corus*: apud Epiphanium χὸς: vnde χόρ☉ per aspirationem chorus diceretur.

II. Corus est mensura rerum aridarum maxima & capacisſ. vt hordei *Leuit. 27.* tritici *3. Reg. 5. 2. Paralip. 2. 1. Esdræ 7.* ibi est Corin plurale forma Chaldaica: similæ & farinæ *3. Reg. 4. 2. Paralip. 2.*

III. Corus nomen habet a *forma*, nimirum a cauitate & capacitate. Dicitur enim a verbo *kor* cum vaf quiescente, quod significat *excedit, effodit*, &c. Apud Hesych. est: κόρ☉ μέτρον τι σιτικὸν, hoc est: Corus mensura quædam est frumentaria. Alii deriuari arbitrantur a verbo *karar*, quod est *pastus saltauit, satur exilut*: vnde sit & Græcum verbum κορέω, *saturo*, &c.

IV. Integra Cori seu Chomeris definitio hoc modo construitur: *Corus est mensura Hebraica rerum aridarum, capax decem epharum, seu decem medimnorum Atticorum*, Satorum Hebraicorum 30. omerum 100.

V. In versum *40. cap. 29. Exodi* adfertur: Corum seu Chomerem tantum capere, quantum capiunt ouorum testæ 1290. Sic enim habetur: *Omer siue Gomer, qui & Corus dicitur, est mensura continens tres mensuras Ephi, hoc est, quantum mille ducenta & nonaginta testæ ouorum*, Hæc illic. Non autem hæc carent reprehensione. Primum enim pro Omer seu Gomer potius scribendum est *Chomer*: quod habet literam initialem Chet. Deinde Chomer seu Corus continet non tres sed decem mensuras ephi, *Ezech. 45.* Hæ decem æphæ capaces sunt testarum 4320. si vni parti vel bathi vel æphæ septuagesimæ secundæ senas saltem ouorum testas tribueris: quod tamen non probatur.

CHOMER.

VI. Eadem mensura Corus dicitur quoque Chomer cum litera initiali Chet, *Leuitici 27.* Græca editio pro Chomere κόρον substituit. Vtraque enim voce sine discrimine vtitur *Ezech. 45.* cum inquit *versu 14. Statutum vero olei* (Bathus autem est mensura olei) *decimam partem Bathi de Coro offeretis*: decem Bathi erunt Chomer, quia decem

Bathi sunt Chomer, vt Pagninus vertit. Ac Chomer quidem in Prophetis fere legitur. Corus vero in omnibus libris sacrarum literarum vsitatior est. Et vt Corus a cauitate, ita Chomer a tumulo & cumulo nomen accepit.

VII. Comer dici Franciscus Vatablus *in 11. cap. Num.* scribit: quod sit iustum asini onus, qui Chomor dicitur: idque refert ex sententia quorundam.

VIII. Corus seu Chomer capit 10. æphas: quod confirmat ibidem *Ezech. c. 45.* cum versu 11. inquit: *Æphah & Bathus mensuræ eiusdem erunt*: vt capiat decimam partem Chomer Bathus & 10. partem Chomer Æphah. Sic & Rabi Dauid in *lib. Radic.* repetit: Corum continere decem æphoth: & esse triginta sata: quæ Seim apud Hebræos vocantur.

IX. Iosephus *lib. 15. c. 12. Archaeol.* Coro tribuit decem medimnos Atticos, cum inquit: ὁ δὲ κόρος δύναται μεδίμνους ἀττικοὺς ί hoc est, *Corus autem valet medimnos Atticos decem.* Medimnus Atticus 72. sextarios Atticos capit.

X. De Coro tritici, item de Coro hordei Iudæi dare iubentur sextam partem Æphæ, *Ezech. 45.* Hæc sexta pars æphæ est Cori seu Chomeris pars sexagesima, & continet 12. sextarios Atticos in Aridis: quod Corus decem æphas contineat, vt Lyra quoque scribit. Latinus Iosephi interpres medimnos perperam transfert modia.

XI. Porro cum Corus decem æphas, seu, vt Rabi Dauid vocat, decem æphoth continet & 10. medimnos valeat, æpham Hebræam & medimnum Atticum pares mensuras esse & idem valere, bona consequentia inde sequitur.

XII. Corus capit libras Rom. mensurales, 12. vnciarum mensuralium capaces, 1980. vt supputatio ipsa demonstrat. Vnde colliguntur sextarij Rom. 648. qui faciunt Modios Rom. 40. cum semisse.

XIII. Epiphanius tribuit Coro 30. modios. Sic enim habet: σύλληπται τοίνυν ὁ κόρος ἐκ τῆς ἑβραϊκῆς διαλέκτου, οὗ καλοῦνται χὸρ εἰσὶ δὲ μόδιοι λ', h. e. *Sumtus itaque est Corus ex Hebraica dialecto, vbi vocatur Chorus.* Sunt autem modii 30. Hunc sequitur Iosephi interpres *lib. 14. c. 19.* Addit enim Corum esse XXX, modios. Potius autem intelligenda sunt XXX. sata, quæ modios reddunt. D. Hieronymus *lib. 14.*

lib. 14. Comment. in Ezech. & lib. 1. Comment. in Oseam in eadem sententia perseuerat. Sed mensuræ diuersæ perperam confunduntur. Theodoretus *in 45. caput Ezech.* scribit: *Corum continere triginta medimnos.* Sed errat vehementer.

XIV. LXX. Vocem *Chomer* pro Coro nunc retinent, sed nonnihil immutatam: Reddunt enim γομὸρ, *Gomor* latine: idque ter *Ezech. 45. & Osea 2.* Nunc Corum bis ibidem transferunt & *Leu. 27.* Iidem Chomerem reddunt ἑξ ἀρτάβας hoc est, sex artabas, *Esaia 5.* de quo infra cap. XIII. tit. ἀρτάβη αἰγυπτία.

XV. Et vetus interpres *Esaia 5. & Leuit. 27.* Chomerem 30. modios interpretatur pro 30. satis. Non enim modii Italici, sed sacri potius sunt intelligendi, qui sata Hebraica sunt. Chomer enim 30. Sata continet. Nam quod in Hebræo est *Leuit. 27. Si quis agrum possessionis suæ consecrauerit Domino, æstimabitur ille iuxta sementem eius: Sementis Chomer hordei 50. Siclis argenteis.* Pro Chomere vetus ita reddit: Si triginta modiis hordei seritur terra. D. Lutherus transfert ita: Treget der Acker ein Chomer Gersten/ ꝛc. Quod igitur vetus interpres de semente facienda dicit: id Lutherus de fructu percepto & reditu intelligit.

XVI. Benedictus Arias in *Sata pag. 9.* agrum choro tritici serendum non minorem esse oportere tradit, quam cubitorum septingentorum & triginta millium 730000.

XVII. Chomer duas *Lethecas* continet, vt *Oseæ 3.* constat.

XVIII. Porro Chomer non semper mensuram, sed aliquando etiam *aceruum seu cumulum* significat, vt *Num. 11. Qui parum de coturnicibus colligebant, decem Chamarim;* h. e. decem aceruos seu cumulos *colligebant.* Nam Chaldæus *degorin,* h. e. aceruos interpretatur. *Degur* in singulari Chaldæis est aceruus ab Hebræo *Dagar,* quod est *collegit, coaceruauit.* Chomer, hoc est, cumulus aquarum est *Habacuc. 3.* Eadem voce pro aceruo vtitur Moses *Exodi 8.* cum inquit: *congregauerunt eas (ranas) Chamarim Chamarim,* h. e. aceruos acervos. Chaldæus habet *Degorin Degorin,* q. d. aceruatim heuffig.

XIX. LXX transtulerunt δέκα κόρους, hoc est, decem coros, vt vetus interpres quoque reddit. Si de mensura capias, quid hac interpretatione absurdius? Decem enim cori facerent 100. æphas &

100.

100. medimnos Atticos, qui faciunt sextarios Atticos 7200 : ex quibus colliguntur sextarii Rom.6480 : qui faciunt Modios Rom.405: Vnde existunt mensuræ a scapha dictæ 67. cum semisse. D.Lutherus Hebræam vocem *Homer* retinuit *Num.11.* Et Victorinus Strigelius hic de mensura quoque intelligit. Sed Stanislaus Grsepsius Polonus hic aliam adfert interpretationem ex sua Cori diuisione : quem qui volet, consulat *De multiplici Siclo & Talento Hebraico.*

XX. Centum Cori tritici, *1.Esdræ 7. & 3.Esdræ 8. Lucæ 6.* faciunt æphas 1000. totidem medimnos Atticos s. 1000. Qui faciunt sextariorum Atticorum quidem 72000. Romanos vero 64800. Vnde colliguntur Modii Romani 4050. qui faciunt hic Francofordiæ ad Oderam mensuras a scapha dictas 675.

XXI. De XXX coris similæ, & de 60. coris farinæ in panem diurnum in aula Salomonis extat *mea Dissertatio* seorsim edita : quam qui volet consulat.

XXII. Viginti cororum tritici millia, 20000. hordei Cororum 20000. viginti millia, quæ Rex Salomon Regi Hiræ in cibum dabat *3.Reg.5. 2.Paralip.2.* faciunt 200000. ducenta millia medimnorum Atticorum : Multiplica 200000. per 72. quot sextariis Atticis Medimnus Atticus & æphah hebraica constat : & euadunt sextariorum Atticorum 14400000: quæ summa effertur latine centies quadragies quater centena millia. Multiplica rursus per 18 : & habebis 259200000 : effer: bis millies quingenties nonagies bis centena millia vnciarum mensuralium ; ex quibus per 20. diuisis, euadunt sextariorum Rom. 12960000. centies vicies nouies centena & sexaginta millia : quæ deinde per 16. diuisa faciunt Modiorum Rom. 810000. octingenta & decem millia : ex quibus per 6. diuisis existunt mensuræ Francofordianæ a scapha dictæ 135000. centum triginta quinque millia. Et est illustre exemplum arithmeticæ.

XXIII. Ioseph. *lib. 8. cap. 2. Archaeol.* κατ' ἔτος δισχιλίους κόρους σίτου καὶ τοσούτους ἐλαίου βάδους, h.e. *Quotannis bis mille coros frumenti & totidem olei Bathos missos fuisse refert.* Interpres tamen Latinus : Triginta millia Coros transfert.

Fortassis legendum hic est δισμυρίους, hoc est, 20000. vt cum sacra scriptura consentiat.

XXIV. Decem millia cororum tritici & decem millia cororum

rum hordei filii Ammon dederunt Regi Ioatham, 2. *Paralip.27.* tributum annuum.

XXV. Herodes decem millia cororum tritici extraneis quidem, ſui vero regni incolis octoginta millia cororum tempore caritatis annonæ dedit, Ioſeph. *lib. 15. c. 12.*

LETHECA II.

I. *Lethec* cum ſex punctis, forma latina *Letheca*, eſt menſura rerum aridarum, vt hordei *Oſeæ 3.* vbi ſolum ponitur.

II. *Lethecam e leuando* dictam, Epiphanius ſcribit: quod ſit frumenti menſura, quam iuuenis leuare poteſt. Id probabile eſt. Quinque enim æphæ faciunt Modios Rom. viginti & paulo plus: ex quibus colliguntur Modii Francofordiani tres cum triente. Quos hodie robuſti Ruſtici portare ſolent. Lethecam frumenti iuſtum aſini onus eſſe, traditur a Benedicto Aria. Idem aſſeritur de Chomere, vt ſupra tit. præcedente dictum eſt.

III. Alii nonnulli volunt hinc deriuari vocem græcam λήκυθος: & per transpoſitionem literarum dici κοτύλην: quod valde longe petitum eſt: nec ad rem quicquam facit.

IV. *Letheca* eſt Chomeris ſeu Cori pars dimidia, ſeu Corus dimidius, vt vetus interpres, quem Pagninus ſequitur, interpretatur.

V. D. Ambroſius *lib. 9. Epiſt.* ad Studium *Semigomor* appellat. Alii quidam Græci ἡμίκορον transtulerunt: alibi eſt ἡμιχόεσον.

VI. Epiphanius vt coro triginta, ita Lethecæ 15. modios tribuit: ſ. modios ſacros: & ſata intelliguntur. Hinc ſane conſtat, Lethecam eſſe cori partem dimidiam.

VII. Letheca æphas quinque capit, quæ medimnis Atticis quinque pares eſſe cenſentur.

VIII. Capit libras Rom. menſurales 540. Quinque enim æphæ, Sextariorum Atticorum 72. faciunt vncias menſurales 6480. quæ per 12. diuiſæ faciunt Rom. libras 540.

IX. LXX. hanc menſuram *Oſeæ 3.* omittunt, eiusque loco νέβελ οἴνου, hoc eſt, *Nebel vini ſubſtituunt*: de quo poſtea in fine huius capitis.

ÆPHAH III.

I. *Æphah* menſura eſt Hebræa rerum aridarum, vt hordei *Ruth.2.* farinæ *Iudicum 6. Num.5. Leuit.5. 14 Reg.1. & 17*: Cori ſeu Chomeris decima pars eſt. Quemadmodum enim Bathus in liquidis, ita æphah in aridis Cori decima pars eſt, *Ezech.45. & 46.* Vnde dicatur, habes infra num.15.

II. Æphah medimnum Atticum exæquat, vt ex Ioſeph. *l.15. cap.12.* conſtat, vt ſupra de Coro allatum eſt. Continet itaq; ſextarios Atticos 72: qui faciunt ſextarios Rom.64. cum quatuor quintis partibus. Ex quibus colliguntur Modii Rom. 4. ſextariorum Rom.16. capaces.

III. Quatuor modii Romani ſunt noſtratis menſuræ hic Francof. ad Oderam a ſcapha dictæ bes: cui deeſt triens h.e. duo modii Rom. vt ſit integra menſura der Scheffel.

IV. Æphah tria ſata continet: Quod enim *Ruth.2.* eſt: *Et excuſſit, quod collegerat, fuitque fere Æphah hordei*: id LXX reddunt: ϰὴ ἐῤῥάβδισεν ἃ συνέλεξε, ϰὴ ἐγενήθη ὡς οἰφὶ κριθῶν, h.e. *Et perticis percuſſit, quæ collegerat, & facta eſt fere ephi hordei.* Id Chaldaica paraphraſis recte *Sata tria* interpretatur.

V. Vetus autem interpres ſic interpretatur: *Et quæ collegerat, virga cædens & excutiens inuenit hordei quaſi Ephi menſuram*, id eſt, tres modios: Per modios hic ſata ſunt intelligenda: Pagninus modium transfert: *Ruth 3.* eſt in hebræo: & menſus eſt ſex hordei (Booz Ruth): a Pagnino additur, Menſuras: Vetus habet, 6. modios, Chaldæus ſex ſata, G. Agr. intelligit 6. omeres: Ruth fœmina 6. modios ſ. ſacros: h.e. ſex ſata portare facile non potuit. Quæ varietas interpretum lectorem conturbat.

VI. Sed apud Ioſephum eſt *lib.9. cap.2.* cum inquit: *ἰσχύει δὲ σάτον μόδιον & ἥμισυ ἰταλικὸν*, h.e. *Valet autem Satum modium & dimidium Italicum* Seſquimodius Italicus continet ſextarios Rom.24. qui per tria multiplicati faciunt ſextarios 72. Rom. & æpham, quæ totidem ſextariis Atticis conſtat, ſextariis Rom. fere 7. ſuperat. Sextarii enim 72. Attici quidem 18. vnciarum menſuralium capaces, faciunt libras Rom. menſurales 108; Italici vero, qui ſunt 20. vnciarum

rum mensuralium, faciunt libras Rom. 120. Sato tribuendi sunt sextarii Attici 24. & non Rom. Infra in *Sato*.

AEPHAH LXX VARIE SCRIBVNT ET REDDVNT.

VII. Vocem *aphah* LXX varie & scribunt & reddunt. Primum enim vocem hebræam retinent, sed deprauatam. Scribunt n. nunc ὕφι & ὑφεὶ *Num. 5. Ezech. 45*: nunc οἰφὶ & οἰφεὶ *Leuit. 5. Num. 15. & 18. Iudic. 6. Ruth 2. 1. Reg. 1. & 25.* Est autem hæc forma nominum Aegyptiis vsitata: apud quos nomina in I fere exire traduntur. Ideo autem per οι diphthongum fortassis LXX scribunt, vt zere Hebraicam vocem longam exprimerent.

VIII. Cum vero ab initio habet Aleph & jod cum zere, non video, cur non per diphthongum æ æphah scribi possit, vt nonnulli scribunt: de quo tamen non admodum contendo.

IX. Hesychius οἶφιν mensuram facit & Ægyptiam, cum inquit: οἶφιν μέτρόν τι τετραχοίνικον αἰγύπτιον, h. e. œphin mensura quædam est Ægyptia, quatuor chœnicum capax. Non dubium autem est, quin Ægyptii ab Hebræis eam sint mutuati, cum eis fuerint vicini & commercia habuerint inter sese.

X. Vox *zamukim* Hebræa redditur a LXX voce οἰφὶ *2. Reg. 16*: a vetere transfertur *alligaturæ*: & *1. Reg. 25.* Ligaturæ.

XI. Deinde æphah ab iisdem transfertur μέτρον, h.e. mensura. Quod enim est *Deuteron. 25*: *Non erit in domo tua aphah & aphah*: id LXX reddunt: οὐκ ἔσαι ἐν τῇ οἰκία σου μέτρον ϗ μέτρον, hoc est: *Non erit in domo tua mensura & mensura.* Id fit nimis generaliter, genere pro specie posito κατ' ἐξοχὴν. Sic *Ezech. 46.* vbi est æphah iusta, iidem transferunt μέτρον δίκαιον, hoc est, mensura iusta. Item *Zach. 5. Prouerb. 20.* Epiphanius eodem modo æpham vocat μέτρον μέγα, hoc est, mensuram magnam & ἀρτάβην, Artabam, interpretatur: quæ æphæ Hebraicæ, & medimno Attico par est, vt alibi docetur.

XII. Theodoretus multum errat, cum inquit in *cap. 45. Ezech.* Nosque docet Corum continere gomor decem: & vnum quodque chœnicas decem: vt sit Corus chœnices centum & ephi eandem habere mensuram, quam chœnix. Confunduntur hic inscite mensu-

ra. *Corus* enim non continet decem gomor : nec vnumquodque *gomor* continet decem chœnices : vt ſint in Coro *chœnices* centum. Gomor vt apparet pro *Ephi* ponit, & chœnicem pro omere : nec ephi habet eandem menſuram quam chœnix. Ibidem mox ſubiungitur : Sextam partem gomor interpretatur ſemimedimnum. Sic enim ait : Cum enim corus triginta ſit *medimnorum*, gomor vero decima pars cori : neceſſe eſt gomor trium eſſe medimnorum : trium autem medimnorum ſexta pars ſemimedimnus eſt. Hæc ſunt valde abſurda & confuſa tanto vtique Theologo indigniſſima.

XIII. Adhæc *Eſaiæ 5.* iidem reddunt τρία μέτρα. Quod enim Hebraica veritas habet : Sementis chomer, faciet æpham : id reddunt καὶ ὁ σπείρων ἀρτάβας ἓξ ποιήσει μέτρα τρία, hoc eſt : Et qui ſerit Artabas ſex, faciet menſuras tres. Quæ hic tres menſuræ redduntur, vetus interpres tres modios transfert : & intelliguntur modii ſacri, qui ſunt tria ſata.

XIV. Quod eſt *Exodi 16.* Omer vero eſt decima pars æphæ : id reddunt : τὸ δὲ γομὸρ τὸ δέκατον τῶν τριῶν μέτρων ἦν, hoc eſt : Gomor decima pars trium menſurarum erat. Errat Epihanius : qui de his tribus metris, quæ ſata ſunt, ſic ſcribit : τούτων δὲ τῶν μέτρων ἕκαστον γόμορ ἐχώρει. h. e. *Harum vero menſurarum quæque gomor capiebat* : quod gomor, hoc eſt, Omer harum trium decima pars eſſet.

XV. Apud Ioſeph. eſt *lib. 5. c. vlt.* Tritici μέτρον, h. e. menſuram venditam talento tempore obſidionis Hieroſolymitanæ. Quod an de æphah ſit intelligendum, adhuc inquirendum cenſeo : Latinus *modium* transfert.

ΠΕΜΜΑ.

XVI Præterea iidem æphah reddunt πέμμα. Nam quod eſt *Ezech. 45*, iuxta Hebraicam Veritatem, vt Pagninus quoque transfert : Et oblationem æpham in vitulum, & æpham in arietem faciet : id LXX transferunt καὶ πέμματα τῷ μόσχῳ, καὶ πέμματα τῷ κριῷ ποιήσεις καὶ ἐλαίου τὸ ἶν τῷ πέμματι, hoc eſt, *Et placentas vitulo & placentas arieti facies, & olei hin placentæ.*

XVII. Deriuari enim arbitrantur *æpham* a verbo hebræo *aphah*, quod *pinſuit* & *coxit* ſignificat, ſ. panes in fornace. Eſt enim æphah

mensura, quam tantum continere arbitrantur, quantum vna vice in clibano coqui potest.

XVIII. Capite sequente in Ezech. textus Hebræus habet: & olei hin per æpham, id LXX reddunt: καὶ ἐλαίου τὸ ἓν τῷ πέμματι, hoc est, *Et olei hin placente.* Cederent olei 12. sextarii Attici macerandæ farinæ æphæ.

XIX. Eodem modo & πέμμα a verbo πέπτω apud Græcos deriuatur, quod *coquo* significat: Formatur enim a præteriti passiui prima persona πέπεμμαι. Est enim πέμμα quicquid lautius coquitur & apparatur, vt sunt placentæ, secundæ mensæ, &c. Apud Theodoretum *in caput 45. Ezech.* redditur *coctio* satis obscure. Est autem Synecdoche: nimirum placentæ e farina mensuræ æphæ paratæ.

XX. Iudicum 6. οἰφὶ pro sato substituitur cum dicitur: Et sato farinæ: illi id reddunt καὶ οἰφὶ ἀλεύρου ἀζύμου, h. e. *Et æpham farinæ infermentatæ.* Mensura triplo maior pro minore hic substituitur: quod minime probari aut potest aut debet.

XXI. Sexta pars æphæ *Ezech. 46.* continet sextarios atticos 12. quibus macerandis tertia pars hinis, quæ facit quatuor sextarios Atticos olei, additur.

ET LATINVS AEPHAM VARIE VERTIT.

XXII. Eodem modo & vetus interpres latinus eandem mensuram æpham variis modis tractat. Primum enim vocem Hebræam retinet, sed itidem deprauatam Ephi pro æphah, *Ezech. 45.* &c.

XXIII. Deinde transfert *modium.* Quod enim est *Leuit. 19.* Æphah iusta: id redditur modius iustus. Eodem modo æphah modius transfertur, *Iudicum 6. 1. Reg. 1.* cum tamen modius Rom. æpha Hebræa longe sit minor: Æphah enim continet sextarios Atticos 72. Modius vero Rom. capax est sextariorum Rom. 16.

XXIV. Ad hæc *Esaiæ 5.* interpretatur æpham tres modios. Quod enim Hebraica veritas habet: *Et sementis corus faciet epham:* Id vetus reddit: Et 30. modii sementis facient modios tres. Sic & Ruth 2. exponit. Triginta modii S. sacri sunt triginta sata: tres modii tria sata, vt iam dictum est.

XXV. Quemadmodum autem LXX fata fubftituunt, vbi in Hebræo nullius menfuræ fit mentio, *Haggai 2.* ita vetus interpres fatum cum æphah commutat confunditque. Quod enim eft Num. 5. iuxta Hebraicam veritatem : Et offeret decimam partem æphæ farinæ hordeaceæ : Id vetus habet : offeret decimam partem fati farinæ hordeaceæ. Quod minime eft concedendum.

XXVI. Poftremo æpha redditur *amphora. Zachar. 5. eft : Hæc eft æphah egrediens :* id vetus reddit : *Hæc eft amphora egrediens.* Hunc fequitur Pagninus. Effet quidem amphora Attica fere par æphæ Hebraicæ f. numero fextariorum : Si non amphoram Rom. quæ tantum eft fextariorum Rom. 45. fed Atticam, h. e. metreten græcum, qui eft Sextariorum Atticorum 72. intelligas. Adhæc menfuræ inter fe commutantur. Æphah enim menfura Hebræis eft rerum aridarum : amphora vero Rom. liquorum.

XXVII. Epiphanius ὕφι (Sic enim æphah deprauatur) & χοίνικα confundit exæquatque, cum inquit : χοῖνιξ γὰρ καὶ ὕφι ἓν μέν ἐστι· διττῷ δὲ ὀνόματι κέκληται. ἔστι δὲ δύο ξεστῶν καὶ προσμορίου, hoc eft : *Chœnix & hyphi vnum quidem funt : duplici vero nomine vocata funt. Sunt autem duorum Sextariorum & aliquotæ partis :* Sed iure reprehenditur de hyphi : de Chœnice vero bene res habet. Eft enim chœnix capax duorum fextariorum Rom. & reftat femuncia. Qua de re infra de chœnice.

XXVIII. Iohannes Forfterus dicit æpham effe genus menfuræ, quæ decem gomer continet, hoc eft decem chœnices : Id minime probari poteft. Quod enim probandi gratia adfert ex *c. 16. Exodi :* Omer effe decimam æphæ partem, id minime probat Chœnicem quoque effe decimam partem æphæ.

XXIX. Hinc fatis conftat, etiam eruditos viros parum cautos facile labi : & alios vna fecum in fœdos errores abducere. Quare non temere affentiendum eft aliorum translationibus : & non quis, fed quid quisque dixerit, examinandum.

SATVM IV.

I. *Seah* eum litera finali he fcribitur : Iofephus autem *lib. 9. cap. 2,* & LXX interpretes cum tau in fine legiffe videntur : vnde ab

illis dicitur *σάτον* cum acuto tono: vel *σᾶτον* cum circumflexo apud Ioseph: & latine Satum scribitur.

II. *Satum* D. Hieronymo vox est Syriaca: Epiphanius a *leuando* dictum esse scribit: quippe a gestu metientis.

III. Eius duale quidem *Sataim* faciunt, *3. Reg. 18. & 4. Reg. 7.* plurale vero *Seim*, vt *Genes. 18.* tria Seim, & quinque Seim. *1. Reg. 25.* *Esa. 27.* hoc nomen duplicatum inuenitur *Sasseah*.

IV. *Satum* est mensura rerum aridarum antiquissima, vt farinæ *Gen. 18. 4. Reg. 7.* farris tosti *1. Reg. 26.* Et apud Hesychium est, *σάτον μέτρον σιτικόν*, h. e. *Satum mensura frumentaria*: & mox addit: *σάτον μόδιος γέμων, ἤγουν ἓν ἥμισυ μόδιον ἰταλικόν*, h. e. *Satum est modius plenus*: *quippe vnum & dimidium modium Italicum*: quod sumptum est ex Iosepho *lib. 9. c. 2.* Qui sic ait: *ἰσχύει δὲ τὸ σᾶτον, μόδιον καὶ ἥμισυ ἰταλικόν*, h. e. *valet autem Satum modium & dimidium Italicum.*

V. Et apud Suidam est: *σάτα μέτρον ἑβραϊκόν· δηλοῖ δὲ μόδιον ὑπερπεπληρωμένον, ὡς εἶναι μόδιον * αἰσθὸν *· ὑγρῶν δὲ ξεστῶν ιε, ἤτοι λιτρῶν κε*, h. e. *Sata mensura Hebraica Signif. autem modium abunde plenum humoris vero sextariorum 15. siue librarum viginti quinque.* Quindecim Sextarii Rom. vnciarum viginti mensuralium, faciunt libras Rom. mensurales duodecim vnciarum, viginti quinque. Porro Suidæ locum mutilatum & deprauatum esse apparet: qui quomodo restituendus sit, hondum video.

VI. Apud Epiphanium vero est: *ἔστι δὲ σάτον μόδιος ὑπεργέμων. ὥστε πληροῦσθαι μὲν τὸν μόδιον· διὰ δὲ τοῦ ὑπεργίνεσθαι τὸ τέταρτον τοῦ μοδίου διαφέρειν αὐτοῦ*, hoc est, *Est autem satum modius plenus, vt impleatur quidem modius: propterea vero quod quarta pars modii superfit, ab eodem differat.* Quarta pars modii sunt quatuor sextarii: Sic satum esset sextariorum 20. Sed aliis parum sunt consentanea, quæ sequuntur.

VII. Satum vt æphæ tertia, ita Cori tricesima pars est: & continet satum tres Omeres cum tertia parte: quod Omer æphæ 10. pars sit, *Exodi cap. 16.* Satum complectitur sex cabos, propterea quod Sextarios Atticos 24. seu sesqui modium contineat, vt testatur & Salomon legis interpres *14. cap. Leuitici.*

VIII. Quod est *4. Reg. 7.* Cras hoc tempore satum similæ erit Siclo seu statere: Facit integra æphah mensura hebraica, grossos

Misni-

Misnicos 36. hoc est, Sesquiuallensem : duo vero sata hordei siclo, facit æphah grossos Misnicos 18. h.e. tres Ioachimici quadrantes.

IX. Iosephus *lib.9. cap.2.* Sato tribuit modium Italicum, cum semisse vt dictum est. Sesquimodius Italicus facit sextarios Rom.24. vnciarum 20. Qua ratione faceret libras Rom.40 : nostratis mensuræ des Scheffels 4. Metzen / seu quadrantem. Sed Iosephus hic non considerauit, quod a Sextario Rom. differat Sextarius Atticus, qui est tantum vnciarum mensuralium 18. quæ faciunt libram Rom. cum eius semisse : Cum Sextarius Rom. capiat vncias mensurales 20 : & decima parte, h.e. duabus vnciis capacior sit. Sed is ad numerum tantum sextariorum sesquimodii, qui est 24. respexit : non etiam ad capacitatem.

X. Continet itaque Satum congios Atticos quatuor, qui faciunt sextarios Atticos 24. quos si ternario multiplicaueris 72. sextarii existent, qui æpham Hebraicam & medimnum Atticum complent. Capit libras Rom. mensurales 36. quod sextarius Atticus sesquilibram Romanam faciat.

SATVM VARIE REDDITVM.

XI. LXX. interpretes *satum* varie reddunt. Primum enim sata substituunt, vbi in hebræo nulla certæ mensuræ mentio fit : vt pro eo, quod est *Haggæi 2. Antequam esset, veniebat ad aceruum viginti & erat decem* : LXX transferunt : ὅτε ἐνεβάλλετε εἰς κυψέλην εἴκοσι σάτα, καὶ ἐγένετο δέκα σάτα κριθῆς, h. e. *Quando iniecistis in cypselam viginti sata, & facta sunt decem sata hordei.* G. Agricola hic non sata sed potius æphas intelligit. Vetus & Pagninus hic habent Modios.

XII. Quod autem est in Hebræo *aremath*, id *aceruum* latine reddunt, LXX. κυψέλην transferunt : quod Hesychio præter alia quoque est σιτηρὸν ἀγγεῖον, hoc est, Vas frumentarium. Apud Aristophanem in Pace κυψέλη ἑξαμέδιμνος, h. est, sex medimnorum cumulus, vel aceruus, vel vas continens sex medimnos. G. Agricola granarium reddit.

XIII. Deinde μέτρον redditur, nimis generaliter, fortassis κατ' ἐξοχήν. Quod enim est *Gen. 18.* in hebræo : *Festina, tria sata* (Seim) *simila misce* : id LXX. reddunt σπεῦσον καὶ φύρασον τρία μέτρα σεμιδάλεως, h. e. *Festina & subige tres mensuras simila.* Hinc δίμετρον pro duobus

bus satis usurpatur. Nam quod est *4 Regum 7.* juxta hebraicam veritatem: *Hoc tempore cras satum simila siclo: & duo sata hordei siclo in porta Samariæ:* id reddunt LXX. ὥσει ὥρα αὔριον μέτρον σεμιδάλεως σίκλῳ: καὶ δίμετρον κριθῶν σίκλῳ ἐν ταῖς πύλαις σαμαρείας, h. e. *Ferme hora hac cras mensura similæ siclo: & duæ mensuræ hordei siclo in portis Samariæ.*

XIV. Postea iidem Satum transferunt μετρητὴν. Quod enim est *3. Reg. 18. Fecitque aquæ ductum (secundum locum duorum satorum* (Sataim) *sementis in circuitu altaris:* id LXX. exponunt: καὶ ἐποίησε θάλασσαν χωροῦσαν δύο μετρητὰς σπέρματος κύκλῳ τοῦ θυσιαστηρίου, h. e. *Et fecit* (Elias) *mare capax duarum metretarum sementis in circuitu altaris*, h. e. Quantum soli caperent duo sata seminis: quod spacium est L. cubitorum in quadro, ut benedictus Arias in *Sara pag. 8.* testatur.

XV. Est autem fœdus error, quod non solum maior mensura græca pro minore hebræa surrogetur: sed etiam quod mensura liquoris cum mensura rei aridæ commutata sit. Metretes enim Atticus est Sextariorum Atticorum 72. in liquidis: satum vero est sextariorum Atticorum 24. in aridis.

XVI. Quarto & ultimo iidem pro sato surrogant οἰφὶ mensuram triplo maiorem. Nam quod est *1. Reg. 25.* de Abigail: *Tulit quinque sata polentæ*: id LXX. vertunt: καὶ ἔλαβε πέντε οἰφὶ ἀλφίτου, h. e. *Et tulit quinque æphi farinæ.*

A VETERE VARIE REDDITUR.

XVII. Eodem modo & Vetus interpres variat. Primum enim *satum* interpretatur *Genes. 18. 1. Reg. 25.* Deinde satum interpretatur *modium.* Nam quod est *Ruth. 3.* iuxta hebraicum textum: *Et mensus est sex hordei:* id LXX. reddunt: καὶ ἐμέτρησεν ἓξ κριθῶν, h. e. *Et mensus est sex hordei:* Et Chaldaica Paraphrasis id transfert *sex sata hordei:* Vetus autem habet: Mensus *est sex modios hordei.* Qidam hic potius intelligunt Omeres, vt G. Agricola. Vide supra de æphah.

XVIII. Postremo duo sata duas aratiunculas interpretatur *3. Reg. 18.* Quam varietatem qui non aduertit, sæpe incautius impinget: & in fœdos errores, docto homine indignos, incidet.

XIX. Porro falsum est quod Epiphanius scribit: Satum est gomer: cum neque de mensura maiore hebræa chomere, quæ per

P initia-

initialem literam chet fcribitur: neque de minore, quæ initio habet ain literam gutturalem, intelligi poſſit. Nam ſatum pars Chomeris eſt tricefima & Omeres tres continet cum tertia eius parte.

XX. Falſum eſt & hoc, quod idem Epiphanius ſcribit: Satum eſſe Sextariorum 56.

XXI. Benedictus Arias in Sara *duplex ſatum* fuiſſe ſcribit: *antiquum & novum*: ita ut illud magnum, hoc minus fuerit. Nam ſata deſerti ſex facere teſtatur quinque ſata Hieroſolymitana. Sed de ſato iam ſatis multa dicta ſunt, ne eius ſatietas lectori oboriatur.

OMER, QUI ET GOMOR DICITUR.

V.

I. *Omer* ſeu *Gomor* cum initiali litera gutturali ain ſcribitur ad differentiam alterius menſuræ hebraicæ Chomer: quæ initio habet Chet.

II. Græca editio Bibliorum, ut literæ gutturalis ſonum fortiorem exprimeret, ain per γ γομὸς profert: quæ aliis eſt vox penacuta γόμορ: & Latini gomor dicunt. Id autem non in hac tantum voce: ſed in multis aliis quoque fecerunt, ut in *Gomorrha, Gaza*. &c. Sic eſt *Gotholia* pro Athalia, quæ filia fuit Achab Regis, apud Joſephum *lib. 9. c. 5.* Hæc enim nomina itidem initio habent literam gutturalem ain: & per g. efferuntur.

III. Græca Editio & Epiphanius hanc menſuram minorem, cum illa altera longe maiore confundunt, quæ dicitur Chomer: & cum Coro eadem eſt menſura. Vtramque enim per γ ſcribunt γόμορ, gomor: licet literis initialibus differant in nativa lingua, vt dictum eſt.

IV. *Omer* eſt menſura hebræa rerum aridarum, vt mannæ; & eſt æphæ decima pars, *aſſiroth* τὸ δέκατον, h. e. decima *Exod. 16. Levit. 5. & 6. Num. 5.* Dictum eſſe volunt a *miniſterio*: quod in ſingulos dies victum huius menſuræ miniſterio miniſtrari contingeret. Divino enim mandato quilibet in populo Iſraëlitico mannæ omerem quotidie colligebat: die vero ſexto duos propter ſequens Sabbatum, *Exod. 16.* Ioſeph. *lib. 3. c. 1.* ἀρχαιολ.

V. Græ-

V. Græca editio *Exod. 16.* æpham τρία μέτρα h. *tres mensuras* reddit cum inquit: τὸ δὲ γομὸρ τὸ δέκατον τῶν τριῶν μέτρων ἦν. hoc est, *Gomor vero decima pars trium mensurarum erat.*

VI. Omer sati tertia pars est cum eius tertia parte: & continet *cabos* duos, ut Salomon legis interpres in *14. cap. Levitici* docet. Capit autem Omer sextarios Atticos septem cum eius quinta parte. Quod Epiphanius testatur, cum inquit: τὸ δὲ γομὸρ δέκατον ἦν τοῦ μεγάλου μέτρου τουτέστι τῆς ἀρτάβης, ὃ γίνεται ἑπτὰ ξεστῶν καὶ πέμπτον h. e. *Gomor autem decima pars erat magnæ mensuræ*, hoc est, *artabæ*: quæ est septem sextariorum cum parte quinta.

VII. *Artaba* est mensura Medica, a Media regione dicta, par medimno Attico: par itaque est & æphæ hebraicæ.

VIII. Cum vero Omer æphæ decima pars sit: & æphah 72. sextarios Atticos contineat, si 72. per 10. diuiseris, indivisorio erunt septem Attici sextarii cum quinta parte. Quare Omer capit libras mensurales Rom. decem, vncias novem, semunicam & scripula duo cum duabus quintis partibus, ut & G. Agricola supputat. Quæ sunt sextarii Rom. sex, & unciæ novem cum semunica. &c. Sex Rom. sextarii faciunt vnam *metam*, Metze: quæ est mensuræ a scapha dictæ pars sextadecima.

IX. Victorinus Strigelius *in Epistola dedicatoria libro Numerorum præfixa: Manna*, inquit, *de cœlo sparsum est & quotidie singulis Israelitis duo chœnices, hoc est, quatuor sextarii dati sunt.*

X. Duæ chœnices faciunt quidem quatuor sextarios Romanos, & superest uncia. Non autem propterea statim 4. sextarii Rom. Omeri pares sunt: ut meum utrumque scriptum & de Chœnice & de Omere, legenti non obscurum esse potest. Quod Omer duabus chœnicibus longe capacior sit.

XI. Et Lucas Osiander Theologus *in 2. cap. Ruth. &* alibi passim: Omerem vult esse cibum diurnum pro vno homine: vt idem sit cum chœnice græca: in quo & ipse fallitur, & plus errat quam Victorinus. Id tamen dictum velim cum venia tantorum virorum.

XII. In versum *40. c. 29. Exod.* adfertur: Omerem capacem esse 43. testatum ouorum: si sextario sex testas tribuis. Sed id fallax esse, alibi explicatur.

DECIMA ΤΟ ΔΕΚΑΤΟΝ,
ASSARON, &c.

XIIII. Porro idem prorſus ſunt, idemque hic ſignificant, Omer γομὸρ, gomor, τὸ δέκατον ſ. μορίον. h. e. decima pars, hebræis eſt *aſſirith*, *Exod. 16.* in fine: *Levit. 5. Num. 28. Iſſaron* cum chirec in plurali habet *eſſeronim*, h. e. decimæ, *Levit. 14. Num. 15. Exod. 29.* a voce *aſſar* hebræa quæ decem ſignificat: initio habet Sægol, unde per e pronunciatur. Ioſephus *lib. 8. c. 2.* effert ἰσσάρων.

XV. Idem Ioſephus *Amar* pro *Omer* pronunciaſſe videtur: & ex eo feciſſe ἀμαρὼν terminatione græca. Cuius ſcriptura, vt G. Agricola ſuſpicatur, deprauata ſit in ἀσσαρὼν fallaci literarum ductu librariique inſcitia: quippe quod in locum literæ μ ſigma duplicatum σσ ſucceſſerit, dicique cœperit pro ἀμαρὼν ἀσσαρὼν.

XVI. Sic quidem Agricola ſuſpicatur in re ſibi dubia. Sed *aſſaron* & *iſſaron* potius eſt vox hebræa: & idem ſignificat, quod τὸ δέκατον, h. e. decima, vt dictum eſt.

XVII. Nam ſacræ literæ menſuram Omer ſæpe non ſuo nomine vocant: ſed reſpectu decimam partem ſ. æphæ potius appellant. Aliquando etiam ſine additione æphæ: vt *Exod. 29. Levit. 14. Num. 15. 28.* ſic δέκατον, δύο δέκατα, τρία δέκατα, h. e. *decima, duæ decimæ, tres decimæ.* Quæ ſunt unus, duo tres omeres. *Levit. 14.* (eſſeronim cum ſægol initio) 23. 29. *Num. 5. 15. 28. 29.* vbi græca editio οἰφὶ, & vetus fere Ephi addunt contra veritatem hebraicam.

XVIII. Ioſephus *lib. 3. c. 7.* Omeri, quem Aſſaronem vocat, ſeptem κοτύλας tribuit. Sic enim habet de Aſſarone loquens: ἀσσαρὼν ὁ μέτρον ἑβραίων ἑπτὰ κοτύλας ἀττικὰς ἔχει, h. e. *Aſſaron, quæ menſura Hebræorum ſeptem cotylas Atticas habet.* Sed hac in re potius aſſentiendum eſt Epiphanio, qui pro ſeptem cotylis ſeptem ξέστας, hoc eſt, ſextarios habet. Hæc enim magis ſunt conſentanea. Nam æphah æque capax eſt 72. ſextariorum Atticorum 144. cotylarum in aridis: atque bathus 72. logim, h. e. ſextariorum Atticorum liquidis.

XIX. Alioqui, ſi Omer 7. cotylarum & non 7. ſextariorum capax habeatur, æphah non eſſet 72. ſextariorum, ſed cotylarum capax: Cotylæ 72. faciunt ſextarios Atticos 36. Qua ratione, ſi hoc verum

verum habeatur, aphah tantum contineret 36. ſextarios Atticos, quod falſum eſt, & teſtimoniis eruditæ antiquitatis repugnat. Hi 36. ſextarii Attici faciunt ſextarios Rom. 32. cum duabus quintis partibus.

XX. Hoc falſo fundamento iacto, omnes menſuræ Hebraicæ rerum aridarum duplo minores iuſto redderentur. Idem accideret quoque in menſuris liquorum, ſi *log*, quæ eſt Bathi pars ſeptuageſima ſecunda, habeatur cotyla, vt græca editio habet: non ſextarius, vt vetus reddit, & antiquitatis conſenſus eſt. Nituntur autem fallaci coniectura: quod ſex ouorum teſtæ cotylam non ſextarium expleant. Qua de re dictum eſt perſpicue de log. Recte itaque G. Agricola locum Ioſephi corruptum eſſe ſuſpicatur.

GOMOR DUPLEX.

XXI. Epiphanius *duplex gomor* facit magnum & paruum. Ac magnum ſeu maius quidem 15. modiorum capax facit; vt ſit eiusdem cum lethecа capacitatis; quæ 15. Modios ſ. ſacros, qui ſata ſunt, capit. Et ſic confundit inter ſe *Chomerem* & *lethecam*, menſuras diuerſiſſimas, quippe duplo diſtantes: Quod minime probari poteſt. Minus vero gomor facit ille bathi partem duodecimam. Valde autem & hic erratur: Omer enim quem gomor vocat, non bathi, quæ eſt menſura liquoris, ſed potius æphæ in aridis decima pars eſt, non duodecima, *Exod. 16.*

XXII. *Aſſaron* ſeu Omer farinæ tempore famis ſub Claudio Principe venditus fuit quatuor drachmis, vt ſcribit Ioſephus *lib. 3. c. ult.* cum inquit: *καὶ λιμοῦ τὴν χώραν ἡμῶν καταλαβόντος, ὡς τεσσάρων δραχμῶν πωλεῖσθαι τὸν ἀσσαρῶνα*, h. e. *Et cum fames regionem noſtram inuaſiſſet, vt quatuor drachmis venderetur aſſaron.* Facit integra æphah, cuius omer, aſſaron. h. e. decima pars eſt, Ioachimicos argenteos unciales Vallenſes quinque. Decies enim quatuor faciunt drachmas 40. groſſos Miſnicos 120. unde colliguntur Ioachimici quinque. Hanc famem ſub Claudio Cæſare futuram prædixit Agabus vnus ex Prophetis, vt eſt *Actorum cap. undecimo.*

XXIII. Salomon in vſum ſacrificiorum pro multitudine ſacrificantium comparauit Omeres menſuras aureas quidem numero 20000. viginti millia: argenteas vero duplo plures, hoc eſt, 40000.

 quadra-

quadraginta millia, vt teſtatur Ioſephus *lib. 8. cap. 2.* ἀρχαιολ. Sic ait: *Τὰ μέτρα δὲ τοῖς μωυσέως εἶν καὶ ἰσσάρων παραπλήσια, (κατεσκεύασε) χρύσεα μὲν δισμύρια, ἀργύρεα δὲ διπλάσια*, hoc eſt, *Menſuræ autem Moyſis Hines & Eſſarones ſimiles (præparavit): Aureas quidem vicies mille: argenteas vero duplo plures.* Id vero minime dubium aut mirum videri debet: cum craterum, quibus ſemidalim cum oleo miſcebant macerabantque, fuerint aureorum quidem ſexaginta millia 60000. argenteorum vero bis totidem, h. e. 120000. centum viginti millia.

DE XII PANIBUS PROPOSITIONIS.

I. DEUS *Leuit. 24.* iubet collocari XII. panes ſeu placentas recentes in altari ſingulis Sabbatis: nec unquam licebat altare relinqui vacuum. Voluit enim DEUS oſtendere: ſibi curæ eſſe miniſtros Eccleſiæ: vt Sacerdotum familiæ victum neceſſarium haberent. Ideo voluit in conſpectu eſſe panes ante venturam ſeptimanam. *Exod. 25. Num. 4.* vocantur hi *panes facierum*, vt in Hebræo eſt. Græca editio vocat inde ἄρτους ἐνωπίους, quod in conſpectu eſſent poſiti.

II. Iuſſit autem ſingulos panes fieri ex duobus omeribus. Sic enim dicit Iehova *Leuit. 24. Accipe ſimilam: & coque ex ea 12. placentas* (panes:) *duarum decimarum erit unaquæque placenta.* Sic habet & Ioſephus *lib. 3. c. 7.* cum inquit: *διετίθεσαν ἄρτους τε δώδεκα ἀζύμους, κατὰ ἓξ ἐπ' ἀλλήλους κειμένους καθαρούς πάνυ τοῦ ἀλεύρου ἐκ δύο ἀσσαρώνων*, h. e. *Diſpoſuerunt panes duodecim infermentatus, vt ſeni ſibi invicem eſſent impoſiti, puros prorſus ex farina duorum aſſaronum.* Duodecim ergo panes fiunt ex viginti quatuor decimis: quæ 24. omeres ſunt.

III. Sed vt hæc melius intelligantur, menſuræ explicandæ ſunt. Cum Omer æphæ decima pars ſit, duæ æphæ 20. omeres faciunt: quibus addantur quatuor omeres: vt ſint in ſumma 24. omeres: ex quibus duodecim panes fieri iubentur.

IV. Duæ æphæ faciunt ſextarios Atticos 144. quibus addantur 28. ſextarii ex quatuor Omeribus: & ſiunt 172. ſextarii Attici & reſtant quatuor quinque partes ſextarii Attici, quæ faciunt vncias 14. cum duobus quintis vnciæ partibus. Cedunt hic ſingulis panibus ſextarii Attici 14. cum ſeptem unciis menſuralibus & reſtant duæ vnciæ.

V. Por-

V. Porro si 172. per 18. quot unciis mensuralibus sextarius Atticus constat, multiplicas, eueniunt unciæ mensurales 3096. his adde uncias 14. ex quatuor quintis sextarii Attici partibus; & euadunt unciæ 3110. & restant duæ quintæ unciæ, quæ faciunt 3. drachmas & restat $\frac{1}{5}$

VI. Hunc numerum f. 3110. rursus divide per 20. quot unciis mensuralibus Sextarius Rom. iconstat & eueniunt sextarii Romani 155. cum semisse: & ex duabus quintis unciæ restant 3. drachmæ cum quinta parte. Cedunt itaque hic ex 155. cum semisse sextariis Romanis singulis panibus seu placentis duodecim, sextarii Rom. duodecim, unciæ 19: & restant duæ unciæ, &c.

VII. Deinde rursus diuide superiorem numerum 3110. per 12. quot vncias mensurales libra Rom. constet: & in summa erunt libræ 259. & restant duæ vnciæ. Quæ si rursus diuidantur per 12. qui est numerus panum propositionis, euadent singulis panibus 21. libræ Rom. mensurales & 7. vnciæ mensurales: & restant duæ vnciæ.

VIII. Mox si rursus diuidas 155. sextarios Ro. cum semisse, &c. per 16. quot sextariorum Ro. Modius Ro. capax est in aridis, eueniunt Modii Rom. nouem: & restant adhuc sextarii vndecim cum semisse: quibus deest semissis, hoc est decem vnciæ mensurales, vt sit dodrans, hoc est, tres quadrantes Modii Rom. f. 12. sextarii.

IX. Sex *Modii Romani* faciunt *Medimnum Græcum Georgicum*, qui capit sextarios Romanos 96, vt alibi a me docetur: & complet bis amphoram Rom. quæ 48. sextariorum Rom. capax est.

X. Medimno Georgico, par est hic Francofordiæ ad Oderam mensura frumentaria *a scapha* dicta, der Scheffel/ vt exacta dimensio demonstrat.

XI. Hæc nostras mensura hic vsitata diuiditur in quatuor quadrantes, quæ vocantur viertel. Quadrans rursus diuiditur in quatuor *metas*, quæ dicuntur Metzen/ Matten: vt sint in summa 16. Metæ in hac mensura.

XII. *Metam* hic dici arbitror, *quod sit velut quædam meta*, & in mensuris frumentariis, potiss. quæ raduntur, infima mensura: quæ nulla sit minor aut inferior.

XIII, Metæ cedunt sextarii Rom. sex, si itaque 96. sextarios Rom. quot sextariorum Rom. Medimnus & hæc mensura capax est, per

per 6. diuidas, in diuiſorio erunt 16. qui eſt numerus metarum in hac menſura.

XIV. Adde reliquos tres modios Ro. qui amphoram Ro. complent; & menſuræ a ſcapha dictæ ſunt ſemiſſis: Continent itaque metas Matten ſeu Metzen octo: vt in ſumma nouem modiorum Rom. ſint metæ 24.

XV. Cedunt igitur hic ſingulis panibus metæ duæ & fere ſextarius. Reſtant enim ſextarii Rom. undecim cum ſemiſſe: qui fere duas Metas complent, deſunt tantum 10. vnciæ. Meta ſextariorum Rom. ſex capax eſt, vt dictum eſt.

XVI. Hæc certa eſſe, ſupputatio accuratior perſpicue declarat, & ex menſurarum & Romanorum & Græcorum & Hebræorum capacitate certo colligitur.

XVII. Sunt autem qui haſce menſuras hebraicas rerum aridarum duplo minores iuſto facere contendunt, moti loco Ioſephi, qui aſſaroni ſeptem cotylas Atticas cum quinta parte tribuit. Sed ſibi ipſe repugnat, cum æpham, cuius aſſaron ſeu Omer decima pars eſt, Septuaginta duorum ſextariorum eſſe capacem aſſerat.

CAB VI.

I. *Kab* vel *Cab*, & κάβος apud Epiphanium terminatione græca, *Cabus* latina dicitur, nomen habet a cauitate; & deriuatur a verbo Hebræo *Nacab* quod *evacuavit*, *excauauit* ſignificat. Cabus eſt menſura rei aridæ: vt ſtercoris columbini *4. Reg. 9.* & apud Suidam eſt: κάβος μέτρον σιτικὸν, h. e. *Cabus eſt menſura frumentaria.* Idem habet Julius Pollux *lib. 6.* Heſychius quoque ait: κάβος μέτρον σιτικὸν καὶ οἰνικὸν οἱ δὲ ασπίδα: hoc eſt, *Cabus menſura eſt frumentaria & vinaria alii corbem vocant.*

II. *Cabus* vt ſati ſexta ita Omeris dimidia pars eſt. Quidam Cabum ſati quartam partem eſſe, falſo tradunt.

III. Quarta pars cabi ſtercoris columbini eſt *4. Reg. 6.* Ioſeph *lib. 9. c. 2.* ἀρχαιολ. hanc ξέστην h. e. ſextarium interpretatur. Hinc Cabum quatuor ſextarios continere conſtat.

IV. Epiphanius cabum modii, qui eſt 16. ſextariorum capax, recte quartam partem facit, cum inquit: κάβος δὲ ἐξ αὐτῆς τῆ [illegible]

διάφορον

διάφορον μέτρον ἐστιν, ἤγουν τὸ τέταρτον μοδίου, h.e. *Cabus autem ex eadem dialecto diuersa mensura est: nimirum quarta modii pars.* Capit itaque cabus logos quatuor, vt testatur Salomon legis magister in *14. cap. Levit.* ſ. capacitate conſiderata Hebræi enim *logo* non utuntur pro menſura rei aridæ. Et logus recte exponitur ſextarius ſ. Atticus

V. Cabus ſex librasRom.capit menſurales. Quatuor enim ſextarii Attici ſinguli 18. vncias menſurales faciunt, h.e. ſeſquilibram Romanam.

VI. Tritici cabus ſeritur in arui cubitis decem cum dimidio quadratis, Benedictus Arias.

VII. Eſt quidem *Caph* aliud: & ſcriptura differt a *Cabo*. Cabus enim Kuff initialem & Beth finalem habet: Kaph vero per K. & ph. Kaph redditur cochleare, Num. 7. Vetus interpres *mortariolum* transfert. Sortitur nomen a *curuitate* & *cauitate* inſtar volæ manus & pedis.

VIII. Magiſter Kimhi ſcribit Caph eſſe logi, h.e. ſextarii triceſimam partem. Sed ſacræ literæ pro menſura non uſurpant. Sunt quidem hæ novem & communes & uſitatiſſimæ apud Hebræos menſuræ: quibus tamen & aliæ quædam addi poſſunt: ex quibus eſt.

DE ALIIS MENSVRIS HEBRAICIS.

NEBEL I.

I. *Nebel* cum ſex punctis præter inſtrumentum Muſicum liquoris quoque menſuram eſſe volunt: præſertim cum additur vinum. Nomen habet *a cauitate*: & eſt vas teſtaceum vel coriaceum. Epiphanius ſcribit eſſe menſuram ξεστῶν ρν'. h.e. ſextariorum 150. qui faciunt duos bathos, & ſupereſt congius Atticus 25. Sextarios Rom. 135. & totidem Noſſellas Francofordianas.

II. Hanc menſuram LXX. varie tractant: Nunc enim Hebræam vocem retinent *1. Regum 1. 2. Reg. 6. Oseæ 3.* nunc reddunt ἀγγεῖον. h.e. Vas *2. Reg. 25. Esaiæ 30. Hierem. 13.*

III. Vinum in utres immittitur *Matth. 9. Marci 2. Lucæ 5.* Apud Homerum *Iliad 3.* Vinum a præconibus adfertur ἐν ἀσκῷ αἰγείῳ. h.e. in *utre caprino*: item *Odyſs. 6. 9.* &c. apud Herodotum *Hiſtor. 2.* Poteſt itaque reddi ἀσκὸς, h.e. Vter.

IV. Latinus interpres nunc *Lagunculam* transfert Hierem. 13. & 38. nunc *amphoram* 1. Reg. 1. nunc *lagenam* 1 Reg. 10 & 16.

V. *Oseæ 3.* Nebel vini pro lethec hordei perperam substituitur.

ASISA II.

I. *Asisa* ab Es, in plurali *asisoth*: & in statu regiminis *Asise Oseæ 3.* Iohan. Forsterus vas esse dicit capax, quantum quis per diem bibit. Redditur *calix*, Pagninus *lagenam*, Vetus *vinacia* transfert *Cantic. 2. Sustentate me calicibus.* LXX. habent πέμματα μετὰ σαφίδος: vt sit certa stataque mensura vini *2. Reg. 6. 1. Paral. 16.* in hebræo est: *Asisa* f. vini. Lutherus transfert, ein Nössel Weins. LXX. reddunt: καὶ λάγανον ἀπὸ τηγάνου, h. e. *similam frixam oleo*, vt vetus reddit, *1. Paralip. 16.* Pagninus transfert lagenam: & hic Lutherus transfert, Ein Nössel wein.

NOD III.

Nod cum aleph quiescente est *1. Reg. 16.* a LXX. ἀσκὸς, hoc est, *vter*, a vetere *lagena* redditur.

CAD IV.

Cad Iudic. 7. a LXX. ὑδρία, a vetere lagena redditur: de quo supra: & infra de sex hydriarum capacitate, *Ioh. 2.*

ABOTH V.

Aboth in Hebræo *Iob. 32.* quod a LXX. φυσητὴς a Vetere redditur *lagunculа.*

PVRAH VI.

Purah Esaiæ 10. cum aleph quiescente a vetere transfertur *Lagungula.*

BACBVC VII.

Bacbuc Hierem. 19. a LXX. redditur βῖκος, a vetere transfertur *lagunculа.* de βίκω infra suo loco.

SALIS

SALIS VIII.

Salis mensuram liquoris esse volunt *Psal. 80. Potasti eos lachrymis salis:* LXX. habent μέτρον. Et aridorum mensuram faciunt Esa. 40. *Quis mensus est totum pulverem terræ mensura salis.* Dict mess. arbitrantur, q. d. tertiariam: quod sit magnæ mensuræ s. Bathi pars tertia: contineret hac ratione sextarios 24.

Porro de mensuris & ponderibus Hebraicis longe aliter & sentit & docet Stanislaus Grsepsius Polonus: quæ minus consentanea sunt fontibus. Sequitur enim potius translationes: ex quibus pro suo arbitrio comminiscitur & colligit non satis prudenter, vt arbitror, diuisiones & definitiones, &c. Quæ si ad fontes referantur minime subsistunt. Quem qui sequi volet, legat eius librum *de multiplici Siclo & Talento Hebraico.* Equidem non tutum esse arbitror, vt quis illius commenta sequatur.

DE INTERPRETIBVS, VERSIONIBVS ET TRANSLATIONIBVS VETERIS TESTAMENTI ADMONITIO ET APOLOGIA.

In vtroque Opere & nummario *libro 4*, qui est *de nummis hebraicis* & in his tribus libris, quos nunc edo *de Mensuris & ponderibus, &c. Veteribus*, interpretum & versionum translationes sæpe taxo, vbi a fonte s. ab hebræa lingua variant ac dissentiunt. Ne itaque sacras literas labefactare, earumque autoritatem conuellere ac imminuere videar: & in iustam reprehensionem incidam, necessarium esse duxi, vt me semel purgem & ab hac calumnia liberem: me ab hac culpa alienis. Quod vt alii intelligant, rem paulo altius repetam. Sacra Biblia, quibus omnis doctrina diuinitus inspirata continetur, in libros veteris & novi test. diuiduntur. Quæ duo testamenta sunt duo fœdera, quibus DEUS suam voluntatem generi humano patefecit: & societatem cum sua Ecclesia pepigit. Illud quidem *vetus*, hoc vero *nouum* dicitur: & vt illud est de semine Mulieris, hoc est, de Missa promisso & incarnando: Mundoque exhibendo: ita hoc nouum post-

postquam temporis plenitudo venisset, est de eodem Semine incarnato & orbi iam exhibito. Ac illud Hebraica lingua est conscriptum & velut consignatum: hoc græcis literis ab Euangelistis & Apostolis est traditum. His enim duabus linguis sacrosanctis tota sacra scriptura & Ecclesiæ doctrina est conscripta, condita, hactenus conseruata & ad omnem posteritatem pura, sana, certa & indubitata, velut ex limpidiss, fontibus manans perpetuo transmissa: nec quoad fontes vllo modo in dubium vocari aut debet aut potest. Nam etsi vetus quidem ab inuidis Iudæis: nouum vero a malitiosis & peruersis hæreticis alicubi corruptum ac deprauatum esse traditur: illud tamen totum, quicquid est, iampridem ab orthodoxis doctoribus sagaciter est deprehensum & validis argumentis reprehensum ac refutatum. Verum sicubi controuersiæ quædam incidunt: id fere fit culpa interpretum ac versionum. Quamobrem de interpretibus veteris testamenti hic quædam mihi dicenda sunt, vt me purgem: ne, dum quasdam absurdas & secum pugnantes versiones suggillo, taxo & reprehendo, sacrarum literarum autoritatem labefactare, conuellere, ac quæ certa & indubitata sunt, in dubium vocare videar.

Nam primum quidem Ptolemæus Philadelphus, Rex Ægypti-us, quosdam libros sacros Veteris Testamenti ex hebræa lingua in græcam per LXX. interpretes transferri curauit: id accidit *anno mundi 3695*, vt Epiphanius refert, ante Christum natum *anno 268*. Circumfertur hodie in ecclesia editio græca veteris testamenti nomine LXX. Interpretum: quæ an genuina sit, multi merito valde dubitant: quod a fonte s. hebræa lingua sæpe discrepat. Extabant olim & aliæ græcæ editiones, vt *Aquilæ, Symmachi, Thedotionis, hexapla, &c.* de quibus suis locis apud autores mentio extat. De his Epiphanius *in lib. de Mensuris & ponderibus* copiose disserit.

Latinæ versiones & translationes vtriusque Testamenti hodie plures extant: quarum

I. Est *vetus*, quæ D. Hieronymo ascribitur: & in ecclesia iam fere est recepta:

II. *Sanctis Pagnini* est:

III. *Sebastiani Munsteri*:

IV. *Tigurina*:

V. *Sebastiani Castalionis*: quas mihi videre contigit.

Horum

Horum Interpretum eſt admiranda & infinita varietas & diſſenſio: ut quis tuto illis fidere nequeat. In his enim multa certe deſiderantur: cum his quoque verſionibus in utroque opere tum *de Re Nummaria* veteri tum in his tribus libris *de Menſuris & ponderib.* veterib. mihi negocium eſt: & iure illis litem moueo. Hac enim in re me ſequi decet conſilium D. Auguſtini, quod extat *lib. 2. c. 11. de Doctrina Chriſtiana*, cum inquit: *Latini homines & duabus aliis linguis ad ſcripturarum diuinarum cognitionem habent opus: hebraea ſcilicet & graeca: vt ad exemplaria praecedentia recurratur, ſi quam dubitationem attulerit latinorum interpretum infinita varietas.*

Quamobrem prudenter quoque & pie in iure Canonico cautum eſt, *Diſtinctione 9.* Vt veterum: vbi ſic habetur: *libris veterum hebraea volumina, nouis Graeca autoritatem impendunt: vt veterum librorum fides de hebraeis voluminibus examinanda eſt: ita nouorum veritas graeci ſermonis normam deſiderat.* Hoc itaque D. Auguſtini conſilium & ſententiam decreti in iure Canonico ſecutus, in utroque meo Opere infinitam illam varietatem interpretationum ad fontem, nimirum hebræam linguam reuoco, A qua ſi quid diſcrepat diſſentitque, id pro ſuſpecto habendum eſſe, omnes ſanæ mentis homines cenſent. Neque ob id ſacrarum literarum autoritas labefactatur aut conuellitur, minuiturue. Omnis enim mihi lis eſt ſolum cum interpretibus: & non cum ſacris literis: quibus ſua autoritas & integritas manet firma certa & indubitata. Quanta enim tum in græca editione, quæ titulo LXX. interpretum vulgo circumfertur: tum in latinis verſionibus diuerſitas ſit: id ſedulo bona fide indicare volui: vt qui legunt fiant cautiores. Non enim niſi cõſultis fontibus illis verſionibus tuto fidendum eſt. Itaque mihi tantum cum illis negocium eſt. Nam in his rebus non omnes interpretes ad Sacras literas reuerenter tractandas, & in aliam linguam conuertendas liberaliore doctrina ſatis exculti & bene inſtructi acceſſerunt: id quod res ipſa abunde demonſtrat.

Porro contra D. Auguſtini conſilium: item contra ſententiam Iuris Canonici Patres in Synodo Tridentina congregati audacter decreuerunt, vt translatio Bibliorum vetus ſola in Eccleſia ſit authentica: & in prælectionibus, concionibus & alias vbique valeat, autoritatemque habeat: quaſi ſola ſit, vt ipſi iactitant, ἀναμάρτητος, quæ omni mendo erratoque careat. Sed longe falluntur: & toto cœlo

turpiter errant sanctissimi Patres: quos etiam satis evidentibus rationibus & firmis argumentis multi, vt Ioh. Caluinus, Martinus Kemnitius & alii refutarunt.

Post illam vero synodum Pontifex Romanus in Italia peculiaria Biblia a se correcta (Corrigendi enim etiam sacra Biblia ius & auctoritatem idem sibi sumit vendicatque) excudenda curauit: quæ in suo Regno Pontificio valeant. Et serio mandauit, vt non nisi hæc Biblia emantur ac legantur, quasi reliqua Biblia omnia sint suspecta, nec vllis corruptelis careant. Audent enim Monachi & Pontificii Theologi affirmare, omnesq; persuadere conantur idq; passim in vulgus spargere ac diuulgare non cessant: *Omnia Biblia etiam hebræa & græca fœde esse corrupta ac deprauata.* Nam Wilhelmus Blindasinus (Si nomen non est fictitium) Episcopus quidam *in libro suo de optimo genere interpretandi* audacter astruere conatur: *hebraicum quidem textum Bibliorum veteris testamenti a Iudæis: græcum vero novi testamenti ab hæreticis & malitiosis ita esse deprauatum ac corruptum: ut neque Christus neque Apostoli ipsi neque quisquam ex veteribus Doctoribus vera Biblia habuerint. Et quod hodie non nisi Pontificia Ecclesia sola incorrupta Biblia habeat.* Et frater Hentenius *in Præfatione Bibliis Louanii excusis præfixa*, vult probare: *Louaniensia illa Biblia recens edita longe præstare & hebraicis & græcis Bibliis: licet in his duabus linguis hebræa & græca tota sacra scriptura primum sit conscripta. Quippe quod hæc Biblia ex omnibus vetustissimis totius Germaniæ inferioris Bibliothecis sint corrasa & collecta.* Deus bone, quanta est iam istorum hominum peruersa malitia & impia impudendentia: quos nihil iam pudet amplius. In his Bibliis Louanii excusis initio statim, *Genes. 3.* textus est malitiose deprauatus. Nam ubi veritas hebraica sic habet: *Et ipsum s. semen Mulieris conteret caput serpentis*: vt intelligatur de Salvatore Filio Dei Messia ipso promisso: id isthic habetur: *& ipsa conteret caput Serp. &c.* Vt intelligatur de Muliere ipsa s. de matre seminis Maria. Id enim ad stabiliendam suam Idololatriam & cultum diuæ virginis Mariæ confirmandum, magnum adfert momentum. In Papatu enim huiusmodi idola passim coluntur: quod inde maximi prouentus & quæstus prouenant. Quod de *Maria Loretana*, *Ma Donna di Loretto*, satis constat, vt de aliis multis iam nihil dicam. Nam ex huius Mariæ cultu & concursu hominum Pontifici Rom. ad centum millia ducatorum annua proue-

nire traduntur. Hæc copiose referuntur in scripto Germanico, cui titulus est Binnenkorb *parte prima cap. 2. fol. 17. & parte 4. cap. 4. fol. 182.*

Hæc adferre, vt me de calumnia liberarem, volui: vt piis & bonis sim excusatus. Redeo ad propositum.

DE

MENSVRIS EXTERNIS

ET PRIMVM DE PERSICIS

CAPVT XII.

PRæter mensuras iam enumeratas, Romanas, Græcas, Hebraicas, sunt quoque *mensuræ externæ*: quippe exterarum gentium præcipuarum, quarum olim insigne ἀξίωμα fuit, h. e. dignitas & autoritas Regni, Imperii, vel etiam Monarchiæ: vt sunt Persarum, Ægyptiorum, Syrorum & Arabum. Nam & horum mensuræ apud autores Veteres probatos, tam sacros quam profanos sunt celebres, earumque mentio crebra extat. Persarum fuit olim Monarchia altera post euersam a Cyro maiore Babyloniorum potentiam. Horum tres mensuræ apud autores celebrantur.

ÀXÁNH I.

I. Ἀχάνη est mensura Persica, medimnorum Atticorum 45. capax, vt Aristoph. interpres in Acharnensibus testatur, cum inquit: ἀχάνη μέτρον ἐστὶ περσικὸν, ὥσπερ ἡ ἀρτάβη παρ᾽ αἰγυπτίοις· ἐχώρει δὲ μεδίμνους ἀττικοὺς με, ὡς μαρτυρεῖ ἀριστοτέλης, h. e. *Achana mensura est Persica, quemadmodum Artaba apud Ægyptios.* Capiebat autem medimnos Atticos quadraginta quinque vt testatur Aristoteles. Idem Suidas repetit.

II. Aristophanes ibidem habet ἀχάνας χρυσίου figura prouerbiali, de maxima copia & vi auri, viel Winspel Goldes.

III. Apud

III. Apud Hesychium est: ἀχάνη μέτρον σίτου ἐν Βοιωτίᾳ χωροῦν μέδιμνον ἕν, h. e. *Achana mensura frumenti est in Bœotia, quæ capit Medimnum vnum.*

IV Apud Homeri interpretem est Odyss. τ: ἀχάνη μέτρον Βοιώτιον πολλῶν τινῶν φασὶ μεδίμνων, h. c. *Achana est Mensura Bœotia multorum quorundam aiunt, medimnorum.* Quod potius de Achana Persica intelligi debet.

ΑΡΤΑΒΗ II.

I. Ἀρτάβη ratione gentis seu nationis est triplex: nimirum *Persica*, *Medica*, *Ægyptia*. Fieri enim potest, vt vicinæ gentes a suis vicinis sint mutuatæ propter commercia.

II. *Persicam Artabam* Herodotus Histor. de Satrapia Tritæchmæ loquens sic describit: ὅκου Τριταίχμῃ τῷ Ἀρταβάζου ἐκ βασιλέως ἔχοντι τὸν νομὸν τοῦτον, ἀργυρίου μὲν προσήιε ἑκάστης ἡμέρας ἀρτάβη μεστή. ἡ δὲ ἀρτάβη μέτρον ἐστὶ περσικὸν χωρέον μεδίμνου ἀττικοῦ πλέον χοίνιξι τρισὶν ἀττικῇσι, h. e. *Vbi Tritechmæ Artabazi filio, a rege tenenti præfecturam hanc argenti quidem prouentebat quolibet die artaba plena, Artaba autem mensura est Persica quæ capit medimnum Atticum & amplius Chœnices tres Atticas*, hæc ille.

III. Aristophanis interpres in Acharnensibus testatur: ἀρτάβην mensuram, nomen esse Persicum & Ægyptium.

IV. Ἀρτάβην Medicam quoque esse mensuram, Suidas testatur, cum inquit: μέτρον μηδικὸν σίτου, ἀττικὸς μέδιμνος, h. e. *Artaba mensura est Medica frumenti, medimnus Atticus.* Idem repetit Hesychius. Dicitur autem a regione Media.

V. *Danielis 14.* est in historia Belis: καὶ ἦν εἴδωλον τοῖς Βαβυλωνίοις, ᾧ ὄνομα Βήλ. καὶ ἐδαπανῶντο εἰς αὐτὸ ἑκάστης ἡμέρας σεμιδάλεως ἀρτάβαι ιβʹ, καὶ πρόβατα μʹ, &c. h. e. *Et erat Idolum Babylonis, cui nomen Bel: & impendebantur in id quotidie similæ artabæ duodecim & oues quadraginta.*

VI. Duodecim *artabæ* faciunt iuxta Herodotum in diem similæ duodecim Medimnos Atticos & præterea Chœnices 36. Iuxta Suidæ vero sententiam duodecim Medimnos tantum. In annum vero integrum Herodoto quidem fiunt Medimni 4470. Chœnices duodecim: Suidæ vero fiunt in annum medimni 4380 Attici.

VII. Et

VII. Et Polybius *lib.5.* scribit ἀρτάβην esse mensuram Medicam: quod Medi & Persæ fuerint finitimi, sub eodem regno constituti.

VIII. Cyrus Iudæis, e captiuitate Babylonica domum in patriam redeuntibus, largitus est præter alia similam ad tritici, βφ' ἀρτάβας, h. e. 2500. arsabas: Latinus vero interpres habet 25400. artabas, vt est apud Ioseph. *lib. 11. c. 1.* Vnde apparet textum variare in exemplaribus.

ΚΑΠΙΘΗ III.

I. Καπίθη inter Persicas mensuras a G. Agricola numeratur: de qua est apud Xenophontem *lib. 1. Anab. Cyri.* cum inquit: τὸ, δὲ στράτευμα ὁ σῖτος ἐπέλιπε καὶ πρίασθαι οὐκ ἦν, εἰ μὴ τῇ λυδίᾳ ἀγορᾷ ἐν τῷ κύρου βαρβαρικῷ τὴν καπίθην ἀλεύρων ἢ ἀλφίτων τεττάρων σίγλων ὁ δὲ σίγλος δύναται ἑπτὰ ὀβολοὺς καὶ ἡμιωβόλιον ἀττικούς· ἡ δὲ καπίθη δύο χοίνικας ἀττικους ἐχώρει, hoc est: *Exercitum autem defecit frumentum: & emere non licebit nisi in Lydio foro, in Cyri Barbarico (exercitu) Capitham farinæ hordaceæ aut triticeæ quatuor siglis. Siglus vero valet septem obolos Atticos & semiobolon. Capitha duos Chœnicas Atticos capiebat.* Hæc Xenophon.

II. Septem oboli Attici cum semiobolo faciunt 3. grossos Misnic. cum nouem nummulis, vt alibi nimirum *lib. 3. Hist. Rei nummariæ Veteris* a me copiosius docetur.

III. *Capitha* medimni Attici, qui est Chœnicum 48. pars vicesima quarta: quæ si quatuor siglis empta fuit, pretium vnius capithæ fuit grossorum Misnic. 15. Facit integer medimnus Atticus Ioach, vnciales quindecim.

IV. Hesychius vero sic describit: καπίθη ἀγγεῖον χωροῦν ἀττικὰς κοτύλας δύο, h. e. *Capitha vas est capax Atticarum cotylarum duarum.*

V. Quidam hanc mensuram eandem esse arbitrantur cum *cabo hebraico*, vnde deriuata esse videri potest: de qua paulo ante.

VI. Porro Hesychius a Xenophonte dissentit: quod ille duas chœnices, hic duas corylas habet: Fortassis error est natus ex notis vtriusque mensuræ χ.^οι & κ.^ο: quæ facile inter se commutari & deprauari potuerunt. Qua de re supra in Batho Hebraico.

DE

MENSVRIS ÆGYPTIIS.

CAP. XIII.

ÆGyptiorum mensuræ, quarum mentio fit apud autores, sunt *sex*. Fuit enim & Ægyptiis olim insigne regni ἀξίωμα, dignitas & autoritas, vt ex Herodoto præter alios constat: quod vicinis populis longe lateque imperarint.

APTABH I.

I. Ἀρτάβην Ægyptiorum mensuram fuisse Aristophanis interpres in Acharnensibus refert.

II. Græcus ignotus *in libello de mensuris & ponderibus* sic habet: ἡ αἰγυπτία ἀρτάβη ἔχει μοδίους ε. ὁ δὲ μόδιος ὁ αἰγύπτιος καὶ ὁ ἰταλικὸς ἔχει χοίνικας η, h. e. *Ægyptia artaba capit modios quinque. Modius vero Ægyptius & Italicus capit chœnices octo*: vt tota hac ἀρτάβη 40. chœnices contineat.

III. Sic & D. Hieronymus scribit *lib. 2. comment. in Esaiam*: Et pro 30. modiis, quos nos pro Coro posuimus, qui hebraice dicitur chomer, LXX. verterunt ἀρτάβας ἕξ, quæ mensura Ægyptia est. Etenim si sex artabæ capiunt modios triginta s. sacros, quæque capit modios quinque s. sacros: quæ sunt sata sextariorum Atticorum 24. capacia.

IV. Qua ratione *triplex est artaba*: Prima *Persica* apud Herodotum, medimni & trium Atticarum chœnicum capax. *Altera Medica* a regione Media dicta, medimni Attici capax: & *hæc Ægyptia* quinque modiorum. Qui quinque modii sacri sunt quinque sata: quæ continent sextarios Atticos 120. si sato 24. tribuas. Sed quinque Modii Rom. qui tantum 16. Sextarios Rom. capiunt, faciunt sextarios Rom. 80. Sic hæc non sunt consentanea.

V. Caute itaque hæc legenda sunt. Si enim verum est, vt sex artabæ chomerem compleant, iuxta sententiam LXX. sequitur artabam quinque modios capere, quod sex in 30. quinquies habeantur.

Sed

Sed quando Chomeri ſeu coro triginta modii tribuuntur, intelliguntur modii non Rom. ſed modii hebraici ſacri, qui ſunt ſata, modiis Rom. multo capaciores. Continent enim hi modii ſeu ſata ſeſquimodium Italicum h. e. ſextarios Rom. viginti quatuor.

VI. Epiphanius ſcribit: ἀρτάβην eſſe ſextariorum 72. Sic enim ait: ἀρτάβη· τοῦτο τὸ μέτρον παρ' αἰγυπτίοις ἐκλήθη. ἐστι δὲ ἑβδομήκοντα δύο ξεστῶν. τὸ δὲ αὐτὸ μέτρον καὶ ὁ μετρητὴς ἔχει κατὰ τὸ μέτρον ἅγιον, hoc eſt, *Artaba hæc menſura ab Ægyptiis vocata eſt. Eſt vero ſeptuaginta duorum ſextariorum. Eandem vero menſuram & metretes habet ſecundum menſuram ſanctam.* Eadem itaque eſt hæc cum Medica a Media regione dicta.

VII. Idem Epiphanius ἀρτάβην magnam menſuram vocat inquiens: τὸ δὲ γόμορ δέκατον ἦν τοῦ μεγάλου μέτρου. τουτέστι τῆς ἀρτάβης. ὃ γίνεται ἑπτὰ ξεστῶν καὶ πέμπτον, h. e. *Gomor autem decima pars erat magnæ menſuræ, hoc eſt, artabæ: quæ capit ſeptem ſextarios & quintam eius partem.* Conіicitur autem certo, quod per ἀρτάβην & μετρητὴν intelligat menſuram hebræam æpham, cuius Omer decima pars eſt: quæ & ipſa par eſt medimno Attico teſte Ioſepho.

VIII. Rhemnius vero Fannius ſcribit capere tres modios cum tertia parte. Sic enim habet:

Eſt etiam terris, quas aduena Nilus inundat,
Artaba, cui ſuperat modii pars tertia poſt tres.
Nam decem modiis explebitur artaba triplex.

Tres modii, qui ſata ſunt, cum tertia parte, faciunt 80. ſextarios: Sed tres modii Rom. cum tertia parte faciunt ſextarios 51. cum una quinta parte.

IX. De frumenti artaba & emptor & venditor obolum olim dare cogebantur Regi Ægyptiaco, ſuadente idipſum Chabria, vt teſtatur Ariſtoteles *lib. 2. œcon.* Obolus Atticus facit ſex nummulos Miſnicos.

ΑΠΟΡΡΥΜΑ II. ΣΑΙΤΗΣ III.

Ἀπόρρυμα μετρεῖται, hoc eſt, *Aporryhma* menſura eſt apud ſolos Thebanos in Ægypto, vt Epiphanius ait: & addit ἥμισυ γὰρ τοῦ σαίτου· ὁ δὲ ἀληθινὸς σαίτης ξεστῶν ἐστὶ κϛ, hoc eſt *Dimidia enim Saita pars eſt.*

Vtrus autem Saites est sextariorum 22. Est itaque Aporrhyma mensura sextariorum undecim.

ΟΙΦΙΝ IV

I. Οἰφιν μέτρον τι τετραχοίνικον αἰγύπτιον, vt Hesychius ait. h. e. *Oephin mensura quædam est Ægyptia quatuor Chœnicum.*

II. Est itaque Oephin mensura capax octo sextariorum. Apud Suidam est: οἶφι χοῖνιξ. h. e. *Oephi chœnix est.* Ex Epiphanio est sumptum, de quo supra *de Aepha Numero 27.*

III. Apud Hesychium quoque est: τῶπιν, μέτρον δεκαχοίνικον, hoc est, *Topin mensura est decem chœnicum capax.*

IV. Vtraque hæc mensura cum hebraica voce æpha convenire videtur, de qua supra.

INION V. ΞΕΣΗΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡ:

I. Καὶ εἴταιδὲ παρ' αἰγυπτίοις ὁ ξέςης ἴνιον, vt Cleopatra ait, hoc est: Vocatur autem apud Ægyptios *Sextarius Inim.* Et Hesychius *Inium* mensuram esse scribit; sed quantitatem non definit. Epiphanius Sextarium Alexandrinum his verbis describit: ξέςης ὁ ἀλεξανδρινὸς δύο λιτρῶν φέρει ὁλκὴν ἐν τῷ ἐλαίῳ, h. e. *Sextarius Alexandrinus duas libras fert pondere in oleo.* Huius sextarii dimidiam partem capit cotyla Hippoiatrica: de qua supra.

ΤΡΥΒΛΙΟΝ.

II. Cleopatra scribit τρύβλιον esse eandem mensuram cum cotyla, de qua supra.

III. Apud Hesychium est: βαῖον μέτρον παρὰ ἀλεξανδρεῦσι, hoc est *Bæon mensura apud Alexandrinos*: sed capacitas non exprimitur.

ΜΟΔΙΟΣ VI.

Ὁ δὲ μόδιος αἰγύπτιος [illegible] ἔχει χοίνικας η', Galenus seu græcus ignotus, h. e. *Modius* [illegible] *& Italicus habet Chœnices octo.* Hic itaque [illegible] mul Georg. Capax itaque est sextariorum Rom. sed [illegible]

DE

DE

MENSVRIS SYRIIS.

Cap. XIV.

ΜΕΤΡΗΤΗΣ I.

Syriorum mensuræ sunt *quatuor*: quarum *prima* est μετρητὴς, quem Cleopatra sic describit: ὁ δὲ κατὰ σύρους μετρητὴς ξεςῶν ἰταλικῶν ρκ', h. e. *Metretes apud Syros est sextariorum Italicorum 120.* idem habet Nicandri interpres. Facit Nossellas Francofurdianas totidem f. 120.

ΚΟΛΛΑΘΟΝ II.

I. Κόλλαθον ab Epiphanio sic describitur: κόλλαθόν ἐςὶ παρὰ τοῖς σύροις τὸ ἥμισυ τοῦ ἰσχοῦ βάδου ἐςὶ δὲ ξεςῶν κε', hoc est, *Collathum est apud Syros dimidium humiai Bathi. Est vero sextariorum viginti quinque.* Epiphanius Bathum liquorum esse putat sextariorum 50. cum Bathus Hebraicus sit potius 72, Atticorum, vt supra in *mensuris hebraicis.*

ΣΑΒΙΘΑ III.

I. *Sabitham* Epiphanius describit, cum inquit: σαβιθὰ, τοῦτο συριακὸν ἐςὶ τὸ ὄνομα. ὁ ἑρμηνεύεται ληνάριον ἄντλημα παρ' ἀσκαλωνίταις ξεςῶν κβ', hoc est, *Sabitha, hoc Syriacum nomen est, quod explicatur vas, quo e torculari hauritur: apud Ascalonitas est sextariorum 22.* Qua ratione idem erit cum *Saite*, de quo supra *in mensuris Ægyptiis* dictum est.

ΧΟΙΝΙΞ IV.

Χοῖνιξ est mensura Syria, vt ex Palladio *in mense Octobri tit. 14.* constat. Sed capacitas non exprimitur. Apud Rhemnium Fannium est, cum de Sextario loquitur, vt vult Georg. Agricola:

Qui quater assumptus fit graio nomine Chœnix.

Sed de qua Chœnice loquatur & intelligendum sit, non constat.

Chœnix græca Georgica continet duos ſextarios Rom. & nonnihil amplius vt conſtat infra de Chœnice. Ioach. vero Camerarius de Cotylis & Chœnice aliter apud Rhem. legit. Sic enim habet:

At cotylas, quas, ſi placeat, dixiſſe licebit
Heminas, recipit geminas ſextarius vnus.
Quis quater aſſumptis fit graio nomine chœnix,
Vt de heminis intelligatur: non de Sextario.

Sic Chœnix erit capax 4. heminarum, duorum ſextariorum Rom.

DE

MENSVRIS ARABICIS.

Cap. XV.

A*Rabicæ menſuræ* hic non ſunt omittendæ: quod & hæ in autoribus occurrant. Sunt autem quibus vſi ſunt Mauri, qui medicinam in Africa deſcripſerunt Arabice. Et harum ſane magnus hodie vſus eſt: & cognitio non ſolum utilis, ſed & neceſſaria propter Medicos Arabes, vt ſunt Auicenna, Razes, Serapio, Meſue, Halyabbas & alii. Hæ menſuræ ſunt partim prorſus barbaræ: partim vel a latinis, vel a Græcis mutuo deſumptæ, ſed inſcitia deprauatæ. Id inde certo conſtat quod, earum capacitas menſuris vel Romanis vel Græcis reſpondeat & prorſus par ſit. Sed pondus liquorum nonnihil variat.

Hæ menſuræ Arabum ratione obiecti, aliæ ſunt *liquorum*, aliæ rerum *aridarum*. Ac liquorum quidem ſunt numero *octo*: quarum prima eſt *dorach Italicum*.

DORACH ITALICUM I.

I. *Dorach* vel *Durach Italicum* eſt amphora Romana: quod inde conſtat, quod æque atque Amphora Rom. congios octo contineat; vt Serapio teſtatur lib. 7. compendii, cum inquit: Dorach Italicum habet choas octo.

II. *Chus* hoc eſt, Congius vnus eſt ſex acſat Romana, h. e. ſextarii, voce deprauata a græca ξέςης, vt apparet.

III, Do-

III. Dorach pendit olei quidam libras 72. vini vero 80. sed mellis 108. Aliud pondus est amphoræ Rom. vt supra de Amphora habetur.

IV. Porro apud Serapionem est & aliud *Dorach forsan Arabicum*. Quod præposito articulo Arabico al, dicitur *Aldorach* vel *Aldurach* Arabicum: quod tres libras mensurales capit: qua ratione duos sextarios græcos continet: & sextario Rom. castrensi quatuor vnciis mensuralibus minor est.

V. Scribitur autem alias quoque *Duruch*, *Duruch*. *Alduruch*.

IOHEIN II.

I. *Iohem* & *Iohein* a choe græco corrupta esse vox videtur. Nam & Serapionis interpres *choa* conuertit. Apud Auicennam *in breuiario Vigilus* est congius Rom.

II. Capit sextarios sex, vt ex Auicenna liquido constat, cum inquit: *Dorach Italicum est Iohein octo*: & Iohein acsat sex: Arabib. alias vocatur *chaus* apud Serapionem.

III. Pendit olei quidem libras nouem: vini vero decem: sed mellis 13. cum semisse.

IV. Dimidiam congii partem Græci ἡμίχοον vocant: a Serapione dicitur voce Græca deprauata *Nissochaus*, q. d. medius chus, hoc est, congius μεσόχυς.

KIST III.

I. *Kist* Arabes vocant Italicum, a græca voce ξέστης deprauatum est; & est sextarius Rom. quod, vt Serapio ait, apud Rom. capit libram Rom. mensuralem & duas tertias, quæ sunt octo vnciæ, libræ Rom. bes: vt sit vnciarum viginti mensuralium.

II. Sic Auicenna, Serapionem secutus, tradit *Kist* apud Romanos capere libram cum dimidia & sextam partem: quod ex Galeno desumptum est, vt dictum est in mensuris Rom. Sic rursus est vnciarum 20.

III. Pendit olei quidem vncias 18. vini vero vncias 20. sed mellis 27.

IV. Ean-

IV. Eandem mensuram Mauri vocant *acsat*, alias scribitur & *Acsati*, & *Acsεit*: itidem voce deprauata a Græca ξίϛης, vt apparet. Chois, hoc est Congii sexta pars est, vt Serapio *lib. 7. Compendii* scribit.

V. Hac voce & Auicenna utitur *lib. 4. de linimentis canitiem prohibentibus, & lib. 4. in descriptione confectionis Anacardinæ.*

VI. Eadem & ab Andrea Alpago *Kist* redditur: a Serapione *Aben* appellatur: Auicenna & *Eutb* vocat: ab aliis scribitur *Etub.*

VII. Porro *Kist Aliaticum* est Sextarius Atticus præposito articulo Arabico: & capit libram vnam & dimidiam s. mensuralem. Apud Serapionem est, duo Kist continere tres libras Romæ. Est ergo vnciarum mensuralium octodecim. Hinc constat quoque & libram & vnciam non solum esse pondera, sed & mensuras apud Arabes Medicos.

VIII. Stephanus Hali interpres duo Kist perperam transfert 2. cados pro duobus sextariis.

KORBONI IV.

I. *Korboni* barbara vox est: Auicennæ hemina est seu cotyla, cum inquit: *Korboni olei sunt unciæ nouem, vini unciæ decem, Korboni mellis, unciæ tredecim cum semisse.*

II. Razes *lib. 4. continentis* vertit *Phialam*: Eodem modo ab Auicenna reddi videtur *lib. 1. Fen. 4. c. 11.* cum inquit: *Cibus autem, qui est utilis, est pullus in cardaben, & tres phialæ vini post ipsum*: quæ tamen mensura non est, sed genus poculi.

III. Korboni cotylæ græcæ respondet: quo nomine ab Auicenna *lib. 3.* appellatur *de curatione difficultatis spirandi*: quæ Græcis est ἄθμα.

IV. Hali heminas corrupte vocat *menas*, cum inquit: *Sume olei sisami menas duas oculorum absinthii unciam.*

KILIATHI V.

I. *Kiliathi* apud Auicennam, Serapionem & Razen *lib. 7.* deriuari videtur a græca voce κύλιξ: quod Maurorum interpretes interdum *calicem* vertunt.

II. Aui-

II. Auicenna mediam Cotylam vocat: vnde colligitur, eandem esse mensuram, quæ dicitur τέταρτον: & latini sextarii quartarium vocant.

III. Pendit olei vncias quatuor cum semisse: vini quinque: mellis vncias quinque & drachmas sex.

KASFVF VI.

I. *Kasfuf* quod & *Kisfuf* scribitur est *acetabulum*: & nonnihil alludere videtur ad vocem græcam ὀξύβαφον. Quod autem Kasfuf acetabulum sit, ex Dioscoride & Serapione demonstrat G. Agr.

II. Eadem mensura vocatur *Anecsune*, vt ex Dioscoride & Auicenna colligitur. Andreas Alpagus reddit *hanecsunesi*. Scribitur & *Assunef*, & *Acsunesi*. Serapionis interpres quartam *acsasse* vocat.

III. Pendit olei quidem duas vncias, drachmas duas: vini vero vncias duas, drachmas quatuor: sed mellis vncias tres & drachmas tres.

CVATHVM VII.

I. *Cuathum*, & præposito articulo al, *Alcuatum* vel *Alcuatum* deprauatum est a græco κύαθος. Est itaque cuathum cyathus, vt probatur ex Galeno *lib. 8. de Compos. Medic. quæ locis affectis adhibentur* & e Serapione *lib. 5*. Est itaque eadem mensura cum cyatho. Alias quoque scribitur *Coathus*, item *Alcantus*. Et *Conos* & *Canos* apud Serapionem scribitur pro Cyatho, vt refert Dominicus Massarius *lib. 2. cap. de Ponder. & Mens. Medicinæ*.

II. Pendit olei semunciam: Vini sescunciam & drachmam vnam: sed mellis pendit vncias duas & drachmas duas. Apud Auicennam est; Alcantus est ℥Is: choati duo sunt ℥ tres.

FALGERIN VIII.

Falgerin, scribitur quoque *Flagerim*, barbara vox est, & est cochleare paruum, vt ex Dioscoride & Serapione G. Agricola probat

Eadem

Eadem mensura *Fabaliel* dicitur, vt idem G. Agricola ex Dioscoride & Serapione confirmat. Dicitur adhæc *Coclonarium* voce a cochleari deprauata, vt est apud Agricolam.

BRIALA.

I. *Triala* apud Auicennam mensura non est sed poculum. In locum cyathi interpres Auicennæ *brialam* substituit, cum potius sit calix vel phiala.

II. Razæ interpres *lib. 2. c. 2. maioris operis* libram mensuralem conuertit *rotulum*.

MVSTARVM.

I. Arabes siue Mauri Medici, Paulum Æginetam secuti, his mensuris Arabicis duo *mystra* adiiciunt. Mystrum a Serapione *Muscarum*, ab Auicenna *mestarum* vocatur: ab aliis nunc *mesitrum*, nunc *mesitrum* & *mestrum* quoque dicitur. Quam scripturæ varietatem a voce Græca deprauata nasci, verisimile est. Scribitur quidem recte a Græcis μύστρον per ὑψιλὸν in priori syllaba. Eam literam latini in u vertere solent: unde & hic natum est *mustarum*. Sed per ἦτα fortassis scriptum fuit μήστρον: quam literam latini in e longum vertunt hinc natum est *mestron* & *mestarum* & *mesitrum* literis alienis admistis.

II. *Mustarum duplex* est: maius & minus: ac maius quidem heminæ est pars tertia: quæ pendit olei quidem vncias tres: vini vero vel aquæ vncias tres & drachmas duas & scripula duo: sed mellis pendit vncias quatuor, cum semuncia

III. Mustarum vero minus cyathi dimidia pars est: pendit olei drachmas sex: vini drachmas sex, scripula duo, mellis drachmas nouem.

DE

DE

ALIIS QVIBVSDAM MENSVRIS QVARVM MENTIO APVD AVTORES EXTAT ORDINE LITERARVM.

CAP. XVI.

SVnt & quædam aliæ mensuræ apud veteres autores Græcos: quæ in hac mensurarum explicatione non sunt omittendæ: has ordine alphabetico subiungam & explicabo.

ἄδδιξ & ἄδδιξις I.

I. Ex Aristophane adfertur:

ἀλφίτων μελάνων ἄδδιχα. h. e.

Farinæ atræ addichem.

Apud Homeri interpretem est Odyss. τ:

ἡ δὲ ἄδδιξ μέτρον τί φασι τετραχοίνικον. h. e. *Erat autem addix mensura quædam, aiunt, quatuor Chœnicum capax.* Sic capax esset semissis Modii Rom.

II. Apud Hesychium est ἄδδιξις, μέτρον τετραχοίνικον, hoc est. *Addixis mensura est quatuor Chœnicum.* Quatuor chœnices sunt medimni Georg. & mensuræ Francofordianæ des schessels, quæ mensuræ pares sunt: pars duodecima. Apud Hesychium, τετραχοίνις pro τετραχοίνικον corrupte legitur, vt arbitror.

AIP II.

Αἰρ ὀξύβαφον apud Hesychium est, hoc est *Air acetabulum est.*

ΑΛΑΒΑΣΤΡΟΝ III.

Ἀλάβαστροι & τρίχαλκον eiusdem sunt Epiphanio capacitatis nimirum dimidii sextarii: ἀλάβαστρον μέτρον ... ὕελινον χωροῦν λίτραν ... τὸ δὲ μέτρον ... ξέστου τὸ ἥμισυ, hoc est *Alabastrum quidem vasculum est vitreum, quod capit dimidiam libram: mensura vero quæ capit dimi-*

dimidiam sextarii partem. De Alabastro peccatricis vide *Luc. 7.* De τρύβλιον supra & infra.

ΑΙΛΙΣ IV.

Α῎ιλις ὀξύβαφον est apud Hesychium, vt idem sit quod αἰρ.

ΑΡΥΣΤΗΡ V.

I. Α᾽ρυστὴρ a verbo ἀρύειν & ἀρύτειν, quod *haurire* significat, deriuatur: vnde apud Aristophanis interpretem est ἀρυστὴρ ἀγγεῖον h. e. vas ad hauriendum idoneum, vt cotyla aut Cyathus, aut Calix.

II. Laurentius Valla apud Herodotum *Histor. 2.* ἀρυστῆρας transfert *sextarios*: quod tamen G. Agricolæ displicet. Si enim prorsus eadem mensura esset cum sextario Romano, eadem voce Græci potius essent usi, quam peregrina ξέστης.

III. Apud Hesychium est: ἀρυστὴρ οἴνου ἀρυστὴρ κοτύλη, h. e. *Aryster*, vini Aryster cotyla.

IV. E Simonide adfertur *apud Athenæum libro decimo*:

ἔδωκεν οὐδ᾽εἰς οὐδ᾽ ἀρυστῆρα τρυγός.

hoc est:

Nemo ne arysterem quidem fecis dedit.

ΑΡΥΤΗΡ VI.

Αρ[illegible]ρ idem esse videtur, quod ἀρυστὴρ, quod ab eodem verbo ἀρύειν deriuetur. A Budæo redditur *cochlear*. *Concha* ex Dioscoride *capite* [illegible]: Ruellius *ligulam*: Marcellus Virgilius *haustrum* transfert: apud Dioscoridem *vas culinarium* esse censetur.

ΑΡΥΣΤΙΧΟΣ VII.

Α᾽ρύστιχον Eustathius κοτύλην interpretatur οἰνοχόην, hoc est, *Cotylam vino fundendo idoneam.*

ΑΡΥΤΑΙΝΑ VIII.

I. Α᾽ρύταινα ab eodem verbo ἀρύειν deducitur: Apud Aristophanis interpretem est χα[illegible] σκεῦος, [illegible] τὸ ἔλαιον ἐγχέουσιν εἰς λύχνον, h. e. *Arytana est aeneum vas, quo oleum in lucernam infundunt*

II. Apud

II. Apud Athenæum est *lib. 10.* ἀρυταίνῃ μάλιστα ἐοικὸς, ὃ δὴ καλοῦμεν χόα, h. e. *Arutenæ maxime similis: quod iam vocamus congium.* Si congii capax est facit sextarios sex Atticos. Hæ quatuor mensuræ omnes ab hauriendo nomen habent, & a verbo ἀρύειν deriuantur.

ΒΑΙΩΝ I.

Βαίων μέτρον παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι, est apud Hesychium h. e. *Bæon mensura est apud Alexandrinos.*

ΒΑΚΑΙΟΝ II.

Βακαῖον μέτρον τί, hoc est, *Bacaium mensura quadam est.* Hesychius.

ΒΑΦΙΟΝ III.

Βάφιον apud Tarentinos est acetabulum, Hesychius

ΒΑΡΒΟΣ IV.

Βαρβὸς Hesychio est *mystrum.*

ΒΙΚΟΣ V.

Βῖκος est Hesychio idem quod ςαμνος de quo supra: Et Eubulus apud Athenæum *lib. 1.* ςαμνάρια & βίκους pro eodem ponit. Eustathio βῖκοι sunt οἰνοδόχα ἀγγεῖα, hoc est, *vinarsa* vasa. A vetere redditur *laguncula Ieremiæ 19.* In hebræo ibi est *bakbuk.*

ΓΑΒΕΝΟΝ I.

Γάβενα ὀξύβαφα ἤτοι τρύβλια Hesychius interpretatur, hoc est *Gabena acetabula aut tryblia.*

ΓΑΒΑΘΟΝ II.

Γάβαθον τρύβλιον, hoc est, *Gabathum tryblium est* Hesychio.

ΓΑΜΒΡΙΟΝ III.

Γάμβριον itidem est *tryblium* Hesychio.

ΓΝΩΜΩΝ IV

Γνώμων apud Epiphanium est mensura pars decima maximæ mensuræ, hoc est, *artabæ*. Est itaque sextariorum septem & quintæ partis. Sed proculdubio textus est deprauatus vt pro γνώμων legendum sit γομὸρ, hoc est. *gomor, omer*, τὸ δέκατον s. *aphæ, essaron*, de quo supra in mensuris hebraicis.

ΔΑΔΙΞ I.

Δάδιξ apud Pollucem *lib. 4.* est mensura ἑξαχοίνικον, hoc est, sex Chœnicum: quæ sunt medimni Geor. pars octaua. Sic est etiam mensuræ Francofordianæ des scheffels pars octaua helt zwo Metzen.

ΔΕΙΝΟΣ II.

Δεῖνος μέγας χωρῶν μετρητὴν apud Athenæum *lib. 11. pag. 230.* hoc est. *Dinus magnus capiens metreten*, De metrete supra *in Atticis.*

ΔΙΗΤΙΑ III.

Διητία ἡμιμέδιμνον apud Hesychium, hoc est. *Dietia semimedimnus est*, de quo supra.

ΔΙΠΤΥΟΝ IV.

Δίπτυον κύπριοι μέτρον· οἱ δὲ τὸ ἡμιμέδιμνον, vt est apud Hesychium, hoc est. *Dipiyum Cyprii mensuram s. vocant: alii vero semimedimnum.*

ΔΡΑΞΑΙ V.

Δράξαι κρατῆσαι, καὶ ξέστου τὸ τέταρτον, est apud Hesychium, hoc est, *Apprehendere est tenere*: & sextarii quarta pars est. De quartario supra *in Atticis*. Porro in Hesychio mendum esse apparet. Apud Epiphanium est. *Draxfarnia*, hoc est, pugillus, &c.

ΕΛΕΝΙΟΣ I.

Ελένιος ἀγγ[illegible] τεταρτῶν apud Hesychium, h. c. *Helenius vas capiens quartarium*. Erit quartarius sextarii quarta pars.

Ελεφας

ΕΛΕΦΑΣ II.

Ἔλεφας Hesychio ῥυτὸν est τρεῖς χόας χωροῦν, hoc est, *Elephas est Rhytum, quod tres congios capit.* Idem Athenæus habet: & reperit Eustathius *in 23. Iliados.* Tres congii faciunt octodecim sextarios græcos. Est itaque Metretæ Attici pars quarta.

ΕΚΤΑΙΟΝ III.

Ἑκταῖον αἱ δέκα κοτύλαι, Hesych. hoc est, Sexta pars seu sextarius decem sunt Cotylæ. Dicitur autem sextapars respectu totius, cuius sexta pars est. Totum itaque & integrum huius erit cotylarum sexaginta; sextariorum Atticorum triginta.

ΕΚΤΑΙΟΙ IV.

Ἑκταίους τοὺς ἐκ χοινίκων ἓξ ἄρτους, Hesychius, h. e. *Sextarios ex senis chœnicibus panes factos.* sex chœnices faciunt sextarios Rom. duodecim: Mensuræ a scapha dictæ pars octaua, zwo Metzen.

ΕΜΒΑΦΙΟΝ V.

Ἐμβάφιον ὀξύβαφον παρὰ Ἱππώνακτι est apud Hesychium, h. e. *Intinctorium est acetabulum apud Hipponactem*

ΕΠΑΜΕΤΡΑΙΟΝ VI.

Ἐπαμέτραιον μέτρον τι παρὰ Κνιδίοις Hesychius, h. e. *Epametraeum mensura quadam est apud Cnidios.*

ΗΜΙΕΚΤΟΝ I.

Ἡμίεκτον τετραχοίνικον apud Hesychium est semisexta pars, quatuor chœnicum, de quo supra *in Mensuris Georgicis.*

ΗΜΙΟΓΔΟΟΝ II.

Ἡμιόγδοον οἱ δύο χοεῖς apud Hesychium, est semioctaua pars, duo congii: qui faciunt sextarios duodecim.

Ἡμιδιον

ΗΜΙΔΩΔΕΚΑΤΟΝ III.

Ἡμιδωδέκατον τὸ ἡμίχουν, Hesychius h. e. *Semiduodecima pars, semicongius.* Est ergo trium sextariorum.

ΗΜΙΚΟΛΛΙΟΝ IV.

Ἡμικόλλιον μέτρον οἴνου· οἱ δὲ ἡμιχοίνικον, apud Hesychium, hoc est, *semicollium mensura est vini*: alii vero semichœnicem s. appellant, Semichœnix est Sextarius Rom. Medimni Georgici est pars nonagesima sexta. Medimnus enim continet Chœnices 48.

ΗΜΙΚΥΠΡΙΟΝ V.

Ἡμικύπριον ἥμισυ μεδίμνου, Hesychius: h. e. *Semicyprium, dimidium medimni est*: Francofordianæ mensuræ, ein halber scheffel. Meminit Iulius Pollux *lib. 4. & 10.* Epiphanio est unius modii capax, Chœnicum quinque sextariorum 25.

ΗΜΙΤΙΟΝ VI.

Ἡμίτιον τετράχουν, Hesychius, hoc est, Hemitium quatuor congiorum est: qui faciunt sextarios 24. Si sextarios intelligis, erit amphoræ Rom. semissis, par vrnæ.

ΙΝΙΟΝ VII.

De *Inio* sic habet Cleopatra: ὁ ξέστης μέτρῳ μὲν ἔχει κοτύλας β'. σταθμῷ δὲ δραχμὰς ρκ'. καλεῖται δὲ παρὰ αἰγυπτίοις ἴνιον, hoc est, *sextarius mensura quidem continet cotylas duas: pondere vero drachmas 120. Vocatur autem apud Ægyptios Inium* Drachmæ 120. faciunt vncias quindecim. Sextarius Atticus pendit olei libram Romanam & tres vncias, qua de re supra.

ΚΑΜΑΡΨΙΣ I.

Κάμαψις μέτρον σιτικὸν τὸ ἡμιμέδιμνον, Αἰολεῖς, apud Hesychium hoc est, *Camarpsis mensura quædam est frumentaria, semimedimnus, Æoles.* Francofordianæ mensuræ est ein halber scheffel.

Κάμαψις

KAMAΣTHΣ II.

Κ[illegible], [illegible] Hefychius, hoc eſt, *Camaſtes* menſura qu[illegible], [illegible] eadem ſcribitur & καμας[illegible].

KANAΣTPON III.

Κ[illegible] [illegible] ον [illegible], Heſychius, hoc eſt, *Can[illegible]* [illegible].

KAΠETIΣ IV.

Κ[illegible], Heſych. hoc eſt, *Capeti[illegible] C[illegible]ix.*

KAMΨAKHΣ V.

[illegible], quod & [illegible] dicitur, [illegible] menſuram quam [illegible] eſſe [illegible] : quod ſit [illegible] capacitatis. Aliis enim eſt ſex[illegible] quatuor, vt Epiphanio: aliis duodecim. Quod eſt *3. Reg.* [illegible] in [illegible], in LXX [illegible], quod ab aliis [illegible] [illegible] *[illegible]* [illegible]. Lecythum tradunt eſſe vaſculum, quo oleum & [illegible] continetur.

KOΦINOΣ VI.

Κόφιν*ϑ* media breui, [illegible] carmine producit, [illegible] *[illegible]ιωτ[illegible], [illegible]φω μετρ[illegible]*, apud Pollucem *lib. 4.* hoc eſt, *C[illegible]* *[illegible] a B[illegible]*. quæ vtraque metitur, nimirum res [illegible] quæ [illegible] [illegible] Strat[illegible] ſubiungitur :

[illegible] [illegible]

[illegible] [illegible]

[illegible] qui [illegible]?

Q[illegible] [illegible] maxime C[illegible]m.

Additur [illegible], *[illegible] τρεῖ[illegible] γ[illegible]*, hoc eſt, *[illegible]* [illegible]. Apud Heſychium eſt: *κόφιν[illegible] μετρ[illegible] γ[illegible]* [illegible] *[illegible] capiens con[illegible]s tres*: qui [illegible] [illegible] A[illegible]ticæ pars eſt quarta.

ΚΙΟΥΡΟΣ VII.

[illegible], [illegible] κόφιν@, μέτρον τι, apud Hesychium [illegible], h. e. *Ciurus salignus Cophinus, mensura quadam* [illegible] textus.

ΚΥΠΡΟΣ IIX.

Κύπρ@, μέτρον σιτηρόν, est apud Hesych. h. e. *Cyprus* [illegible] *frumentaria*. Dicitur & [illegible] apud Pollucem lib. 4. & [illegible]. A [illegible] ibidem. quod Hesychius interpretatur [illegible] dimidium medimni: hinc κύπρον medimnum esse liquet.

II. Epiphanius refert, *Cyprum Ponticum* esse duorum [illegible] rum fructuum aridorum apud Ponticos. Modium vero [illegible] quinque Chœnicem apud eundem esse quinque sextariorum [illegible] Cyprum decem [illegible], sextariorum quinquaginta. [illegible] apud ipsos modium est sextariorum 24. hæc ille.

III. Ἡμικύπριον Epiphanio est unius modii, [illegible] que sextariorum viginti quinque capax.

ΚΥΠΡΙΟΣ ΜΟΔΙΟΣ IX.

Cyprius modius magnus quidem est Ponticus [illegible] viginti quinque sextariorum. Cypriis vero, Cypri [illegible] [illegible] 17. Epiphanius [illegible] esse [illegible] [illegible], que mensura est [illegible], apud Græcos μόδιον [illegible]. Similiter autem & Ægyptii [illegible] vocant. [illegible] Arabes Modia dicunt [illegible] Iosephus [illegible] pag. 413 h. e. [illegible] Quæ [illegible] intelligi [illegible], [illegible] loquitur autem de Siclonis.

ΚΟΛΙΑ X.

[illegible] Hesych. h. e. [illegible] *quadam* [illegible] [illegible] Vide [illegible] [illegible] [illegible].

ΚΟΤΥΛΗ XI.

Galenus lib. 2. [illegible], *secun gen.* facit & ἰφθιμαν κοτύλην, hoc est, [illegible], sed capacitas non exprimitur.

ΚΟΝΔΥ XII.

I. Κόνδυ ποτήριον ἀσιατικόν, [illegible] κοτύλας [illegible], ut est apud Athenæum lib. 11. h. e. *Condy poculum est Asiaticum Menandri [illegible] cotylas capiens decem.*

II. Apud Hesychium est, κόνδυ ποτήριον [illegible], hoc est, [illegible]. Apud Athenæum [illegible] [illegible], h. e. *[illegible] est quidem Persicum*

ΚΥΑΘΙΣ XIII.

Κυαθὶς κοτυλῶδες [illegible]. Athenæus lib. 11. h. e. *cyathus est cotylæ capax vasculum.*

ΚΥΑΘΟΣ XIV.

Κύαθος apud Epiphanium est sexta pars: qua voce redditur hebræum *Menecoth Exod. 37.* v. [illegible]. Constat autem Cyathum non [illegible], sed cotylæ sextam partem esse.

ΚΥΨΕΛΗ

De quo supra.

ΛΑΓΥΝΟΣ I.

I. Λάγυνος & τὸ [illegible], per [illegible] in media syllaba [illegible] [illegible] per [illegible] & inde [illegible] lagena. Apud Athenæum est *lib. 11.* mensura duodecim cotylarum capax, de qua supra in *Amus* s. in *Choe* & in *Batho*.

II. *Lagena Marci 14.* redditur, quod est in græco κεράμιον. Item quod in hebræo est *Nebel* [illegible] aleph qui legitur, 1. *Reg. 16.* [illegible] verbo [illegible]. Item *Iudic.* [illegible] est *Kad* [illegible], quod est *Nebel* [illegible] *Reg.* [illegible] *Esaiæ 30* [illegible] 2. lagena [illegible], cum in hebræo nulla certa sit mensura.

III. Apud

III. Apud Martialem est *lib. 1. Epigram.*

[illegible] Syra defruta lagena.

[illegible] usurpatur pro vase vinario.

IV. *Lagenæ* diminutiuum est *laguncula*: qua [illegible] reddendo hebræam vocem *Aboth Iob 32.* item *bath*, *Esaiæ 5.* [illegible] vas quiescente *Esaiæ 10.* item *Nebel Hierem. 13. & 48.* item [illegible] *rem. 19.* λαγύναρχος apud Hesych., qui vini habet potestatem [illegible] bitur & λαγηνάρχος.

ΛΕΚΟΣ II.

Λέκος, λοκίον, λυκάριον τρύβλιον Hesych. h. e. *Lecus*, *L[illegible] carium tryblium.*

ΛΥΤΡΙΟΝ III.

Λύτριον μέτρον τι, μεθ' [illegible] τὴν [illegible] ἄλευρον ἐπιχέουσι, Hesych. h. e. *Lytrium mensura quædam est, qua farinam in [illegible]*

ΛΕΥΓΗ IV.

Λεύγη μέτρον τι [illegible], Hesych. h. e. *Leuga mensura [illegible] est [illegible].*

ΜΑΘΑΛΙΔΕΣ I.

Μαθαλίδες [illegible] τινα, [illegible], ὡς κύαθοι, Hesych. h. e. *Mathalides pocula quædam [illegible] mensura, [illegible]* Apud Athenæum per duplex λ scribitur [illegible] & dicitur [illegible] vt c[illegible] & aliud [illegible] redditur [illegible], h. e. *calix.*

ΜΑΝΗΣ II.

Μάνην Athenæus *lib. 11.* refert esse [illegible], h. e. *Manen esse fictile amplum [illegible].*

ΜΑΡΙΣ III.

I. Apud Pollucem est *lib. [illegible] cap. [illegible]* [illegible] καὶ μάρις [illegible] μάρις, h. e. [illegible]

[illegible]

II. Apud

II. A[illegible] e[illegible] c. [illegible] idem scribitur μά[illegible] pe[illegible], cum inquit: [illegible] h. c. *Mar[illegible] vero e[illegible] vox cotylarum capax.*

III. Epiphanius [illegible] esse [illegible] apud Ponticos mensuram d[illegible] hydriarum & addit quod [illegible] Ponticus sit sextariorum Alexandrinorum vigint[illegible]: [illegible] decem esse sextariorum ibidem scribit.

IV. Po[illegible] vero [illegible] *Alexandro* μ[illegible] capaciorem facit, cum inquit: [illegible] δεκα[illegible], h. c. *Maris e[illegible] dec[illegible]m [illegible] At[illegible]* [illegible] qui faciunt sextarios [illegible].

V. Ibidem additur Regem Persiæ insumere in singula prandia & [illegible] h. c. *[illegible] quingentas maris.* [illegible] mensuræ [illegible] sextarios 540. [illegible] vero quingentæ maris e[illegible] sextariorum 27[illegible]o. Mensuræ autem [illegible] faciunt vtrobique totidem No[illegible] quidem & [illegible] 540, vini vero [illegible] 2700[illegible]. Vnde, quot [illegible], facile est colligere, [illegible] de[illegible]

ΜΑΡΙΣΤΟΝ IV.

Μαρισ[illegible], est apud Hesychium, h. c. *[illegible]* [illegible] cum mensura [illegible].

ΜΕΔΙΜΝΟΣ V.

Μέδιμν☉ in Cypro variat. Nam S[illegible] quidem, qui sunt Constan[illegible], [illegible] m[illegible] orum quinque capax: Paph[illegible] vero & Soli[illegible] qua[illegible] & dimid[illegible], [illegible] phani[illegible] scribit.

ΜΝΑΣΙΟΝ VI.

[illegible] μ[illegible] τι [illegible] Hesych[illegible] h. c. *Mnasium me[illegible]sura [illegible] duorum medimnorum capax.*

ΜΝΑΣΙΣ VII.

[illegible] apud Epiphanium [illegible] mensura apud C[illegible], & alias gen[illegible] [illegible] capax. [illegible] apud [illegible] quod μ[illegible]

I 3 [illegible]

ΞΕΣΤΗΣ

Ξέστην Alexandrinus apud Epiphanium duarum [illegible] pondus colligit. Est igitur vnciarum ponderalium 24.

ΟΓΔΟΑ.

Ογδόα ἡμιχοίνικον Hesych. h. e. octaua semichœnicis capax [illegible] χοῖνιξ idem.

ΟΙΝΗΡΥΣΙΣ II.

οἰνήρυσις ἀγγεῖον ὡς κοτύλη, Hesych. h. e. Oneryſis vasculum [illegible] cotyla.

OLVATIVM III.

Antistius Labeo *Oluatium* esse ait genus mensuræ, Festus Pompeius.

ORCA IV.

Orcam inter vasa vinaria numerat M. Varro *lib. 1. c. 13. de re rustica*, cum loquitur: *Sæpe ubi conditum nouum mustum, Orcæ, vt in Hispania, feruore musti ruptæ, &c.* Apud Festum Pompeium est: *Orca genus [illegible] marinæ maximum . ad cuius similitudinem vasa ficaria [illegible]*, F[illegible] Vopiscus in [illegible]: *Phago* h. e. vorax [illegible] quidam tempore Aureliani [illegible] plus orca [illegible] traditur. [illegible] Xenophonti οἰνοδ[illegible] ἀγγεῖον, h. e. *vinarium* [illegible]

ΟΥΔΡΑΙΑ V.

[illegible] ἄ[illegible] μετρητοῦ ἥμισυ, Hesych. hoc est, [illegible] *hydriæ mensura quædam, Amphoræ metretæ dimidia pars.* [illegible] dum esse apparet, vt pro [illegible] legendum sit [illegible] abs[illegible] gr[illegible] in prima syllaba. Plutarchus *in Solone* [illegible] *[illegible]orum* velit metretæ dimidia pars. M[illegible] [illegible], de quo in [illegible].

ΠΑΝΤΑΝΑ I.

Πάντανα [illegible] Hesych. [illegible] [illegible] ab [illegible] b[illegible] τάτανα.

ΠΕΛΛΑΝΗ II.

[illegible]

ΠΗΡΑ III.

[illegible] hoc est, *Pera est mensura* [illegible].

ΠΟΤΗΡ IV.

Ποτὴρ [illegible], Hesychius hoc est, *poter mensura quædam est.*

ΠΡΟΧΟΟΣ V.

[illegible] Hesych. h. e. *Prochus sextarium mensura est.*

PYTON.

[illegible] h. e. *tres congios,* h. e. [illegible] *in 23. Iliad.* [illegible] Est [illegible], quod duos congios capit, [illegible] autem.

QVADRANS.

Est [illegible] *l. 3. c. 15.* cum de [illegible] hastile.

ΣΜΠΕΤΣ

Συ [illegible] *Leg.*

TPYBAION I.

Τρύβλιον [illegible], Hesych. h. e. *Tryblium est acetarium* [illegible]. Epiphanio capit dimidium sextarii. C[illegible] *12.* [illegible] *Tryblium* [illegible], *capiens ferme* [illegible]. Tryblionecta [illegible].

ΤΩΠΙΝ II.

[illegible] Hesych. h. e. *Topin mensura est* [illegible].

TPIOΓΔON.

[illegible] Hesych. h. e. *Triogdon mensura quædam est apud* [illegible].

ΥΔΡΙΑ.

D[illegible] vide paulo ante in [illegible]: & in *dissertatione* [illegible] *drii*s l[illegible]. 2.

ΧΥΤΡΙΔΙΟΝ.

χυτρίδιον μέτρον τι, Hesych. h. c. *C[illegible]tridium seu* [illegible] *quædam est.*

DE

MENSVRIS GERMANICIS ET POTISS. MARCHICIS ADMONITIO.

CAP. XVI.

VEterum mensurarum [illegible] explicatio & exacta collatio [illegible] [illegible] fortassis [illegible] esset [illegible] modo cum [illegible]bus Germanicis & pot[illegible] Mar[illegible] hodie in vsu sunt, accurate conferrentur. Quam [illegible] meo Opere dedi operam, vt in gratiam eorum, qui [illegible] [illegible] sunt, [illegible] ex certis fundamentis [illegible] [illegible] mensuris [illegible] [illegible] qui [illegible] leguat ad veterum [illegible] [illegible] repetur, & [illegible] expe[illegible] [illegible]. Quare [illegible] id [illegible] dabo.

DE MENSVRIS GERMANICIS ET MARCHICIS LIQVORVM.

I.

Ac primum [illegible] Pag.[illegible], de N[illegible] March. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Quod [illegible] [illegible] [illegible]

vrbici 120. vel quartæ 192. tonnam Francofordianam & Bernauianam complent. Et Nossella quidem, vt & sextarius Rom. capax est vnciarum Rom. mensuralium 20. Quarta vero mensura cereuisiaria 40. vncias continet. Hæ autem mensuræ intelligendæ sunt de illis mensuris, quæ propter exactionem cereuisiariam ante aliquot annos propemodum adhuc hominum memoria in nostra Marchia accisæ ac diminutæ sunt. Quod autem asseritur 24. *stufas*, ſtübichen/ & 96. *quartas* 192. Nossellas tonnam complere: id non de his accisis ac diminutis mensuris, sed de antiquis illis capacioribus integris, quarum ἀρχέτυπα in curiis asseruantur, intelligi debet. Si quis inter has mensuras discrimen cognoscere desiderat, sic agat: primum multiplicet 220. qui est numerus Nossellarum in Tonna, per 20, quot vncias Nossella capit: inde exibunt vnciæ 4400. quas rursus diuidat per 192. quot Nossellæ antiquæ Tonnæ tribuuntur: in diuisorio erunt 22. vnciæ cum $\frac{175}{192}$: seu quod idem est cum $\frac{11}{12}$. partibus; deest pars 12, vt sint tres integræ vnciæ. Huius capacitatis Nossella esse deberet: si 192. Nossellæ tonnam complerent. Vel eundem numerum 4400. cum quarta hic sit vnciarum 40, diuide per 96, in diuisorio habebis 45. vncias cum $\frac{80}{96}$. seu, quod idem est, cum $\frac{5}{6}$. quinque sextis partibus: Esset ergo mensura illa antiqua, quarta dicta, capacior quinque vnciis cum 5. sextis partibus: & deest solum vna sexta pars, vt sint sex vnciæ integræ, h. e. selibra Rom. Huius capacitatis esse deberet antiqua illa mensura, quæ in curia asseruatur. Sic enim 96. quarta, & 192. Nossellæ tonnam implerent: & Tonna contineret 24. stufas ſtübichen. Sed mensura antiqua Francofordiana, quæ in curia asseruatur, vix vltra duas vncias est capacior, quam est accisa ac diminuta. Sic & *Lipsica mensura* non est capacior. Audio hoc consilium fuisse eorum, qui exactionis cereuisiariæ fuerunt autores & ministri, vt mensuræ accisio & diminutio illam exactionem exæquaret. Et hac ratione ciues quidem qui cereuisiam coquunt & vendunt, nihil damni facerent: qui vero emunt & bibunt solum nonnihil defraudarentur. Exactio illa cereuisiaria initio fuit, ni fallor, 8. grossi. Marchicorum. Hanc exactionem propemodum exæquat illa mensuræ diminutio, aut etiam nonnihil exuperat. Nam quarta antiqua amplius octaua parte quam mensura diminuta capacior est. Tonna quidem cereuisiæ tum initio empta est grossis Marchicis duo-

danis, sæpe etiam minoris quarta vero vendita nummulo [illegible] io. Tanta, tum fuit cereuisiæ vilitas. Hæc de mensura illa antiqua cereuisiaria, & de noua & diminuta dicta sint.

Porro præter mensuras Marchicas iam dictas liquorum, aliquot alias collegi ex aliis ditionibus & oppidis: quarum capacitatem hic obiter indicabo.

I.

Vratislaniana mensura & cereuisaria & vinaria maior mihi ab amico missa, capit sextarium Rom. & præterea quinque vncias quæ faciunt sextarii Rom. quartarium. Altera *minor Vratislauiana* capit vncias 15.

II.

Mensura Glaciana, ex Comitatu Glacensi missa capit sextarium Rom. vrbicum & præterea tres vncias.

III.

Stargardiana ex Pomerania certa ac stata mensura cereuisiaria & vinaria capax est sextarii Rom. vrbici & præterea sex vnciarum, quæ est selibra Rom.

IV.

Stetiniana fere vncia capacior est superiore. Sed apparet hanc varietatem accidere ex adæquatione.

V.

Crosnæ in Silesia habent in publico cellario mensuram vinariam & cereuisiariam, quæ capax est vnciarum 18. quæ est capacitas [illegible] græci cum semisse. Ibidem altera mensura est, quæ [illegible] tur, ea capit 12. vncias, quæ est capacitas libræ Rom.

VI.

De *Luneburgica mensura* vinaria dixi ante *pag. 55. 56.* Hac [illegible] neque que sunt patriæ mensuræ liquorum & cereuisiarias [illegible] explorare potest: & cum antiquis conferre non adeo [illegible]

DE

DE MENSVRIS RERVM ARIDARVM MARCHICIS.

II.

Caput de *Mensuris Georgius* [illegible], vt de March. Modiis & aliis mensuris rerum aridarum aliquid dicam. Modios hosce March. [illegible] pares esse [illegible] medimno Georg. mensuræ antiquæ: quæ olim in Græcia fuit in usu; vt mea explicatio perspicue demonstrabit.

I. *Modius Francofurdianus* hic ad Oderam, qui asseruatur in Curia in Saxo molari excisus, frumenti plenus, suo ambitu & capacitate amphoram Rom. seu quadrantal bis capit, eamque bis explet, vt ex emensione exacta perspicitur. Huius modii diameter quidem est vnciarum pedis Rom. 23. cum triente: & continet pedem Rom. integrum cum deunce & triente: vt in [illegible] fiat vnciæ pedis Rom. viginti tres & vnciæ triens: profunditas vero eiusdem Modii est vnciarum octo.

II. *Modius Steindalianus* habet diametrum vnciarum 23. cum trib. quartis vnciæ h.e. cum dodrante vnciæ: profunditatem vnciarum octo. Superat ergo illum hic modius Francofurdianus sua capacitate triente vnciæ: Quot vero sextariis Rom. minor sit, emensio indicaret.

III. *Modius Brandeb.* habet diametrum vnciarum 22. cum tribus quartis, profunditatem vnciarum octo cum semisse. Quot vero que sextariis Rom. & hic capacior sit itidem ex [illegible] deprehendetur.

IV. *Modius Berolinensis* habet profunditatem quidem octo vnciarum pedis Rom. diametrum vero vnciarum viginti duarum cum semisse. Hanc autem diuersitatem aliquo modo nasci probabile est, ex [illegible] modios.

DE RATIONE MODIOS ÆQVANDI, wie dieselbige geeichet werden.

III.

In curiis cuiuslibet oppidi celebrioris: & in Pallatiis Principum fere seruantur Mensuræ rerum tam liquidarum quam aridarum & pondera: ad quæ a subditis adæquantur, si qui opus habent, vt allatum est supra *pag.26. &c.* idque eo consilio prudenter constitutum est, ne mensuræ & pondera deprauentur ac corrumpantur. Hic magna cura est adhibenda, vt iusta fiat adæquatio ad archetypum: vt adæquata mensura, μέτρῳ prototypo respondeat. Si enim paulo largius æquaretur, id fieret in gratiam quidem & fauorem ementis: in fraudem vero vendentis. Constat raro ita Modios ad archetypum adæquari, vt exacte respondeant, præsertim in tanta mensura. Sin vero parcius fieret hæc exæquatio, vt incommodum venditores caderet, ita emptor defraudaretur, qui minus iusto acciperet. Audio vulgo susurrari, hanc largiorem æquationem ad ἀρχέτυπον seu πρωτ[illegible], quod in publico fere asseruatur, alicubi fieri vel sentiente & approbante magistratu: vel saltem dissimulante & ad id conniuente. Quorum vtrumque est iniquum contra ius & diuinum & humanum. Cum enim magistratus custos sit legum & diuinarum & humanarum; minimæ decet, vt hac in re sit negligens, ac sua culpa diuinam vindictam sibi accersat. Hoc autem certo constat, de quo etiam multi sæpe queruntur: ciues quosdam domi habere duplicia μέτρα, h. e. mensuras & pondera, maiora & minora. Maiorib. quidem vtuntur in emendo immetiendo; minoribus vero in vendendo emetiendo: vtrumque est iniquum. Duplici enim nomine isti [illegible] proximum defraudant: & quod minori mensura in venditione vtuntur, & quod pretium annonæ intendunt: & hac ratione [illegible] in [illegible] lant, vt *Plin. loquitur*: quod Vl[illegible] vocat *annonam vexare & [illegible]* Varroni [illegible] *annonam incendere & exanimafacere.* Con[illegible] autem [illegible] vt [illegible] *Prouerb. 11.* cum [illegible]

Qui abscondit frumenta, [illegible] Benedictio autem super caput vendentium.

LIBRI I. FINIS

LIBER II.

QVI EST

DE

PONDERIBVS,

VETERIBVS ROMANIS, GRÆCIS, HEBRAICIS ET EXTERNIS.

MATTHÆO HOSTO,

AVTORE.

De Pondere Rerum.

CAP. I.

I.

M*Ensuræ* propemodum omnes rerum, tam liquidarum quam aridarum, quæ quidem apud veteres autores, & sacros & profanos, in tribus præcipuis linguis, s. latina, græca & hebræa extant, diligenter hactenus enumeratæ & perspicue, ut spero, declaratæ sunt. Iam vero eodem modo & *pondera*, veteribus usitata, quorum in veterum monumentis mentio fit, pari diligentia, G. Agricolam ducem potiss. secuti, explicabimus.

II. Sed antequam ad horum explicationem accedam, de *rerum ponderalium differentia* quædam ex probatis autoribus præmittenda esse, operæ precium duco. Sunt enim res quædam *fluidæ*, ut sunt liquores, oleum, aqua, vinum, mel lac, acetum, &c. Quædam *minutæ & discretæ*, quas accumulare consueuimus: ut sunt frumenta, semina, legumina, aromata, fructus, &c: has res potiss. mensura metimur. Sunt præterea σώματα στέρεα, h. e. *corpora solida, grauia & continua*, quæ vsitate appenduntur: vt sunt metalla & metallica omnia, lapides & saxa, ligna, cera, butyrum, sebum, &c.

III. Sed & rerum fluxarum & discretarum non solum [illegible] est, *molem*, mensura metimur: sed & βάρος, hoc est, *grauitatem* earundem pondere exploramus.

IV. In hunc itaque usum & pondera excogitata sunt. Nam aliæ res aliis rebus vel leuitate cedunt, vel alias res grauitate & pondere superant, vt experientia re ipsa certo demonstrat, & Galenus, grauis autor, testatur. Is enim tres liquores præcipuos s. *oleum, vinum* & *mel*, inter se comparat.

V. Ac *oleum* quidem intelligit oleagineum natiuum, [illegible] cæ omnisque alienæ materiæ expers; *vinum* vero fuluum, quod [illegible] cis [illegible] dicitur: Rubrum enim vinum vel nigrum grauius est, cum sit crassius. Eodem modo *mel* intelligit purum, e fauo destillans: despumatum enim mel grauius esse censetur.

VI. Qua de re hæc sunt verba Galeni & Pauli Æginetæ: Ac mel quidem vino grauius est quarta parte & prætera decima: quod tertiæ propinquum est. Eadem n. mellis quantitas [illegible] totum vini pondus continet & præterea tertiam ejus partem. Oleo vero mel dimidia parte grauius est. Totum n. olei [illegible], & præterea ejus dimidium continet. Sed vinum nona parte oleum superat: totum n. ipsum continet, & nonam ejus partem.

VII. Sic & ignotus quidam Græcus ait, *vinum [illegible] oleum nona parte: totum n. id continet & nonam ejus partem.* [illegible] Dioscorides cotylam olei quidem [illegible], vini vero [illegible] pendere asserit: quod est nona parte grauius esse.

VIII. Idem ex [illegible] constat: qui sextarium olei quidem vncias [illegible] [illegible] pendere a [illegible]; quod itidem nona parte grauius est. Aqua pura, potiss. [illegible]

[illegible]

quippe materiæ terrenæ expers, vino pondere par esse censetur: alioqui aqua ab aqua pondere valde variat. Rhemnii enim hac de re versus sunt:

Illud præterea tecum cohibere memento:
Nam libræ ut memorant, bessem sextarius addet.
Seu puros pendas latices seu dona Lyæi:
Addunt semissem libræ liuentes oliui:
Selibramque ferunt mellis superesse bilibri.
Hæc tamen assensu facili sunt credita nobis.
Namque nec errantes undis labentibus amnes:
Nec mergis [illegible] lacus, aut fonte perenni
Manantes, par pondus habent: non denique vina
Quæ campi aut colles, nuperue aut ante tulerunt.
Hæc ille.

IX. Porro vinum, quod ex liquidis vel vini vel cereuisiæ fecibus excoquitur, Gebranter Wein / vel oleo ipso leuius esse cognoscitur: quemadmodum & aliæ destillatitiæ aquæ, quæ cæteris aquis sunt leuiores. Qua de re consule Dialogum Nicolai Cusani *de staticis experimentis*, qui Vitruuio additus est. *Argentum viuum liquidorum* grauiss. est, vt constat e Vitru. *lib. 7. c. 8.*

X. Appenduntur & aliæ res minutæ ac discretæ vt sunt frumenta, legumina, semina, fructus, aromata, &c. vt, quantum inter se leuitate & grauitate distant, exploretur.

XI. Horum autem omnium incertum pondus esse, quidam Græcus testatur: τούτων δὲ τὸν σταθμὸν εἰπεῖν οὐκ εὔκολον. ὅτι τῶν ξηρῶν οὐσιῶν ἄπειρός ἐστιν ἡ κατὰ τὴν ῥοπὴν διαφορὰ κατὰ τῆς ἰατρικῆς τέχνης διδασκαλίαν, &c. hoc est, *Sed horum pondus dicere non est facile: quoniam aridarum rerum infinita est, quo ad momentum, diuersitas, secundum medicæ artis doctrinam.*

XII. E frumentis *triticum* vt bonitate, ita & pondere est præcipuum. Sed ne hoc quidem vnius est ponderis: quod Plin. testatur *lib 18 cap. 7.* cum inquit: *Tritici genera plura, quæ fecere gentes. Italico nullum equidem comparauerim candore & pondere: quo maxime decernitur.* Et mox subiungit: *Nunc ex iis generibus, quæ Romam inuehuntur, leuissimum est Gallicum: atque e Chersoneso aduectum: quippe non excedunt in modium vicenas libras, si quis granum ipsum ponderet:*

Adiicit

Adiicit Sardum sex libras : (Sic enim legit pro selibras G. Agricola) *Alexandrinum & trientes :* hoc est & Siculi pondus : Libræ 20. Romanæ 12. vnciarum faciunt libras Zygostaticas 15, vnciarum 16.

XIII. *Ibidem* mox Plin. & farris pondus explicat : *In Transpadana*, inquit, *Italia scio vicenas quinas libras farris modios pendere : circa Clusium & senas* : hæc Plinius. Libræ Rom. 25. faciunt libras Zygostaticas 17. cum vncia : sed libræ Rom. 26. faciunt libras Zygostaticas 17. cum 13. vnciis.

XIV. Eodem modo & alia frumenta frumentis, legumina leguminibus, semina seminibus, vt hordeum hordeo, auenam auenæ, pisum piso, milium milio, pondere vel cedere vel præstare deprehendet is, qui hæc appendere voluerit. Quæ obseruasse multum referre censendum est.

XV. Iabolenus ait, *l. 7. ff. de tritico legato* : LVCIO TITIO TRITICI MODIOS CENTVM, QVI SINGVLI PONDO CENTVM PENDEANT, HÆRES DATO. *O filius nihil legatum esse, quod etiam Labeo probat : quoniam ejusmodi triticum in rerum natura non esset : quod verum puto.* Hæc ille. Colligit enim Iureconsultus ex iusta mensura & pondere tritici : Nullum triticum esse tanti ponderis, vt modius pendat centum pondo.

XVI. Qua de re plura habet Georgius Agricola *in 3. lib. de Mensuris & ponderibus : qui est de pondere rerum.*

DE
PONDERE QVID SIT, ET
DE EIVSDEM DIVISIONE.

CAP. II.

I.

Μέτρον commune vocabulum esse, vt etiam pondera suo ambitu complectatur, ex Aristotele demonstratum est antea. Est itaque pondus μέτρον, h. e. *mensura*, quæ certa massa solida, quippe vel metallica, vel lapidea, &c. constat, communi consensu populi gentisve, vel legitimi magistratus decreto [illegible] constituta est, ad rerum [illegible], h. e. grauitatem [illegible] : vt [illegible] in rerum communicatione cauea-

caueatur: ne ſimpliciores a callidioribus in contractibus circumueniantur.

II. Paulus Ægineta breuius ſic definit: *ὁ σταθμὸς βάρει μετρούμενος κρίνεται*, h. e. *Pondus grauitate, dum examinatur, iudicatur.* Quæ definitio ſumpta eſt ex cauſſis, officio & fine. Qua de re M. Vitruuius *lib. 9. c. 1.* quoque monet, cum inquit: *Trutinarum vero librarumque ponderib. examinatio reperta vindicat ab iniquitate iuſtis moribus vitam.*

III. Pondus Græcis eſt *σταθμὸς*, item *σταθμίον*: Hebræis eſt *Miskal*, a verbo *Sakal*, quod *ponderauit* ſeu *librauit* ſignificat. Dicitur quoque eiſdem *Eben*, h. e. *lapis*, a materia, *Leuit. 19. Deut. 25. 2. Reg. 13. Prouerb. 20.*

IV. Sic & hodie *lapis* in ſtaticis a materia certum pondus eſt: nimirum triplex, *minimus, medius* & *maximus*. Ac *minimus* quidem libras Zygoſtaticas, ſedecim vnciarum, vndecim continet: *Medius* vero duplo maior eſt, librarum 22: At *maximus* lapis complectitur libras centum & decem hic Francofordiæ ad Oderam: nihilominus tamen *καταχρηστικῶς centenarius* dicitur, ac ſi centum tantum, vt alibi, libras contineret, a numero librarum Zygoſtaticarum.

Porro ut lapis minimus centenarii decima pars eſt: ita medius ejusdem quinta pars exiſtit. Sed hic lapis paſſim plurimum variat, vt libelli, hac de re in vulgus editi abunde teſtantur.

VI. *Pondera* variis modis dividuntur. Primum enim ratione *magnitudinis* ſeu quantitatis, ex Relatione, pondera alia ſunt maiora alia minora.

VII. Libra Rom. quemadmodum inter maiora pondera minimum pondus eſt, ita inter minora eſt maximum.

VIII. Deinde *ab artificibus* & vtentibus pondera alia ſunt *medica*, quippe Medicis vſitata: alia *ἱπποϊάτρικα*, quibus veterinarii, *κτηνιατροὶ*, h. e. veterinorum medici vtuntur.

IX. Pondera alia ſunt *æqua*, alia *iniqua*, *l. 18. ff. de dolo malo.* De hac diuiſione conſule *caput 1. de Menſuris.*

X. Adhæc a nationibus & populis, vbi in vſu fuerunt, pondera alia ſunt *Romana*, alia *Græca*, alia *Hebraica*, alia *externa* vtpote exterarum gentium.

X XI. *Exter-*

XI. *Externa* pondera ſunt rurſus alia *Ægyptia*, alia *Syria*, alia *Arabica*, &c. Hæc enim pondera apud præcipuos autores veteres celebrantur.

XII. Diuiſiones alias hic omitto, & peti poſſunt ex *capite ſecundo de Menſuris*, quod eſt de vocis μέτρυ definitione & diuiſione.

DE
STATERA EIVSQVE PARTIBVS.
CAPVT III.

I.

STatera eſt inſtrumentum illud, quo ponderandi ſeu librandi munus peragitur, Die Wage: & dicitur a verbo ἱςάναι, quod *ponderare* & *librare* ſignificat, præter alia eius ſignificata. *Libra* dicitur Ciceroni & aliis.

II. Nicolaus Cuſanus ſtateram iuſtitiæ trutinam vocat: quæ definitio κατ' ἔπαινον de eius officio & fine ſeu effectu nos monet.

III. Dicitur quoque libra, præterquam quod hæc & menſuram & pondus ſignificat.

IV. Stateræ ſeu libræ ſunt aliquot partes: quarum prima eſt *trabs* illa tranſuerſa, a qua lances vtrinque dependent: quod a Feſto Pompeio *libribs* & *ſcapus* vocatur. Græcis dicitur quoque ζυγὸς apud Ariſtot.

V. Deinde ſunt *lances*: nimirum duo illa vaſa ſeu tabellæ: in quarum vna quidem pondus, in altera vero res appendenda imponitur. Ab his lancibus libra *bilanx* dicitur.

VI. Has lances græci vocant πλάστιγγες: Homerus Iliad. θ, τάλαντα nominat, ἀπὸ τοῦ βάρος τλῆναι, hoc eſt, *ab eo quod pondus ſuſtineant*.

VII. Ab hebræis dicuntur *Mozene*: nimirum a ſimilitudine aurium: quod duæ lances ſint veluti duæ aures.

VIII. Tertia eſt *Trutina* quæ τρυτάνη παρὰ τὸ τρύειν τῷ βάρηματι: quod pondere atteratur, Vitruuius.

XI. Eadem trutina dicitur *lingua* ſeu *ligula* a ſimilitudine mem-

membri : nimirum libræ, ſupra iugum in alterutram partem vergentis index.

X. *Examen* quoque alias dicitur & *κανών*.

XI. *Anſa* eſt, in qua examen verſatur, λαβὴ, die Lade.

XII. Trutina Cornuto eſt foramen illud, intra quod eſt lingua bilancis : eſt ϛαχάνη.

XIII. *Trutinam Campanam* vocant, vt eſt apud Iſidorum, quæ conſtat ſcapo, punctis librarum diſcrimina notantibus diſtincto, Unzel Gewicht. Æquipondium & *σήκωμα* vocatur ponduſculum, quod appenditur.

XIV. Hæ partes per vſitatam *συνεκδοχὴν* ſæpe pro tota libra ſeu ſtatera vſu autorum vſurpantur.

XV. De trutina eſt exemplum Catonis *c.13. de Re Ruſtica*, eamque inſtrumento ruſtico adnumerat.

XVI. De *iugo* eſt Symbolum Pythagoræ, quod eſt : *μὴ ζυγὸν ὑπερβαίνειν*, hoc eſt, *ne iugum tranſilias* : quod Eraſm. *in Chiliadibus* annotauit.

XVII. A ϛαχάνη natum eſt prouerbium : *ϛαχάνης δικαιότερος*, hoc eſt, *Trutina ſeu ſtatera iuſtior*.

XVIII. A libra eſt Vitruuio *æquilibrium* pro exacta æquitate, quod Feſtus Pompeius *æquamentum*, Plinius *libramentum* vocat, Polluci eſt *ἰσοϛάσιον*, cum neutro inclinat examen.

XIX. A lance eſt, *Æqua lance* : quod eſt pari iure, citra perſonarum reſpectum. Plin. *lib.7. c.7. Is demum profecto vitam æqua lance penſitabit*, &c. Modeſtinus Iureconſultus *l. 20. ff. de re Iud. Quod & in perſona mulieris æqua lance ſeruari, æquitatis ratio ſuggerit.* Item : *Vna eademque lance trutinari*, *eſt* apud Iuſtinianum, *C de naturalib. liberis* : pro pari iure æſtimare ac decidere.

XX. De *Critolai libra* eſt apud Cicer. *lib.5. Tuſcul.* Quæſt. de qua conſule Budæum *in pandectas*.

XXI. *ῥοπὴ ζυγοῦ Eſaiæ 40.* eſt lancis & ſtateræ huc illuc inclinantis momentum : a verbo *ῥέπειν*, quod eſt *vergere, propendere, declinare*.

XXII. Porro ars ipſa ponderandi dicitur *ϛατική*, apud Platonem in *Philebo & Charmide* : quod Iulius Pollux repetit, a verbo *ἱϛάναι*, quod eſt *ponderare*.

XXIII. Herodotus *historia secunda de Ægyptiis* loquens ait: ἱστᾶσι σταθμῷ πρὸς ἀργύρεον τὰς τρίχας. h. e. *ponderant libra ad argentum pilos.*

XXIV. *Stateras adulterinas*, annonam onerantes, Traianus pœna legis Corneliæ coercuit, *l. 6. ff. extraord. crim.*

DE
PONDERIBVS ROMANIS.
CAP. IV.

PONDERA *Romana*, quibus rerum grauitatem explorant, ideo primo loco explicanda sunt, quod horum notitia ad aliarum nationum & populorum pondera rectius intelligenda & explicanda nonnihil lucis allatura esse videantur: præsertim cum Medici Græci hisce Romanis ponderibus frequenter vtantur, ut ex eorum scriptis apparet.

LIBRA ROMANA EIVSQVE PARTES.

I.

Libra eiusque partes, præterque quod mensuris & liquidarum & aridarum rerum a Romanis adnumerantur, vt libro superiore explicuimus, sunt quoque pondera. Vnde a Galeno coniungi solet, λίτρα σταθμική, h. e. *libra ponderalis*: item λίτρα σταθμῷ, hoc est, *libra pondere vel pondo.*

II. Eadem libra dicitur quoque *pondo* voce indeclinabili: cuius vocis duplex vsus est: Primum enim *est species*, & idem significat, quod *libra*: cum solum sine adiectione alterius ponderis ponitur: cuius rei multa exempla in veteribus auctoribus, vt Liuio, Plinio, Corn. Celso, Scribonio Largo, & aliis extant. Vnde est illud Fabii Quintiliani *lib. 1. Duapondo, trepondo* coniunctim, vt vna sit dictio: item diuisim, *pondo dua, pondo tria*, apud Scribonium Largum *Comp. XLV. LXXXII. & CCLXVI.*

III. Hæc libra & pondo, vt as in 12. vncias diuiditur, easque continet, vt ex Volusio Mætiano abunde constat. Idem quoque Galenus ipse testatur, cum inquit: ἡ λίτρα ἔχει το ιβ', h. e. *Libra habet vncias duodecim.* Intelligitur λίτρα Attica.

IV. De-

IV. Deinde *pondo* vt genus quoque in vsu est, pro quouis pondere, cum libræ & ejus partibus, aliisque ponderibus adiicitur. Tunc enim hoc vocabulo idem significatur, quod græca voce σταθμῷ & ὁλκῇ, h.e. pondere.

V. Additur autem pondo libræ, eiusque partibus, cum pondera sunt, differentiæ gratia, vt eadem a libra ejusque partibus, cum mensuræ sunt, distinguantur.

VI. In voce *pondo* fœde lapsus est Perottus, affirmans pondo proprie significare pondus 12. librarum. Quem errorem Budæus primus obseruauit *lib. 2. de Asse*: repetit G. Agricola.

VII. Eædem quoque sunt partium libræ ponderalium appellationes, quæ sunt mensuralium. Hæ partes libræ & ipsa pondera sunt.

VIII. Diuiditur autem *libra* in partes partim *æquales*, partim *inæquales*. Libræ partes æquales sunt, quæ illam in æquales partes diuidunt, vt sunt *vnciæ duodecim*, *sescunces* seu *sescunciæ* octo, *sextantes* sex, *quadrantes* quatuor, *trientes* tres, *semisses* seu sexcunces duo.

IX. Partes vero *inæquales sunt*, quæ eandem in partes inæquales distribuunt: vt sunt *vncia* & *deunx*, *sextans* & *dextans*, seu *decunx*, *quadrans* & *dodrans*, *triens* & bes, quincunx & septunx.

X. Has partes plene enumerat, & perspicue interpretatur Volusius Mætianus, & Varro *lib. 4. de lingua latina*, & Beda Presbyter *lib. de natura rerum, c. 4*: Vnde G. Agricola *lib. de Ponderib. Romanis* repetit.

XI. Ex his libræ partibus Aurifabri besse octo vnciarum, vt suo peculiari pondere, vtuntur, & vsitato nomine *Marcam* appellant: quæ libræ Zygostaticæ sedecim vnciarum, cuius hodie in Repub. vulgo vsus maximus est, semissis existit.

XII. Hisce partibus omnibus, cum pondera sunt, vox pondo æque atque libræ ipsi usu autorum veterum addi solet: cuius rei multa passim exempla extant.

XIII. Pondo libra ammoniaci est apud Scribonium Largum *Compos. CCLXVI.* & alias sæpe: Veronicæ tusæ pondo libra, est apud Plin. *lib. 26. c. 7*: Apud Columellam est *lib. 12*: *Ad præcictum autem mocum musti adiici debent hi odores, myrrhæ quincunx, calami pondo libra, casiæ selibra, amomi pondo quadrans, croci quincunx.*

XIV. Pondo semis galbani, apud Scribonium Largum *Comp. CCLXVI.* Selibra farris, quæ idem est quod semis, est apud Liuium *lib. 5. ab V. C. in Histor. Manlii*: Ceroti eloti selibram habet Cor. Celsus *lib. 5. cap. 18*: Et thuris piperisque tres selibræ apud Mart: *lib. 1. Epigram.*

XV. Pondo dextans olei veteris, apud eundem Scrib. Largum *compositione CCIII.*

XVI. Pondo bes æruginis rasæ, apud Cor. Celsum *lib 5. c. 19.*

XVII. Pondo quincunx & triens cribratæ iris, apud eundem Corn. Celsum. *lib. 12. c. 28.*

XVIII. Fici aridæ pondo quadrantem habet Colum. *lib. 12. c 5.* Quadrans resinæ terebinthinæ est apud Corn. Celsum. Quadrans radicis tusæ apud Plin. *lib. 27. c. 8*: axungiæ apud eundem *lib. 28. c. 9.* Serpylli pondo quadrans: rosæ aridæ pondo quadrans, est apud Scribonium Largum *Comp. 1.* Vncias tres resinæ siccæ tritæ habet Palad, *lib. 11. tit. 14.* glycyrricæ vnciæ tres, & ibidem.

XIX. Triens pondo æruginis rasæ, Scribo. Largus.

XX. Sextans myrrhæ, galbani, aloes, *comp. CCVI.* apud Scribonium Largum: Crocomagmatis pondo sextans, apud eundem. *Comp. IIII.* Mentæ sextans apud Plinium *lib. 26. c. 11.* Item resinæ terebinthinæ sextans apud eundem Plin. *lib. 28. c. 14.* Sulphuris *lib 23. c. 1.*

XXI. Pondo sescuncia olei Cyprii apud Scrib. Largum *Comp. CCX.*

XXII. Vncia eboris apud Iuuenalem *Satyra 6.* Meliloti vncia vna apud Pallad. *lib. 11. tit. 14.*

XXIII. Plura exempla de libra eiusque partibus ponderalibus assidua lectio Plinii, Galeni, Corn. Celsi, Scribonii Largi & aliorum autorum veterum, potiss medicorum suppeditabit.

XXIV. Adhæc pondo nummis quoque vsitate adiici solet: præsertim cum pro ponderibus sumuntur: non quidem differentiæ gratia, cum pondere certo nummi cudantur: Sed vsu potius veterum autorum recepto. Sic dicit vrdenarius pondo, obolus pondo, drachma pondo.

AS, PONDO.

XXV. A libra pondo est dupondius assis apud Plinium *lib. 33. cap. 3.* a duobus ponderibus : quod vnum pondo *assipondium* dicebatur.

XXVI. Et *as* seu *assis* pro libra & pondo vsurpatur : easdem quoque habent appellationes & partes.

XXVII. Iustinianus Imperator *in Præfatione Pandectarum* noluit adolescentes, legum studiosos, vetere, non minus ridiculo, quam friuolo cognomine nuncupari, *Dupondios* : Sed *Iustinianeos*, nouo.

XXVIII. Porro ut ex libra multiplicata pondera majora nascuntur : ita ex eadem, in partes distributa, minora, quæ eiusdem partes sunt, eueniunt.

XXIX. Pondera, quæ libra maiora sunt, partim discreta, partim indiscreta fuisse, ex Catone *c. 13. de Re Rust.* constat, cum inquit : *Centumpondium incertum vnum, & pondera certa.* Per Centumpondium intelligit centena pondo. Sic enim veteres solitos dicere, testatur & Festus Pompeius. *Centumpondo* est apud Plautum, *Asinaria* : *Corona aurea pondo ducentûm.* Nonius Marcellus, ex *Varrone.* Quod Cato addit, incertum, intelligit, quod fuerit vnius massæ, non diuisum.

XXX. Pondera vero certa vocat alia, in quæ centena pondo erant diuisa. Nam veteres certas ponderum seu librarum massas, vel lapideas vel metallicas, habuisse, vox μολυβδὶς σταθμίον τι ἑπταμναῖον, h. e. *Molybdis pondus quoddam est septem minarum.* Aliis vero etiam dicitur μολβὶς κατὰ συγκοπήν.

XXXI. Apud Vitruuium est *lib. 7. c. 8.* Lapidis centenarii pondus : quod a centum pondo, quæ libræ sunt, sic dicitur.

XXXII. A *libra* est *libralis*, vnde *librales offæ* ; apud Columellam *lib 6. c. 2.* libralia pyra, & librale pondus, apud Plin. quippe ponderis libræ : *Bilibris mullus* piscis, apud Martialem *lib. 5* : *bilibres offa*, apud Plin. *lib. 18. c. 11.* *Testiculi bilibres*, Iuuenalis *Satyra 6.* Sic *trilibris mullus* est apud Horat. *lib. 2. Sermonum Patera trilibris* ; apud Spartianum *in Clandio* : *Quadrilibris aula auri*, apud Plautum *in Aulularia* hoc est, librarum 2. 3. 4.

XXXIII. A libra quoque *ancilla libraria* dicitur a Iuuenale *Satyra 6.*

tyra 6. quæ pensa per libram, distribuit. *Libraria frusta* Cato habet *cap.* 55.

XXXIV. Porro qui ære alieno pressum, nisi suo viuat, vinctum habebit, libras farris indies dato, vt refert L. Cœlius *lib.* 11. *c.* 20.

XXXV. Quemadmodum Romani suas summas pecuniarias per sestertios & denarios fere efferunt, ita & per pondo argenti & auri easdem exprimunt. Apud Liuium est *lib.* 7. *ab V. C.* Corona aurea, à Carthaginensibus Romam missa, pondo viginti quinque. Apud eundem est *lib.* 10. *ab V. C.* argenti ex vrbibus capti pondo mille trecenta & triginta.

XXXVI. Porro pondo seu libra, vt as Rom. vnciarum quidem est duodecim, drachmarum vero nonaginta sex: præsertim posterioribus temporibus. Sic enim solidi sextulæ dicti, LXXII. scrupulorum quaternorum pondere, libram Romanam complent, vt est apud Iustinianum Imperatorem *l. Quotiescunque C de susceptoribus*. Si enim 72 per 4. multiplicaueris, euadent 288: quibus per tria diuisis exibunt 96.

XXXVII. Veruntamen certis firmisque rationibus ex probatis autoribus tam Græcis quam Latinis, depromptis, alibi, quippe *lib.* 2. *cap* 10. *Historiæ rei nummariæ*, a me editæ, probauimus, & libram Romanam nummariam æque esse centenariam, atque græcam minam: quod vt illa centum drachmis ita hæc centum denariis compleatur. Et facit tum argenti libra nostratis monetæ coronatos decem (proportione argenti ad aurum decupla apud Pollucem) argenteos vnciales duodecim cum semisse.

XXXVIII. Libra *solidum* quoque dicitur a Volusio Mætiano: cuius partes & notæ in tabella subiiciendæ sunt ex eodem Mætiano: qua de re & Beda consulendus est *lib. de Natura rerum cap.* 4.

Libra	ꝑ ꝑ XII.		
Sic *dupondii*	ꝑ ꝑ		
Deunx	S = — =	XI	*Vnciæ*
Dextans	S = =	X	
Dodrans	S Z vel S =	IX.	
Bes	S	VIII.	
Septunx	χ	VII.	
Semis	S	V.	

Quin-

Quincunx ═─═	V.	
Triens ══	IIII.	
Quadrans ═─	III	
Sextans ═	II.	*Vnciæ*
Sescuncia ·' '	15	
Vncia ─	1	
Semuncia ·,		

Porro libra Rom. Medica & vncia Medica ſemper eædem manſerunt: nec ſunt immutatæ, aut imminutæ, vt nonnulli docti Medici affirmant.

Cætera Pondera Romana libræ multiplicatione conſtant, vt ex hoc Plinii loco *lib. 7. c. 20.* liquet, cum inquit: *Fuſius Salmus duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duo humeris contra ſcalas ferebat.* Nos quoque vidimus Athanatum nomine prodigioſæ oſtentationis quingenario thorace plumbeo indutum, cothurnisque quingentorum pondo calceatum per ſcenam ingredi. Porro varias eſſe libras pete ex *2. lib. c. 62. 63. 64. de Ponder. & Menſuris Medicinal.* Dominici Maſſarii.

DE
VNCIA EIVSQVE DIVISIONE EX VOLVSIO MAETIANO ET CAET.

CAP. V.

VNcia, quæ *ab vno* dicitur apud Varronem libræ duodecima pars eſt. Et manſit perpetuo eadem & immutabilis, vt *libra Medica*, & λίτρα Attica, vt dictum eſt paulo ante. Eius variæ ſunt diuiſiones, quæ huc quoque adferendæ ſunt: quod eius partes apud autores veteres in crebro ſunt vſu. Et tam ad menſuras quam ad pondera refertur.

I.

Hanc primum partiuntur in duas partes dimidias, quæ vocantur *ſemunciæ*: Semuncia enim vnciæ dimidium eſt.

II.

I. Deinde vncia apud Epiphanium in duos *stateres* diuiditur: quod stater tetradrachmus vnciæ itidem dimidium sit.

II. Stater habet duo didrachma.

III. *Siclus* sacer apud Hebræos erat quoque tetradrachmus, hoc est, pondere quatuor drachmarum: qui a græcis redditur στατὴρ, h.e. stater.

IV. Vterque est quoque nummus, siclus & stater, a ponderando & librando nomen sortitus, quasi dicas librator. Quemadmodum enim *Siclus a Sakal*: ita etiam στατὴρ ab ἱστάναι deriuatur: vtrumque verbum, & hebræum & græcum, librare & ponderare significat. Est itaque vtriusque nummi, sicli sacri & stateris, pondus semunciale: Quo pondere hodie cuduntur nummi argentei Ioachimici semisses: qui valent 12. grossos Misnicos. De hac re consule editum a me opus de re nummaria veteri.

III.

Iam vncia diuiditur in *tres duellas*, quæ vocantur *bina sextula*. Est n. duella vnciæ pars tertia: quod ex Rhemnio Fannio palam est:

Sextula cum dupla est, veteres dixere duellam.
Duella obolos habet sedecim, scrupula octo.

IV.

I. Adhæc vnciam partiuntur in quatuor *sicilicos*, h.e. quatuor quartas. *Sicilicus* enim seu sicilicum apud Festum Pompe: dicitur, quod semunciam in duas partes secet scindatque.

II. Est autem *Sicilicus* duarum drachmarum: quod ex Rhemnio Fannio constat:

Drachmam si gemines, aderit, quem dicier audis,
Sicilicus- *Sicilici* pondo croci quinque Scribo: Larg. *CXLV. Composit.*

III. Sicilici præter alia vsus quoque est in hæreditatis diuisione, *l. 21. ff. de ann. leg.* cum inquit: *Cum nouerca vniuersa hereditatis habeat dodrantem, semunciam & sicilicum.*

IV. *Pondere Sicilici*, h.e. duarum drachmarum, olim percussa sunt didrachma hebraica, h.e. νομίσματα ex argento: & valent Ioachimici quadrantem. Eodem pondere percussi sunt nummi Romani

mani aurei, quippe didrachmi: & valebant huiusmodi aurei proportione duodecupla cum ſemiſſe Taciti æſtimatione *lib.17.* drachmas argenti viginti quinque, ſeſtertios centum: qui faciunt Coronatos quidem duos cum ſemiſſe: argenteos vero vnciales tres, cum parte eius octaua, hoc eſt, cum tribus Miſnicis groſſis. Decupla vero proportione iidem aurei valent duos coronatos, argenteos vnciales duos cum ſemiſſe. Eodem modo & græci aurei erant *δίδραχμοι*, vt ex Polluce conſtat: valent idem, quod Romani.

V.

I. Præterea vncia in *ſex ſextulas*, hoc eſt, in ſex partes diſtribuitur. Dicitur enim ſextula a numero partium vnciæ, & quod vnciæ ſexta pars ſit, vt Fannius quoque ait:

Drachmæ ſcrupulum ſi adiecero, fiet
Sextula, quæ fertur: nam ſex his vncia conſtat.

Prior verſus alibi ſic habet: Drachmæ ſcrupuli ſi adiectio fiet, Eſt itaque ſextula ſcrupulorum quatuor, obolorum octo. Sextulæ nota eſt ✝.

II. *Sextula* græce dicitur ἑξάγιον, & corrupte ςάγιον. ἑξάγιον quidem eſt apud Actuarium *in aurea Antidoto Alexandrina*. Nicandri vero interpres habet ςάγιον, cum inquit: ἡ οὐγγία ἔχει ςάγια ἕξ, hoc eſt, *vncia habet ſtagia ſex*: quod vncia in tot Sextulas diuidatur.

III. Ibidem mox ſequitur: καὶ ςάγιον κεράτια κδ´, hoc eſt, *Et ſtagium ſiliquas quatuor & vigintiſ. habet.* Tot enim ſiliquarum pondus ſextula colligit.

IV. Porro pondere ſextulæ nummus aureus ſolidus percuſſus fuit olim tempore Iuſtiniani Imperat: quippe pondere ſextæ partis vnciæ. Vnde, quod ex vncia ſeni percuterentur aurei, ſextulæ dicti ſunt, teſte Iſidor. *lib.16.* Conſtat huiusmodi aureus ſolidus ſcrupulis quatuor, obolis octo: & valet proportione auri ad argentum decupla groſſos Miſnicos quadraginta: qui faciunt argenteum vncialem & præterea ſedecim groſſos Miſnicos. Proportione vero duodecupla cum ſemiſſe, iuxta Taciti æſtimationem, valet huiusmodi aureus, ſextula dictus, argenteos vnciales duos cum duob. groſſis Miſnicis ratione bonitatis auri. Qua de re conſule *lib.5. Operis, de Re nummaria* a me editi.

VI.

Iam vncia in septem denarios seiungitur : quod G. Agricola contra Budæum astruit, primum ex Corn. Celso *lib. 5. c. 17.* cum inquit : *Sed ante sciri volo, in vncia pondus denariorum septem esse.* Deinde idem probat ex præfatione Scribonii Largi, qui sic ait : *Erat autem nota denarii vnius pro græca drachma.* Æque enim in libra denarii octoginta quatuor apud nos, quot drachmæ apud Græcos, incurrunt. Mox ex Plin. *lib. 33. c. 9.* vbi de denario loquens inquit : *Alii de Pondere subtrahunt : cum sit iustum, octoginta quatuor e libris signari.* Hac de re consule G. Agricolam *lib. 4. & 5. de Mens. & Pond. pag. 68. & 128.*

VII.

Mox vncia in octo drachmas Atticas quoque diuiditur : Continet enim vncia drachmas octo, vt Fannius quoque confirmat : item Balbus *de Agrimensoria ad Celsum.* Idem tradunt & Græci Medici : item Cleopatra. Apud Gal. est *lib. 6. de Comp. Medicam.* sec. loc. ἀνὰ ≈ ά. αἱ γὸ ὀκτὼ δραχμαὶ οὕτω δύνανται, h. e. *ana vnciam vnam.* Octo enim drachmæ sic valent. Porro quod est apud Dioscorid. *lib. 5. de vino Nectarite* : ἑλενίου ῥίζης ξηρᾶς οὐγγιῶν έ, h. e. *Helenii radicis aridæ vncias quinque* : id Plin. *lib. 14. c. 16.* Radice ponderis XL. denariorum interpretatur : vnciæ octo denarios tribuens, eos drachmis exæquans. Eodem itaque modo vncia quoque in octo denarios diuiditur.

VIII.

Vncia secatur quoque in duodecim *duodecimas* : quas singulas partes *dimidias Sextulas* vocamus.

IX.

I. Nono vnciam partiuntur in 24. *scrupula.* Vocantur enim antiquis scrupula apud Romanos, quæ crebrius *scripuli* quoque appellantur.

II. Græci nominant γράμματα : quod, vt literæ apud illos sunt viginti quatuor, ita vncia in viginti quatuor scrupula diuidatur, vt Rhemnius Fannius testatur : qua de re mox *in Ponderibus Medicis.*

III. γράμμα Varroni & Volusio Mætiano dicitur scriptulum, forma diminutiua ambiguitatis vitandæ caussa ; cum potius dicendum

 dum

dum esset scriptum. Aliis est scripulum, vt Sosipatri. A Columella *lib. 5. c. 1.* *Scrupulum* dicitur. *Scribulum* enim a Capro improbatur.

IV. Hodie a plerisque Medicis dicitur *Scrupulus*. Sic enim & Iureconsulti sæpe vtuntur, *vt l. 5. C. de Metallariis*, &c. Rhemnius Fannius ait:

Semioboli duplum est obolus, quem pondere duplo.
Gramma vocant, scripulum nostri dixere priores.

V. A scripulo est scripularis differentia apud Plin. *lib. 33. cap. 8.*

VI. Scriptuli nota est apud Volusium Mætianum.

X.

Porro vnciali pondere hodie cuduntur passim nummi argentei a multis imperii Rom. principibus & ciuitatibus: qui κατ᾽ ἐξοχὴν Ioachimici Vallenses appellantur a valle Ioachimica, vbi diuites sunt argentifodinæ. Qui, si iusto pondere vnciali, & concessa temperatura feriuntur, viginti quatuor grossis Misnicis vulgo æstimantur, exponuntur & commutantur.

DE

DENARIO ET VICTORIATO.

CAPVT VI.

I.

DEnarius, pondus Romanum, vnciæ septima pars esse asseritur a G. Agricola ex Plinio, Corn. Celso, & Scrib. Largo.

II. Denarius primum in duos *victoriatos* diuiditur apud Volusium. Victoriato pro pondere vtitur Plin. *lib. 21. c. 24. & lib. 24. c. 2. 5. 6.* &c. Scrib. Largus *Comp. XIV. XXIII. XXVI. &c.*

III. Deinde denarius diuiditur in sex *sextantes*, apud Corn. Celsum *lib. 5. c. 17*: quemadmodum drachmam græci in sex obolos distribuunt. Sic Celsus inquit. *Idem in vncia denarii habeo, quod græci habent in eo, quem ὀβολὸν appellant.* Id ad nostra pondera relatum paulo plus dimidio scrupulo facit. Ruellius *apud Dioscoridem* ἡμιώβολον reddit victoriatum, idque probat G. Agricola.

IV. Plin. loco sextantis sexta denarii parte vtitur, cum inquit

lib.30.c.11: Aspidis autem pondere sexta parte denarii cum piperis pari modo.

V. Diuiditur quoque denarius, vt as, in duodecim partes: vnde & eius partibus declaratur, vt est apud Georgium Agricolam *lib. 4. de Ponderibus.*

VI. Adhæc diuiditur in quatuor quadrantes. Apud Corn. Cels. est *lib. 4. c. 4: Aut Sulphuris ignem non experti pondo* ⚹ *& quadrans.*

VII. Præterea Denarius diuiditur in tres trientes apud eundem Celsum *lib. 4,* Salis Ammoniaci *P. 3.* h.e. *Pondo triens.*

VIII. Horum vero ponderum fere omnium Medicis veteribus creber est in medicamentorum compositionibus vsus.

IX. Sed de pondere denarii non omnes idem sentiunt: quin potius drachmæ fuisse pondus nonnulli asserunt: vt & Cleopatra habet, cum inquit: τὸ ἰταλικὸν δηνάριον ἔχει ∠ α, h.e. *Italicus Denarius habet drachmam vnam:* vt sit vnciæ pars octaua, quemadmodum drachma.

X. Porro *in 2. lib. de Re nummaria veteri,* qui est de nummis Romanis, pluribus veterum autorum testimoniis probaui: Denarium nummum Romanum veteri nummo Attico drachmæ parem pondere & valore fuisse: & vtrumque tribus groß. Misnicis æstimari.

XI. De nummo victoriato, qui idem est cum quinario, a quinis assibus sic dicto, ibidem quoque plura dixi ex Plinio *lib. 33. c. 3:* qui sesquigrossum Misnicum, h. e. octodecim nummulos Misnicos valet.

XII. Denarii nota fuit X. litera, quod ad figuram attinet; qua Plinius sæpe vtitur, vt *lib. 23.* cum inquit: *Post additur omphacii aridi pondus X duorum, aut myrrhæ X vnius, croci X vnius. lib. 24. c. 8. & lib. 35. c. 6.* Item hac nota ⚹ cum subscripta vnitate; & Celsus vtitur. Apud Scrib. Largum Denarii nota hæc ⚹ est frequentiss. in toto opere.

DE
PONDERIBVS GRÆCIS ET
PRIMVM DE ATTICIS.
CAP. VII.

POst Romana pondera græca iusto ordine sequuntur. Græcis autem diuersa pondera in vsu fuerunt: propterea quod multæ potentes Respublicæ in Græcia fuerunt, quæ aliquando floruerunt, vt *Attica, Corinthia, Laconica, Æginaa, Euboica*, &c. Ex quibus Attica hic primum & præcipue explicanda sunt: quæ omnino septem enumerantur.

ΤΑΛΑΝΤΟΝ I.

I. Τάλαντον a Latinis redditur *talentum*, vna litera mutata, & facta terminatione latina, mutando syllabam finalem ον in vm.

II. Τάλαντον Suidæ est vox πολύσημος, quæ multa significat. Primum enim pro statera, eiusque lancibus ταλάντῳ vsus est Homerus, vt dictum est ante.

III. Idem testatur Hesychius, cum inquit: τάλαντον ζυγός. τάλαντα ζυγά, h.e. *Talentum iugum, talenta iuga.*

IV. Ad rem nummariam quoque pertinet, quemadmodum copiosius explicui *lib. 3. & 4. Historiæ rei nummariæ veteris.*

V. Postremo τάλαντον Suidæ est nomen ponderis: & Hesychius idem confirmat, cum inquit: τάλαντον σταθμός, τάλαντα σταθμοί, h.e. *Talentum pondus, talenta pondera.*

VI. Apud Atticos duplex τάλαντον erat, *paruum & magnum*. Talentum Atticum paruum quidem sexaginta minas Atticas continebat, vt ex Diodoro *de Ponderib.* apud Suidam constat, cum inquit: τάλαντον, ὥς φησι Διόδωρος ἐν τῷ περὶ σταθμῶν, μνᾶν ἐστὶν ξ', hoc est, *Talentum, vt ait Diodorus in lib. de Ponderibus, minarum est 60.*

VII. Iulius Pollux *lib. 9.* huic talento tribuit sex millia drachmarum: vtrumque confirmat & Rhemnius Fannius, cum inquit:

Cerea-

Cecropium superest post hæc docuisse talentum :
Sexaginta minas, seu vis sex millia drachmas ;
Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis.
Nam nihil his obolone minus maiusue Talento.

Sic quoque habet Priscianus ;

Talentum Athemense parium minæ sexaginta.

VIII. Talentum alterum magnum faciunt 80. minarum ex Plauti *Mostellaria* : licet G. Agr. aliter censeat *lib.5. de Ponderibus, pag.115.* quem consule copiosiss. enim de loco Plauti differit. Meminit & Terentius magni talenti *in Phormione* : Item Liuius *lib.8. Decad.4.* cum inquit : *Argenti probi duodecim millia Attica talenta dato intra duodecim annos pensionibus æquis.* Talentum ne minus pondo octoginta Rom. ponderibus pendat.

IX. Hæc duo talenta Attica proportione tertiaria seu sesquitertia, quæ græcis dicitur ἐπίτριτος, distant : nimirum $\frac{60}{80}$ $\frac{3}{4}$ vt Budæus *lib.2. de Asse* testatur, & G.Agricola reperit. Apud Priscianum est, Talentum Atheniense magnum minæ 83. & vnciæ quatuor.

X. A voce τάλαντον sunt λίθοι ταλαντιαῖοι, h.e. *Saxa talentaria* s. pondere talenti, apud Suidam. Apud Herodotum est λίθος διτάλαντος, h.e. *lapis bitalentarius*, *Historia 2.*

XI. Eodem modo in re nummaria sunt κριοὶ ταλαντιαῖοι, h.e. *arietes talentarii* s. talento æstimati & empti, apud Strabo : *lib.3.* vbi de Hispania Bætica loquitur.

XII. Πολυτάλαντος est diues, pecuniosus, talentis multis abundans.

XIII. A τάλαντον est δεκαταλαντία, πεντηκονταταλαντία, ἑκατονταλαντία, pro talentis decem, quinquaginta, centum.

XIV. Inde quoque sunt verba ταλαντάω, ταλαντεύω, ταλαντιόω, pro *libro, pondero*, ad pondus exigo. Plura de hoc talento petas licet ex *Historia mea Rei nummariæ lib. 3. c. 12.* *Francofurdiæ ad Oderam edita.*

MNA II.

I. Μνᾶ & Ionice μνέα, hoc est, mina Attica, & ponderis & rei nummariæ nomen est.

II. Μνᾶ

II. Μνᾶ fuit duplex, *vetus* & *noua* : ac vetus quidem erat drachmarum 75.

III. Noua vero centum : ita enim Solon hanc auxit, vt Plutarchus *in Solone* testatur. Sic & Suidas *ex Diodoro* refert, ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν ρ´ hoc est, *Mina vero drachmarum est centum*. Item ἑκατὸν δραχμαὶ ποιοῦσι μνᾶν μίαν, h. e. *centum drachmæ faciunt minam vnam*. Plin. *lib. 21. cap. vlt. Mna*, inquit, *quam nostri minam vocant, pendit drachmas centum*. Idem habet & Pollux *lib. 9.* & Suidas.

IV. Hæc noua mina Talenti Attici parui pars est sexagesima : & continet vncias Romanas duodecim cum semisse, drachmas 100. scripula 300. obolos 600. vt Cleopatra scribit.

V. *Minam* esse sexcentorum obolorum ex Xenophonte de prouentibus constat. Colligit enim 6000. mancipiorum in annum, qui 360. sit dierum, ferre 2160000. obolorum, si singuli in diem obolum ferant : qui faciunt minas 3600. talenta 60. vectigal id annuum Athenis fuit.

VI. Μνᾶ argenti in re nummaria facit nostratis monetæ coronatos 10. argenteos vnciales duodecim cum semisse.

VII. Α μνᾶ est λίθος μναῖος, h. e. *lapis seu saxum pondere minæ* : δεκαμναῖος, h. e. *decem minarum* apud Suidam ἡμιμναῖον, hoc est, minæ dimidium, seu pondus dimidiæ minæ.

VIII. Minæ nota hæc olim erat μ* : quippe duæ priores vocis literæ, altera alteri imposita.

ΔΡΑΧΜΗ III.

I. Δραχμὴ ἀττικὴ, h. e. *drachma Attica* est & pondus & nummus, drachmæ pondere percussus, vt Suidas testatur, cum inquit : δραχμὴ δὲ ὁλκὴ νομίσματος, hoc est, *Drachma vero est pondus nummi*.

II. Rhemnius Fannius sic quoque ait :

In scrupulis ternis drachmam : quo pondere doctis
Argenti facilis signatur nummus Athenis.

III. Drachma vt vnciæ octaua, ita minæ Atticæ centesima pars est, teste Suida & Hesychio.

IV. Δραχμὴ continet *scripula tria*, *obolos sex* (Et apud Suidam

dam eſt : δραχμὴ ἓξ ὀβολῶν, h. e. *drachma ſex obolorum eſt*) lupinos nouem, ſiliquas octodecim, æreolos 48. Cleopatra teſte.

V. Δραχμὴ in re nummaria facit tres groſſos Miſnicos: & argentei nummi vncialis Ioachimici octaua pars eſt, coronati Gallici decima.

VI. Budæus *lib. 5. de Aſſe* ſcribit: drachmam aliam a pharmacopolis vſurpari, quam quæ negociatoribus in vſu eſt: quippe quæ ſit vnciæ non octaua pars ſed nona.

VII. A δραχμὴ eſt δίδραχμον, τρίδραχμον, τετράδραχμον: quæ tam de pondere quam de nummo intelliguntur.

VIII. ἡμίδραχμον eſt *ſemidrachma*: vnde τρίτον ἡμίδραχμον facit duas drachmas cum ſemiſſe. Quemadmodum τρίτον ἡμιτάλαντον pro duobus talentis cum dimidio in vſu eſt.

IX. Δραχμῆς nota fuit olim hæc < inſtar græcæ literæ lambda, ſed in latus proſtratæ. Semidrachmæ vero >.

ΟΒΟΛΟΣ IV.

I. ὀβολὸς, latine *obolus*, & ponderis & nummi nomen eſt, drachmæ pars ſexta, vt apud Suidam eſt.

II. *Obolus* continet apud Atticos ſex χαλκοῦς, hoc eſt, *æreolos*, vt eſt apud Suidam ex Diodoro, cum inquit: ὀβολὸς παρὰ ἀθηναίοις ἓξ ἔχει χαλκοῦς, hoc eſt, *obolus apud Athenienſes ſex eſt æreolorum.*

III. Cleopatra obolo ſeſquilupinum tribuit, ſiliquas tres, æreolos octo.

IV. ὀβολὸς ἀττικὸς in re nummaria ſex nummulos Miſnicos, valet.

V. Ab obolo eſt δυώβολον per υ, & διώβολον per iota, τριώβολον, τετρώβολον: de quibus in *tertio libro de re nummaria* ſatis diximus.

VI. Pro diobolo dicere malunt Latini *duos obolos*: vt Plin. *lib. 20*: *Mox in aceto pondere obolorum duum*: ibidem mox: *In poſca potus duos obolos*: Item *lib. 26. c. 8. & 11.*

VII. Oboli nota fuit olim linea recta, in obliquum ducta, hoc modo: duos ſic notarunt eadem linea geminata.

ΗΜΙΩΒΟΛΟΝ V.

Ab obolo eſt *ἡμιώβολον*, h.e. *Semiobolus*, oboli dimidium : quod habet ſiliquam vnam cum ſemiſſe, æreolos quatuor, iuxta Cleopatræ ſententiam, tres vero teſte Diodoro apud Suidam.

ΧΑΛΚΟΥΣ VI.

I. χαλκοῦς, h.e. æreolus, & pondus & nummulus eſt, oboli pars ſexta. Vnde Plinium nonnulli redarguunt : qui *lib. 21.c.vlt.* obolo decem chalcos tribuit.

II. Continet ſeptem λεπτὰ, h.e. *minuta* apud Suidam : ὁ δὲ χαλκοῦς λεπτῶν ἑπτά, h.e. *æreolus vero minutorum ſeptem.*

III. In re nummaria valet nummulum Miſnicum, & eſt argentei groſſi Miſnici pars duodecima.

IV. Cleopatra dicit habere ſemioboli partem quartam : vt quatuor æreoli ſemiobolum trahant.

V. Paulus Ægineta *lib.3.c.29.* ἐλατηρίου δίχαλκον, ὅ ἐστιν ἡμιωβόλιον.

VI. χαλκοῦ nota fuit apud veteres χ^α.

ΛΕΠΤΟΝ VII.

λεπτὸν æreoli pars ſeptima eſt : quod Latini *minutam*, Seneca *minutiam* vocat : & manet indiuiſum.

TABVLA.

τάλαντον	1.					
μνᾶ	60.	1.				
δραχμὴ	6000.	100.	1.			
ὀβολὸς	36000.	600.	6.	1.		
χαλκοῦς	216000.	3600.	36.	6.	1.	
λεπτὸν	1512000.	25200.	252.	42.	7.	1.

DE
PONDERIBVS MEDICIS.
CAP. VIII.

GRæci medici pondera quædam a Romanis, poſtquam illi in Græcia quoque rerum ſunt potiti, acceperunt mutuo : & Græcis pond. admiſcuerunt ; vnde pondera quædam quodammodo eis propria conſtituta ſunt : quæ ob id *pondera medica* ſunt appellata : quippe quod Græcis medicis potiſſ. in vſu fuerunt. Sunt autem huiusmodi pondera nouem.

MNA I.

I. ἡ μνᾶ κατὰ μὲν ἰατρικὴν χρῆσιν ἄγει 𐅹 ις´ vt Dioſcorides ait : τοῦτ' ἔστι ὁλκὰς ρκή, hoc eſt, *Mina ſecundum Medicorum quidem vſum trahit vncias ſedecim.* h. e. drachmas centum & viginti octo.

II. Galenus *lib.2. de Medicament. Comp. ſecundum genera* idem affirmat : quod Heras μνᾶν voluerit eſſe vnciarum ſedecim. Idem quoque ibidem ait ; *Minam autem ſedecim vnciarum inijcere oportet.*

III. Eſt itaque hæc mina medica eiusdem prorſus ponderis cum noſtra *libra Zygoſtatica* , quæ mercatoribus hodie in vſu eſt paſſim.

IV. Apud Cleopatram quoque eſt *in Coſmeticis : Mina nomen habet ponderis :* habet vncias 16. drachmas 128. ſcripula 384. obolos 768. lupinos 1052. Siliquas 2304. æreolos 6144.

V. Minæ nota antiqua fuit μ^{r} , Plin. *lib.14. cap.17 :* Minam reddit libram ex Dioſcoride *lib.5 de ratione parandi oxymel.* Item *lib. eodem c.16.* ex eodem Dioſcoride de Oenanthino, intelligit autem Atticam minam, vt G. Agricola teſtatur.

VI. Porro minam eſſe multiplicem, pete ex Dominici Maſſarii *lib.2. c.66. de Ponderib. & Menſ. Medicinal.*

ΛΙΤΡΑ II.

I. *Λίτρα*, h.e. *libra* more Romanorum hic eſt vnciarum duodecim., drachmarum 96. vt Dioſcorides teſtatur. Nam & nomen & pondus a Romanis ſunt mutuati Medici.

II. Ga-

II. Galen. *lib. 1. & 3. de Comp. Medic. secundum genera* libram & ponderalem & mensuralem facit vnciarum duodecim.

III. Apud Cleopatram est: λίτρα, h. e. *libra* vncias habet 12. drachmas 96. scripula 288. obolos 576. lupinos 864. siliquas 1728. æreolos 4608.

IV. Huius libræ partes sunt apud eundem Galen. *lib. 5. de Comp. Medic. secund. gen.* τὸ τρίτον, τὸ τέταρτον, τὸ ἕκτον, h. e. *triens, quadrans, & sextans*, h. e. drachmarum quatuor, trium & duarum. Idem tamen Galenus etiam ρ' δραχμὰς pro libra & mina scribere quosdam testatur *lib. 6. de Comp. Medic. secundum genera*, cum inquit: ποτὲ μὲν γὰρ ἀντὶ τῆς λίτρας < ρ' γράφουσιν αὐτοὶ ἀντὶ τῆς μνᾶς. οὐδέποτε δὲ λίτραν οὕτως μικρὰν οὐδεὶς ἔγραψεν ὡς < μη' εἶναι, hoc est, *Nam aliquando quidem pro libra drachmas centum scribunt ipsi: aliquando vero pro mina: Nunquam autem libram adeo paruam quispiam scripsit, vt drachmarum 48. esset.*

V. λίτρας nota fuit λ'.

VI. ἡμίλιτρον est selibra seu libræ semissis.

ΟΥΓΓΙΑ III.

I. οὐγγία, h. e. *vncia* paucis literis mutatis pondus est, quod Græci itidem a Romanis sunt mutuati: & libræ est pars duodecima. Mansit autem immutabilis.

II. Continet drachmas octo, γράμματα, h. e. Scripula 24. de hac versus sunt Fannii:

Vncia fit drachmis bis quatuor, vnde putandum,
Grammata dicta, quod hæc viginti quatuor in se,
Horis quot mundus peragit noctemque diemque.

Idem Dioscor. & Galen. *lib. 6. de Compos. Medic. secundum genera*: vnciam pondus octo drachmas trahere testatur.

II. Ab vncia est ἡμιούγγιον, h. e. *Semuncia* quæ quatuor habet drachmas.

IV. Cleopatra vnciam sic partitur: vncia habet drachmas octo, scripula 24. obolos 48. lupinos 72. siliquas 144. æreolos 384.

V. Vncia vocatur etiam τετράσσαρον ἰταλικὸν vt postea dicetur.

V. Vnciæ nota fuit ∽.

ΔΡΑΧΜΗ IV.

I. Δραχμὴ, h.e. *drachma*, quæ & ὁλκὴ dicitur, vnciæ octaua pars est.

II. Dioscoridi trahit tria scrupula, sex obolos, siliquas 18.

III. Apud Hesychium est: Drachma μέτρου species est, siliquæ 18. Sed textus pro κεράτια, quæ siliquæ sunt, perperam habet κέρατα, h.e. cornua.

IV. A drachma est ἡμιδραχμον, itidem pondus apud Galenum.

V. Cleopatra sic quoque partitur: drachma habet scripula tria, obolos sex, lupinus 9. siliquas 18. æreolos 48. Priscianus:

Drachma, siue argenteus scrupuli tres.

VI. Drachmæ nota olim fuit < : cuius dimidium est >.

VII. ὁλκῆς vero nota fuit ^o.

VIII. Vox ὁλκὴ dupliciter vsurpatur. Galen: enim *lib.4. de Comp. Medic. secundum genera* ὁλκὴν interpretatur drachmam argenteam. Deinde ὁλκὴ vsurpatur pro σταθμὸς, cum additur aliis ponderibus, vt apud Galen. *lib.9. de materia medica*: ὁλκῆς δραχμῶν ζ, hoc est, pondere drachmatum septem: vt latine vsurpatur vox pondo.

IX. Porro περὶ μέτρων *cap. 2.* ita quoque est ἡ οὐγγία ἄγει παρὰ μὲν τοῖς ἀττικοῖς δραχμὰς ζ, παρὰ δὲ τοῖς ἰταλικοῖς δραχμὰς η, hoc est, *vncia agit apud Atticos quidem drachmas 7: apud Italicos verò drachmas 8.* Idem adfertur ex Corn. Celso. *lib.5. c.17.* ex Scribonio Largo *in Præfatione*, & ex Plinio *lib.33. c.9.* De quo & ego alibi.

X. De multiplici drachma consule *lib.2.* Dominici Massarii de *Ponderibus & Mensur*: *c.37.38.39.40.*

ΓΡΑΜΜΑ V.

I. γράμμα, latinis dicitur *scripulum*: apud Martialem est scrupulum: & nunc communi vsu scrupulus: drachmæ tertia pars est. Eo iuniores medici frequenter vtuntur.

II. Duos obolos continet: vnde veteres διώβολον: vel duos obolos eius loco vsurpant.

III. Cleo-

III. Cleopatra ait : γρᾶμμα duos obolos habet, lupinos tres, siliquas sex, æreolos 16.

IV. Huius nota fuit γϛ.

ΟΒΟΛΟΣ VI.

I. ὀβολὸς drachmæ sexta pars est : continet duo ἡμιωβόλια, hoc est, semiobolos, siliquas tres, æreolos sex. Plin. *lib. 32. c. 11: Lapis, qui inuenitur in Scorpionis marini cauda, pondere oboli potus.*

II. Ab obolo est διώβολον, τριώβολον ; τετρώβολον : quæ pondera sunt apud Gale : & alios. A diobolo est : ὕδατι ἀνάπλαττε τροχίσκους διωβολιαίους, apud Galen. *lib. 7. de compositione Medic. secundum loc.* h. e. aqua formato pastillos pondere duorum obolorum. Ibidem Soranus : ἁλὸς ἀμμωνιακοῦ τριώβολον, h. e. *Salis Ammoniaci tres obolos*, apud eundem, *lib. 3. eiusdem operis* κρόκου τετρώβολον, κινναμώμου τετρώβολον, h. e. croci, cinamomi quatuor obolos.

III. Apud Cleopatram est : obolus habet lupinum unum cum dimidio, siliquas tres, æreolos octo.

ΗΜΙΩΒΟΛΙΟΝ VII.

ἡμιωβόλιον, Semiobolus, oboli dimidium est, continet siliquam vnam cum semisse eius, æreolos 4. vt est apud Cleopatram : ἐλατηρίου ἡμιωβόλιον, κρόκου ἡμιωβόλιον, apud Galen. *lib. 7. de Compos. Medicam. secund. locos.*

ΚΕΡΑΤΙΟΝ VIII.

I. Κεράτιον dicitur latine *siliqua*, quæ est arbor, a fructus similitudine dicta, qui instar cornu curuatus est.

II. A Germanis dicitur Sanct Johannes Brodt: quod Iohannes Baptista huius arboris fructu vitam suam in deserto propagasse traditur.

III. Eius arboris & fructus semen itidem κεράτιον Græcis, & *siliqua* Latinis dicitur, & medicis pro pondere in vsu est. κεράτιον oboli tertia pars est, drachmæ octaua decima, vt ex Hesychio quoque constat.

IV. Continet κεράτιον duos æreolos Atticos ; & duas eius quintas $2\frac{2}{5}$, vt habet Cleopatra.

ΣΙΤΑΡΙΟΝ IX.

I. *σιτάριον* granum est, siliquæ pars quarta. Etsi vero incertam est, cuius frumenti granum pro pondere sit accipiendum : vsus tamen propemodum obtinuit, vt hordei granum accipiatur. Sic enim & Auicenna tradit : *Drachma*, inquit, *pendit sex obolos, obolus tres siliquas, siliqua quatuor grana hordei.* *Granum* apud Medicos omnium ponderum initium est : vltra quod Medicus non progreditur.

TABVLA

Ponderum Medicorum, Notis Additis.

μν̃ μνᾶ ἰατρικὴ	1.								
λ' /Λ/Λ λίτρα	1 $\frac{1}{3}$.	1.							
℥ οὐγγία	16.	12.	1.						
ʒ δραχμὴ	128.	96.	8.	1.					
℈ γράμμα	384.	288.	24.	3.	1.				
∽ ὀβολὸς	768.	576.	48.	6.	2.	1.			
ɔ ἡμιώβολον	1536.	1152.	96.	12.	4.	2.	1.		
R'ι κεράτιον	2304.	1728.	144.	18.	6.	3.	1 $\frac{1}{2}$.	1.	
σιτάριον	9216.	6916.	570.	72.	24.	12.	6.	4.	1.

DE

PONDERIBVS HIPPOIATRICIS.

CAP. IX.

SVnt apud Græcos & *Hippoiatrica* pondera ; quæ medicis veterinariis, quos Græci κτηνιάτρους vocant, in vsu fuerunt. A nonnullis hi vocantur & *Mulomedici*, fortassis κατ' ἐξοχὴν : quæ sic enumerantur.

MNA I.

Μνᾶ, hoc est, *mina* hic vncias habet quindecim, ὁλκὰς, hoc est, drachmas 112. cum semisse, vt testatur ignotus Græcus : cuius nota fuit μν̃.

AI-

ΛΙΤΡΑ II.

λίτρα, hoc eſt *libra* hic habet ſextas, ſeu drachmas 90. Quod enim in exemplari quodam Græci ed to ita græce ſcribatur : ἡ λίτρα ἔχει ὁλκὰς ς, h.e. *libra habet drachmas ſex*, textus eſt deprauatus : quippe pro hac ϟ nonagenarii, nota ς Senarii ſubſtituta. Huius nota fuit λ & /Χ.

ΟΥΓΓΙΑ III.

οὐγγία, hoc eſt, *vncia* hic continet drachmas ſeptem cum ſemiſſe, cuius nota fuit ∽.

ΔΡΑΧΜΗ IV.

Δραχμὴ, hoc eſt *drachma* habet ſcrupula tria, obolos ſex.

ΓΡΑΜΜΑ V.

Γρᾶμμα, hoc eſt, *ſcrupulum* drachmæ tertia pars eſt : continet duos obolos.

ΟΒΟΛΟΣ VI.

ὀβολὸς, *obolus* drachmæ pars eſt ſexta, ſcrupuli dimidium.

μν	μνᾶ	1					
Λ λ	/Χ λίτρα	$1\frac{1}{4}$.	1.				
∽	οὐγγία	15.	12.	1.			
<	δραχμὴ	$112\frac{1}{2}$.	90.	$7\frac{1}{2}$.	1.		
χ	γρᾶμμα	$337\frac{1}{2}$.	270.	$22\frac{1}{2}$.	3.	1.	
—	ὀβολὸς	675.	540.	45.	6.	2.	1.

DE

PONDERIBVS HEBRAICIS

CAPVT X.

Quemadmodum Hebraicas menſuras vtrasque rerum tam liquidarum quam aridarum, diligenter antea explicauimus : ita nunc & *pondera* eiuſdem gentis, quod vtrorumque ad ſacras literas reli-

giosius tractandas æque magnus vsus sit, pari cura ac [illegible] canda sunt. Sunt autem huiusmodi omnino qua[illegible].

KICKARI.

I. *Kickar* & in numero multitudinis *Kickarim*, apud [illegible] dicitur a verbo *Kor*. quod *excidit* & *circumcidit* significa[illegible].

II. Nomen habet hoc pondus *a forma rotunda* [illegible] quod rotundum formaretur: *1.Paral.22*: *Auri orbe[illegible] ce[illegible]*, h.e. talenta. Ibidem *1.Paral. 16*: *Dauid distribuit sing[illegible]* *nis*: h.e. orbem panis: seu rotundum panem: quod pan[illegible] orbiculari coqui solent.

III. Lxx Interpretes reddunt τάλαντα, h. e. *talenta*, [illegible] *Zach.5.* & alibi passim.

IV. Hos & Iosephus sequitur *lib. 3. ἀρχαι[illegible]. c.7* & [illegible] Hebræam terminatione græca plurali κιγχαρ[illegible] effert [illegible] & [illegible] dit τ[illegible]. Sic enim habet, vt latine interpretor. *E re[illegible] me[illegible] iuxta parietem illum, qui ad meridiem vergit, dat ca[illegible] auro con[illegible]itum, inane: quod pondus habet minus ce[n]tum: H[illegible] dam vocant Kicchares: in græcam vero linguam conuersum [illegible] lentum*, hæc ille. Latinus vero interpres vetus quoque [illegible] *lentum*.

V. Quemadmodum autem *Kor*, & latin[illegible] ter[illegible] *rus*, maxima est apud Hebræos mensura in rebus a[illegible] apud [illegible] a rotunditas, vel in quantitate, in [illegible] pondere.

VI. Est itaque *Kikar* pondus apud Hebræos [illegible] quod *Kickar* varias habet [illegible]iones: primum e[illegible] circa quod versatur, Kickar aliud est *nummarium*, [illegible] nummaria summa significatur: aliud vero *ponderale*, quo[illegible] [illegible]dis vtuntur.

VII. Illud *Kickar* rursus [illegible] ratione *mate[r]ia cer[illegible]*. Aliud enim est *Kickar auri*, aliud *argenti*, aliud *æris*, al[illegible] *[illegible]*.

VIII. Deinde r[illegible] ex relatione Kickar aliud *magnum*, aliud *paruum*.

IX. Kickar magnum [illegible] vsus & vtendum [illegible]

[illegible]

talentum sacrum, templi, sanctuarii & sanctitatis : quippe quod eius vsus esset in templo & in rebus sacris.

X. Kickar vero *paruum* alias dicitur *profanum*, *publicum* & *vulgare* : quod eius vsus esset in rebus profanis, publicis & priuatis.

XI. *Kickar sacrum* seu sanctuarii minas pendit centum, vt ex Iosepho de pondere candelabri allato satis constat. Hoc Kickar talentum, continet drachmarum duodecim millia, siclos sacros tetradrachmos ter mille.

XII. *Kickar* vero *profanum*, quod & *congregationis* dicitur, magni Kickaris est & dimium, & pendit minas quinquaginta : vt perspicue colligitur e c. 38. *Exodi*, vbi inquit : *Argentum autem censuum cœtus centum talenta, & mille septingenti & septuaginta quinque sicli, secundum siclum sanctitatis : dimidium pondus, beka, in singula capita, id est dimidium sicli secundum siclum sanctitatis omnibus transeuntibus ad numeratos.*

XIII. Georgius Agricola sic colligit ex his verbis : *Etenim si fuerint homines sexies centena & tria millia quingenti & quinquaginta : atque singuli [illegible] contribuerunt siclorum centena millia & mille [illegible] Sed quia scriptura dicit : Argentum [illegible] & mille septingentos septuaginta quinque siclos, sequitur vt centum talenta efficiant ter centena millia siclorum. Cum autem mina [illegible] gınta siclorum, ex tribus millibus siclorum, [illegible] oriuntur [illegible] minæ. Quot sane minarum fuit talentum hoc congregationis, ita dictum : quod ipsum tanta hominum multitudo nimirum sexcenta millia in commune contulerit. Quin etiam talentum minus dicimus, quod alterum duplo, quam hoc, sit grauius. Accedit eodem etiam Magister Salomo : nam & talentum vtrumque hoc cognouit : & recte dicit : Talentum sanctuarii duplo maius esse, quam talentum congregationis : quod siclorum tria millia affirmat habere*, hæc Agricola. De talento plura a me tradita sunt *lib. 3. 4. & 5. Historiæ Rei nummariæ veteris.*

MANEH II.

I. Alterum pondus hebraicum dicitur *Maneh* ; quod LXX. reddunt μνᾶν : vt & vetus interpres retinet *mnam*. *Nehem. 7. Ezech. 45. 1. Machab. 24*

II. Ab a iis redditur *mina*. quod Hebræi d... *Manah* : quod *rem aliquam per partes seu numeros ...* ficat.

III. Vnde *Maneh* est pondus certum Hebræis ; a quo ... haud dubie vox græca μνᾶ, & latina *mina* deducitur.

IV. *Maneh* pendit siclos sexaginta, vt ex *Ezech.* 45. ... cum inquit : *Viginti sicli, quinque & viginti sicli, decem & quinque sicli, maneh, h.e. mina erunt vobis.* Hi enim numeri simul collecti ... sexaginta.

V. Accipiendi autem sunt sicli sacri tetradrachmi ... ciunt drachmas Atticas ducentas & quadraginta. Est ... mina hebraica librarum Romanarum duarum cum eius ... itidem faciunt drachmas Atticas ducentas quadraginta.

VI. Porro Iosephus ipse idem confirmat, cum inquit, ... Crasso in Parthos proficiscente, loquens *lib.* 14. *c.* 12. ... ... δοκὸν ὁλοσφύρηλατον χρυσῆν, ἐκ μνῶν τριακοσίων ... ἡ δὲ μνᾶ παρ' ἡμῖν ἴσχει λίτρας β' καὶ ἥμισυ, hoc est, ... *etiam trabem ex auro solidam ex minis trecentis ... mina vero apud nos valet libras duas cum dimidia.* De hac ... *storia rei nummariæ veteris lib.* 4. plura habes.

SEKEL III.

I. *Sekel* cum sex punctis a LXX passim σίκλος redditur ... *Ezech.* 45. Vetus interpres ... *siclum*, nunc ... ... pretatur.

II. *Siclum* esse pondus e *Leuit. c.* 27. constat, cum inquit : *... mnis æstimatio tua erit secundum siclum sanctuarii ... siclus.*

III. Siclus primum quidem ratione ponderis & ... plex ; vnus quidem *sacer seu sanctuarii, tetradrachmus* ... tuor drachmarum Atticarum, vt testatur Iosephus ... quit : *Siclus autem nummus Hebræorum drachmas Atticas ...* pit : pendit itaque semunciam.

IV. Confectio olei vnctionis iuxta pondus *Exod.* 30. ...

℞. Mirrhæ Electæ,

Casiæ ana *siclis* 500,

Cin-

Cinnamomi,

Calami aromatici [illegible] *siclos* 250.

Olei [illegible] [illegible] unguent[illegible].

Pond[illegible] f[illegible] ficlos 1500. drachmarum [illegible]. libras Romanas ponderales $62\frac{1}{2}$. Hin continet sextarios Atticos 12. Romanos $10\frac{1}{5}$. qui faciunt libras Romanas mensurales 18.

V. Cibus quotidianus Ezechielis erat viginti siclorum, *Ezech. 4.*

VI. Alter vero siclus erat profanus didrachmus, duorum drachmarum: & fere vocatur τὸ δίδραχμον: quod Iudæi viritim Templo [illegible] pendere solebant.

VII. [illegible] cum sex punctis derivatur a verbo *sakal*, quod *ponderavit* [illegible].

VIII. Eodem modo & *stater*, στατὴρ a verbo ἱστάναι deducitur, quod [illegible] *ponderare* significat, quasi dicas librator.

IX. D[illegible] de *ratione* [illegible] erat [illegible] *æris & ferri*, *2.Reg. 2*[illegible] pondus hastæ cuiusdam [illegible] de genere Rephaim, h. e. Gigantum, [illegible] ponderat[illegible] LXX [illegible] [illegible]. [illegible] LXX & ipse habet [illegible]. [illegible] *tas* [illegible] transtulit.

X. *1.Reg. 17.* fit mentio sicli & æris & ferri in armatura Goliathi: de qua copiosius disserui *in Inquisitione in Monomachiam Davidis cum Goliatho*.

GERAH IV.

Gerah est sicli pars vicesima: quod siclus facit viginti [illegible] [illegible] transferunt, continet, vt est *Exod. 30. Levit. 27. Num. 3. & Ezech. 45.*

1. [illegible] *Talentum Sacrum*	1.					
Profanum	2.	1.				
2. [illegible] *Mina*	100.	50.	1.			
3. [illegible] *Sacer*	3000.	1500.	60.	1.		
Profanus	6000.	3000.	120.	2.		
4. Gerah	120000,	60000.	1200.	20.	10.	1.

DE

PONDERIBVS EXTERNIS,

ET PRIMVM

DE AEGYPTIIS.

CAP. XI.

INter pondera externa, quippe exterarum gentium præter R[illegible], Græca & Iudaica, primum occurrunt *Ægyptia* : horum *tria* [illegible] veteres autores inueniuntur.

TAΛANTON I.

I. Τάλαντον Ægyptium pendit libras Rom. 80. quod Plin. te-statur *lib. 33. c. 3.* cum inquit, de Cyro loquens : *Qua* [illegible] *quingenta millia talentorum reportauit & craterem Semiramidis,* [illegible] *pondus quindecim talenta colligebat. Talentum apud Ægyptios* [illegible] *octoginta pendere, Varro tradit,* hæc ille.

II. DM talentorum in re nummaria faciunt C[illegible] ter millies 300000[illegible]00: argenteorum vnci[illegible]m ter [illegible]gentics & quinquagies 375[illegible]00000. Consule *Historiam rei* [illegible]*riæ a me editam lib. 3. c. ult.*

MNA II.

I. Μνᾶ, hoc est *mina Alexandrina* vncias 20. co[illegible]net, drach-mas 160. vt Gal. testatur *lib. 3 de Comp[illegible]. Med. secund. gen. p*[illegible] a-pud Georg. Agricolam *lib. 5. de Ponderibus.*

II. A Paulo Æg[illegible]neta sic traditur : ἡ μνᾶ ἀττικὴ ([illegible]) [illegible] ἡ αἰγυπτία (ἀλεξανδρινὴ) ἔχει οὐγγίας ις´, hoc est, *mina Attica* ([illegible]d.ca) & *Ægyptia* (Alexandrina) *habet vncias sedecim.* [illegible] par est libra *Zygostatica*, quæ hodie passim est in v[illegible].

III. Apud Herodotum est *Historia 2. datas esse min*[illegible] *cocti cibi, duas vero carnis bubulæ in diem cuique ex præsidiariis Regum* [illegible]*litibus.*

ΔΡΑΧΜΗ III

Δραχμὴ Ægyptia apud Cleopatram est drachmæ Atticæ [illegible] par[illegible]

pars: [illegible] obolum Atticum pendit. Ab aliis additur *faba Ægyptia*, [illegible] vnam cum semisse.

Τάλαντον	1.		
μνᾶ	80.	1.	
δραχμαὶ	12800.	160.	1.

DE

PONDERIBVS SYRIIS.

CAP. XII.

ET *Syrorum* pondera hic explicanda sunt: quæ sunt *mina*, & eius partes.

MNA I.

Μνᾶ [illegible], hoc est, *mina Ptolemaica*, a Ptolemaide vrbe Phoeniciæ [illegible], vt Cleopatra [illegible] constat 18. [illegible] 144. scrupulis 432. obolis 864. [illegible] siliquis 2592. æreolis [illegible]12.

ΟΥΓΓΙΑ II.

οὐγγία minæ Ptolemaicæ pars octauadecima. Continet drachmas octo, scripula 24. obolos 48. lupinos 72. siliquos 144. æreolos 384. Vocatur autem hæc vncia τετράγωνον ἰταλικόν, vt Cleopatra testatur.

ΔΡΑΧΜΗ III.

δραχμὴ vnciæ octaua pars est: pendit scripula tria, obolos sex, lupinos nouem, siliquas 18. vt Cleopatra scribit.

ΓΡΑΜΜΑ IV.

γράμμα, hoc est, *scripulum* drachmæ tertia pars est: continet obolos duos, lupinos tres, siliquas 6. æreolos 16.

ΟΒΟΛΟΣ V.

ὀβολὸς, *obolus*, scripuli quidem secunda, drachmæ vero sexta pars est. Continet lupinum vnum cum eius dimidio, siliquas tres, æreolos 8.

ΘΕΡ-

ΘΕΡΜΟΣ VI.

[illegible], h.e. *lupinus* Germanis dicitur Wolff[illegible] oder Weigbonen. Eius granum in siliquis cont[illegible], & [illegible] dere in vsu fuit: pendit siliquas duas, æreolos 5. [illegible] cum eiusque $\frac{4}{5}$.

ΚΕΡΑΤΙΟΝ VII.

Κεράτιον, hoc est, *siliqua* oboli tertia pars est. h[illegible] Atticos duos cum duabus quintis.

ΧΑΛΚΟΥΣ VIII.

Χαλκοῦς, h.e. *æreolus*, Cleopatræ oboli pars octaua, [illegible] quarta: vt quatuor æreoli semiobolum trahant. Pendi[illegible]

πλ[illegible]μα[illegible]									
1. μνα	1.								
2. [illegible]γ[illegible]ία	18.	1.							
3. δραχμη	144.	8.	1.						
4. γρᾶμμα	432.	24.	3.	1.					
5. ὀ[illegible]ολὸς	864.	48.	6.	2.	1.				
6. θ[illegible]ς	1296.	72.	9.	3.	1 $\frac{1}{3}$.	1.			
7. κ[illegible]α[illegible]ιον	2592.	144.	18.	6.	3.	2.	1.		
8. χαλ[illegible]ῦς	6[illegible]12.	3[illegible]4.	36.	16.	8.	4.	2.	1.	
Gr[illegible]um							4.	2.	1.

D[illegible]scorides *libro de Ponde[illegible]us habet* & ἰτα[illegible]ικὴν μνᾶν, [illegible] *Italicam minam* vnciarum 18, q[illegible]quilibram Rom[illegible] drachmas 144. Sed G[illegible] Dioscoridis locum d[illegible] esse suspicatur, vt pro voce [illegible]μαικὴ ab imperito librario [illegible] supposita sit.

DE

PONDERIBVS

ARABICIS.

CAP. XIII.

ARabica pon[illegible] quibus [illegible] Arabes, vt [illegible] & [illegible] vtuntur, ideo quoque [illegible] explicanda,

[illegible]

quod & horum mag... s si vlus : Si modo illorum scripta vtiliter & cum fructu legere velis. Sunt autem omnino vndecim : quæ partim sunt Græca, partim Romana, sed fere deprauata.

MANES I.

I. *Manes* mina est : quod ab hebræo pondere *Maneh* deprauatum esse, vocis similitudo indicat. Vide *lib.2.c.68.* Dominici Massarii *de Ponderibus & Mensuris Medicinalibus.*

II. *Manes* illis duplex pondus est : vnum quidem viginti, alterum vero sedecim vnciarum.

III. Apud Serapionem est *mina* Rom. vnciarum viginti.

IV. *Mina Alic...ica & Basaria* est vnciarum sedecim.

V. Et Avicenna, Serapionem, vt ipse fatetur, secutus, ait : *Mena Romana est vnciarum viginti.*

VI. *Mina Alanthalica & Ægyptia* est vnciarum sedecim : quæ ex 7. *lib. Æginetæ* conuersa esse apparet, cum inquit : *Mina Attica & Ægyptia habet vncias sedecim* : Mina ἰταλική, Romana, vncias viginti.

VII. Sed mina, quam Paulus Atticam & Ægyptiam vocat, est *medica* : quod Medici Græci eadem sint vsi : quam Rom. dicit, ea est *Alexandrina.*

ROTVLVS II.

Rotulus est λίτρα, hoc est, *libra Romana*, vnciarum duodecim, Paulo Æginetæ & Serapioni. Quod Rhazes *lib.12.* continentis *c.1.* dicit : ℞. *staphis agriæ rotulum vnum* : id Avicenna *lib.3.* ait : *staphis libra vna.*

SACROS III.

Sacros vncia est : quod enim apud Serapionem est de *licio*, quando ...itur ex fructu eius sacros, laxat Phlegma : id Rhazes *lib.1. Continentis cap.22.* & sumere de fructu eius pondus vnciæ, laxat phlegma aquosum.

SEXTARIVM IV.

I. *Sextarium semiuncia* : quod Serapio confirmat, cum inquit : *Libra est duodecim vnciarum : & Mina Romana est vnciarum viginti* : & mox : *Mina est sextariorum quadraginta : Libra est viginti quatuor sextariorum.* Sextarium igitur dimidia vncia est.

II. Fortassis est sumptum ex Epiphanio, cum [illegible] *mina quadragesima staterum est*, hoc est, vnciarum viginti [illegible] vnius [illegible] is $\frac{2}{3}$ libræ partium. Vide *lib. 2.* Dominici [illegible] *37. de Ponderib. & Mensuris Medicinalibus.*

III. Deinde idem scribit : *Sextarium est drachmarum* [illegible] *danch* (quod alias scribitur & *danic*) *iiij. aut aureorum* [illegible].

DENARIVS V.

Aureus Arabicus significat *denarium*, vt ex Auicenna & [illegible] ne probatur apud G. Agricolam. *Aureus* secundum [illegible] pondus drachmæ vnius cum dimidia, & similiter solidus, [illegible] mon Ianuensis.

DARCHIMI VI.

Darchimi & *Darkimet* & *Darchimie*, quod ab Hebræis [illegible] *Darkemon* dicitur, est drachma Græca voce deprauata : [illegible] ua pars est. Consule *Historiam Rei nummariæ veteris a me* [illegible] *4. cap. 6.* Alias quoque dicitur *Alki* : quod itidem dep[illegible] a græca voce ὁλκὴ : quæ aliquando *drachmam* quoque sig[illegible] Serapio idem pondus *ologinot* vocat : & pro *darkimi* vsurpat. [illegible] Auicennam est : *Darkimet oboli sex.* Obseruandum est d[illegible] Aureum fere passim inueniri in Commentariis ex Arabico [illegible] nam linguam versis pro drachma. Qua de re lege *c. 5. lib.* [illegible] Massarii Vicentini *de ponderibus & Mensuris Medicinalib.* L[illegible] editus Tiguri Anno 1584.

GARME VII.

I. *Garme & Kermet*, & *gormie*, a Græca voce γράμμα, quod [illegible] *pulum* signif. deprauatum est. Quod enim Paulus Ægineta [illegible] *Mystrum magnum vini vncias tres, γράμματα*, h. e. scripul[illegible] Id Auicenna ait : *Mystrum magnum habet vini vel aquæ vncias tres* [illegible] *me octo.*

II. Apud Auicennam quoque est *lib. 2. c. 131.* & ipsius [illegible] potio sit *2. kermet*, f. *12. kirat.*

III. In quarta Fen. Auicennæ *c. 8.* est : *Tres Karme*[illegible] interpretes exponunt pondera *six Ceratiorum*. alii *tres drac*[illegible] A.

hi legunt *garmat*, & exponunt pondus duarum tertiarum drachmæ vnius.

ONOLOSSAT VIII.

Onolossat, quod & *Onolossat* & interdum *Onolos* scribitur, *obolus* est, voce græca itidem deprauata, & [illegible] syllaba in fine adiecta.

DANICH IX.

Danich quod & *danic* scribitur & *daguanich* est Græcorum θερμὸς, Latinorum *lupinus*: pendit duas tertias oboli partes, grana octo. Idem pondus est *bisfugua*.

KIRATH X.

Kirat, & præposito articulo Arabico *Alkilat*, & *Alkilati*, & *Alkilati*. Dicitur & *Kararit* Græcorum est κεράτιον, h.e. *filiqua*, quatuor hordei grana pendit. Apud Auicennam est: *Omnis obolus est Kirat tres*: & *omnis Kirat est quatuor grana hordei*: *oboli octo sunt Kirat 24.* Lege *lib.2. c.7.8 9.* Dominici Mallarii.

KESTVF XI.

Kestuf est χαλκοῦς, hoc est, *ereolus*. Est pondus duorum granorum. Consule *lib.2. c 6.* Dominici Mallarii. Idem est *Tassue* & *Tussugi*, quod *Kestuf*, vt est apud eundem Dominicum ibidem cap. sequenti.

Manes, Mina Rom.	1.											
Alicatica	$1\frac{1}{5}$.	1.										
Rotulus, libra Rom.	$1\frac{2}{3}$.	$1\frac{1}{3}$.	1.									
Sacros, vncia	20.	16.	12.	1.								
Sestarium semuncia	40.	30.	24.	2.	1.							
Denarius, aureus	140.	112.	84.	[illegible]	[illegible]	1.						
Darchimi, drachma, aureus	100.	128.	96.	8.	4.	$1\frac{1}{7}$.	1.					
Garme, γράμμα	480.	384.	288.	24.	12.		3.	1.				
Onolossat, obolus	960.	768.	576.	48.	24.		6.	2.	1.			
Danich, lupinus.	1[illegible]28.	1152.	768.	72.	36.		9.	[illegible]	1.			
Kirat Ceration	3546.	2304.	1728.	144	72.		18.	[illegible]	[illegible]	2.	1.	
Kestuf χαλκοῦς	6912.	45[illegible]8.	3456.	348.	192.	[illegible]	3[illegible]	[illegible]	[illegible]	4.	2.	1.
Granum									8	4.	[illegible]	1.

Sunt & alia quædam pondera apud Auicennam, vt *Bur*[illegible] est pondus in modum Auellanæ nucis.

Astatalats in indice.

Amibazed in Antidotario.

Zarareled.

Achilat est pondus trium granorum hordei apud comm[illegible] Auicennæ *fol.33. iij.* Fen. quartæ primi.

DE
ALIIS QVIBVSDAM
PONDERIBVS.
CAP. XIV.

SVNT & alia quædam pondera, quæ hic quoque obiter explica[illegible] sunt, vt est.

ΤΑΛΑΝΤΟΝ I.

I. Hesychius varia talenta enumerat, cum inquit: *Ta*[illegible] *libræ centum viginti quinque.* Secundum magnum Epiphanium, [illegible] inquit: τάλαντόν ἐστι τὸ ὑπερβάλλον πᾶν σταθμιζόμενον μέτρον. [illegible] τὸν λιτρισμὸν ρκε´ λιτρῶν ὑπάρχει, hoc est, *Talentum est men*[illegible] *perat omne id, quod pondus examinat: secundum vero libr*[illegible] *CXXV. librarum existit* & mox: *Talentum pondus librarum ce*[illegible] *centum viginti quinque: aut quadringentarum: aut mille centum* [illegible] *quinquaginta duarum,* hæc ille.

I. Horum talentorum primum quidem est talentum [illegible] cum *magnum seu sacrum*: si λίτρα, hoc est, *libra* pro hebraica [illegible] accipiatur.

III. Alterum vero talentum Hebraicum paruum: si [illegible] pro libra Romana sumatur.

IV. Tria reliqua talenta sunt ignota.

TALENTVM II.

I. Apud Vitruuium *lib. 10. cap.31.* est librarum pondo [illegible] viginti, cum inquit: *Erigebatur autem machina in altitudinem ad* [illegible] *ciendum murum circiter pedes centum. Item a latere dextra* [illegible] *procurrendo, perstringebat non minus pedes centum: gubernabant* [illegible] [illegible]

mines centum, habentium pondus talentum quatuor millium: quod fit quadringenta octoginta millia pondo, hæc ille. Si quadringenta octoginta millia per quatuor millia diuiseris, diuisorius erit centum viginti.

II. Hoc *Byzantinum* vel *Thracium* talentum fortassis vocare licebit, a machinæ illius autore *Agetore*, qui Byzantius fuit, vt est apud Vitruuium.

III. Enumerat & Iulius Pollux præterea aliquot alia talenta. *Babylonium* enim talentum drachmarum septem millium fuisse testatur, hoc est, *minarum Atticarum LXX.*

IV. *Æginæum* drachmarum Atticarum decem millium, hoc est, *minarum centum.*

V. *Syrium* drachmarum mille & quingentarum, hoc est, minarum Atticarum quindecim.

VI. *Siculum vetus* quidem 24. nummorum: nouum vero duodecim.

ΣΤΑΤΗΡ III.

ϛατὴρ quoque *pondus est quatuor drachmarum.* Sic enim apud Cleopatram est: *Stater trahit drachmas quatuor.* Vocant autem ipsum *τετράδραχμον*, quatuor drachmarum. Idem testatur Hesychius & Epiphanius.

ΑΣΣΑΡΙΟΝ IV.

I. *ἀσσάριον* est *pondus duarum drachmarum* apud Cleopatram: continet obolos duodecim.

II. Idem est apud latinos *sicilicus*: quippe quod *assis semuncialis* sit dimidium.

III. A M. Varrone vocatur *assarius*, qui erat nummus: Sic enim ait *lib. 1. Analog. Et non equum publicum mille assarium* (f. dici debet) *sed mille assariorum. Ab vno enim assario multi assarii: ab hoc Assariorum*, hæc Varro.

ΔΟΥΠΟΝΤΙΟΝ V.

Δυπόντιον, id est, *dupondium* est pondus quatuor drachmarum, teste Cleopatra. Est enim assarii duplum, *f. as ipse semuncialis.* Græci vocant *δυπόντιον* vocabulo Romano.

ΕΧΑΓΙΟΝ VI.

Ἑξάγιον Græci medici *Sextulam*, quæ quatuor ſcripula pendit, nouo nomine vocant: quo vtitur Actuarius *in aurea Antidoto Alexandrina*. Nicandri vero interpres hanc vocem deprauat, & ... vocat. Sic enim ait: *Vncia ſtagia habet ſex: & mox ſubiungit* ... γιον ſiliquæ viginti quatuor. *Sextula* enim tot ſiliquarum pondus colligit.

ΤΕΤΡΑΣΣΑΡΟΝ VII.

Τετράσσαρον vncia eſt, quod quatuor huiuſmodi ἀξάγια pondat. τετράσσαρον ... Cleopatræ dicitur.

VIII.

Porro medici non ſemper res medicas aut metiuntur aut ponderant: Sed aliquando *numero* definiunt: Cuius rei hæc ſunt exempla: *Semina trifolii granis, viginti contra ſerpentium ictus* ... *ex vino aut poſca* potis, apud Plin. *lib.* 21. *c.* 21.

Ibidem mox: *Præterea celebratus autoribus traditur, contra omnia venena pro Antidoto ſufficere XXV. grana trifolii.* Idem *lib.* 25. ...: *Quidam platagtnis ternas radices in tribus cyathis aquæ ad tertianas dedere: iidem in quartanis quaternas fecerunt*. Ibidem mox: ... *hiſſa quidem terna tertianis dedere: quaterna quartanis*: Plinius libr. 27. cap 6: *Simplicis petræi radix aluum ſiſtit cocta in cinere, ... illiculis trita cum piperis rou... granis, & ex aqua cocta*.

Plinius libro ... cap. 6: ... *contrita cum teſtis* ... *vino decocta cum piperis granis XV.* Idem *libro* 27. *cap.* ...: ... *na lathyridis in aqua pura aut mulſa pota, hydropicos ſanant.* ... bus nucibus idem *lib.* 28. *cap.* ...: *Alii cum ... XX.* eadem. Apud eundem *lib.* 20. *cap.* 9: *Fit autem ... papaueris, aut cuiuſcunque ... capitibus CXX.*

MANIPVLVS IX.

Solent Medici & *manipulo*, vt Celſus *faſciculo*, ... compoſitione ... pugillo digitorumque complexu modum ... dicæ deſignare. Apud Nicandrum eſt *in Alexipharm.* ... ... *plenæ.* Item ... eſt, ... Sic Plinius: ...

mensura, lib. 20. c. 21. & 22. lib. 25. c. 11. Item quantum manus capiat, lib. 26. c. 1. lib. 27. c. 1. Græcis quoque dicitur δεσμίδιον: δεσμίδιον χειροπλήθη, hoc est, Fasciculum qui manum implet. Plin. lib. 21. cap. 21. Dicitur habere idem abrotanum ... fasciculis decoctis ad tertias partes. Sic Scribonius Largus fasciculum, Corn. Celsus & Plin. lib. 20. cap. 16 & lib. 26. cap. 8. manipulum vocat. Pugillo vtitur Plin. lib. 20. cap. 22. cum inquit: *Sunt qui viridis marrubii semen, quantum duobus digitis capiunt, cum farris pugillo decoctum, addito exiguo olei & salis, sorbere ieiunos ad tussim iubeant.* Item lib. 25. cap. 11: *quantum duo digiti comprehenderint*: Libro 24. c. 10. *trium digitorum captus.* Apud eundem est aliás sæpius, vt & apud Palladium libro 11. tit. 14. Buxi folia, quantum manus ceperit, &c.

X.

Solent quoque iidem Medici rem medicam exhibere alterius alicuius notæ rei magnitudine. Plin. lib. 26. cap. 8: Item gentianæ farina ex aqua tepida fabæ magnitudine interaneorum vitiis occurrit. *Libro eodem cap.* 11. Veterinis phthisicis datur eclegmate cum melle fabæ magnitudine. *Libro* 28. cap. 14. lib. 3. cap. 10. nucis auellanæ magnitudine ex aqua pota. Idem lib. 2. cap. 11. ... semen lotum in aqua cœlesti, sanguinem reiicientibus ... lentis magnitudine. X grana ceræ hausta, non patiuntur lac in stomacho coagulari. Pro ἀνὰ vtuntur sæpe pars, vt apud Paulum libr. 3. cap. 29. ἀργυρίου μ. α, ... μ. α, h. e. *partem vnam.*

ΠΕΛΕΚΥΣ, SECVRIS,

Apud Hesychium est, πέλεκυν etiam esse σταθμίον ἑξαμναῖον ἀρχαῖον vel δωδεκαμναῖον, hoc est *pondus sex minarum antiquum, aut duodecim minarum.* Et apud Eustathium est esse σταθμὸν ἐν Κρήτῃ ἑξάμνουν ἢ δεκάμνουν, hoc est, *Pondus in Creta sex aut decem minarum.* Inde est ἡμιπέλεκκον τριμναῖον, ἢ τετραμναῖον ἢ πεντάμνουν, hoc est, *trium, aut quatuor, aut quinque minarum*: *quod* πέλεκυς Paphiorum lingua τὸ δεκάμνουν vocetur πέλεκυς.

LIBRI II. FINIS.

LIBER III.

QVI EST

DE

MENSVRIS INTERVAL-LORVM VETERIBVS ROMANIS, GRÆCIS, HEBRÆIS ET EXTERNIS.

MATTHÆO HOSTO

AVTORE.

DE MENSVRÆ INTERVALLORVM DEFINITIONE ET DIVISIONE.

CAP. I.

MΕτρικὴ apud Platonem *lib.7. de leg.* quæ & μετρητικὴ ab eodem in Protagora & Politico dicitur, est ars & facultas dimetiendi *στερεῶν σωμάτων μήκη, ἐπίπεδα ἢ πλάτη, βάθη*, hoc est, *solidorum corporum longitudines, superficies seu latitudines & profunditates*: vtrumque vocabulum a Polluce reperitur.

II. Aristoteles *lib.6. Topic.* hæc vocat *διαστάσεις*, hoc est interualla, cum inquit [illegible] *τοῦ σώματος ὁρισμὸς, τὸ* [illegible] *τρεῖς διαστάσεις*, hoc est, *vt corporis definitio est, quod habet tria internalla.* Sic apud [illegible] dem

dem est *lib.10. τῶν μετὰ τὰ φυσικά.* σῶμα γὰρ ἐστι τὸ πάντῃ ἔχον διάστασιν, hoc est, *Corpus enim est, quod quoquouersus habet interuallum.* Apud Vitruuium est *lib.10. cap.6: Hec autem basis erat longa pedes duodecim, lata pedes octo alta pedes sex.*

III. Hoc τῦ μέτρε, hoc est, mensuræ genus, ab Hebræis dicitur *Middah, Leuit.19. Ezech.40. & 43*: Cuius plurale est *Middoth*.

IV. Iulius Frontinus *de Iure limitum* hanc mensuram sic definit: *Mensura est complurium inter se æqualium interuallorum longitudo finita.* Mensura est, vt pes per vncias, per pedem decempeda, per decempedam actus, per actus passus, per passus stadium, per stadium milliarium.

III. Quæ definitio plenior erit, si addas: & latitudo & profunditas finita: vt sit: Mensura, &c. est longitudo, & latitudo & profunditas finita: nisi longitudo in illa definitione communiter accipiatur pro græca voce διάστασις. Breuior definitio esset hæc: μέτρον hic est, quo corporum μῆκος πλάτος & βάθος dimetimur.

VI. Hæ mensuræ ratione regionum, gentium, populorum & ciuitatum, vbi in vsu fuerunt, sunt quadruplices. Aliæ enim sunt *Romanæ*, a populo Rom. & a ciuitate Roma dictæ, quæ & *Italicæ* appellantur a regione Italia: aliæ sunt *græcæ*, a regione Græcia vocatæ: Aliæ sunt *Hebraicæ*: Aliæ *Externæ*, quippe exterarum gentium.

VII. Externæ mensuræ rursus sunt duplices: Quippe *Persicæ* & *Ægyptiæ*: quod & hæ apud probatos veteres scriptores sunt celebres: & illis gentibus vsitatæ, quarum olim regni imperiiue insigne ἀξίωμα fuisse constat.

VIII. Sumuntur autem mensuræ, quæ huius generis sunt propriæ, fere *a membris seu partibus humani corporis*: idque in tribus præcipuis linguis, *latina, Græca* & *Hebræa*.

IX. In latina lingua sunt *digitus, palmus, Pes, Cubitus*, & horum partes, vt constat ex M. Vitruuio *lib.3. c.1.* cum inquit: *Nec minus mensurarum rationes, quæ in omnibus operibus videntur necessariæ, ex membris corporis collegerunt: vt digitum, palmum, pedem, cubitum.*

X. Quæ cum mensuræ sunt, certam perpetuo quantitatem ha-

habent : nec pro cuiusque hominis ſtatura variant, æſtimariue debent.

XI. Harum ea eſt conditio, natura & inter ſe habitudo, vt ſeſe mutuo ita explicent, vt, vbi vna cognita fuerit, & reliquæ, cum minores maiorum ſint partes quædam, facile intelligantur.

XII. Ac hæ quidem ſunt menſuræ *minores* : *Maiores* vero ex minorum multiplicatione naſcuntur omnes : quibus corporum ſpacia & interualla dimetiuntur.

XIII. Magnus eſt harum menſurarum vſus & vtilitas multiplex : vt quarum cognitio ad omne genus ſcripti, tam ſacrum quam profanum non ſolum vtilis, ſed & neceſſaria eſt.

XIV. Magnam adfert lucem hiſtoriis, tam ſacris quam profanis, erudita harum menſurarum explicatio : quod ubique paſſim occurrant.

XV. Vtuntur hoc genere maxime *menſores* viarum, *itinerum, Geometræ*, h.e. menſores agrorum, item *fodinarum*, *chorographi*, *Geographi*, *Coſmographi*, rei *ruſticæ ſcriptores*, *architecti*, *geodetæ*, &c. : quorum alii longitudinem & latitudinem ſimul conſiderant : Itinerum menſores, apud Plinium *lib.6.c.17.* dicuntur, qui itinera dimetiuntur, diſtribuunt ac definiunt. Bætonem itinerum Alexandri M. menſorem fuiſſe, traditur, vt eſt apud Plinium *lib.7. c 2.*

XVI. Plato certe *lib.7. de legibus* μετρικὴν liberorum hominum μαθήμασιν, hoc eſt, ſcientiis annumerat : quod liberos maxime deceat.

XVII. Ibidem mox præclare ſubiungit, inquiens : μετὰ δὲ ταῦτα ἐν ταῖς μετρήσεσιν, ὅσα ἔχει μήκη καὶ πλάτη καὶ βάθη, περὶ ἅπαντα ταῦτα ἐνοῦσάν τινα φύσει γελοίαν τε καὶ αἰσχρὰν ἄνοιαν ἐν τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι, ταύτης ἀπαλλάττουσι, hoc eſt, *Poſtea vero eum in dimenſionibus eorum, quæ habent longitudines & latitudines, & profunditates, omnibus hominibus inſit natura ridicula & turpis ignorantia quædam, quæ in omnibus his rebus verſatur, ab hac liberant.*

XVIII. Quare cum huius facultatis turpis ſit inſcitia, vt grauiſſimus teſtis Pato ipſe teſtatur, ei nonnihil operæ ſtudiique impendendum eſſe, quiſque ſanæ mentis per ſe facile intelligit : modo in veterum autorum ſcriptis cum fructu verſari velit.

XIX.

XIX. Porro huius facultatis dimetiendi *tres species* faciunt: quarum primam vulgo vocant *altimetriam*, qua rerum altitudines explorantur: altera dicitur *planimetria*, quæ plana dimetitur: tertia & vltima est, quæ solida corpora examinat, & dicitur *stereometria*.

DE

MENSVRIS ROMANIS INTERVALLORVM,

CAP. II.

DIGITVS I.

I.

SChonerus *in libro de vsu globi c. 12.* a grano hic initium facit: qua de re postea quinque versus adferentur: alioqui mensuræ intervallorum Romanæ sunt decem: quarum prima & minima præter granum est digitus. Si quid enim intra digitum metimur; partibus respondemus: vt dimidiam aut tertiam digiti partem dicamus, vt ait Iulius Frontinus: alii quatuor granis digitum finiunt.

II. Intelligitur autem hic digitus non longus, sed latus, vt Vitruuius *lib. 8. cap. 6.* vocat: quem Plautus & Plinius transuersum appellant. Hinc natum est Prouerbium apud Cicer: *lib. 2. Acad. Quæst*: *Ab hac regula mihi non licet transuersum*, vt aiunt, *digitum discedere*, Erasm. *Chil. 1. 5. 6.*

III. Est quidem apud Plinium, *lib. 15. cap. 24. siliquis digitorum longitudo*: Sed ad membri magnitudinem potius, quam ad certam mensuram respicit.

IV. Digitus latus hic est certa mensura Rom. palmi quarta, pedis sexta decima pars, Ein quer Finger breit.

V. Digitus est duplex, quadratus & rotundus, apud Iulium Frontinum *de Aquaductibus*.

VI. *Digitus quadratus in longitudine & latitudine æqualis est, tribus quartis decimis suis rotundo maior. Digitus rotundus tribus vndecimis suis quadrato minor est.*

VII. *Digitus quadratus, in rotundum redactus, habet diametri digitum vnum, & digiti semunciam sextulam. Digitus rotundus habet diametri digitum vnum, &c.* Hæc ex Frontino.

VIII. A digito est *digitalis* apud Plin. *lib. 27. cap. 13: Thlaspi, inquit, duorum generum est angustis foliis; digitali longitudine & latitudine in terram versis*: sed respicit ad membrum potius quam ad mensuram certam.

IX. Apud eundem est *lib. 22. c. 20. Et anchusæ radix in vsu est, digitali crassitudine*: ad membri potius itidem magnitudinem, quam ad certam mensuram hic quoque respicit.

X. A digito est *semidigitus*, quippe digiti dimidia pars, apud Vitruuium *lib. 10. cap. 22.* Hinc est *semidigitale foramen*, apud eundem Vitruuium eodem loco.

XI. A digito est quoque *sesquidigitus* apud Vitruuium *lib. 8. c. 6. & lib. 10. cap. 17*: quippe mensura vnius digiti cum eius dimidio anderhalb Finger breit.

XII. Ab hoc est *foramen sesquidigitale*, apud Vitruuium *lib. 10. cap. 22.*

XIII. Digitum quatuor hordei granis constare, si per latera contigue disponantur, tradunt: Sed quam hoc fallax sit, nemo non intelligit; cum hordei grana non vbique sint æqualia.

VNCIA II.

I. Et *vncia* hic inter pedis partes, vt mensura, numeratur: & a mensoribus sic appellatur, vt Boetius testatur.

II. Vncia continet digitum, & præterea partem eius tertiam, vt Iulius Frontinus *de iure limitum testatur.*

III. Vncia palmi quidem tertia, pedis vero duodecima pars est: quemadmodum in mensuris & ponderibus vncia libræ seu assis duodecima pars est. Nam & pes as dicitur, eiusque partibus declaratur, vt mox patebit.

IV. Hac mensura vtitur Plinius *lib. 33. cap. 8.* cum de coticulis loquens, inquit: *Sunt autem modici, quaternas vncias longitudinis, binasque latitudinis non excedentes.* Eadem & Palladius *lib. 6. tit. 12.* vtitur.

V. Budæus *lib. 1. de Asse*, & *in Annotat.* in pandectas loco vnciæ pollice vtitur: vt itidem sit pedis pars duodecima: adductus fortassis

tassis autoritate & Frontini & Plinii: apud hunc *lib. 15. c. 24* est: *siliquarum latitudo pollicaris.* Item *lib. 13. cap. 23: Pollicaris crassitudo*, de Cynosbato loquitur. Item *lib. 25. c. 2.* Sed non tam ad certam mensuram, quam ad membri pollicis crassitudinem Plinius respicit. Non enim veteres scriptores pollice pro vncia, vt sit certa mensura, vtuntur.

VI. Ab vncia sunt *literæ vnciales*, hoc est, valde longæ & crassæ, vnciali crassitudine exaratæ: apud D. Hieronymum *in prologo in Iob.* Inerudite quidam interpretantur literas vnciales auri vnciam appendentes, vel auri vncia constantes. Et vncialis crassitudo est apud Plinium *lib. 13. c. 15.*

VII. Vnciæ diuisiones & hic non sunt omittendæ; quod & partes huius mensuræ sint. De vncia eiusque partibus cum pondera sunt, dictum est supra *lib. de ponderibus cap. 5.* Primum vncia diuiditur in duas partes, quas græci ϛατῆρας, latini nominant *semuncias*: quarum vtraque pedis vicesima quarta pars est.

VIII. Deinde diuiditur in *quatuor sicilicos*, qui sic dicuntur, quod semunciam in duas partes secent scindantque: in *tres duellas*, quæ sunt tres binæ sextulæ: in sex sextulas: in 24. scripula, quæ græcis sunt γράμματα.

IX. *Sicilicus*, & in genere neutro Sicilicum, vnciæ quarta, semunciæ dimidia pars est. Sicilico vtitur Plinius *lib. 13. cap. 15.* cum de mensis loquens inquit: *Tribus Sicilicis infra quatuor pedes, totidemque infra semipedem crassitudinis*: & mox: *Tiberio Principi mensam quatuor pedes sextante & sicilico excedentem, &c.* De quo Budæus *libro primo de Asse.*

X. Ab vncia est *sescuncla mensura*, quæ vnciam cum eius parte dimidia continet: Item continet duos digitos, & est pedis pars octaua, palmi dimidia. A sescuncia est *sescuncialis* crassitudo, apud Pl. *lib. 13. c. 15.*

XI. Vncia in octo octauas, quæ drachmæ sunt, diuiditur. Plura de vnciæ diuisione pete e *libro superiore cap. 5.*

Vnciæ vt mensuræ interuallorum partitio.

Vncia	1.				
Semuncia	2.	1.			
Sicilicus	4.	2.	1.		
Drachma	8.	4.	2.	1.	
Scripulum	24.	12.	6.	3.	1.

Consule & G. Agr. de *Mensuris interuallorum pag. 210. & 211.*

PALMVS III.

I. Tertia mensura est *palmus*, pedis pars quarta: Vnde apud Varrorem *lib.3.cap.25. quadrans*, s. pedis, dicitur: Sic est quoque apud Gellium *lib.3.c.10.*

II. Palmus digitos habet quatuor, vt est apud Vitruuium *lib.3.cap.1.* & Iulium Frontinum, & vncias tres continet.

III. Hæc mensura a nonnullis *manus transuersa* dicitur, Eine quere Hand breit/oder eine Hand breit.

IV. Plinius hac mensura vtitur *lib.17.c.10.* de baccarum lauri satione loquens: *In sulco*, inquit, *repastinato palmi altitudine.*

V. Idem loco palmi & quatuor digitis vtitur, *lib.27.c.16. & lib.17.c.18*: ne plus quatuor digitos transversos extet.

VI. A palmo est *palmarius*, & *palmaris*. *Palmaria spatia* habet Columella *lib.11.cap.12*: *Foramen palmare* Vitruuius *lib.20.cap.20*: *Scrobs palmaris* est apud Pallad. *lib.4.tit.de Citreo.*

VII. *Bipalmes tabulæ* sunt apud Varronem *lib.3.c.7.* quippe duorum palmorum.

VIII. *Ad palmum decoquere* Col. *l.21.c.33.* dixit pro ad quartas s. partes, vt Medici loquuntur.

IX. Hunc palmum faciunt *minorem*. Nam Budæus & alterum palmum facit, maiorem s. digitorum duodenum: & eundem esse dicit cum dodrante Rom. & σπιθαμὴ græca; sed nullo testimonio id confirmat, vt ei fides haberi possit: & iure a G. Agric. reprehenditur.

X. Palmus altitudinis cuiusque humani corporis, natura bene compositi, quarta & vicesima pars est; cum pes sit pars sexta, vt infra dicetur.

PES IV.

I. Quarta mensura hic est *Pes*: quæ palmos habet quatuor, sescuncias octo, vncias duodecim, digitos sedecim, vt est apud Frontinum. In has enim partes æquales Romani suum pedem partiuntur.

II. Vitruuius *lib.3.c.1.* sic inquit: *E cubito cum dempti sunt palmi duo, relinquitur pes quatuor palmorum.*

III. Apud

E S:

ptorum veterum lectionem, edita.

oc est: Solidorum corporum longitudines, superficies seu latitudines & profun-
r Middah, vt e capite 19. Leuitici constat. Ars & facultas huius rei a Platone voca-
Politico. Harum mensurarum cognitio ad lectionem veterum scriptorum, &
nda est. Etsi vero de hisce mensuris omnibus integer commentarius hic habetur,





III. Apud Iulium Frontinum pes eſt *triplex* : quippe *porrectus*, *contractus* & *quadratus*. Hic autem pes porrectus, qui eſt pedem longus, intelligitur, & eſt iuſta pedis menſura.

IV. In pede porrecto ſunt duo ſemipedes : in pede contracto quatuor : in pede quadrato octo.

V. *Pes porrectus* eſt menſura longa pedem : contractus longa & lata ſemipedem : quadratus longa & lata pedem. Itaque pes contractus fit ex duobus pedibus porrectis ; quorum dimidia pars in longum ducitur ; dimidia in latum reflectitur. *Quadratus* vero ex quatuor pedibus porrectis, tanquam lineis : quorum duo in longum, duo in latum ducuntur. Ex quibus intelligimus pedem reuera eſſe ſemipedem quadratum.

VI. *Pes* in geometricis menſuris idem eſſe cenſetur, quod *as* in Ponderibus : vnde pedis partes aſſis partibus vſu veterum autorum erudite explicantur.

VII. Vncia igitur, vt aſſis, ita pedis quoque duodecima pars eſt : de qua iam dictum eſt.

VIII. *Sextans* pedis ſexta pars eſt, & duas vncias continet : hinc ſunt *fuſi ſextantales* apud Vitruuium *lib.10.c.6.* quippe ſextantem longi. Plinius *lib.13.cap.15.* de menſis cedrinis ſic ſcribit : *Qua in re non omittendum videtur : Tiberio Principi menſam quatuor pedes ſextante & Sicilico excedentem : tota vero craſſitudine ſeſcunciali*, &c. De quo Plinii loco conſule Budæum *lib.1.de Aſſe pag.9.*

XI. Quadrans quarta pedis pars eſt, vt *palmus* : vnde eſt *quadrantalis craſſitudo* apud Plin. *lib.13.c.15.* trium vnciarum. Gell. *lib.9. cap.4.* quadrantem tres vncias vocat, cum inquit : *Pigmaeos quoque haud longe ab iis naſci, quorum qui longiſſimi ſunt, non longiores eſſe quam pedes, duos & quadrantem.*

X. *Triens* tertia pedis pars eſt, & quatuor vncias continet : Inde ſunt *folia trientalia* apud Plin. *lib. 27. c. 5.* quæ ſunt quatuor pedis vncias lata ſeu magna : item *trientalis herba*.

XI. Quincunx pedis quinque vnciæ ſunt, a quo eſt *herba quincuncialis* apud Plin. *lib. 27. cap. 11.* Quis autem ſit *ordo quincuncialis* in vineis & pomariis conſule Budæum *lib. 1. de Aſſe.*

XII. *Sex pedis vncias* Vitruuius ſemiſſem dixit *lib.5.c.1.* & Colum. *lib.3.c.13.* Cato vocat *ſemipedem*, vt refert Plin. infra.

XIII.

XIII. *Bes* est octo vnciarum,& duas pedis tertias partes continet ; a quo sunt *bessales laterculi* apud Vitruuium *lib* 7.c.4. h.e.octo vnciarum.

XIV. *Dodrans* nouem est vnciarum,& tres pedis partes quartas seu quadrantes complectitur : Vnde est *sulcus dodrantalis,dodrantem*,hoc est,nouem vncias,*altus* apud Varron : *lib.3.c.19.* Plin. *lib.18. c.19. Ternos dodrantes,qui faciunt duos pedes cum palmo,pygmaei non excedunt.* Plin.*lib* 7.c.2.

XV. *Dextans* decem pedis vncias habet. Apud Vitruuium est *lib.3 cap.3* : *Crassitudines graduum ita finiendas censeo, vt neque crassiores dextante, neque tenuiores dodrante sint collocatae. Sic enim durus non erit ascensus.*

XVI. *Vnciae duodecim* sunt pes ipse,quem complent.

XVII. A pede est *pedalis* apud Columellam *lib.5.c.1.* cum inquit : *Modus omnis areae pedali mensura comprehenditur, quae est digitorum sedecim* : *pedalis crassitudo* est apud Vitruuium *lib.10.cap.21* : *Pedale interuallum* apud Plin. *lib.17.c.11.*

XVIII. Item ab eodem formatur *pedaneus* apud Colum.*lib.5.* cum inquit : *Et ideo in maritandis arboribus nemo minorem pedanea Scrobem vitibus comparat.*

XIX. A pede est quoque *semipes* apud Plin.*lib.17 c.11.* cum inquit ; *Si neque eae sunt sarmentis* (Cato consterni inquit) *ita vt in altitudinem semipedem trahantur.* Ibidem paulo ante est : *Non altiores quino semipede. Semipes dicitur* quoque *pedis semissis* a Vitruuio *lib. 5.c.1.* a Colum.*lib.3.c.13.*

XX. A *semipede* est *Semipedalis* : vnde sunt *spatia semipedalia* apud Colum.*lib.12.c.50.* & *lib.4.c.33.* *Semipedales trunci* apud Plin.*lib. 13. cap.4.*

XXI. Item *semipedaneus* apud Col.*lib.4.c.1.*

XXII. A *pede* est & *sesquipes* mensura pedis vnius cum dimidio,Columella *lib.4.c.8.* quae est mensura cubiti,vt mox patebit. Hac mensura vtitur Plin. *lib.17.c.11.* & Persius *satyra 1.* cum inquit : *Cum tibi Calue,Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet.*

XXIII. A *sesquipede* formatur *sesquipedalis* ; vnde sunt *ligna sesquipedalia* apud Caesarem ; & *verba sesquipedalia* apud Horat.*in arte poetica*,h.e.*grandia*.Plin.*lib.7.c.16.Sesquipedales gigni,quosdam longiores,* in

in trimatu implentes vitæ cursum haud ignotum est. *Paries sesquipedalis* est apud eundem *lib. 35. cap. 14.*

XXIV. Inde est & *sesquipedaneus* : vnde sunt *cornua sesquipedanea* piscis, *lucernæ* dicti, apud Plin. *lib. 9. cap. 27.*

XXV. A pede est *bipes*, cui sunt duo pedes : inde tamen est *bipedalis* res, cui est vel longitudo, vel latitudo, vel altitudo, seu profunditas, seu crassitudo duorum pedum: Vnde sunt *tegulæ bipedales* apud Vitruuium *lib. 7. cap. 4. bipedalis altitudo* apud Plinium *lib. 25. c. 2.*

XXVI. Ab eodem est *bipedaneus* apud Columellam *lib. 4. c. 1. & 23. & lib. 5. c. 5.*

XXVII. *Dupondium* pro duobus pedibus vsurpatur apud Colum: *lib. 3. c. 15.* cum inquit: *A calamo ad proximum calamum non minus altum quam duos pedes & semissem planis locis refodit: accliuibus in dupondium & dodrantem: præcipitibus etiam in tres pedes.* Dupondio idem ita bis vtitur *lib. 4. c. 1.* pro duobus pedibus & duodecim digitis. In legibus XII. Tabularum duo pedes & semis, *sestertius pes* vocatur.

XXVIII. *Tripes* est apud Liuium, cui tres sunt pedes: Inde est *tripedalis*, h.e. *tres pedes longus*, apud Plin. *lib. 27. c. 12.* & *lib. 18. cap. 30.* apud Varronem *lib. 3. c. 9.*

XXIX. Ab eodem pro eodem est & *tripedaneus* apud Columellam *lib. 4. cap. 33.* & *lib. 5. c. 5.* Apud Plin. *lib. 33. c. 6.* sunt *statuæ tripedaneæ, tres pedes longæ: membra myagros tripedanea lib. 27. c. 12.*

XXX. Porro certa pedis Ro. mensura & quantitas saxo incisa, adhuc hodie Romæ inueniri traditur in hortis Angeli Colocii: quem Leonhardus Porcius ante quidem in Italia amicis suis communicauit: postea verò & G. Agricola ex Italia in nostram Germaniam attulit, publicisque typis excudendum curauit.

XXXI. Huius autem *pedis Romani*, item *græci & Lutetiani*, etiam fabrilis certum σχῆμα, ex quo ejus quantitas vera patefiat, a me ante est editum & publicis typis excusum: quod & hic addetur in fine.

XXXII. Conducit autem pedis Ro. certa quantitas ad restituendas mensuras veteres non solum rerum liquidarum & arida-

 rum,

rum, sed etiam dimensionum interuallorum. Primum enim *amphora Romana*, mensura liquorum, quæ & *quadrantal* dicitur a forma quadrata & cubica, ad pedis quantitatem fabricatur, vt in libro *de mensuris liquorum* copiosius a me traditur.

XXXIII. Hujus Amphoræ pars quadragesima octaua est *sextarius verus Romanus*: quo cognito facile cognoscentur & minores seu inferiores mensuræ, quæ sextarii sunt partes & majores seu superiores, quarum sextarius aliquota pars est.

XXXIV. Adhæc jucunda & utilis erit collatio veterum mensurarum cum nostratibus quibuslibet patriis.

XXXV. *Sextarium Romanum* exæquat exactissime ea mensura, quæ hic Francofordiæ ad Oderam vulgo dicitur *Nossella*, vt dimensio Amphoræ Ro ipsa perspicue demonstrat. Intelligitur autem hic Nossella diminuta ad exactionem cereuisiariam ante aliquot annos patrum memoria in Marchia factam & institutam, das Zeisemaß: qua hodie in hoc oppido in vendendo vino, cereuisia & aliis vtuntur.

XXXVI. Vtraque mensura, & vetus integra, & noua accisa ac diminuta, hic in curia diligenter asseruatur, nimirum quarta, cujus nossella dimidia pars est.

XXXVII. Deinde pedis certa noticia *cubitum, passum, stadium, milliare, &c.* quantum fuerit, certo declarat: quod hæ mensuræ pede multiplicato constent.

XXXIIX. Non omittendum est, licet ad hoc negotium non admodum spectet, quod est apud M. Vitruuium *lib. 4. cap. 1.* & *lib. 3. c. 1.* cum inquit: *Non minus etiam, quod pes hominis altitudinis sextam habet partem: ita etiam ex eo quod perficitur pedum numero, corpus bis sex altitudinis terminando eum* (numerum senarium) *perfectum constituerunt.*

XXXIX. Id autem intelligi debet de corpore bene composito. Nam & Arist. *lib. 6. Top.* hominem definit. ζῶον πεζὸν δίπουν τετράπηχυ. h.e. *Animal pedestre, bipes, quatuor cubitorum:* Quatuor cubiti sex pedes faciunt.

XL. Budæus in Galliis vsus est *pede Lutetiano*, eoque publico, & ab iis petito, qui pedis modum publice statuere solent: & hunc, licet verus non sit, pro pede Ro. aliis obtrusit: amicis communi-

municauit: ad quem & amphoram Ro. seu *quadrantal* fabricauit, & restituere conatus est: sed is pes suis digitis duobus integris pede Romanovero longior est.

XLI. XV pedum spacium sit inter publica & priuata ædificia, *l. 6. C. de ædificiis priuatis*: & *lib. 11. ibid.* Item X. pedes *l. 11.*

XLII. *Pes* apud Latinos proverbialiter *pro exiguo spacio* vsurpatur a Cic. *lib.* 7. ad Atticum cum inquit: *Pedem in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit.*

XLIII. Pes Romanus pede græco ad trientem digiti sui brevior est.

XLIV. *Via latitudo in porrectum octo pedum, in anfractum, id est, vbi flexum est, sedecim habeto*, vt est *in legibus* XII. Tabul.

Tabula de pedibus huc accersenda est.

PALMIPES V.

I. Quinta mensura Romana hic est *palmipes*, quæ ex *palmo & pede* componitur: vnde *palmipes* est mensura pedem & palmum longa: quippe palmorum quinque, vnciarum quindecim, digitorum viginti.

II. Palmipes interuallum apud Plinium esse dicitur.

III. A palmipede est *palmipedalis malleolus* apud Columellam *lib. 3. cap. 19. Palmipedalis crassitudo & latitudo*: & *palmipedalia spacia* apud Vitruuium *lib. 10. c. 21. limen palmipedale altum* apud Varronem *lib. 2. cap. 4.*

CVBITVS VI.

I. *Cubitus*, & *cubitum* in Neutro genere, quo Plinius sæpissime vtitur, primum significat partem brachii, cui inclinati innitimur, s. vlnam.

II. *Cubitus* a græca voce κύβιτος & κύβιτον; quam *Doricam* vocem Iulius Pollux ex Aristotele refert, deriuari videtur.

III. Apud Galenum est *ex Hippocrate*: κύβιτον τὸ ὠλέκρανον, ὅπερ καὶ ἀγκών, hoc est, cubitum vlna, quæ etiam cubitus. Idem *lib. 1. cap. 2.* de vsu partium, vlnam vocat totum membrum

 me-

medium inter articulationem carpi & cubiti, Plin. *lib. 11. cap. 43.* vni homini vlnas tribuit.

IV. *Cubitus* quoque est certa mensura, quæ constat *sesquipede*, duobus dodrantibus, sex palmis, octodecim vnciis, viginti quatuor digitis

V. Vitruuius *lib. 3. cap. 1. Cubitum*, inquit, *animaduerterunt ex sex palmis constare, digitis viginti quatuor*: In has enim partes æquales cubitum partiuntur.

VI. A *Cubito* est *cubitalis* apud Suetonium *in Galba*. Plantas virorum in India *cubitales* fuisse, refert Plinius *lib. 7. cap. 2.* *Lacerti Arabiæ cubitales*: in Indiæ verò Nisa monte viginti quatuor pedum longitudine, Plin. *lib. 8. c. 39.* Caudæ ouium Syriæ cubitales, Plin. *lib. 8. c. 48.* Dentium flexus gemini ex rostro in India cubitales s. apris maribus, Plin. *lib. 8. c. 52.*

VII. Vlna pro cubito vtitur Solinus *c. 45.* vbi de Crocodilo loquitur. Quod enim est apud Plin. *lib. 8. cap. 25.* *Crocodilum esse longum duodeuiginti cubita*: id Solinus viginti vlnas vocat.

VIII. Et Iulius Pollux vtrunque pro eodem accipit, vocibus idem significantibus, cum inquit: τὸν δὲ πῆχυν ὠλένην καλοῦσιν, hoc est, *cubitum autem vlnam vocant*.

IX. Plinius autem vlnam aliter accipit, & a cubito distinguit, cum inquit *lib. 16. cap. 32.* *Antandri platanus etiam circumdolatis lateribus restibilis sponte facta, vitaque reddita, longitudine XV cubitorum, crassitudine quatuor vlnarum.* Intelligit enim illud spacium, quod est inter duas manus expansas cum pectoris latitudine: quod Græcis dicitur ὀργυιὰ, ein Klaffter. Sic enim est apud eundem *lib. 16. c. 40.* *Arboris eius* (abietis) *crassitudo quatuor hominum vlnas complectentium implebat*: & ibidem mox. *Maxima Cedrus in Cypro traditur ad vndeciremem Demetrii succisa centumtriginta pedum: Crassitudinis vero ad trium hominum complexum.*

X. Apud L. Cœlium est *lib. 4. c. 3.* *Si ambas*, inquit *manus explices a pectore in lineam rectam, vlna dicitur.* Plura vide infra in ὀργυιὰ græca: Item in *capite de mensuris hodie vsitatis.*

XI. Porro cubitum quartam esse partem corporis humani, natura bene compositi, ex Aristotelis definitione hominis allata

allata certum est, cum statura justa hominis sit sex pedum, vt dictum est ante.

XII. De cubito plura *in Arca Noah fabrica*, quæ postea suo loco addetur.

GRADVS VII.

I. Gradus quoque hisce interuallorum mensuris a Boetio adnumeratur: qui duos pedes cum semisse continet. Sic enim ille ait: *Decempeda decem pedes colligit, passus quinque gradus duos cum semisse.*

II. Sed quemadmodum nec βῆμα apud græcos, ita neque gradus pro mensura latinis in vsu est: nec temere eius rei idoneum exemplum ex probato scriptore aliquo potest adferri.

PASSVS VIII.

I. *Passus a passis*, hoc est, *diductis manibus*, iuxta Budæum: seu potius a *diductis pedibus*: seu a *passis*, h. e. *apertis brachiis*, vt vult Andreas Alciatus, dicitur: & quinque pedes porrectos habet, apud Columellam *lib.* 5. *cap.* 1. & Severinum Boetium.

II. *Porticus centenariæ* a centum passibus dicuntur, L. Cœlius *lib.* 28. *c.* 39. Sic *millenariæ* a mille passibus nomen habent apud Tranquillum.

III. Huius mensuræ apud Plinium in describendis locorum interuallis seu distantiis vsus est frequentissimus, vt est videre *libro* 3. 4. 5. *&* 6.

IV. ὀργυιὰν græcam passum fere transferunt: qua de re infra *in mensuris græcis.*

DECEMPEDA IX.

I. Vsi sunt veteres certis quibusdam mensuris, quibus fundos, areas, ædificia, agros, vias, prata, fodinas, & alias res dimensi sunt: quæ pede cubitoque, sed multiplicato ferè constant: qua de re consule Palladium *lib.* 2. *tit.* 12.

II. Romanis in vſu fuit *decempeda*: quæ erat *pertica, à decempedibus Ro dicta*: cujus meminit Cicero his verbis *in oratione pro Milone: Qui cum architectis & decempedis villas multorum hortosque peragrauit.*

III. A decempeda eſt *decempedator*: qui decempeda dimetiri ſolebat, apud Ciceronem *in Philippica 13*, cum inquit: *cauebat etiam C. Antonio, qui fuerat aquiſſimus agri priuati & publici decempedator.*

IV. Idem metator quoque dicitur apud eundem Ciceronem *in 14. Philip.* cum inquit: *Quàm jam peritus & callidus decempeda ſua Saxa diuiſerit.* Saxa hic nomen eſt proprium amici Antonii.

V. Apud Plautum *in Pœnulo* idem dicitur finitor: quippe qui agrorum fines definit, atque conſtituit, cum inquit: *Nunc regiones, limites, confinia determinabo: eius rei ego ſum factus finitor.*

VI. Hac voce & Cicero vtitur *contra Rullum*, cum inquit: *Finitorem mittat, ratum ſit, quod finitor vni illi, a quo miſſus erit, renunciauerit.*

VII. In iure vocatur *agrimenſor*: quæ vox γεωμέτρης redditur latine, Landmeſſer.

VIII. *Decempeda* a Boetio *pertica* ſimpliciter dicitur: & definitur ab Iſidoro: *Pertica habet paſſus duos, id eſt, pedes decem.*

IX. A pertica eſt *perticalis ſalix* apud Colum. *lib. 4, c. 23.*

STADIVM X.

I. *Stadium*, vt Plinius ait, *lib. 2. c. 23.* centum & viginti quinque noſtros Ro. efficit paſſus, h.e. pedes ſexcentos viginti quinque: Idem docet Columella *lib. 5. c. 1.*

II. Apud Plin. eſt *lib. 2. c. 21.* Pythagoras vero vir ſagacis animi a terra ad lunam centum viginti ſex millia ſtadiorum eſſe colligit: ab ea vſque ad ſolem duplum: inde ad duodecim ſigna triplicatum.

III. Quod ſi vni milliari octona ſtadia tribuis, luna a terra abeſt milliaria Italica 15750, germanica 3937 cum ſemiſſe: Sol abeſt ſtadiorum 252000, milliaria 31500 Italica, quæ faciunt milliaria germa-

germanica. 7835: Sed signa Zodiaci a terra absunt stadiorum. 378000. milliaria Italica 47250: germanica 11812 cum semisse.

IV. *Apocalyp, 21. urbs ipsa quadrangularis est: Cuius longitudo: tanta est, quanta latitudo mensus est urbem calamo ad stadiorum duodecim millia; suntque longitudo & latitudo ejus aequales.* XII millia stadiorum faciunt milliaria Italica 1500. germanica 375.

V. Vide plura de stadio infra *de mensuris Graecis.*

MILLIARE XI.

I. *Milliare*, quod & *milliarium* dicitur, a mille passibus, quibus constat, nomen accepit: qui pedum quinque millia faciunt, vt est apud M. Vitruuium *lib. 10. c. 14.* qui quinque millia pedum mille passus interpretatur.

II. Hoc milliare vocatur *milliare legale*, quod ejus fiat mentio in legibus. Hujusmodi milliaria viginti *dietam* faciunt, ut Iureconsulti asserunt. Id alias dicitur *iter diei l. 13. ff. de excus. tute:* Vide infra *cap. 9.* Vocant quoque *milliare Italicum.*

III. *Milliare germanicum* continet mille passus. *Milliare magnum* 5000. pass. Schoner *de vsu globi cap. 12.* Milliare Teutonicum esse 5760. pass. traditur.

IV. Columell. *lib. 5. c. 1.* ait: *stadium deinde habet passus CXXV, id est, pedes DCXXV.* quae summa octies multiplicata efficit mille passus: Sic veniunt V. millia pedum. Octona itaque stadia vni milliari tribuuntur.

V. Apud Ciceronem est *in Epistolis ad Atticum: Accepi literas tuas ad quintum milliare.* Apud Iulium Frontinum *de Aquae ductibus est: Intra secundum milliarium* A tertio milliario est apud *Cic. lib. 8. ad Atticum.*

VI. Porro Cicero pro milliari *mille passus* fere dicere mavult, vt *pro Sestio: Edixitque, vt ab vrbe abesset mille passus.* Quam loquendi consuetudinem & Geographi latini sequuntur, vt ex Plinio constat *lib. 2. 3. 4. 5. 6.* &c,

VII. Milliaria *lapidibus* olim signabantur: Vnde dicendi consuetudo inoleuit, vt *lapides* pro milliaribus vsurpentur. Apud Plinium Iuniorem est: *Est via Tiburtina intra primum lapidem.*

dem. Apud Liuium eſt *lib. 2. ab V. C. ad ſecundum lapidem.* Apud Plinium eſt *lib. 10. c. 28. Citra octauum lapidem.* Idem habet *lib. 3. c. 19.* Ad *lapidem duodecimum:* Item *lib. 33. c. 12.* ad *XX. ab vrbe lapidem.* *Bis decimus lapis ab vrbe*, eſt apud Martialem *lib. 1. Epigrammatum ad Fauſtinum.* Vlpianus ait *ff. de offic. præfecti vrbi: Sed & ſi intra centeſimum milliarium admiſſum ſit, ad præfectum vrbi pertinet: ſed & ſi vltra ipſum lapidem egreſſum eſt, præfecti vrbi notio eſt.*

IIX. *Centum millia* pro centum milliaribus eſt lib. 1. Cod. *titulo 6.*

IX. *μίλιον* vox græca a latina *mille* deriuata eſt: ea vtitur Suidas: inde eſt vox Germanica Meile.

X. *μίλιον* Heroni octo eſt ſtadiorum: cum quo & Plinius conſentit, cum tradit ſtadium efficere paſſus cxxv. qui octies multiplicati mille paſſus faciunt.

XI. Suidas vero parum conſentanea ſcribit, cum inquit: ἑπτὰ ἥμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον ἕν· καὶ τὰ δέκα μίλια ἔχουσι στάδια π'. τὸ δὲ στάδιον ἔχει πόδας χ. τὸ δὲ μίλιον πόδας, δω. hoc eſt. *ſeptem ſtadia & dimidium faciunt milliare vnum: & decem milliaria continent ſtadia octoginta: ſtadium vero habet pedes ſexcentos: Milliare autem pedes* 4800.

XII. Quod milliari ſeptem ſtadia cum dimidio Suidas tribuit, aliis autoribus probatis repugnat: qui magno conſenſu eidem octo integra ſtadia adſcribunt. Quod ſequitur idem quoque confirmat. X enim milliaria octoginta faciunt ſtadia.

XIII. Valerius Probus autor eſt: veteres etiam dixiſſe: *ad quartum cippum* quod Cippus & terminum & lapidem terminalem ſignif.

XIV. Alanus equus centum ad diem *milliaria* currere dictus, ita vt per dies octo continuaret, Flauius Vopiſcus in *probo Imp.*

De

De Milliari Germanico infra. Menſuræ poſteriores ſuperiorum ſunt partes.

Milliare	1.										
Stadium	8.	1.									
Paſſus	1000.	125	1.								
Gradus	2000.	250.	2.	1.							
Cubitus	$3333\frac{1}{3}$.	$416\frac{2}{3}$.	$3\frac{1}{2}$.	$1\frac{2}{2}$.	1.						
Palmipes	4000.	500.	4.	2.	$1\frac{1}{5}$.	1.					
Pes	5000.	625.	5.	$2\frac{1}{2}$.	$1\frac{1}{2}$.	$1\frac{1}{4}$.	1.				
Palmus	20000.	2500.	20.	10.	6.	5.	4.	1.			
Vncia	60000.	7500.	60.	30.	18.	15.	12.	3.	1.		
Digitus	800[illegible].	10000.	50.	40.	24.	20.	16.	4.	$1\frac{1}{5}$.	1.	
Granum	320000.	40000.	320.	160.	96.	80.	64.	16.	$5\frac{1}{5}$.	4.	1.

Hæ menſuræ quinque verſibus apud Schonerum *lib. de vſu globi c. 12.* comprehenduntur.

Ex granis digitus quatuor formabitur vnus:
Eſt quater in palmo digitus: quater in pede palmus:
Quinque pedes paſſum faciunt: paſſus quoque centum
Viginti quinque ſtadium dant: ſed miliare
Octo dabunt ſtadia: at duplicatum dant tibi leucam.

DE

REI RVSTICAE
QVIBVSDAM VOCABVLIS

CAP. III.

HUc accerſenda ſunt quædam vocabula, ſcriptoribus *Rei ruſticæ* vſitata. Varro ait *lib. 1. c. 10. Modos quibus metirentur rura, alius alios conſtituit.* Nam in Hiſpania vlteriore metiuntur *iugis*; in Campania *verſibus*: apud nos in agro Romano ac latino *iugeris*. Apud Iulium Frontinum eſt: *Ideo ager pedibus menſura-*

tur, vt veritas declaretur: quæ vocabula quoque obiter sunt declaranda.

I. *Actus* dicitur apud Plin. *lib. 18. c. 3.* in quo boues agerentur, cum aratur, vno impetu iusto. Hic erat cxx pedum, & duplicatusque in longitudinem iugerum faciebat, hæc ille.

II. *Actus duplex* est: *minimus* & *quadratus*; ac minimus quidem actus est, qui, vt M. Varro ait, latitudinis pedes quatuor, longitudinis pedes habet 120. in summa pedes 480, vt Columel. *lib. 5. c. 1.* refert.

III. *Actus* vero *quadratus* pedibus vndique finitur 120. Columella *lib. 5. c. 1.* vt in summa sint pedes 14400. Qui *modius* ac *mina* latina dicitur, Varro *lib. 1. c. 10. de Re Rust.*

IV. *Clima* Columellæ *lib. 5. c. 1.* est quoquo versus pedum 60, vt in summa sint pedes 3600.

V. *Versus* quoquo versus est pedum 100. quadratorum: vt in summa sint pedum 10000.

VI. *Iugerum* vocabatur, vt Plin. habet *lib. 18. c. 3.* quod vno iugo boum in die exarari posset: & ab eo, quod erat iunctum, nomen iugeri vsurpauit.

VII. *Iugerum* est actus quadratus, in longitudinem duplicatus: longitudine quidem pedum, 120. latitudine vero 240. vt sit in summa pedum quadratorum 28800. Phil. Melanth. *lib. 2. chron.* sic inquit: *Est autem iugerum quadratum, cuius vnum latus centum viginti pedum*, græce πλέθρον, id est, sexta pars stadii.

VIII. Singula iugera vinearum sexcenas (sexcentenas Varro *lib. 3. cap. 9.*) vrnas vini præbuisse, Columella *ex M. Varrone* adfert. Idem paulo post refert: *Singula iugera Vinearum in prædiis Senecæ reddidisse culleos octonos:* qui faciunt amphoras 160. h. e. Sextarios Romanos 7680, & totidem Nossellas Francofordianas: vnde fiunt tonnæ 34. & restant quartæ 100. Idem Columella refert: *vineta extirpanda, si iugera singula minus quam ternos culleos præbent.* Tres cullei faciunt vrnas 120. amphoras 60.

IX. *Balenas* quaternum iugerum in mari Indico esse tradit Plin. *lib. 9. c. 3.*

X. *Bina iugera* Varroni *lib. 1. c. 10.* hæredium dicitur; *Hæredi-*

rediolum duorum iugerum mensura: quod heredem sequeretur, Columella *in præfatione lib. 1.*

XI. Hunc actum prouinciæ Bæticæ rustici *agnam* vocant, Columella *lib. 5. c. 1.*

XII. *Porca* ab eisdem rusticis dicitur, quæ est latitudine pedum 30, longitudine 180, Colum. *lib. 5. c. 1.* vt sit summa pedum quadratorum 5400.

XIII. *Candetum* Galli appellant in areis vrbanis spacium centum pedum: in agrestibus autem pedum 150. quod aratores candetum nominant. *Semiiugerum arepennem* quoque vocant, Colum. *lib. 5. cap. 1.*

XIV. *Centuriam* nunc dicimus, vt idem Varro ait, ducentorum iugerum modum: olim autem a centum iugeribus vocabatur centuria: sed mox duplicata nomen retinuit. Inde est *centuriatus ager*, in centum iugera definitus, Colum. *lib. 5. c. 1.* In re vero militari centum homines significat Festo Pompeio.

XV. *Iugerum as* dicitur, vt Columella testatur *lib. 5. cap. 1.* & Plinius his verbis, cum inquit: *Iustum est proscindi sulco dodrantali iugerum vno die: iterari sesquiiugerum, si sit facultas soli: sin minus proscindi semissem, iterari assem, quando & animalium labori natura leges statuit, lib. 18. c. 19.* *Sulcus dodrantalis* est profundus tres pedis quadrantes. *As* est integrum iugerum, *semissis* eius dimidium.

XVI. Iugerum itaque vt as diuiditur, & assis partibus declaratur. Diuiditur enim in duodecim vncias, & alias eius partes.

XVII. Iugeri *vncia* rursus diuiditur in duas *semiuncias*, sex *sextulas*, quatuor sicilicos, in octo drachmas, & viginti quatuor scrupula: quot sunt in Græcorum Alphabeto literæ.

XIIX. *Drachma* iugeri tria scrupula continet.

XIX. Quemadmodum autem in asse, h. e. in libra Roman. drachmæ 96. scripula 288. numerantur: ita quoque in iugero totidem scrupula continentur.

XX. Semiscrupulum seu dimidium scrupulum Columellæ quidem *lib. 5. c. 1.* minima iugeri pars est: & continet pedes 50. est pars 576. Varroni vero scrupulum minima iugeri pars est, quod pedes habet in longitudine & latitudine decem; vt sint pedes 100.

XXI. Duo ſcrupula pedes 200. habent, pars 244.

XXII. Vnciæ ſexta pars eſt *ſextula*, iugeri vt aſſis, pars ſeptuageſima ſecunda, quatuor ſcrupula continet, pedes 400.

XXIII. *Sicilicus* iugeri pars 48. dicitur, quod ſemunciam in duas partes ſecet: ſex ſcrupula continet, pedes 600.

XXIV. *Semuncia* vnciæ dimidia, iugeri 24. pars habet ſcrupula 12, pedes 1200.

XXV. *Vncia* iugeri pars duodecima, continet ſcrupula viginti quatuor: pedes 2400.

XXVI. *Sextans* iugeri pars ſexta, continet ſcrupula 48. pedes 4800.

XXVII. *Quadrans* quarta iugeri pars, ſcrupula 72. pedes 7200.

XXVIII. *Triens* iugeri pars tertia, continet ſcrupula 96. pedes 9600.

XXIX. *Quincunx* continet ſcrupula 120, pedes 12000, pars tertia & vna duodecima eſt.

XXX. *Semis* iugeri habet ſcrupula 144, pedes 14400, pars dimidia.

XXXI. *Septunx* habet ſcrupula 168, pedes 16800, pars dimidia, & vna duodecima eſt. A ſeptunce eſt *ſeptuncialis ſatio* apud Colum. *lib. 2. c. 10.*

XXXII. *Bes* continet ſcrupula 192, pedes 19200, partes duæ tertiæ ſunt.

XXXIII. *Dodrans* iugeri ſcrupula 216, pedes 21600, partes tres quartæ ſunt.

XXXIV. *Dextans* eſt ſcrupulorum 240, pedum 24000, pars dimidia & tertia eſt.

XXXV. *Deunx* ſcrupulorum 264, pedum 26400, partes duæ tertiæ & vna quarta.

XXXVI. Iugerum denique duo actus efficiunt, longitudine pedum 230, latitudine pedum 120. &c. eſt ſcrupulorum 283. pedum 28800.

XXXVII. Hæc e Columellæ *lib. 5. c. 1.* adferre volui, vt quibus hic autor ad manus non adeſt, in promptu habeant.

XXXVIII. Hos agrorum modos *perticis*, quæ a pedum nume-

numero decempedæ apud Cicer. *pro Milone* appellantur, olim diuidere solebant.

XXXIX. Apud Liuium est *lib. 5. ab V. C. Terna iugera & septunces viritim diuiserunt.*

XL. Apud Varronem est *lib. 1. c. 2. Argis vnum iugerum, denos & quindenos culleos fert vini* : & mox: *In singula iugera dena cullea vini fiunt : Iugerum tricenas* (trecenas legendum) *amphoras vini reddit* : & Columell. *lib. 3. c. 3.* ait: *Singula iugera octonos culleos vini reddunt.*

Decem cullei faciunt amphoras 200; Sextarios Ro. & Nossellas Francofordianas 9600, quartas 4800, tonnas 43, & restant quartæ 70. Amphora continet sextarios Ro. 48; Nossellas totidem: octo cullei faciunt amphoras 160, sextarios Ro. & Nossellas Francofordianas 7680.

XL. Quantum ex quoque frumenti genere in iugero serendum sit, docet Plin. *lib. 18. cap. 24*, Columella *lib. 2 c. 9. 10. & 11.* Qua de re consule & alios Rei Rusticæ scriptores, vt Pallad. *lib. 2. tit. 4, 5, 6, 7, 8*, & *lib. 3. tit. 4. 22. lib. 4. tit. 3. 4. 6. lib. 12 tit. 1.*

XLII. *Stolonis* lex erat apud Romanos, quæ vetat plus quingenta iugera habere ciuem Romanum, Varro *lib. 1. cap. 2. de Re Rustica.*

DE MENSVRARVM HARVM RO. VSV.

I. Hæ sunt *mensuræ interuallorum*, apud Romanos vsitatæ: quæ apud autores latinos veteres passim occurrunt.

II. Architecti Latini ex his fere vtuntur *digito, vncia, palmo, pede, cubito, passu*, & eorum partibus: cuius rei exempla extant apud M. Vitruuium, Plinium, & alios autores veteres.

III. Geographi vsurpant pariter *pedem, passum, stadium & milliare.* Exempla extant apud Pomponium Melam, Plinium *lib. 2. 3. 4. 5. 6.* & *Strabonem.*

IV. Rei Rusticæ scriptoribus in vsu sunt *pes* & *pes multiplicatus* in *passus*, & *actus*, & *climata*, & *iugera*, & *stadia*, *centuriasque*, mox etiam in maiora spacia procedit, vt est apud Columellam *lib. 5. c. 1.*

DE

DE
MENSVRIS GRAECIS.
CAP. IV.

ΔΑΚΤΥΛΟΣ I.

MEnsuræ græcæ sunt omnino *sedecim* : & plæræque itidem, vt Romanæ, a membris humanis initia, incrementa, & appellationes sumunt : & his multiplicatis fere constant. Quarum *prima* est *μέτρον σμικρότατον*, h. e. mensura minima, *δάκτυλος*, hoc est, *digitus* : quippe latus seu transuersus : quæ vt palmi quarta ita pedis sextadecima pars est, vt apud Latinos,

II. A voce *δάκτυλος* & *δακτυλιαῖος*, hoc est, *digitalis*. Vnde est apud Theophrastum *πάχος δακτυλιαῖον*, hoc est, *Crassitudo digitalis* : Sed ad membri potius crassitudinem, quam ad certam mensuram respicit.

III. Item *διδάκτυλος* : Vnde sunt apud Dioscoridem *de Elaphobosco*, *φύλλα διδάκτυλα τὸ πλάτος* h. e. *folia duorum digitorum latitudine* : sed eiusdem *ῥίζα ὡς τριδάκτυλος τὸ μῆκος*, h. e. *radix fere trium digitorum longitudine*. Non autem intelligitur de mensura eadem, s. de latitudine : sed potius de longitudine. Plura exempla refert G. Agr.

ΔΟΧΜΗ II.

I. Pedis quarta pars, quæ latine *palmus* dicitur, varias habet apud Græcos appellationes. Primum enim dicitur *δοχμὴ* a verbo *δέχομαι*, quod *accipio* significat : quod eius ministerio in rebus accipiendis vtimur.

II. Apud Pollucem est *lib. 2. δοχμὴ συγκλεισθέντες οἱ τέσσαρες δάκτυλοι*, h. e. *palmus conclusi quatuor digiti sunt* : Est manus transuersa.

III. *Moschopulus δοχμὴν* falso interpretatur *σπιθαμὴν*, hoc est, *dodrantem*, licet idem quoque sit apud Hesychium & Suidam.

IV. De-

IV. Deinde dicitur δακτυλοδόχμη voce composita, apud eundem Pollucem *lib. 2.*

V. Adhæc vocatur δῶρον apud Vitruuium *lib. 2. c. 3.* quod munerum datio græce δῶρον appellatur: id autem semper geritur per manus palmum. Item δώρα in fœminino genere apud Ioannem Tzetzen grammaticum *in lib. 2. Hesiodi.* Hinc quoque est apud Vlpianum ἀντίδωρον, h. e. *remuneratio*: δωροδοκία corruptio muneribus facta.

VI. A voce δῶρον in ratione laterum in ædificiis est δίδωρον, τετράδωρον, πεντάδωρον, apud Vitruuium *lib. 2. c. 3.* Et Plinium *lib. 35. c. 14.* quippe quod est quoquo versus palmorum duorum, quatuor, quinque.

VII. Suidas δωδεκάδωρον recte interpretatur δώδεκα παλαιστῶν ὄν. Ab hac mensura sunt apud Homerum *lib. 4. Odyss.* ouium κέρα ἑκκαιδεκάδωρα h. e. *cornua sedecim palmorum longa*, h. e. quatuor pedum.

VIII. Postremo dicitur quoque παλαιστής in masculino genere: Eustathius *in Iliad.* M. δοχμὴ ὁ παλαιστής, ἤγουν τὸ τετραδάκτυλον. Dicitur & ἡ παλαιστὴς Polluci, & ἡ παλαιστὴ in fœminino genere, apud Suidam δοχμὴ dicitur. Hesychius ait, παλαιστὴ τὸ τεττάρων δακτύλων μέτρον, h. e. *palæste quatuor digitorum mensura est.*

IX. Et Homeri interpres *in 4. Iliad*: δῶρον παλαιστὴν interpretatur.

X. Hæc quatuor vocabula apud græcos vnam eandemque mensuram s. palmum significant.

XI. Omnibonus Leonicenus apud Xenophontem *in Venatione* παλαιστὴν non recte *vlnam* transfert.

XII. A παλαιστὴ est παλαιστιαῖος: Vnde sunt παλαιστιαῖα μεγέθη, hoc est, *palmares magnitudines*, παλαιστιαῖος *quadrantalis* quoque reddi potest, quod παλαιστὴ pedis quadrans sit.

XV. Inde est διπάλαιστος apud Dioscoridem, τετραπάλαιστος, πενταπάλαιστος apud Xenophontem, hoc est, duorum, quatuor, quinque palmorum.

ΣΠΙΘΑΜΗ III.

I. σπιθαμὴ apud Pollucem *libro* 2. sic finitur εἰ δὲ τοὺς δακτύλους ἀποτείνας ἀπὸ τοῦ μεγάλου πρὸς τὸν σμικρότατον, μέτρον σπιθαμὴ, hoc est, *Si vero digitis extensis à magno ad minimum metiaris, Spithame mensura est.* Germani vocant: Ein Spanne. Hesychius σπιθαμὴ τὸ μέτρον, τὸ ἀπὸ τοῦ μεγάλου δακτύλου ἐπὶ τὸν μικρὸν διάστημα ἐκτεθὲν, hoc est, *spithame est mensura, quod est à magno digito ad paruum interuallum extensum.*

II. Finitur etiam sic alicubi ἡ δὲ σπιθαμὴ ἔχει δοχμὰς τρεῖς, h. est *Spithame habet palmos tres:* & vncias nouem, digitos duodecim continet.

III. σπιθαμὴ latine recte redditur *dodrans* a Plinio *lib. 7. c. 2.* cum inquit: *Super hos extrema in parte montium Spithamei Pygmæi narrantur, ternas spithamas longitudine,* h. e. ternos dodrantes non excedentes.

IV. Strabo *lib. 2.* Pygmæos vocat inde τρισπιθάμους: quod statura sint tres dodrantes longi, qui faciunt duos pedes Ro: cum dodrante, vt est apud Gell. *lib. 9. cap. 4.* vlnam Francofordianam cum pedis vncia.

V. Strabonis interpres latinus τρισπιθάμους non recte interpretatur trium palmorum hominis.

VI. τρισπίθαμος ἅψις est apud Hesiodum *lib. 2.* ἔργ. h. e. *trium dodrantum rotæ curuatura,* die Folgel cui radii infiguntur.

VII. Apud Nicephorum est *lib. 1. cap. vltimo: Iesum Christum nostrum Saluatorem statura fuisse* ἑπτὰ σπιθαμῶν, h. e. septem dodrantum. Quod si verum est, fuit statura mediocri, pedum græcorum quinque cum palmo: qui faciunt duas vlnas Francofordianas cum semisse fere.

VIII. Iohannes Laugus, Nicephori interpres, *septem palmorum* transfert: quod & Plinius *in Chamæleonte nigro,* & *in Polio* apud Dioscoridem σπιθαμὴν *palmum* transtulisse deprehendatur: quod probari non potest doctioribus. Etsi enim nonnulli duplicem palmum facere conantur: *minorem* de quo diximus, & *maiorem*, quem cum dodrante confundunt: id tamen veterum autorum testimoniis caret.

IX. Nec Hermolaus Barbarus apud Dioscoridem : σπιθαμὴν recte conuertit *semipedem*, quod etiam ratione caret.

X. Iosephi interpres *lib. 3. Captiuitatis c. 6.* σπιθαμὴν *palmam* transfert, itidem perperam τὸ δὲ κατὰ δεξιὸν σπιθαμῆς οὐ πλεῖον ἔχει μῆκος, s. τὸ ξίφος. Narrat militem Ro. peditem cinctum duobus gladiis: quorum dexter sit tantum longus dodrantem.

XI. A σπιθαμὴ de leontopodio est σπιθαμιαῖον βοτάνιον, h. e. *dodrantalis herba.* ἀσπίδες σπιθαμιαῖαι sunt apud Strabo: *lib. 16.*

XII. Apud Dioscoridem *de Ambrosia* est διαπίθαμος ῥίζα, h.e. *duorum dodrantum radix:* τριασπίθαμος θαμνίσκος τὸ ὕψος, h.e. *trium dodrantum frutex altus.*

XIII. Apud Xenoph. est *de venatione:* τὸ δὲ μέγεθος πεντασπίθαμοι, h.e. alta *quinque dodrantes* s. retia.

XIV. δάρεις apud Hesychium finitur τὸ ἀπὸ τοῦ μεγάλου δακτύλου ἐπὶ τὸν μικρὸν διάστημα, h. e. *Darir est interuallum a magno digito ad paruum.* Est ergo idem cum spithame, cuius eadem est definitio.

ΛΙΧΑΣ IV.

Λιχὰς sic describitur ποιεῖ δὲ λιχὰς ἀπὸ τοῦ μεγάλου δακτύλου πρὸς τὸ δὲ λιχανοῦ ἄκρον δακτύλους δέκα. h.e. *Facit autem lichas a magno digito ad Indicis summitatem digitos decem.* Est itaque mensura decem digitorum. Pollux *lib. 2.* εἰ δὲ τὸν μέγαν δάκτυλον τῷ λιχανῷ ἀντιτείνας τὸ μέτρον λιχάς, h. e. *si magnum digitum contra indicem extenderis, mensura lichas est.*

ΟΡΘΟΔΩΡΟΝ V.

I. ὀρθόδωρον a Polluce finitur *lib. 2.* τὸ δὲ ἀπὸ καρποῦ ἕως ἄκρων δακτύλων ἡ πᾶσα χεὶρ ὀρθόδωρον. h. e. *Quod est a prima parte manus seu palmæ vsque ad summitatem digitorum tota manus orthodorum vocatur.*

II. Hesychius sic finit: ὀρθόδωρον μέτρον τὸ ὀρθὸν τῆς χειρὸς ἀπὸ ἄκρου τοῦ καρποῦ μέχρι τῶν δακτύλων ἄκρου. οἱ δὲ σπιθαμὴν,

μλῶ h. e. *Orthodorum est mensura recta manus a summo carpo, vsque ad digitorum summitatem:* Alii spithamam, h. e. *dodrantem* vocant.

III. *Rectum palmum* G. Agricola interpretatur: *porrectam palmum* alii transferunt: Ioach. Camer. *rectam manum.*

IV. ὀρθόδωρον vndecim digitorum esse censetur; vt spithama duobus digitis, lichade vero vno breuior sit digito.

ΠΟΥΣ VI.

I. ποῦς, h. e. *pes* apud Herodotum *lib. 2.* est mensura τετραπάλαιστος quod δοχμῶν δ', h. e. *quatuor palmos* continet, vt pes Romanus: habet quoque vncias duodecim: digitos sedecim.

II. Apud Suidam est ὁ ποῦς ἔχει δακτύλους ις h. e. pes habet digitos sedecim. Idem habet Ioh. Grammaticus.

III. Ab hac voce est ποδιαῖος: vnde est τρίγωνον τὸ ποδιαῖον, h. e. *triangulus pedalis, seu pedaneus.*

IV. A *dipode* est διποδιαῖος *bipedalis:* τριπόδης tres pedes altus apud Xenophontem *in Oeconomico.*

V. Ab hoc est ἡμιπόδιον *semipes:* Theophrastus *lib. 2. de Historia Plant.* οὐ κατωτέρω τριῶν ἡμιποδίων, hoc est, *non intra tres semipedes.*

VI. τριημιπόδιον *tres semipedes*, seu tres dimidiati pedes, sesquipes est.

VII. πεντημιπόδιον apud Xenophontem *in œconomico* significat quinque semipedes seu duos pedes cum semisse alta f. fossa: quod Volaterranus non recte exponit *quadripedaneum cum semisse.*

VIII. Certam græci pedis mensuram Romæ adhuc hodie extare tradunt in æde XII Apostolorum in Vaticano prope obeliscum in suprema parte eius columnæ: quæ quondam ex Græcia Romam translata esse putatur, cum inscriptione ποδῶν θ', h. e. *pedum nouem.*

IX. Georgius Agricola & hunc pedem ex Italia Roma in nostram Germaniam attulit, cuius schema huic commentationibus addendum curabimus.

X. βηματίζειν, apud Hesychium est, τὸ τοῖς ποσὶ μετρεῖν, h. e. *pedibus metiri.*

XI. A nomine ποῦς est διπόδης duorum pedum: τριπόδης

ὄλμος

ὅλμος, h.e. *tripedale mortarium* apud Hesiodum 2. ἐργ. ἑπταπόδης ἄξων h. e. *Septempedalis axis.* Ibid. ὀκταπόδης, octopedalis.

XII. Solon Athenis tulit hanc legem, quæ repetitur *l. vlt. ff. Finium reg.* ἐάν τις αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύγῃ τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν. ἐὰν τειχίον, πόδα ἀπολείπειν. ἐὰν τὸ οἴκημα, δύο πόδας. ἐὰν δὲ τάφον ἢ βόθρον ὀρύττῃ ὅσον τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον ἀπολείπειν, ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν. ἐλαίαν δὲ ἢ συκῆν, ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν. τὰ δὲ ἄλλα δένδρα, πέντε πόδας. h. e. *Si quis septem ad alienum prædium fixerit infoderitque, terminum ne excedito: si maceriam, pedem relinquito: si vero domum, pedes duos: si sepulchrum aut scrobem foderit, quantum profunditatis habuerint, tantum spacii relinquito: at vero oleam aut ficum ab alieno ad nouem pedes plantato: cæteras arbores ad pedes quinque.*

XIII. In legib. XII Tab. sic est: *Qui in confinio ponet, terminum ne excedito: qui murum, pedem derelinquito: qui domum, pedes duos: qui sepulchrum foueamue, quantum id profundum erit: qui puteum, passum: qui oliuam ficumue, pedes nouem: qui denique alias arbores plantabit, quinque pedes ab alieno loco ponito: in controuersia de finibus, quinque pedum vsucapio nulla est.*

XIV. Murorum Ninæ vrbis altitudo erat centum pedum; Turres vero MD altæ erant ducentorum pedum, vt est apud Diodor. Sicul. *lib. 3.* Murorum altitudo facit 6. perticas hic Francofurti bessem: turrium altitudo facit 13. perticas cum vna tertia.

ΠΗΧΥΣ VII.

I. πῆχυς pro membro hominis & parte βραχίονος h. e. *Brachii* sic finitur à Polluce. ἀπὸ τοῦ ὠλεκράνου πρὸς τὸ τοῦ μέσου δακτύλου ἄκρον, τὸ διάστημα πῆχυς, h.e. *interuallum a brachii flexu seu vlna ad medii digiti summitatem, cubitus* est, Pollux *lib. 2.*

II. Deinde πῆχυς, hoc est, *cubitus* est certa mensura Græcis, quæ apud Suidam finitur hoc modo: πῆχυς τὸ ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος μέχρι τῶν δακτύλων τῆς χειρὸς τὸ ἔκταμα. ὁ πῆχυς ἔχει πόδα αϛ', h.e. *Cubitus est extensio a cubitô vsque ad digitos manus.* Cubitus habet pedem & dimidium. ὁ δὲ πῆχυς δακτύλων κδ', ἤτοι δοχμῶν, h. e. *Cubitus digitorum* 24, siue palmorum sex.

III. Hesychius ait πῆχυς ὁ εἷς καὶ ἥμισυ πούς, h.e. *Cubitus est unus pes & dimidium.*

IV. πῆχυς Herodoto *lib. 2.* est ἑξαπάλαιστος h.e. sex *palmorum.* Continet enim sex palmos, duos dodrantes, sesquipedem, vncias octodecim, digitos viginti quatuor.

V. A voce πῆχυς est πηχυαῖος. καυλὸς πηχυαῖος est apud Dioscoridem, hoc est, *caulis cubitalis* βότρυς πηχυαῖος apud Strabonem *lib. 16.* hoc est: *Botrus cubitalis.*

VI. δρέπανα δίπηχυ h. e. *falces bicubitales* apud Xenophon. in *Cyripedia lib. 6.* βότρυς δίπηχυς in *Margiana* apud Strabonem *lib. 13.* hoc est: *bicubitalis botrus.* Persei σανδάλιον τὸ μέγεθος δίπηχυ, h.e. *Sandalium magnitudine bicubitale.* Herculis ἴχνος δίπηχυ, h.e. *vestigium bicubitale in* Scythia in rupe monstratur, apud Herod. *historia 2. & 4.*

VII. ἄνθρωπος finitur apud Aristotelem *lib. 6. Topic.* ζῶον πεζὸν, δίπουν τετράπηχυ, hoc est, *homo est animal pedestre, bipes, quatuor cubitorum.*

VIII. A πῆχυς est ἡμίπηχυ, h. e. *cuciti dimidium:* quod est apud Dioscoridem *de ormino satiuo:* καυλὸς ἡμιπηχυαῖος hoc est, *caulis semicubitalis dimidii cubiti altitudine.*

IX. διπηχυαϊκὴ latine dicitur *intersca lmium*, vt autor est Vitruuius *lib. 1. c. 2*, quod sit interuallum duorum cubitorum inter scalmos.

ΠΥΓΩΝ VIII.

I. πυγὼν apud Pollucem *lib. 2.* finitur: εἰ δὲ συγκάμψειας τοὺς δακτύλους ἀπὸ ἀγκῶνος ἐπ' αὐτοὺς, πυγὼν τὸ μέτρον, h. e. *si digitos simul flexeris a cubito ad ipsos, pygon mensura est.*

II. Hesychio πυγὼν est mensura a cubito vsque ad extremam manus partem, si digiti inflexi fuerint.

III. Cubito quatuor digitis brevior esse censetur, cum sit digitorum viginti.

IV. Vnde πυγὼν cubitus a nonnullis dicitur *decurtatus*, sed major. Eandem habet quantitatem cum palmipede, qui itidem est digitorum 20.

V. A vo-

V. A voce πυγὼν est πυγούσιος βόθρος apud Homer. *Odyss. 10.* & ab interprete exponitur πυγονιαῖος hoc est, *fossa viginti digitos profunda.*

VI. Hac mensura vtitur Xenophon *de venatione:* & Herodotus *historia 2.* non procul a fine.

ΠΥΓΜΗ X.

I. πυγμὴ & ipsa est mensura: quippe cubitus decurtatus minor, digitorum octodecim, a cubito vsque ad digitos, sed clausos.

II. πυγμὴ sex digitis est brevior cubito, & sic finitur a Polluce: εἰ δὲ συγκλείσειας (τοὺς δακτύλους) πυγμὴ, h. e. *Sin vero conclusceris* (digitos) *pigme mensura est.* Suidæ est σύγκλεισις δακτύλων, h. e. *conclusio digitorum.*

III, A πυγμὴ Pygmæos nomen inuenisse, Eustathius scribit in *3. lib. Iliados.*

II. Πυγμὴ quoque numeratur inter octo certamina apud Suidam *in voce* δίαυλος.

ΟΡΓΥΙΑ X.

I. Ὀργυιὰ deriuatur & dicitur παρὰ τὸ ὀρέγειν καὶ ἐκτείνειν τὰ γυῖα; ὅ ἐστι τὰς χεῖρας h. e. *a porrigendo & extendendo membra,* h. e. manus.

II. Ab Hesychio definitur, ἡ τῶν δύο χειρῶν ἔκτασις, h. e. *ambarum manuum extensio.* Sic est apud Homeri interpretem *in 23. Iliados librum:* ἡ τῶν δύο χειρῶν εἰς πλάτος ἔκτασις. Suidæ est τὸ μέτρον τῶν ἰδίων χειρῶν μέτρον, h. e. *Orgyia mensura est, qua inter manus expansas continetur.* ἡ δὲ ὀργυιὰ πηχέων δ', ἢ ποδῶν ς', h. e. *Orgyia cubitorum 4.* siue pedum 6.

V. Eustathio est ἡ εἰς πλάτος ἔκτασις ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν, h. e. *extensio in latitudinem ambarum manuum.*

IV. Mensuram autem esse Pollux testatur, cum inquit: ὁδὲ ἄμφω τὰς χεῖρας ἐκτείνας ὡς καὶ τὸ στέρνον αὐταῖς συμμετρεῖν, ὀργυιὰ μέτρον, h. e. *Si vero, vbi ambas manus extenderis, vt & pectus vna cum eis dimetiaris, orgyia mensura est,* ein Klaffter.

V. Ὀργυιὰ Herodoto *historia 2.* mensura est τετράπηχυς, h. e. *quatuor cubitorum*, quæ itidem ab eodem & ἑξάπoδης, a sex pedibus dicitur.

ἀνδρῶν ὀργυιαῖς περίληπτος, Strabo *lib. 2.* h. e. In *Margiana vitis truncus est sæpe, qui duorum virorum orgyiis comprehenditur.* Interpres ὀργυιὰς vlnas interpretatur,

XIV. γύη apud Hesychium est μέτρον, hoc est mensura πλέθρου: Idem tamen τετράγυον interpretatur τεσσάρων ὀργυιῶν, h. e. *quatuor orgyiarum*; & mox: γύη ὀργυιαῖον μέτρον, hoc est, *Gya orgyiæ mensura.* Eustath. ὄρχατον Alcinoi τετράγυον τετράπλεθρον interpretatur: cuius vnumquodque latus πλεθραῖον, h.e. *centum pedum*, vt sit τετράγωνος, τετράπλευρος, apud Homerum *Odyss. 7.*

XV. Apud Herodotum *Historia 4.* extat insigne exemplum: quomodo Darius pontum Euxinum, & Propontida per orgyias & stadia dimensus sit.

XVI. Græci fecerunt orgyiam sex pedum a membrorum extensione: quod hominis iusti mensura & statura suos sex pedes contineat, vt dictum est supra in pede Romano.

XVII Hæ mensuræ apud Græcos, interuallorum modum declarantes: quem habent membra humani corporis, vel longitudine vel latitudine, vel extensione: Sequuntur mensuræ, quæ ex pede multiplicato nascuntur.

ΠΛΕΘΡΟΝ XI.

I. Πλέθρον, quod & πέλεθρον a poetis dicitur, apud Suidam ἔχει πόδας ρ', h. e. *plethrum habet pedes centum.*

II. Stadii sexta pars est apud Herodotum *lib. 2.* Vocat enim stadium ἑξάπλεθρον, hoc est *stadium sex plethrorum*: Est & in Epitome Strabonis τὸ γὰρ πλέθρον ἐκτημόριόν ἐστι τοῦ σταδίου, h. e. *plethrum enim sexta pars est stadii.*

III. Apud Scholiasten Homeri *in 5. Iliad:* est πέλεθρον, τὸ καὶ πλέθρον μέτρον γῆς ἔχον πήχεις ξς', h. e. *Pelethrum quod & Plethrum dicitur, est mensura terræ, quæ habet cubitos sexaginta sex*, qui faciunt pedes 99. & deest δίμοιρον, h. e. *bes*, qui *est pes.*

IV. Eustathius hunc bessem addit. Sic enim habet: ἔστι δὲ πέλεθρον, τὸ καὶ πλέθρον, μέτρον γῆς πηχέων ξς' διμοίρου, h. e. *Est autem Pelethrum, quod & Plethrum dicitur, mensura terræ cubitorum sexaginta sex & bessis.* Idem Eustath. *in Iliad. Φ* πλέθρον διάστημά ἐστι ποδῶν

δῶν ἑκατὸν, ἤτοι πήχεων ξϛ', καὶ διμοίρου, h. e. *Plethrum interuallum est pedum centum seu cubitorum 66. cum besse.* Cubiti δίμοιρον, hoc est, duæ tertiæ partes, bes est, & facit pedem: quæ itidem faciunt pedes centum.

V. A voce πλέθρον est πλεθριαῖος. Herodotus *lib. 1.* testatur φοίνικας πλεθριαίους φύεσθαι in agro Babylonio h. e. *palmas plethrum æquantes nasci*, quæ centum pedes complent.

VI. Strabo *lib. 15.* scribit in Cœlesyria visum esse draconem mortuum propemodum plethri longitudine, h. e. centum pedum.

VII. Inde est ἡμίπλεθρον, h. e. *semiplethrum*, δίπλεθρος duorum plethrorum.

VIII. Laurentius Valla apud Herodotum *lib. 2.* πλέθρον *iugerum* transfert, quemadmodum & alii, præsertim poetæ. Iugeri vero maior modus est apud latinos, vt ex superioribus liquet.

IX. Et Plutarchus latinam vocem *iugerum* græca πλέθρον reddit. Quod enim est apud Liuium *lib. 5. ab. V. C. Tulit Camillus lege, nequis plus quingenta iugeri agri possideret.* Id Plut: *in Camillo* sic refert: ἐκέλευσεν οὗτος μηδένα πλέθρων πεντακοσίων πλείονα χώραν κεκτῆσθαι. h. e. *iussit hic, nequis iugeribus quingentis ampliorem terram possideret.*

X. πλέθρον mensura sæpissime vtitur Xenophon in descriptione latitudinis fluuiorum, cuius rei multa exempla sunt *in Anabaseos libris.*

XI. Apud Suidam est *ex Plutarcho*; quod ciuitas Atheniensium Aristidæ filiam elocarit, & filio Lysimacho duas in diem drachmas dederit, & terræ arboribus quidem consitæ plethra octo, frumentariæ vero plethra centum tribuerit.

XII. Et μόργιον Hesychius μέτρον γῆς, ὅ ἐστι πλέθρον, exponit, h. e. *mensuram terræ, quæ est Plethrum.* Germani vocant certum agri modum ein Morgen Lands: quod a Græca voce natum esse videri potest. Constat hodie in latitudine tribus in longitudine centum perticis: vel sex perticis in latitudine & quinquaginta in longitudine, &c.

ΑΡΟΥΡΑ

ΑΡΟΥΡΑ XII.

I. ἄρουρα est mensura, quam Suidas sic describit: ἡ ἄρουρα πόδας ἔχει ν', h. e. *Arura pedes habet quinquaginta.* Hinc ergo constat, Aruram plethri esse dimidiam partem, si tantum longitudinem accipis.

II. Alias ἄρουρα est *campus, aruum, & terra arata.* Vide & infra *cap. 8. de Mensuris AEgyptiis.*

III. σφύρα apud Hesychium est μέτρον γῆς σπορίμου, h. e. *Sphyra est mensura terræ frumentariæ, seu consitæ.*

ΣΤΑΔΙΟΝ XIII.

I. στάδιος & στάδιον, h. e. *stadium primum* est ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος apud Suidam, locus certaminis. Apud eundem, στάδιον ὀρθὸς δρόμος, h. e. *stadium rectus cursus est.* Inde sunt σταδιοδρόμοι, & σταδιεῖς, apud Pindarum, h. e. *stadii cursores*, qui cursu in stadio certant.

II. Deinde στάδιον græcum quoque est certa mensura, quam Herodotus *lib. 2.* sic describit: αἱ δὲ ἑκατὸν ὀργυιαὶ δίκαιαί εἰσι στάδιον ἑξάπλεθρον, h. e. *centum autem orgyiæ iustæ sunt stadium sex Plethrorum:* Id inde quoque constat. Centum enim millia orgyiarum mille stadia interpretatur idem Herodotus *Histor. 4.*

III. *Stadium*, vt Suidas & Hero. testantur, in longitudine sexcentos pedes habet: Sic enim habent στάδιον κατὰ μῆκος ἔχει πόδας χ'. Idem ex Herodoti verbis iam adductis liquet, hoc est, stadium in longitudine habet pedes sexcentos.

IV. στάδιον cubitos habet quadringentos, vt ex Gellio *lib. 1. c. 1.* & ex Herodoto constat *historia 2.*

V. A stadio est σταδιαῖος, vt apud Strabonem *lib. 6.* est: sedecim sunt πυραμίδες τὸ ὕψος σταδιαῖοι, h. e. *Pyramides altitudine stadii*, quippe pedum 600. cubitorum 400.

VI. Fulgor incendii portus & classis Iamnensium vsque Hierosolymam reluxit per stadia 240. quæ faciunt milliaria germanica septem cum semisse, in *Machab. libris.*

VII. *Nina vrbs*, quæ in Iona Propheta Niniue forma patronymica dicitur, a Nino Rege Assyriorum ad Tygrim tanta magnitudine extructa est, vt nulla vnquam ei par esset. Duo enim latera longiora erant stadiorum CL, altera vero duo breuiora XC, vt to-

tus ambitus fuerit stadiorum CDLXXX, vt testis est Diodorus Siculus *libro primo*: quæ faciunt milliaria germanica XV.

VIII. Semiramis illius Nini vxor, mariti exemplum secuta, & ipsa postea, euersa a Medis Nina, vt meminit Herod. *Hist. prima*, vrbem, quæ dicitur Babylon, forma quadrata condidit; cuius quodque latus erat stadiorum CXX. vt totus murorum ambitus esset stadiorum CDLXXX, teste Herodoto: Plinius *lib. 6. cap. 26. LXM.* Passuum interpretatur, & recte. Si enim 60000. per 125, quot passus stadio tribuuntur, diuiseris, diuisorius numerus erit 480. Sed Diodorus Siculus *lib. 3.* refert ambitum fuisse tantum CCCLX stadiorum, & quolibet die integrum stadium consummatum: quæ faciunt milliaria germanica vndecim cum quadrante. Strabo autem *libro 16.* scribit: Babylonis ambitum muri fuisse stadiorum CCCLXXXV, quæ faciunt milliaria germanica XII. & præterea stadium.

IX. *Beli sepulcbrum* seu monumentum erat altum & quaqua versus stadium, h.e. DC. pedes græcos, vt quadratum fuisse intelligas, Strabo *lib. 16.*

X. *Pyramides* quadratæ in Ægypto stadium altæ, vt Strabo *lib. 17.* testis est.

ΑΥΛΟΣ ΔΙΑΥΛΟΣ ΔΟΛΙΧΟΣ XIV.

I. *ςάδιον* a veteribus *αὐλὸς* quoque dicebatur: inde erat *δίαυλος*, *cursus duplicatus*, stadium obeundi & regrediendi. Cum enim cursum relegerent, stadium sine intermissione recurrendo, *δίαυλον* nominabant.

II. Apud Græcos sic est: *ςάδιον κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐκαλεῖτο αὐλὸς. ὅθεν δίαυλος τὰ δύο ςάδια.* h.e. *stadium antiqua consuetudine vocabatur aulus: vnde diaulus*, duo stadia; Et est pedum 1200.

III. Heroni minimus cursus fuit vnius stadii: quod passus 125. capiebat. Duplex stadium erat *δόλιχος*, id quod vox ipsa declarat: qua significatur cursus & recursus: vnde est verbum *δολιχεύειν*, h. e. *περιοδεύειν*, vt Suidas interpretatur; quod est *circumire*, seu *circumcurrere*.

IV. Faci-

IV. Faciunt enim *duplex currendi genus : rectum* ad metam: & *curuum* circum metam. Rectus cursus est triplex : primus *simplex stadium : secundus duplex :* vno cursu stadium, quem δόλιχον appellant : *tertius duplex reflexus* recurso, quem δίαυλον nominant.

V. Suidas, δίαυλος, ὁ διττὸν ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ, τὸ πληρῶσαι τὸ στάδιον καὶ ὑποστρέψαι. h.e. *Diaulus est, qui habet duplicem cursum in cursu, vt compleant stadium & recurrant :* id dicitur διαυλοδρομεῖν. Suidas in voce δίαυλος 8. certaminum, seu ludorum genera enumerat, cum inquit : ὀκτὼ ἦ εἰσιν ἀγωνίσματα, στάδιον, δίαυλος, δόλιχος, ὁπλίτης, πυγμή, παγκράτιον, πάλη καὶ ἅλμα.

ΙΠΠΙΚΟΝ XV.

I. ἱππικὸν στάδιον interpretatur Hesych.

II. ἱππικὸν apud Plutarchum *in Solone* spacium erat quatuor stadiorum : Inde apud Hesychium est : ἵππειος δρόμος τετραστάδιός τις. hoc est, *Equestris cursus erat quidam quatuor stadiorum.*

ΜΙΛΙΟΝ XVI.

I. μίλιον a voce latina *mille* deflectitur, & apud Græcos in vsu est. Est autem *milliare*, quod Heroni est octo stadiorum, quæ faciunt pedes 4800 græcos.

II. μίλιον μέτρον γῆς h. e. *milliare est mensura terræ* apud Suidam: Idem addit : τὰ δεκαμίλια ἔχουσι στάδια π', h. e. *Decem milliaria habent stadia octoginta :* quod verum est cum octo stadia vni milliari tribuuntur.

III. In epitome Strabonis ex Polybio adfertur: milliare octo stadia superare diplethro : quod stadii tertia pars est, seu triens.

IV. Sunt & hæc verba ex Herone : στάδιον κατὰ μῆκος ἔχει πόδας χ'. δίαυλος αϲ'. μίλιον στάδια η'. δόλιχος στάδια ιϐ', h.e. *stadium in longitudine habet pedes* DC. *Diaulus* MCC. *Milliare* stadia octo ; *Dolichus* stadia XII.

V. Apud Suidam est septem stadia cum dimidio faciunt vnum milliare : Decem vero milliaria habent stadia 80. Quæ verba minime sunt consentanea inter se.

SEQVITVR TABVLA.

Inferiores menſuræ quotæ ſuperiorum partes ſint, numerus additus indicat.

μίλιον	1.										
ἱππικόν	4.	1.									
στάδιον	8.	4.	1.								
πλέθρον	48.	24.	6.	1.							
ἄρουρα	96.	48.	12.	2.	1.						
ὀργυιά	800.	400.	100.	$16\frac{2}{3}$.	$8\frac{1}{2}$.	1.					πυγμή
πῆχυς	3200.	1600.	400.	$66\frac{2}{3}$.	$33\frac{2}{3}$.	4.	1.				πυγών
πούς	4800.	2400.	600.	100.	50.	6.	$1\frac{1}{2}$.	1.			λιχάς
παλαιστή	19200.	9600.	2400.	400.	200.	24.	6.	4.	1.		σπιθαμή
δάκτυλος	76800.	38400.	9600.	1600.	802.	96.	24.	16.	4.	1.	

Porro Georgius Agricola deprehendit has Græcas menſuras longiores eſſe Romanis, idque ex vtriusque pede. Pedem enim græcum ſemuncia Romanum pedem ſuperare, vtriusque ſchema demonſtrat. Mox idem conſtat e ſtadio. Plin. *l. 2. c. 23.* ſcribit: *ſtadium Rom. CXXV noſtros efficit paſſus*, h. e. pedes DCXXV. Et Colum. *lib. 5. c. 1.* Stadium deinde habet paſſus CXXV, id eſt, pedes DCXXV. quæ ſumma octies multiplicata efficit mille paſſus. Sic veniunt 5000. pedum. Cum vero ſtadium græcum ſit C. paſſ. & DC. pedum, ſatis liquet paſſum græcum, qui ὀργυιά eſt, paſſu Ro. & pedem græcum pede Ro. eſſe longiorem. Paſſus enim græcus habet pedes Ro. ſex & quartam pedis partem: paſſus vero Ro. quinque tantum pedes Ro. continet. Igitur græcus paſſus Ro. longior eſt vno pede & quarta pedis parte. Qua de re conſule & A. Gel. *lib. 1. c. 1.*

DE MENSVRIS INTERVALLORVM HEBRAICIS,

CAP. V.

TOPHACH I.

HEbræis *tres* ſunt interuallorum *menſuræ* vſitatæ, a membris humani corporis itidem ſumptæ: quarum prima eſt *Tophach*: quæ per literam Thet initialem eſt *palma* & *palmus*, h. e. manus transuerſa.

II. Deinde eſt quoque certa menſura quatuor digitorum transuerſorum ſeu latorum, *Exod. 25. 37. Ezech. 40. 43. 3. Reg. 7.*

III. In plurali numero habet *Tephachoth. 3. Reg. 7.* 2. *Paral.* 2. Et *Pſal. 39.* eſt: *Ecce Tephachoth.* h. e. *palmos dediſti dies meos.* h. e. *palmares & breviſſimos, vt eſt palmus.* Græca editio habet: ἰδοὺ παλαιστὰς ἔθου τὰς ἡμέρας μου. h. e. *Ecce palmos poſuiſti dies meos.*

IV. LXX interpretes recte reddunt παλαιστῶν 3. *Reg. 7. Ezech. 40. 43.* Vetus interpres, quem D. Hieronymum eſſe arbitrantur, *Tophach* varie transfert. Nunc enim *quatuor digitos* interpretatur, *Exod. 25. 37.* nunc *tres vncias* exponit, 3. *Reg. 7.* nunc *palmum* vertit, 2. *Paral. 4. Ezech. 40.* idque vbique recte. Sed idem non ſatis apte pro certa menſura reddit Pſal. 39. cum inquit: *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: quod interpretantur palmares.* h. e. breuiſſimos & præciſos.

V. Ioſephus *lib. 8. c. 2.* habet παλαιστιαῖον πάχος *palmi loco.* h. e. craſſitudo palmaris ex 3. *Reg. 7.* id quoque recte.

ZERETH II.

I. *Zereth* cum ſex punctis eſt menſura, quam LXX reddunt σπιθαμήν, *Exod. 28. & 39. 1. Reg. 17. Ezech. 43. Eſ. 40.* idque erudite.

II. *Zereth* recte quoque latine redditur: *dodrans*: vt ſit ſpacium trium tephachoth, h. e. trium palmorum, nouem vnciarum, duodecim digitorum.

III. *Choſen Exod. 28.* quod LXX λόγιον reddunt, Latinus *rationale* ſeu *pectorale* interpretatur, fieri iubet, vt ſit quadratum & dupli-

duplicatum, & longitudine & latitudine *Zereth*, h. e. *σπιθαμῆς*, vt LXX. transferunt.

IV. Hebræorum doctores *Zereth* recte interpretantur *dimidiam cubiti partem*: quæ itidem est dodrans, trium palmorum, nouem vnciarum, duodecim digitorum.

V. Vetus interpres latinus *Zereth* non recte transfert *palmum Exodi 28. 1. Reg. 17. Esa. 40. Ezech. 43. nec D. Hier: lib. 12. Comment. in Ezechielem*: quem sequitur Pagninus, Munsterus, & Ioh. Forsterus. Error enim errorem gignere, & alios, parum cautos, seducere solet.

VI. Eodem modo nec latinus Iosephi interpres *σπιθαμὰς* recte *palmos* transfert *lib. 3. c. 6.*

VII. Italis dicitur *spanna*: Et constat digitis expansis ab extremo pollicis vsque ad digitum minimum extremum: vnde & Germanis dicitur eine Spanne.

AMMAH III.

I. *Ammah* est illud membrum, & pars brachii, cui innitimur: & habet nomen a certitudine & firmitate.

II. Deinde pro certa mensura quoque in vsu est apud Hebræos, cuius rei multa exempla extant: vt *Gen. 6.* de Arcæ Noah magnitudine, *1. Reg. 17.* de statura Goliath, *Deut. 3.* de ferrei lecti Regis Basan longitudine & latitudine, *Num. cap. 11.* & *35.* de suburbanis vrbium Leuitarum: *Iosue 3. 2. Reg. 3. Exodi 23. 26. 27. 30. 36. 38. Ezech. 40. 41. 43. &c.*

III. Huius duale est *Ammathaim*, *Exodi 25.* Plurale vero *ammoth Deut. 5. 1. Reg. 6.* & *7. Ezech. 43.* & *Chaldaice Ammin. Esdræ 6.*

IV. LXX interpretes recte transferunt *πῆχυν*: Sic & Iosephus *lib. 1. c. 4. & lib. 8. 2.* interpretatur.

V. Et vetus interpres alibi quidem bene *cubitum* transfert, sed *Iudicum 3.* non recte *palmam* manus exponit; nec LXX ibidem recte *σπιθαμὴν* reddunt.

VI. *Ammah*, h. e. cubitus, hebræis *duplex* fuit; nimirum, *profanus* & *sacer*. Ac *profanus* quidem cubitus, qui alias *communis* dicitur, & mediocris; *Deut. 3.* cubitus viri quoque appellatur: Est-

Estque *sex tephaohoth* h. e. sex palmorum, vt cubitus Romanus, vt Græcus. Zereth vero est trium palmorum. h. e. dodrans:

VII. Sed sacer cubitus palmo. h. e. sexta parte longior est cubito communi. Continet enim Ammah. h. e. cubitum communem, & præterea Topach h. e. palmum, *Ezech. 40. & 43.* vbi dicitur: cubitus de quo loquor est cubitus communis & quatuor digiti, vt Pagninus interpretatur.

VIII. Inde G. Agricola hunc cubitum sacrum *pamlmicubitum* appellare conatus est, a palmo & cubito facta compositione. D. Hieronymus cubitum *sacrum*, cubitum *verissimum*, item *perfectum* appellat.

IX. Iohan. Forsterus absque ratione certa scribit: *Ammah esse quinque tantum palmorum*, h. e. quinquies quatuor digitorum transuersorum. Eodem modo & Benedictus Arias in libro *Thubalcain* duplicem cubitum apud Hebræos facit, legalem, & communem. Ac legalem quidem sex palmorum: communem vero palmorum quinque: sed ei minime est assentiendum.

X. Iosephus pro Ammah aliquando duas spithamas ponit. Quod enim est *Exodi 25. Facies arcam ex lingnis Sitthim: duorum cubitorum & semis erit longitudo eius: cubiti vero & semis latitudo eius: cubiti & item semis altitudo eius:* Id Iosephus *lib. 3. c. 7. ἀρχαιολ:* ita interpretatur: μῆκος μὲν ἦν αὐτῇ (κιβωτῷ) πέντε σπιθαμῶν. τὸ δὲ εὖρος καὶ τὸ βάθος τριῶν σπιθαμῶν εἰς ἑκάτερον. hoc est, *longitudo quidem eius (arcæ) quinque dodrantum: latitudo vero & profunditas trium dodrantum in vtramque partem.*

XI. Goliath statura fuit *sex emmoth* & *Zereth*, *1. Reg. 17.* quod LXX. recte reddunt ἓξ πήχεων καὶ σπιθαμῆς, h. e. *sex cubitorum & dodrantis*: facit, pedes græcos nouem cum tribus palmis; vlnas Francofordianas quatuor cum semisse fere.

XII. Huic vocabulo addi solet vox hebræa *Middah*, vt est *Iosuæ 3.* sitque spacium inter vos & arcam (bamiddah) cubitorum duum millium, hoc est, in mensura. *Middah* significat in genere mensuram interuallorum, vt alibi a me allatum est ex Leuit. *cap. 19.*

XIII. Additur hic a nonnullis *cubitus Geometricus*: quem sex cubitis communibus constare, Origenes, ex quo & Augu-

stinus

ctinus repetit, affirmat: & adhuc arcam Noah ædificatam esse asserit: sed neuter explicat. Qua de re mox plura: & alibi a me quædam dicta sunt.

XIV. Templum Hierosolymitanum, a Iudæis e capitiuitate reuersis extructum, erat & latitudine & longitudine sexagenum cubitorum, *1. Esdræ 6.* Idipsum Herodes demolitus longe augustius exædificauit longitudine & latitudine & altitudine similiter centenûm cubitorum lapide marmoreo albo: præter hanc altitudinem fundamenta in terra erant viginti cubitorum: saxorum quadratorum longitudo erat duodenûm cubitorum, latitudo & crassitudo octonum cubitorum: eiusdem magnitudinis erant saxa omnia, vt scribitur in compendio Iosephi, a Sebastiano Munstero edito. Iosephus *lib. 15. ἀρχαιολ.* testatur hæc saxa fuisse longa cubitos 25: columnas huius templi fuisse DLXII. crassas tres orgyias.

XV. Templum vero a Salomone ædificatum erat tantum sexaginta cubitorum longitudine, viginti cubitorum latitudine, & triginta cubitorum altitudine, vt scribitur *3. Regum cap. 5.*

TZAAD IV.

Additur à nonnullis *Zaad, Tzeab & Tzeadah*, quod *passum* & *gressum* reddunt: sed potius reddendum est *gradus*, vt græcum βῆμα *2. Reg. 6.* licet mensura non sit, cum inquit: *Cumque transcendissent, qui portabant arcam Domini, sex passus:* LXX sic reddunt καὶ ἦσαν μετ' αὐτοῦ αἴροντες τὴν κιβωτὸν κυρίου ἑπτὰ χοροὶ, h. e. *Et erant cum eo* (Dauide) *qui tollebant arcam septem Domini chori:* quæ interpretatio ab hebraica veritate dissentit.

BERATH. V.

Berath milliare interpretantur, *Genes. 35. 47. 48. 2. Reg. 5.* tradunt continere mille ammoth, h. e. cubitos *in cap. 48. Ezechielis.* Hæ sunt & Hebraicæ interuallorum mensuræ: quæ etsi quantæ fuerint, & quam ad Romanas & Græcas mensuras proportionem habeant, hodie non satis certo constat: ad Græcas tamen propius accedere, nec illis minores esse, eruditiores arbitrantur: quorum sententiæ suffragari æquum est.

GOMED

GOMED. VI.

Est aliud quoque vocabulum Hebræis *Gomed*, *iudicum 3.* quod LXX reddunt *σπιθαμὴν*: quod Latinis est *dodrans*. Iohan. Forsterus reddit *cubitum*: sic & Pagninus: a vetere redditur *palma manus*. D. Lutherus transfert, Elle. Inde est *Ezech. c. 27. v. 12.* *Gemadim* in turribus tuis: LXX transferunt *Φύλακες*, D. Lutherus vertit Wächter: vetus & Pagninus *Pygmæi*: quippe quod altitudine turrium homines custodes visi sint vix cubitales instar Pygmæorum. D. Hieronymus hic habet: *sive Pygmæi* sunt h. e. bellatores, & ad bella promptissimi, ἀπὸ τῆς πυγμῆς, quæ græco sermone in certamen vertitur.

KANEH VII.

I. *Kaneh* vox hebræa a LXX redditur *κάλαμος*, *Ezech. 40.* vt & *Apocalypsis est cap. 21. κάλαμος χρυσοῦς*, h. e. *calamus aureus*: cuius in dimetienda noua Hierosolyma vsus est: quæ vox a latino interprete itidem redditur calamus, ab aliis arundo.

II. Ab hebræa voce *Kaneh* latina vox *Canna*, h. e. arundo, deriuata esse videtur.

III. Eadem & pro mensura certa in vsu est: præsertim cum effertur cum adiuncto *Kaneh hamiddah*, h. e. *Canna seu calamus mensuræ*: seu canna mensoria: seu cannea mensura: Et est hebraismus *Ezech. 40.*

IV. Ac *Kaneh* quidem dicitur *a materia*: quod canna seu arundine seu calamo constet: A forma vocatur vero *hamiddah*: quod hæc arundo certæ quantitatis mensura fuerit. Est enim vocabulum relatiuum.

V. *Kaneh* deriuatur a verbo Kanah, quod *possedit*, *acquisivit*, & *comparauit* significat. Vnde hæc mensura haud dubie dicta fuit ab *officio*, *vsu* & *fine*: quod possessiones, vt areæ, agri, horti, fundi, &c. certis mensuris definiantur, describantur, & attribuantur s. ad possidendum.

VI. *Calamus* hic mensorius *duplex* fuit: *sacer* & *communis*, seu profanus: vterque *est sex cubitorum*. Ac sacer quidem calamus est sex cubitorum sacrorum: vel septem cubitorum communium. *Ezech. 40. 41. 42. Hierc. 31*, cum inquit, interprete Pagnino: *Calamus*

lamus autem mensuræ in manu viri illius sex cubitorum erat in cubito & palmo.

VII. Calamus vero profanus est sex cubitorum communium, vt colligitur *Ezech. 40. & 43.*

VIII. Origenes super *Genesi de Arca Noah* loquens, mentionem facit *cubiti geometrici*, quem sex aliis cubitis constare affirmat. Origenem sequitur D. Augusti: *lib. 1. Quæstion. super Gen.* & idem quoque repetit: & ad hunc arcam ædificatam esse affirmant.

IX. Qua ratione cubitus ille geometricus idem esset cum hoc calamo mensorio communi apud Ezechielem. Sed ædificium illud Arcæ Noah nimis vastum hac ratione tum futurum esset, si ad hanc mensuram sex cubitorum extructum fuisset: vt cuius longitudo foret cubitorum 1800. quæ faciunt pedes Romanos 2700. perticas Francofordianas, quæ quindecim Ro. pedes continent, centum quinquaginta: latitudo vero cubitorum 300. pedum Ro. 450. qui faciunt perticas Francofordianas 30. sed altitudo esset cubitorum 180. pedum 270. qui faciunt perticas octodecim.

FVNICVLVS VIII.

I. Apud veteres vsus frequens quoque fuit *funiculi* in Palæstina: Vnde Hebræi tribus vocibus ad res dimetiendas vtuntur. Primum illis in vsu est *Pathil. Ezech. 40.* quod nomen habet à *caussis*, s. a materia & forma, *a contorquendo*; quod sit funis ex multis filis contortus. A LXX. redditur σπάρτιον, sed additur οἰκοδόμων h.e. *ædificatorum*: vt intelligamus esse funem mensorium cæmentariorum & fabrorum lignariorum. A vetere interprete transfertur *funiculus*, & additur *lineus*. Pagninus vertit *lineum filum*.

II. Altera vox illis est *Chebel* cum sex punctis, à verbo *Chabal*, quod *constringere* & *colligare* significat: Vnde & pro mensura & funiculo mensorio vsurpatur. *Zachar. 2.* est, *Chebel bamiddah* h.e. *funiculus mensuræ* seu *funiculus mensorius*. A LXX transfertur σχοινίον γεωμετρικὸν, h.e. *funiculus geometricus*: vetus reddit *funiculum mensorum*. Pagninus *funiculum mensuræ*. In plurali habet *chabalim*, *Psal. 16.* & in regimine seu constructione *chebale Iosu 17.* σχοινία *Psal. 16. Funes mihi ceciderunt in præclaris.*

III. Ter-

III. Tertia & vltima vox in hoc vſu eſt *Kaf* ſeu *Kau bamiddah*, *Hierem. 31.* Ioh. Forſterus interpretatur *funiculum menſorium*, qui ad materiam & ad ædificia ipſa applicatur. Hac menſura terrarum regiones metiuntur *Eſaiæ 28.* & *44. Ezech. 47.*

IV. Dicitur & *Kauoh bamiddah* : quod a LXX. interpretibus admodum varie redditur ; nunc διαμέτρησις, *Hier. 31.* nunc συμμηγμένη, *3. Reg. 7.* nunc κύκλωμα *2. Paralip. 4.*

V. A latinis vero interpretibus æque variis modis transfertur: nunc *norma menſuræ, Hier. 31:* nunc *funiculus*, nunc *perpendiculum*; nunc *reſticula 3. Reg. 7.* nunc *filum*: nunc *linea*.

VI. Porro *funiculus*, vt vetus interpres reddit, aliquando vſurpatur per μετωνυμίαν *proportione hæreditaria*: vel quæ alicui ex bonorum diuiſione obuenit: & a LXX redditur nunc σχοινισμὸς & σχοίνισμα, *Ioſue 17. Deut. 32.* nunc τὰ περίχωρα quod vetus regionem transfert.

VII. Apud Heſychium quoque eſt σχοίνισμα μέτρον ὁδοῦ, hoc eſt, *menſura viæ ſeu itineris*. ἢ μέρος h.e. *aut portio*, nimirum hæreditaria, a verbo σχοινίζειν, quod eſt *funiculo dimetiri*. σχοινεύσασθαι μετρεῖν τὸν ἀγρὸν, *funiculo metiri agrum.*

VIII. Apud Suidam quoque eſt σχοῖνος μέτρον γεωργικὸν h.e. *funis menſura georgica*, vt cuius vſus ſit in re ruſtica in dimetiendis agris.

IX. Funiculo vtuntur hodie & fabri lignarii & cæmentarii tum ad Orthogoniam, h.e. ad angulorum rectitudinem: tum ad aliam ædificiorum ſtructuram.

X. Apud Suidam eſt κωδαλοῦχος μέτρον γῆς, h.e. *Codaluchus menſura terræ*: ſed non explicatur. Hæc & plura alia, quæ in frequenti veterum lectione occurrunt, obſeruare & huc adiicere licebit.

DE MENSVRIS INTERVALLORVM EXTERNIS.

CAP. VI.

I. DE PERSICIS.

πῆχυς βασιλήιος.

Πῆχυς βασιλήιος hoc eſt, *cubitus Regius*, apud Perſas tribus digitis

gitis maior est vulgari & mediocri cubito græco: quod ex Herodoto constat *Histor.* I. vbi de Babylone loquens, sic ait: *μετὰ δὲ τεῖχος πεντήκοντα μὲν πήχεων βασιληΐων ἐὸν τὸ εὖρος. ὕψος δὲ διηκοσίων πήχεων. ὁ δὲ βασιλήϊος πῆχυς τοῦ μετρίου ἐστὶ πήχεως μείζων τρισὶ δακτύλοισιν.* h. e. *Postea vero murus quinquaginta cubitos latus regios: ducentos vero cubitos altus fuit. Regius autem cubitus maior est mediocri cubito tribus digitis.* Est igitur hic cubitus digitorum 27. græcorum. Facit murorum latitudo pedes 84. cum tribus octauis partibus. Altitudo vero 356. pedes cum quarta parte.

II. Plinius *lib. 6. c. 26.* de Babylone vrbe loquens, ad hunc Herodoti locum respiciens, dissimulato tamen autore, pro cubitis pedes perperam substituit. Sic enim habet: *Babylon, Chaldaicarum gentium caput, diu summam claritatem obtinuit in toto orbe: Propter quam reliqua pars Mesopotamia Assyriaque Babylonia appellata est, sexaginta millia passuum amplexa muris, ducenos pedes altis, quinquagenos latis, in singulos pedes ternis digitis mensura ampliore, quam nostra:* hæc ille.

III. Apud eundem Herodotum est *Historia 7.* vbi de Artachæa Persa sic loquitur: *μεγάθεϊ μέγιστον ἐόντα περσέων. ἀπὸ γὰρ πήχεων βασιληΐων ἀπέλιπε τέσσαρας δακτύλους.* hoc est, *statura maximum Persarum.* A quinque enim cubitis regiis quatuor digitos distabat, erat ergo statura quatuor vlnarum Francofordianarum cum quadrante.

IV. Apud eundem Historia vltima est: *in strage Persarum inuenta esse ossa hominum statura quinque cubitorum,* quæ faciunt vlnas Francof. ad Oderam tres cum quadrante & sextante pedis.

V. Huius cubiti meminisse putatur Gellius *lib. 3. cap. 10.* cum inquit: *præter hæc modum dicit esse summum adolescendi humani corporis septem pedes: quod magis verum esse arbitror, quam quod Herodotus, homo fabulator, in prima historiarum inuentum esse sub terra, scripsit Orestis corpus cubita habens longitudinis septem: quæ faciunt pedes XII & quadrantem.* De hoc Gellii loco Georgius Agricola sic ait: *septem regia cubita efficiunt vndecim pedes, & tredecim digitos: Tot autem digiti faciunt semipedem & quadrantem,*

tem, ac digitum vnum: quem non annumerauit Gellius, vt etiam cæteri scriptores interdum numeros minutos non solent percensere. Etsi vero Herodotus in eodem libro explicat mensuram Regii cubiti: tamen faber ærarius Tegeates, pace Gellii dixerim, mediocre cubitum, quale erat græcum, intellexit, non Regium, quod erat Persicum, & fabro ignotum: hæc Agricola.

VI. Quod hic Gellius habet de hominis statura 7. pedum, eam M. Vitruuius sex pedibus definit, vt supra de pede Ro. allatum est.

παρασάγγης II.

I. παρασάγγης in masculino genere *parasanges*: seu forma latina, mutatoque genere *parasanga*, est *mensura Persica*: quæ *sta-diis triginta constat*. Nam apud Herodotum *Hist. 6. est*, cum in-quit: καὶ τὰς χώρας σφέων μετρήσας κατὰ παρασάγγας, τοὺς καλέουσι οἱ πέρσαι τὰ τριάκοντα στάδια, h. e. *Et regiones ipsorum dimensus parasangis, quos vocant Persæ triginta stadia*. Idem habet *Histor. 2.* δύναται δὲ ὁ παρασάγγης τριάκοντα στάδια, h. e. *Valet autem parasanga triginta stadia.*

II. Apud Hesychium est, παρασάγγης εἶδος μέτρου περσικοῦ. h. e. *Parasanga mensura Persicæ species est*: & mox ibidem sequitur: παρασάγγης μέτρον ὁδοῦ τριάκοντα σταδίους ἔχον. h. e. *Parasanga mensura est itineris, quæ continet triginta stadia.*

III. Sed Strabo habet *lib 11.* Parasangam esse stadiorum aliis 40. aliis 60. aliis 300. Meminit & Plinius *lib. 2. c. 26.* cum inquit: *Inconstantiam mensuræ diuersitas autorum facit, cum Persæ quoque Schœnos & Parasangas, alii alia mensura determinent*: plura habet G. Agricola.

σχοῖνος III.

σχοῖνος, hoc est funis, est mensura Persis quoque vsitata, vt Plinius meminit *lib. 6. c. 26.* Sed hanc ab Ægyptiis fortassis sunt mutuati, de qua mox.

DE LEVCA GALLICA.

CAP. VII

I.

GAlli *leucis* sua itinera metiuntur; vt est apud Ammianum *lib.* 15. Leucæ passus mille & quingenti tribuuntur ab eodem *lib.* 16. cum inquit: *Et cum a loco, vnde Ro. promota sunt signa, ad usque vallum barbaricum quarta leuca signabatur & decima.* h. e. vnum & viginti millla pass. Hodie autem Galli leucam duobus fere millibus pass. definiunt, vt G. Agricola refert.

ἄκαινα. II.

ἄκαινα apud Græcos Callimacho est *μέτρον ἀρούρης.* hoc est, *mensura agri*: quam Apollonii interpres sic describit; *ἄκαινα δὲ ἐστι μέτρον δεκάποδον θεσσαλῶν εὕρεμα* h. e. *Acana vero est mensura decempeda, Thessalorum inuentum.* Dicitur a *particula priuatiua* α & *καίνω*, quod est *occido*. Habet itaque nomen ab effectu & vsu, quod cædem prohibeat: quod, cum quisque sui agri modum certa mensura obtineat, lites & cædes vitentur. Platoni quoque est *δεκάπους.*

DE MENSVRIS INTERVALLORVM ÆGYPTIIS.

CAP. VIII.

πῆχυς. I.

ΠΗχυς *αἰγύπτιος τυγχάνει ἴσος ἐὼν τῷ σαμίῳ.* h. e. *Cubitus Ægyptius par est Samio,* vt apud Herodotum est *lib.* 2. Cuius quæ quantitas fuerit non constat, nisi quod consentaneum sit, eiusdem fuisse cum græco magnitudinis: quod & Græci Samum incoluerint.

ἄρουρα II.

I. *ἄρουρα* ab Herodoto sic finitur *lib. II.* *ἡ δὲ ἄρουρα ἑκατὸν πήχεων ἐστὶν αἰγυπτίων πάντῃ* h. e. *Arura vero centum cubitorum est Ægyptiorum quoquo versus.*

II. Apud Strabonem *lib.* 17. *νομοὶ* h. e. *præfecturæ*, diuiduntur in *τοπαρχίας*, *τοπαρχίαι* in alias diuisiones: quarum minimæ erant *ἄρουραι*: quare *ἀρούρας* certas agrorum portiones fuisse inde constat.

3. Hero-

III. Herodotus *Hist. 2.* scribit, Ægyptiis Calasiribus, qui militiæ ibi tantum vacant, honoris ergo immunes tribui ἀρέρας duodenas: quarum singulæ sunt centenûm cubitorum quoquo versus.

IV. Iosephus *lib. 1.* περὶ ἀρχαιότητος ἰουδαίων, refert ex Hecatæo, Iudæos possedisse Regionem fertilissimam, quæ continet τριακοσίας μυριάδας ἀρουρῶν, h. e. 3000000. Tricies centena millia.

σχοῖνος. III.

I. σχοῖνος *funis* est, & pro certa mensura apud Ægyptios in vsu fuit. Cur autem mensura etiam appellatur, D. Hieron. *in Commentariis in Iobelem* sic explicat: *In Nilo flumine, siue in riuis eius, solent naues funibus trahere, certa habentes spacia, quæ appellant funiculos, vt labori defessorum recentia trahentium colla succedant*, hæc ille: quippe quod non aliter nauigare liceat, aduerso flumine, nisi funibus naues trahantur.

II. Hæc nauigatio, quæ fit aduerso flumine, Strahm auff/ oder wider den Strahm/ Græcis dicitur ἀνάπλους: quemadmodum altera, quæ fit secundo flumine, Strahm abe/ dicitur κατάπλους.

III. σχοῖνος Straboni *lib. 11 & 17.* est mensura stadiorum nunc triginta, nunc quadraginta, nunc etiam plurium: ad quod Artemidori testimonio abutitur. Plinius *lib. 5. c. 10.* *Schœno* tribuit stadia triginta *lib. 12. c. 14.* quadraginta, cum inquit: *Schœnus Eratosthenis ratione patet stadia quadraginta, h. e. passuum quinque millia: aliqui viginti duo stadia singulis Schœnis dedere*, Hæc Plinius. Hanc autem varietatem facit haud dubie Nili fluminis natura: quod, vbi violentior fluxus est, breuiores sint propter aquæ impetum Schœni: vbi vero remissior, longiores.

IV. Apud Herodotum autem *Hist. 2.* σχοῖνος sexaginta stadiorum est: Sic enim habet ὁ δὲ σχοῖνος ἕκαστος μέτρον ἐὸν αἰγύπτιον ἑξήκοντα στάδια. h. e. *Schœnus autem quisque, cum sit mensura Ægyptia, sexaginta stadia.*

V. Insignem locum ex Herodoti *secunda Historia* de nonnullis hisce mensuris huc adferre libet, qui sic habet: ὅσοι μὲν γὰρ γεωπεῖναί εἰσιν ἀνθρώπων, ὀργυιῇσι μεμετρήκασι τὴν χώρην. ὅσοι δὲ ἧσσον γεωπεῖναι, σταδίοισι. οἳ δὲ πολλὴν ἔχουσι, παρασάγγῃσι. οἱ δὲ ἄφθο-

φθονον λίλω, σχοίνοισι. h. e. *Nam quotquot quidem soli seu terræ inopes homines sunt, orgyis regionem dimensi sunt: Quotquot vero minus inopes sunt soli, stadiis: qui vero amplam terram tenent, parasangis: Sed qui nimis copiosam, Schœnis metiuntur.* σχοινιζειν est ἀγρὸν μετρεῖν. h. est. agrum metiri f. funiculo.

χοῖνιξ. IV.

Suidas χοίνικας fuisse ait, οἷς τὰς περιόδους μετροῦσιν αἰγύπτιοι. h. e. *quibus ambitus metiuntur Ægyptii.*

TEMPORIS PARTIBVS VETERES INTERVALLA ESSE EMENSOS.

CAP. IX.

ITER SABBATI.

ET *temporis partibus*, vt sunt *dies, nox, mensis, annus*, veteres quoque interualla, itinerumque spacia emensos esse, multa exempla in scriptis tam sacris quam profanis perspicue demonstrant.

II. *Iter sabbati* est, *Actorum 1*, cum de monte Oliueti loquens inquit: ὅ ἐστιν ἐγγὺς ἱερουσαλὴμ, σαββάτου ἔχον ὁδόν. h. est, *Qui prope Hierusalem, sabbati iter distans.* ἔχον pro ἀπέχον more Hebraismi, vt & Ioseph. testatur.

III. *Sabbati* iter ter mille cubita interpretantur. Sic enim ex Origene adfertur: σαββάτου ὁδὸς τρισχιλίων πηχῶν ὑπῆρχε, καὶ μᾶλλον. ἡ ἁγία σκηνὴ καὶ κιβωτὸς τοσοῦτον διάστημα προυλάμβανε τῆς παρεμβολῆς, καὶ ἐξῆν αὐτὸ βαδίζειν τοῖς προσκυνοῦσιν: h. e. *Sabbati iter ter mille cubita erant, & amplius. Sanctum tabernaculum & Arca tanto interuallo castra anteuertebat: idque ire licebat adorantibus.* Tria millia cubitorum faciunt orgyias 750. pedes græcos 4500, Romanos 4687. cum semisse, passus Ro. 937. cum semisse.

IV. Aliqui volunt *Sabbati iter* fuisse bis mille passus, vt annotatur in margine apud Nicephorum *lib. 1. c. 36.*

V. *Iosua tertio* præcipitur, vt spacium sit inter Arcam fœderis & castra duorum millium cubitorum, qui faciunt pedes græcos ter mille.

VI. Apud

VI. Apud Iosephum vero est *lib. 20. c. 6. ἀρχαιολ.* ὃ καὶ (ὄρος ἐλαιῶν) τῆς πόλεως ἀντικρὺς κείμενον ἀπέχει στάδια πέντε. h. e. *Qui etiam* (mons olearum) *e regione vrbis situs, abest stadia quinque.* Stadium constat centum orgyis sex pedum. Quinque itaque stadia faciunt pedes græcos ter mille, cubitos bis mille, orgyias 500.

ITER DIEI. II.

I. *Iter diei* est *Luca 2.* de parentibus Iesu: ἦλθον ἡμέρας ὁδὸν. h. e. *Venerunt diei iter*, eine Tagereise. *Iter diei* dicitur, quo veteres suos cursus, vel profectionis diurnæ spacia in peregrinationibus sunt dimensi.

II. Arrhianus *lib. 3. de rebus gestis Alexandri M.* sic habet: διέχει ὁ χῶρος οὗτος ἀπὸ τῶν κασπιῶν πυλῶν ἐς ῥαγὰς ὁδὸν ἡμέρας μιᾶς ἐλαύνοντι, h. e. *Distat locus iste a Caspiis portis Ragas iter diei vnius equitanti.*

III. Magister Abraham apud Hebræos iter diei prandium seu potius cœnam terræ vocari, scribit in caput *Genes. 36.* quod diei itinere confecto cibum sumere consueuerunt.

IV. Apud Herodotum est *Hist. 2.* δρόμος ἡμέρης. h. e. *cursus diei.*

V. Hoc autem iter diei non semper idem ac æquale spacium continet, vt exempla testantur. *Nam l. 13. ff. de excusat. tutel.* in diem habet numerata viginti milliaria, s. Italica. Sic *l. 3. ff. de verb. signif.* Itineri faciendo viginti millia pass. in dies singulos peragendo. Item *l. 1. ff. Si quis caut.* Vicena millia passuum in singulos dies dinumerari Prætor iubet. Facit in diem quinque milliaria germanica. Idem enim sunt viginti milliaria: &, viginti millia passuum.

VI. Herodotus *Hist. 4.* spacium itineris diei definit, cum inquit: ἡ δὲ ὁδὸς ἡμερησίη ἀνὰ διηκόσια στάδια συμβέβληταί μοι, hoc est. *Iter vero diurnum ducenis stadiis a me æstimatum est.* Facit in diem milliaria germanica sex cum quadrante: si stadia octona milliari Italico, triginta vero duo germanico tribueris.

VII. Idem Herodotus *Histor 5.* adhuc aliter definit, & diurnam profectionem minorem facit, de *stathmis.* h. e. mansioni-

bus & diuersoriis Regum Persicorum loquens, postea subiungit: πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν στάδια ἐπὶ ἡμέρῃ ἑκάστῃ διεξιοῦσι. h. e. *Centum vero & quinquaginta stadia die quolibet conficiunt.* Facit milliaria Italica quidem 18. cum dodrante: germanica vero quatuor cum viginti duabus tricesimis secundis. Hoc iter ideo breuius est, quod profectiones sint continuandæ, & impedimenta in comitatu Regio iter remorentur.

IIX. Iulius Cæsar, vt Suetonius scribit, centena pass. millia in singulos dies rheda meritoria expeditus conficere solitus est. Facit milliaria Italica centum, germanica viginti quinque. Curio tribus dieb. emensus iter 3300. stadiorum Cæsaris literas nouis consulibus reddidit, Appianus *lib. 2. Bell. ciuil. fol. 219.*

IX. Apud Plinium est *lib. 7. c. 20.* Cucurrisse MCLX stadia ab Athænis Lacedæmonem biduo Philippidem, magnum erat: donec Anistis cursor Lacedæmonius, & Philonides Alexandri M. a Sicyone Elin vno die MCC. stadia cucurrerunt. MCLX stadia faciunt in biduum milliarias Italica CXLV: germanica vero XXXVI cum quadrante MCC vero stadia faciunt milliaria Italica quidem in diem CL, germanica vero XXXVII cum semisse.

X. Apud Plinium ibidem mox subiungitur: *Tiberium Neronem nocte ac die longissimum iter tribus vehiculis emensum, festinantem ad Drusum fratrem ægrotantem in Germania:* in eo fuerunt CCM pass. quæ faciunt milliaria Italica CC, germanica L.

XI. Herodotus *Histor. 4.* nauigationi diurnæ quidem stadia DCC, nocturnæ vero DC tribuit. Sic enim habet νηῦς ἐπίπαν μάλιστά κῃ κατανύει ἐν μακρῇ ἡμέρῃ ὀργυιὰς ἑπτακισμυρίας, νυκτὸς δὲ ἑξακισμυρίας. h. e. *Nauis omnino fere conficit longo die LXXM orgyiarum: nocte vero LX millia.* LXXM orgyiarum faciunt stadia DCC. LXM vero DC.

XII. Apud eundem Herodotum est *Histor. 2.* πλόος nauigatio trium dierum: ὁδοιπορίη h. e. iter seu profectio quatuor dierum: ἰθεῖα ὁδὸς h. e. rectum iter expedito viro quinque dierum: ἀνάπλους h. e. nauigatio sursum aduerso flumine, remigio vel funiculo vtenti dierum nouem, viginti, &c.

XIII. Apud Ciceronem est: *Abest iter duorum dierum Exodi 3. 5. & 8. Num. 10.* est via trium dierum.

XIV. A-

XIV. Apud Plin. est *lib. 6 c. 17. Pompeii ductu exploratum, in Bactros septem diebus ex India perueniri ad Icarum flumen* : X dierum nauigatio est apud eundem *lib. 6. c. 28.* X dierum & noctium nauigatio ibid. *lib. 6. c. 1.*

XV. A Memphi arce Regum Ægypti ad Ammonis Oraculum XII. dierum iter est. Plin. *lib. 5. c. 9.* Huius rei multa exempla passim occurrunt apud Plin. *lib. 3. 4. 5. 6. &c.* apud Strabonem, Herodotum & alios.

MENSIVM. III.

I. Porro non solum dierum, sed & *mensium* & *annorum* numero veteres interualla dimensos esse, exempla indicant. Apud Plinium est *iter LX dierum* a Syene Meroen *libro 6. c. 29.*

II. Apud Herodotum est *Hist. 5.* ὁδὸς τριῶν μηνῶν. h. e. *iter trium mensium.* Apud eundem est *Hist. 2.* πλόος καὶ ὁδὸς τεσσάρων μηνῶν. h. e. *nauigatio & iter quatuor mensium.*

ANNI. IV.

Nauigatio mittente Salomone classem Tharsis pro auro obrizo, triennio tandem absoluebatur, vt est *2. Paralip. 9.* & apud Ioseph. *lib. 8. c. 7. ἀρχαιολ.*

De *DIEI INTERVALLIS, DIVISIONE, &c.*

Cap. X.

LABORIS PARTIVM DIEI.

I.

COlumel. *lib. 2. c. 4. sed iugerum talis agri*, inquit, *quatuor operis expeditur: nam commode proscinditur duabus, vna iteratur, tertiatur dodrante, in liram statim redigitur quadrante opera.* Hæc ille. Budæus *lib. 1. de Asse.* Dodrantem operæ pro tribus partibus diei artificialis dixit, vt quadrantem quarta, hoc est, pro nouem horis & tribus. Plinii verba ex libro 18. c. 19. allata sunt supra capite tertio huius,

DE DIEI DIVISIONE, EIVSQVE INITIO ET FINE. II.

Ante vero quam de *diei ſpaciis & interuallis* dicam, de eiusdem *diuiſione, initio & fine* quædam præmittenda eſſe exiſtimo. Nam diem faciunt *duplicem: naturalem,* qui & ciuilis dicitur, & *artificialem. Illum* quidem vocant, qui ſimul diem & noctem ſuo ambitu complectitur: *hunc* vero illud ſpacium continet, quo Sol eſt in noſtro hemiſphærio. De diei naturalis ſeu ciuilis initio & fine variant gentes, nationes & populi apud antiquos. Sunt enim quatuor diuerſæ ſententiæ, opiniones & conſuetudines apud diuerſas nationes, gentes & populos. Nam vt Macrobius *lib. 1. Saturna. c. 3.* ex Varrone refert, Athenienſes a Solis occaſu ad ſolem iterum occidentem omne id tempus vnum diem dixerunt. Eadem conſuetudo fuit & apud Iudæos in veteri teſtamento. Hi enim ſuas ferias a veſpera incipiebant, & ſequente veſpera finiebant. Quæ conſuetudo adhuc hodie in Eccleſia perpetuo manet apud Chriſtianos: Nam & illi, vt Iudæi olim, ſuas ferias ſeu dies feſtos auſpicantur a veſpera, & veſpera ſequente claudunt. Hæc eſt *prima* conſuetudo.

Altera eſt Babyloniorum in Chaldæa, qui ab exortu Solis vsque ad exortum ſequentem id temporis totum ſpacium vnius diei nomine vocauerunt.

Tertia eſt Vmbrorum populorum in Italia: qui vnum eundemque diem eſſe dixerunt a meridie ad ſequentem meridiem.

Quarta & vltima eſt Romani populi: qui dies ſingulos a media nocte vsque ad mediam noctem ſequentem annumerat. Hæ ſunt quatuor illæ apud veteres de diei initio & fine obſeruatæ conſuetudines.

DE INTERVALLIS ET PARTIBVS *diei ciuilis* ex Macrobio. III.

Macrobius *lib. 1. c. 3. Saturnal.* diei ciuilis interualla, ſpacia & partes, a media nocte facto initio more Ro. ſic enumerat, & ſuis nominibus appellat & diſtinguit.

 1. Pri-

I. *Primum* tempus diei dicitur *media noctis inclinatio*.

II. Deinde *gallicinium*.

III. Inde *conticinium* cum & galli conticescunt: & homines etiam tum quiescunt.

IV. Deinde *diluculum*, id est cum incipit dignosci dies:

V. Inde *mane*, dum dies clarus, *Mane* autem dictum aut quod ab inferioribus locis, id est, *manibus* exordium emergat: aut quod verius mihi videtur, ab *omine boni nominis*. Sicut apud nos quoque contrarium est *immane*: Vt immanis bellica vel immane facinus & hoc genus cætera non pro bono.

VI. Deinde a mane ad meridiem, hoc est, ad medium diem:

VII. Inde iam supra vocatur *tempus occiduum*: & mox *suprema tempestas*. h. e. diei nouissimum tempus, sicut expressum est in XII tabulis: Solis occasus extrema tempestas esto:

VIII. Deinde *vespera*, quod a Græcis traductum est. Illi enim ἑσπέραν a *stella Hespera* dicunt: Vnde & Hesperia Italia, quod occasui subiecta sit, nominatur:

IX. Ab hoc tempore *prima fax* dicitur:

X. Deinde *concubia*:

XI. Et inde *intempesta*: quæ non habet tempus idoneum rebus agendis:

Hæc est diei ciuilis a Romanis obseruata diuisio.

DE GALLI CANTV.
IV.

Apud Macrobium hic fit mentio *Gallicinii* & *conticinili* quod Gallus noctu canere soleat: noctisque interualla discernat. Apud Athæneum est *lib*. 3. *Dipnosoph*. Gallum ab Alexarcho, Vranopoleos conditore, appellari ὀρθροβόαν quod tempus matutinum sua voce & cantu denunciet. Est enim ales lucis prænuncius apud Ovidium. Et, quod homines e lecto ad domesticos labores in re familiari suo cantu excitet extrudatque, ἀλέκτωρ a græcis dicitur. Fabula extat apud Aristoph: ἐν ὄρνισι. Alibi tamen pro ὀρθροβόαν scribitur ὀρθοβόαν, quod erecto collo vociferetur. Porro hæc auis non solum noctis sed & diei spacia & interualla sua voce

voce & cantu discernit: nimirum sagacitate naturali huic aliti insita. Quamobrem gallos in militia hodie apud se habere solent in plaustris alligatos: vt illis sint instar horologii.

DE
DIEI HORIS.
CAP. XI.

APud Iudæos *dies artificiales* in *duodecim horas* antiquitus distribuebatur, a solis ortu vsque ad eius occasum. Has horas vmbilicus in horologio Solario vmbra solis discernebat. Cuius rei illustre exemplum extat in Horologio Achas Regis Iuda, *4. Reg. 20. Esa. 38.* In quo sol decem gradus magno miraculo retrogressus est: quo Ezechias Rex Iuda ægrotans confirmaretur, vt amissam valetudinem recuperaret. Hi decem gradus sunt decem horæ in lineis Horologii solarii designatæ. Rediit ergo a decima hora diei iam inclinati ad lineam primæ horæ ab ortu solis. Deinde in nouo testamento eodem modo dies artificialis in duodecim horas diuidebatur. Nam apud Iohannem Euangelistam Iesus ait *c. 11. Nonne duodecim horæ sunt diei? Matth. 20.* de conductis in vineam mentio fit ἅμα πρωῒ, h. e. *temporis matutini*, quo initium est horæ primæ, horæ tertiæ, sextæ, qua est meridies, nonæ & vndecimæ: horæ septimæ *Ioh. 4.* Ab hora sexta vsque ad nonam magno miraculo fiunt tenebræ super omnem terram in passione filii Dei, *Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23.* A diei tempore, nimirum a tertia diei hora, Petrus Iudæos conuincit, & Apostolos a calumnia liberat asseritque: eos non esse musti plenos nec ebrios, *Act. 2.* cum sit tantum hora diei tertia. Et apud Romanos eodem modo tempus diurnum. h.e. *dies artificialis* in duodecim interualla, quæ horæ vocantur, diuidebatur. Hæ horæ radiis solaribus discernebantur, vt & Lucianus *in Gallo* innuit. Apud Palladium in singulis mensibus tales horæ diurnæ vmbræ quantitate signantur. Hæc vmbra, quæ a *gnomone* iacitur: vt a matutino tempore & prima hora vsque ad meridiem, h.e. sextam horam semper decrescit: ita quantum ante me-

te meridiem decrescit, tantum rursus tempore pomeridiano accrescit vsque ad horam vndecimam. Duodecima hora nulla est vmbrà, quippe solis occasu. Has duodecim horas diei inæquales facit dierum inæqualitas: & vocantur horæ *καιρικαὶ* h. e. *temporales:* dicuntur quoque *vulgares* & *planetariæ.* Et vt hora æstiua solstitio æstiuo longissima est, apud Vitruuium & Martial. *lib. 12. Epigram.* ita quoque nox longissima & dies breuissimus est solstitio hyberno, apud Plautum *in Pseudolo.* In duobus vero æquinoctiis verno & autumnali, vt dies & noctes, ita quoque horæ tam diurnæ quam nocturnæ sunt æquales: quæ ideo vocantur æquinoctiales: Nam & spacia in ariete & libra sunt æqualia. Vnde Virgil. *in Georgicis* canit: *Libra diei somnique pares vbi fecerit horas.* Porro L. Cœlius refert: Solaria apud antiquos in horas tam diei quam noctis *καιρικὰς*, h. e. temporales & inæquales diuisa, publice fuisse proposita: vt singuli dies noctesque duodecim horis continerentur ac diuiderentur. Id quoque hic obiter moneo: Duodecimam horam pro extrema vitæ parte aliquando vsurpari prouerbialiter. Nam duodecima hora dicitur ædificare, qui aliquid alienissimo tempore facit: Sic Deiotarus Rex nouam vrbem duodecima hora dicebatur ædificare. h. e. *in extrema senectute.* Quem M. Crassus ob id falso scommate derisit, vt est apud L. Cœlium.

DE VIGILIIS NOCTVRNIS PRÆTER HORAS.

II.

Noctes in quatuor interualla & partes quoque veteres diuiserunt: quæ vocantur *Φυλακαὶ* h. e. *vigiliæ.* Nam de Iudæis hoc satis constat: *Lucæ 12.* fit mentio *secundæ & tertiæ vigiliæ.* Iesus noctis *quarta vigilia* ad suos venit, *Matth. 14. Marc. 6.* Harum initium erat statim solis occasus: finis eiusdem exortus.

Eodem modo, *nox* in castris apud Romanos in *quatuor vigilias* distribuebatur: quæ vocantur *vigiliæ castrenses.* Hæ vigiliæ cum noctes sint inæquales, & ipsæ inæquales sunt. Aequinoctiis vero, quibus & dies & noctes æquales sunt, æquales quoque euadunt.

DE

DE

HOROLOGIIS HODIE VSITATIS, QVIBVS DIEI HORÆ ÆQVALES DISCERNVNTVR.

CAP. XII

I.

HOdie passim habentur non solum in oppidis, sed etiam in multis pagis *horologia*: quibus horæ æquales & æquinoctiales, quæ græcis dicuntur ἰσημεριναί, notantur & discernuntur: quæ sono campanæ, vt vocant in alta turri vel sacra æde suspensæ indicantur. Hæc *horologia* sunt machinæ ferreæ rotulis dentatim incisis & libramentis, quibus pondera sunt appensa, ita artificiose constructæ, vt æqualia temporis spacia faciant: & diem naturalem in æquales horas describant. Nam cum hora elapsa est, quota ea hora sit, campanæ sono signum datur. Hæc horologia alibi sunt *integra*, vt vocantur, alibi *mediæ eorum partes*. Integra diem naturalem seu ciuilem in 24. horas æquales distribuunt. Et fere initium faciunt a solis occasu: quo incipit hora prima, & definit sequente solis occasu: quo sonat hora diei vicesima quarta. Quemadmodum olim apud Athenienses diei initium erat de quo supra. Quæ horologia tanto hodie artificio tantaque subtilitate parantur, vt instar paruæ pilæ in sinu gestentur, & tinnitu nihilominus singulas horas, quotæ sint, indicent.

Horologia, quæ illorum integrorum mediæ partes sunt, spacium duodecim horarum æqualium continent. Hæc hodie initium fere habent a media nocte vsq; ad meridiem: & inde rursus vsq; ad mediam noctem suum cursum conficiant. Et quemadmodum a media nocte & a meridie est initium horæ primæ: ita media nox & meridies hora duodecima clauditur. Quibus itidem vt integris horologiis, quota diei vel noctis hora sit, sono tinnituque indicatur. Porro quemadmodum in castris sunt *signa* alia *vocalia*, alia *muta*, vt

est apud Vegetium: ita horologia, de quibus hactenus dictum est, *vocalia* dici possunt. *Muta* vero sunt, de quibus jam dicemus.

DE HOROLOGIIS SOLARIIS, QVÆ MVTA VOCARI POSSVNT.

II.

Porro præter machinas illas ferreas horarum indices, sunt & *alia horologia*, quæ solis & vmbrarum ratione constant, & ideo *solaria* vocantur apud Marcellinum. Proponuntur enim hodie solaria horologia parietibus affixa: quæ sunt tabulæ erectæ arte elaboratæ: in quibus lineæ certa ratione a summo ad circumferentiam hemisphærii sunt ductæ: & singulis lineis horarum numerus additur. Hæc sunt potissimum *meridionalia*; quippe soli exposita, tredecim lineis ductis exornata. Linea media quippe meridiana duodecimæ horæ deputatur, & ideo numerus 12. additur horæ index: in medio tabulæ in parte superiore loco conueniente additur stilus, quem alias *gnomonem*, vt Vitruuius vocat, *alias sciotheram*, quod vmbram obseruet, appellant. A nonnullis dicitur & *Solis vmbilicus*. Hic stilus vmbra sua horarum est index: & mane hora sexta vmbram a sole iacit ad vltimam lineam hemisphærii versus occasum: in cuius circumferentia 6. denarii nota, horæ sextæ matutinæ index additur. In meridie, cum sol est in meridiano, vmbra ferit lineam duodecimæ horæ, cuius index 12. additur. A meridie hora sexta in hemisphærio vmbra vltima, quæ a sole iaci potest, ferit sextam horam vespertinam versus ortum. Hoc horologium Plinius vocat σκιαθηρικὸν *sciatericum*, quod vmbram obseruet. Est autem Meridionale. Si quis horas vel ante sextam matutinam, vel post sextam vespertinam desiderat, is quærat horologium solarium vel matutinum, vel vespertinum.

Porro quot horas æquinoctiales seu æquales quisque dies quolibet mense per totum anni curriculum longus sit, hodie diligentes Mathematici & Astrologi in suis Ephemeridibus seu Calen-

dariis diligenter annotant. Nam in mense Decembri circa ferias Luciæ solstitio hyberno hic Francofordiæ vt dies breuissimus est horarum 7. 25'. 30". & nox longissima ad horas 16. 34'. 30". ita contra solstitio æstiuali mense Iunio dies est longissimus horarum 16. 34'. 30". & nox breuissima horarum 7. 25'. 30". Vtroque æquinoctio & dies & noctes sunt æquales horarum duodecim. Et vt dies a solstitio hyberno vsque ad alterum solstitium semper crescit: ita post hoc solstitium vsque ad brumam horarum numero decrescit:

DE *INTERVALLIS ET SITV ELEMENTORVM.*

CAP. XIII.

I.

AD hanc de interuallorum mensuris doctrinam referri debet ex doctrina Physica de situ & *interuallis elementorum.* Tradunt enim Physici: *Terram vt Elementum grauissimum suo pondere infimum locum obtinere.* Quam mox secundo loco *Aqua* sequitur. Aquis autem ita termini sunt positi, vt eosdem non transgrediantur: nec conuertantur, vt terram operiant, *Psal. 104. Aer* post aquam tertium locum occupat: quem in tres *regiones, infimam, mediam & supremam* diuidunt. Postremo *Ignis* quarto loco, vt elementum omnium leuissimum ad summa tendit. Et hæc est altera regio mundi inferior, quæ dicitur *Elementaris* a centro terræ seu mundi, vsque ad concauum Lunæ. Quæ vero sit distantia a terra ad lunam alibi discendum est: nimirum in doctrina Sphærica.

DE TERRA EIVSQVE QVINQVE *ZONIS* EARVMQVE LATITVDINE.

II.

TErra est instar puncti & centri respectu totius vniuersi, & magnitudinis circulorum. In medio autem ita librata & super aquas

quas fundata est, vt perpetuo maneat immobilis: concessa habitationi animantium. Hanc Cosmographi in *quinque plagas* diuidunt: quas a similitudine *Zonas* appellant, *quod terram velut cingulis totam cingant*. Hæ Zonæ sunt certa spacia seu tractus terræ circulares vel duobus parallelis vel vni inclusi. Quæ terræ plagas vel commodas vel incommodas animantium habitationi & frugum prouentui distinguunt. Ex his quinque zonis *Media est Torrida*: quod, cum Sol illic perpetuo verticem transeat, calore ac æstu torreat. Duæ proximæ dextra læuaque sunt temperatæ, ab aeris temperie sic appellatæ. *Extremæ duæ* versus polos sunt *frigidæ*, quod perpetuo frigore rigeant.

Ac *Torridæ* quidem Zonæ hoc tempore latitudo, quo minima est λόξωσις Eclipticæ est $4^{g}.56'$. h. e. 704. milliarium germanicorum: seu $23467\frac{1}{2}$ stadiorum sententia Ptolemæi: qui vni gradui 500. stadia attribuit.

Temperatarum vero latitudo est $4^{g}.4'$ h. e. 646. milliarium germanicorum: seu stadiorum $21533\frac{1}{3}$. Tanta enim nunc est tropicorum ab arcticis circulis distantia.

Frigidarum autem denique vsque ad polos Mundi semidiameter est $2^{g}.28'$. h. e. milliarium germanicorum 352. seu stadiorum $11733\frac{1}{2}$. vt ita tota diameter frigidarum Zonarum habeat $4^{g}.56'$. h. e. milliaria germanica 704. seu stadia Ptolemaica $23466\frac{2}{3}$.

DE CLIMATIBVS. III.

Climata secundum Cosmographos sunt spacia terræ duobus parallelis inclusa: inter quorum principia & fines prolixioris diei vel noctis quantitas sensibiliter per semissem horæ variatur. Plinius his verbis subobscure meminit, cum *lib. 6. c. vlt.* terras digerit in parallelos: & diem artificialem horis earumque partibus in singulis describit definitque. Etsi vero veteres septem tantum climata numerarunt: nunc tamen recte cum recentioribus 24. climata numerantur ab æquinoctiali vsque ad gradum 66, 32' latitudinis.

Primi latitudo eſt $\overset{\circ}{8}$. 34′. h. milliarium germanicorum 128$\frac{1}{2}$.
II eſt $\overset{\circ}{8}$. 10′. h.e. milliarium 122$\frac{1}{2}$.
III eſt $\overset{\circ}{7}$. 27′. h. e. 111$\frac{3}{4}$. Milliarium.
IV. eſt $\overset{\circ}{6}$. 37′. h. e. 99$\frac{1}{4}$ Milliarium.
V eſt $\overset{\circ}{5}$. 42′. h. e Milliar. 85$\frac{1}{2}$.
VI $\overset{\circ}{4}$. 53′ h. e. 73$\frac{1}{4}$ Mill.
VII eſt $\overset{\circ}{4}$. 7′. h,e. 61$\frac{1}{4}$ Mill.
VIII $\overset{\circ}{3}$. 31′. h. e. 52$\frac{3}{4}$ Mill.
IX $\overset{\circ}{2}$. 58′. h. e. 44$\frac{1}{2}$ Mill.
X $\overset{\circ}{2}$. 31′. h.e. 37$\frac{3}{4}$ Mill.
XI $\overset{\circ}{2}$. 8′. h. e. 32. Mill.
XII $\overset{\circ}{1}$. 49′. h. e. Milliar. 27$\frac{1}{4}$.
XIII $\overset{\circ}{1}$. 52′. h. e. 23 Mill.
XIV $\overset{\circ}{1}$. 19′. h.e. 19$\frac{3}{4}$ Mill.
XV $\overset{\circ}{1}$. 7′. h.e. 16$\frac{3}{4}$ Mill.
XVI $\overset{\circ}{0}$ 57′. h.e. 14$\frac{1}{4}$ Mill.
XVII 48′. h. e. 12 Milliar.
XVIII 39′. h. e. 9$\frac{3}{4}$ Mill.
XIX 33′. h. e. 8$\frac{1}{4}$ Mill.
XX 25′. h. e. 6$\frac{1}{4}$ Mill.
XXI 20′. h. e. 5 Mill.
XXII 14′. h. e. 3$\frac{1}{2}$ Mill.
XXIII 8′. h. e. 2 Mill.
XXIV & *ultimi* 3. h.e. 3$\frac{3}{4}$ Mill. ger, Reliquum terræ, quod in Zona frigida eſt, non poteſt commode in climata diſtingui. Pro libitu tamen vel ſecundum gradus latitudinis reſiduum poterit diſtribui vel etiam ſecundum menſes, quibus Sol continue ſupra horizontem manet.

DE

DE
TERRÆ AMBITV ET DIAMETRO.

IV.

De terræ ambitu & diametro ſic eſt apud Macrobium *lib. 1. cap.* 20. in ſomni: Scipionis, cum inquit: *Evidentisſimis & indubitabilibus dimenſionibus conſtat: vniuerſæ terræ ambitum, quæ vbicunque vel incolitur, vel inhabitabilis iacet, habere ſtadiorum millia ducenta quinquaginta duo. Cum ergo tantum ambitus teneat, ſine dubio octoginta millia ſtadiorum, vel non multo amplius diametros habet, &c.* hæc Macrob. Conſtat autem hinc Macrobium vni gradui tribuere 700. ſtadia.

Alii ſic colligunt: in circulo maximo ſunt gradus 360, & cuique gradui tribuuntur milliaria germanica 15. quibus inter ſe multiplicatis exiſtunt 5400. & hic eſt terræ ambitus. Vnde diametrum terræ eſſe tradunt 860. milliarium germanicorum.

Sed hæc diſcenda ſunt in ſede ordinaria: nimirum *in Sphæricis*, vbi perſpicue traduntur.

DE
MOTV SPHÆRARVM
COELESTIVM.

CAP. XIV.

I.

SVperior Mundi pars ſeu regio eſt *æetherea*: a concauo lunæ ad conuexum vsque cœli ſupremi. Et complectitur *Sphæras cœleſtes & ſtellarum corpora.* Sed de numero & motu Sphærarum cœleſtium magna eſt inter autores diſſenſio. Plato enim & Ariſtoteles cum antiquioribus Philoſophis *octo* tantum *Sphæras* fecerunt: inter quas octauam *primum mobile* eſſe ſunt opinati. Poſteriores vero rem longe aliter ſeſe habere ex obſeruationibus deprehenderunt. Ptolemæus enim, qui poſt Chriſtum natum anno 130

no 130. floruit, ſtellas diligenter obſeruauit, *nouem Sphæras* conſtituit: quarum nonam *ἄναστρον* eſſe ſtelliſque carere aſſerit: & *primum mobile* facit appellatque. Hæc velociſſimo rapidiſſimoque motu ab ortu in occaſum agitur: & omnes reliquas Sphæras inferiores ſuo impetu ſecum rapit. Abſoluit autem vnam periodum ſpacio 24. horarum ſeu diei naturalis interuallo.

Octauam autem Sphæram, quæ ſtellis fixis exornata eſt, & *firmamentum* dicitur, proprium ſuum curſum ab occaſu in ortum ſuper polis Zodiaci ſpacio annorum 36000. abſoluere dicit. Porrò Alphonſini, a Ptolemæo certis de cauſis diſſentientes, *decem Sphæras* inuenerunt: quarum decimam quidem *primum mobile* appellant. *Nonam* vero ab occaſu in ortum agi arbitrantur ſpacio annorum 49000. quem *annum Platonicum* vocant. Hæ duæ Sphæræ aſtris carent. Octauam autem Sphæram, quæ ſtellis exornata eſt interuallo annorum 7000, motum ſuum periodicum tandem abſoluere tradunt.

DE VII PLANETARVM MOTV.

II.

De *Planetis* maior eſt inter autores conſenſus: Nam planetarum curriculum certis temporis annorumque ſpaciis definiunt. *Saturnum* in ſuâ ſphæra, quæ hic eſt 7. ſuum curriculum diebus 10747. horas 7. minutis fere 36 conficere tradunt, h.e. annis Ægyptiis 29 diebus 162. &c. Seu annis Iulianis 29. inter quos ſunt biſſextiles ſeptem. diebus 155. &c.

Iupiter vero diebus 4330. horis 17, minutis 14. h. e. annis Ægyptiis 11. dieb. 315. &c. ſuum iter abſoluit: Seu annis Iulianis 11. inter quos ſunt duo biſſextiles, diebus 313. &c.

At *Mars* perficit ſuum curſum dieb. 686. horis 22. minutis 24. h. e. anno Ægyptio vno ac præterea diebus 321. &c.

Sed Sol, Venus & *Mercurius* ſpacio anni Tropici. h. e. diebus 365. horis 5. M. 49.

Poſtremo *Luna* ſpacio menſis periodici. h.e. diebus 27 horis 7. minutis 43. ſuum iter peragit. Ab vna autem coniunctione cum ſole ad aliam diebus 29. horis 12. minutis 44.

Sed

Sed hæc omnia de vtraque mundi parte seu regione scilicet *Elementari* & *Æetherea*, copiose docentur in *Sphæricis & Theoricis Planetarum*: vnde plenior cognitio petenda est. Hic satis est iudicare: illa ad hanc de mensuris interuallorum doctrinam esse referenda.

Quæ perspicue, copiose & erudite suis auditoribus tradita sunt ab erudito viro D. M. Dauide Origano Silesio Glaciano, genero meo charissimo in *Sphæricis & Theoricis Planetarum*.

DE
ALIIS QVIBVSDAM VOCABVLIS
INTERVALLA SIGNIFICANTIBVS.

Cap. XV.

CASTRA
I.

SVnt & alia adhuc quædam vocabula *interualla itineris* significantia: quale est apud Latinos *castra*. Milites enim seu exercitus ad aliquem locum peruenisse dicuntur, *primis, secundis, tertiis, quartis, &c. castris*: quippe cum exercitus aliquod iter emensus, castris positis consistit acquiescit. Græcis est στρατόπεδον. Vnde μετρηταὶ sunt στρατοπέδων apud Ioseph. *lib. 5. c. 6. Capt.* h.e. *Metatores castrorum*. Plin. *lib. 5. c. 1. Decumis*, inquit, *se eo peruenisse castris, Suetonius Paulinus prodidit.*

II. Quo non certum idemque semper interuallum significatur: sed circumstantiis loci, temporis, & aliis variat, & nunc longius, nunc breuius est. Sic est apud Strabonem *lib. 16. de Ælio Gallo: Nonis castris Anagram peruenit, vbi prælium commissum fuerat: Vndecimis deinde ad septem puteos, &c.*

MANSIO II.

I. Sunt & *mansiones*, quibus certa interualla designantur. Apud Lampridium est *in Alexandro Seuero: Et, si Dii voluerint, in prima mansione mansurus*: ibidem mox: *Milites expeditionis tempore*

pore

pore sic disposuit, vt mansionibus annonas acciperent. Mansionum militarium mentio fit *lib. 3. C.* a Iustiniano.

II. Apud Solinum est *cap. de itinere Indico*: Post *transactis aliquot mansionibus Berenicen peruenitur, vbi rubri maris portus.* Apud Plin. est *lib. 6. c. 23. A Copto Camelis iter, aquationum ratione mansionibus dispositis, &c.* Idem habet *lib. 12. c. 14. de thuris exportatione* loquens: *Euehi non potest, nisi per Gebanitas: itaque & horum regi penditur vectigal. Caput eorum Thoruna: abest a Gaza, nostri littoris Iudaeae oppido, LXXX. XXVIIM. pass. quod diuiditur in mansiones Camelorum*, LXXII. &c. 8027000. Pass.

σταθμός. III.

I. σταθμός quoque est græcis, h. e. *mansio, statiua*, & diuersorium mensurarum maxima vel militum, vel tabellariorum, vel etiam Regum ac Principum. Sunt n. σταθμοὶ βασιλήιοι & καταλύσιες h. e. *Mansiones Regiae & diuersoria:* quippe vbi confecto itinere diurno subsistunt, quiescunt, cibo, potu, requie, somnoque sese recreaturi, viresque reparaturi.

II. σταθμός est quidem iter diurnum: sed non semper idem, perpetuoque æquale: vt quod sæpe pro locorum natura variet.

III. Huiusmodi autem σταθμοὶ & καταλύσιες Regum Persarum e Sardibus, vbi Regum Lydorum sedes & caput olim fuerat, Susa ad Regia Memnonia copiose describuntur apud Herodot. *Hist. 5.* Sic enim ibi tandem subiungitur: οὗτοι οἱ πάντες σταθμοί εἰσι ἕνδεκα καὶ ἑκατόν. καταγωγαί μὲν τῶν σταθμῶν τοσαῦταί εἰσιν ἐκ Σαρδίων ἐς Σοῦσα ἀναβαίνοντι. h. e. *Hae omnes mensiones sunt centum & vndecim: Diuersoria quidem mansionum tot sunt e Sardibus Susa ascendenti.* Consule & L. Cœlium *lib. 18. c. 8.*

IV. Singulis hisce mansionibus stadia centena & quinquagena tribuit: quæ faciunt quatuor milliaria germanica cum tribus quadrantibus.

V. Apud Xenoph. *lib. vlt. Anabas. Cyri iunioris* numerantur itineris σταθμοὶ ducenti & quindecim: quo itinere exercitus Græcorum a Cyro conductus Babylonem ascendit aduersus Artaxer-

taxerxem, Cyri fratrem: & deinde rediit castris toties positis quiescentibus seseque recreantibus militibus.

VI. Apud Herod. *Histor.5.* sunt σταθμοὶ καταγωγῶν, & καταγωγαὶ σταθμῶν. h.e. *Mansiones diuersoriorum, & diuersoria mansionum.* Sic enim inuertit, & vtrunque per alterum declarat.

VII. Appellantur quoque aliquando σταθμοὶ ἀλλαγαὶ a mutatione vel locorum vel domiciliorum, vt Eustathius testatur; vel etiam iumentorum, vt Budœus scribit.

VIII. σταθμοὶ ἀγγελιαφόρων καταλύσεις, h.e. *Diuersoria tabellariorum:* quippe certa quædam spacia, quæ cursores vno actu conficere debent: *Postas* hodie vocant, à Pegasariis cursoribus imposito nomine: qui statis locis mansiones suas positas habent, Budæus *in secundis Annotationibus in Pandectas.*

IX. Et Titus filius a patre Vespasiano aduersus Iudæos missus aliquot σταθμοῖς, mansionibus, in Iudæam Alexandria venit, Ioseph. *lib. 4. Captiuitatis Iudaicæ in fine* Et vocatur ἡμέρας σταθμός apud eundem Ioseph. *lib. 5. c. 6.*

MASA IV.

I. Hebræis quoque est vocabulum *Masa* a verbo *Nasa*, quod significat *loco se mouit, alio profectus est.* Inde est nomen verbale & plurale in statu regiminis *Massee, Num. 10. & 33.*

II. Id a LXX redditur nunc στρατιαὶ, nunc σταθμοὶ: vetus interpres transfert *castra* & *profectiones* & *mansiones.*

III. Describit Mos. ὁδοιπορικὸν h.e. *itinerarium populi Israelitici,* mandato Dei ex Ægypto at terram promissam Canaan proficiscentis. Eius profectionis σταθμοὺς, vt LXX vocant, quadraginta duos facit, quippe quod binis & quadragenis castris, (seu bis & quadragies castris positis eo peruenerint, vt *Numer. 33.* copiosius narratur.

MENSORES ITINERVM V.

I. *Itinerum mensores,* apud Plin. *lib. 6. c. 17.* dicuntur, qui itinera dimetiuntur, distribuunt ac definiunt. Bæton itinerum Alexandri M. mensor fuisse traditur apud Plin. *lib. 7. c. 2.*

II. Rex Persarum Darius Pontum Euxinum & Proponti-dem per orgyias & stadia dimetiri curauit, vt est apud Herod. *Hist.* 4.

DE

LVNÆ LVMINE, HORIS,
EARVMQVE PARTIBVS DISTRIBVTO.

CAP. XVI.

PLin. *lib.* 2. *c.* 14. lunæ lumen horis earumque quadrantibus aliisque tanquam assis partibus dimetitur. Sic enim habet: *Lunam semper auersis a sole cornibus, si crescat, ortus spectare: si minuatur, occasus, haud dubium est. Lucere dodrantes semuncias horarum ab secunda adiicientem vsque ad plenum orbem, detrahentemque in diminutionem. Intra quatuordecim autem partes semper occultam esse*, hæc ille.

II. Vocat autem Plinius lucere dodrantes quidem tres vnius horæ-quadrantes: semuncias vero 24 præterea horæ partem. Diuidit enim & horam, vt assem in 12. partes, quas assis partibus declarat.

III. Idem Plinius *lib.* 18. *c.* 32. de lunari ratione loquens, sic ait: *In coitu vero, quod interlunium vocant, cum apparere desierit. Supra terram autem erit, quamdiu & sol, interlunio, & prima tota die, secunda horæ noctis vnius dextante scilicet: ac deinde tertia vsque ad quintam decimam, multiplicatis horarum iisdem portionibus: quinta decima tota supra terras noctu erit, eademque sub terris tota die. Decima sexta ad prima hora nocturna dextantem scilicum sub terra aget, eiusdemque portiones horarum per singulos dies adiicit vsque ad interlunium. Et quantum primis partibus noctis detraxerit, quod sub terris agat, tantundem nouissimis ex die adiiciet super terram. Alternis autem mensibus XXX implebit numeros, alternis vero detrahet singulos.* Hæc erat lunaris ratio.

x 3 II IV. Ho-

IV. *Horæ dextans* hic apud Plinium significat decem horæ vncias, seu quinque sextas horæ partes. *Sicilicus* vero est vnciæ 4. totius horæ 48. pars: qua de re supra.

V. De hac re consule & Budæum *lib. 1. de Asse*: vbi Plin. memoria lapsum esse arguit.

DE *VARIIS INVSITATISQVE* *HOMINVM STATVRIS.*

CAP. XVII

IVstam esse cuiusque corporis staturam *sex suorum pedum* certum est: & M. Vitruuius *lib. 3. c. 1.* confirmat idipsum, cum de membrorum humani corporis proportione inter se loquens, *pedem altitudinis corporis sextam partem esse scribit.*

II. Id ex hominis definitione, quæ apud Arist. *lib. 6. Topic.* extat, satis liquet. Finit enim hominem esse *ζῶον πεζὸν, δίπουν, τετράπηχυ.* h. e. *animal pedestre, bipes, quatuor cubitorum:* quatuor enim cubita sex pedes faciunt.

III. Pes autem hic capitur *non pro mensura*, quæ est pedis vel Ro, vel græci certa quantitas: sed potius *pro modulo* pedis cuiusque hominis, cuiuscunque sit vel ætatis vel staturæ. Quippe quod quisque iusta statura sex suos pedes sit longus.

IV. Ex Nicephoro in mensuris græcis ante allatum est, IESVM CHRISTVM Saluatorem statura fuisse longum spithamas. h.e. *dodrantes septem*: qui pedes græcos faciunt quinque cum palmo: vlnas duas Francofordianas cum semisse: quæ si vera sunt & fides autori est habenda, nostrum Saluatorem mediocri statura fuisse constat. Nam & Dauidem mediocri statura fuisse, ex historia liquet: qui vt in aliis, ita in statura quoque corporis futuri Messiæ, hoc est, Christi Iesu Nazareni typum gessisse probabile est.

V. Porro circumfertur imago Saluatoris vsque ad pectus: sub qua fuit linea, quam si decies sumpseris veram Christi statu-

ram explere affirmant: idque ex testimonio Lentuli Ro. qui hac de re literas dedit ad Senatum Ro. Linea illa continet vncias pedis Græci septem cum vnciæ tertia parte. Qua ratione Christi statura fuisset sex pedum græcorum cum vncia & vnciæ tertia parte. Superat itaque hæc Lentuli statura, si vera est, staturam Nicephori vnciis decem cum vnciæ triente, h. e. integram spithamen græcam cum vna vncia & vnciæ triente, Esset ergo statura Christi iuxta Lentuli sententiam vlnarum Francofordianarum duarum cum tribus vlnæ quadrantibus, & cum pedis græci vncia & vnciæ besse ὡς ἔγγιστα. Quæ mihi nimis longa esse videtur, vt typo vix respondeat.

VI. Porro ab hac hominum mediocri statura quidam deficiunt, quidam vero etiam hanc longe superant: quod homines statura multum inter se differant, varientque.

VII. Plin. *lib. 7. c. 2.* refert *Pygmæos spithamæos, ternas spithamas*, h.e. ternos dodrantes non excedere. Terni dodrantes faciunt duos pedes Ro. cum quadrante: qui, si Ro. pedes intelligas, vlnam Francofordianam propemodum exæquant. Ctesias in *India dicit Pygmæos esse πήχεων δύο. cubitorum duorum.*

VIII. Idem ibidem refert: *multos in India quinque cubita longitudine excedere:* quæ faciunt vlnas Francofordianas tres & fere cum semisse 1. *Paralip. 11.* est: *Banaias, Ioiadæ filius percussit Ægyptium statura quinque cubitorum* h.e. pedum græcorum septem cum semisse.

IX. Apud Herodot. est *Histor. 9. & vlt.* In strage Persarum inuenta esse ossa hominis statura quinque cubitorum. Porus Rex Indiæ erat statura amplius quinque cubitorum, Arrhianus, *lib. 5.*

X. Maximinus Imp. apud Iul. Capitolinum fuit statura pedum octo & prope semissis, Erasm. *Chil. 1. c. 21.* Facit vlnas Francofordianas tres & fere tres quadrantes.

XI. Artachæas Persa apud Herod. *Histor. 7.* statura fuit procera, maximus omnium Persarum: vt qui a quinque cubitis Regiis quatuor tantum digitis distaret. Facit itaque tres vlnas Francofordianas cum tribus quadrantibus.

XII. Goliath Philistæus fuit statura *sex cubitorum & dodrantis:*

tis: quem Dauid puer funda prostrauit, & suo hostis ipsius gladio interfecit, *1. Reg. 17.* Facit vlnas quatuor & semissem. Accipio hic mensuras hebraicas, quæ græcis aut æquales, aut certe non admodum dispares fuisse iudicantur. Hac de re extat *mea dissertatio a Christoph' Plantino excusa:* quæ postea quoque addetur.

XIII. Lazarus quidam Iudæus 7. cubitorum ab Artabano, Parthorum Rege, Tiberio inter cetera munera missus fuit, vt refert Ioseph. *lib. 18. c. 8.* *ἀρχαιολ.* Facit vlnas quatuor & tres quadrantes.

XIV. Orestis, Agamemnonis filii, corpus, oraculi iussu effossum *septem cubitorum* fuisse, Plin. *lib. 7. c. 16.* scribit & Gellius *lib. 3. c. 10* repetit. Facit pedes Ro. vndecim cum semisse, vlnas Francofordianas quatuor cum dodrante seu tribus quadrantibus. Oraculum, cuius Plinius meminit, extat apud Herodotum historia prima: repetit Solin. *c. 5.*

XV. Syrbotas gentem Æthiopum Nomadum octona cubita excedere, autor est *Plin. l. 7. c. 2. & lib. 6. c. 30.* Facit vlnas quinque & fere semissem.

XVI. Lectus ferreus Og, Regis Basan, qui vnus ex Gigantibus reliquus fuit, nouem erat cubitorum in longitudine, & quatuor in latitudine, *Deut. 3.* Facit longitudo pedes tredecim cum semisse, latitudo sex pedes.

XVII. Plinius *lib. 7. c. 16.* scribit: corpus inuentum esse in Creta, monte per terræ motum rupto, cubitorum XLVI. Est autem hæc statura hominis inusitata, fidem omnium superans.

XVIII. Niceph. *lib. 12. c. 37.* duo naturæ monstra in humana natura refert fuisse, vnum Antonium nomine in Syria cubitorum quinque cum dodrante (Ioh. Langus reddit palmum pro dodrante) Alterum Ægyptium ita breuem, vt perdici persimilis esset, prudentia præditus fuit, vox a Musis non abhorrens & sermo mentis generositatem præ se ferebat. Cubiti quinque cum dodrante faciunt vlnas Francofordianas tres cum tribus vlnæ quadrantibus & digito.

XIX. Homerus Poeta Odyss. λ. refert Otum & Ephialten nouennes latos fuisse nouem cubitos, ἐννεαπήχεας, longos & procе-

ros ἐννεοργυίους. h. e. *nouem orgyiarum.* h.e. cubitorum 36. pedum 54. quæ est statura immanis & inusitata & ideo fabulosa.

XX. Γάγγης Rex fuit δεκάπηχυς h. e. decem cubitorum vt refert Suidas.

DE
MENSVRIS INTERVALLORVM HODIE VSITATIS.

CAP. XVIII.

VTuntur hodie opifices, artifices & metatores suis mensuris & instrumentis: adquæ vel operas suas locant, vel opera exigunt, vel merces suas vendunt: quæ cum veteribus mensuris facile conferri possunt.

PES FABRILIS. I.

I. *Pes fabrilis* dicitur, quo fabri lignarii, cæmentarii, arcularii, & alii artifices vtuntur: qui ab illis materna lingua dicitur Werckschuch: quippe ab opere & a calcei pedis quantitate.

II. Hic pes similiter diuiditur, vt Ro. in palmos quatuor, in 12. vncias, quas artifices suo artis proprio vocabulo appellant Zolle: ad hæc diuiditur in *sedecim digitos*

III. Turris seu ædes sacra Argentinæ, seu Strasburgi alta esse traditur pedes fabriles 574.

IV. Huius pedis schema & hic addendum curaui: intuenti autem patet, hunc pedem breuiorem esse pede græco integro digito græco.

V. *Cubitus fabrilis* & hic constat hoc pede eiusque semisse seu dimidia parte.

VLNA. II.

I. Institores & mercatores vtuntur *vlna*, quam vocant Elle: ad quam vendunt pannum laneum, lineum, sericum & alias merces.

II. Hæc

II. Hæc *vlna* non vbique eſt eadem, ſed variat locis, oppidis, regionibus, &c.

III. *Antuerpiæ*, quod eſt Emporium inferioris Germaniæ celeberrimum, in vſu eſſe traditur vlna omnium *longiſſima*: quæ continet pedes Ro. duos cum triente & ſemuncia.

IV. *Vlna Lipſica*, quæ ſic quoque ab oppido, quod itidem eſt Emporium Saxonici Ducis nobile, appellatur, eſt omnium *breviſsma* quæ eſt duorum pedum fabrilium: & nondum eſt duorum pedum Rom. deeſt enim ei adhuc digitus Ro. integer.

V. *Vlna*, in noſtra Marchia vſitata, vlnam Antuerpianam quidem vncia integra pedis Ro. deſtituit, Lipſicam vero plusquam triente pedis Romani ſuperat.

PERTICA III.

I. *Perticis* hodie, vt olim, ſuos fundos, areas, agros, vineas, hortos, prata, ædificia, &c. fere metiuntur: quæ ab illis vſitate Ruten vocantur.

II. Hæ perticæ variant etiam in iiſdem locis, regionibus, &c. Vocant enim in noſtra Marchia alicubi perticam maiorem, minorem & mediam.

III. *Pertica*, quæ hic Francoford. Marchic. vſitata eſt, longitudo in porta, quæ per pontem ducit, monſtratur. Ea continet pedes Ro. quidem quindecim *ὡς ἔγγιστα*: græcos vero 14 cum quinque digitis.

IV. Qua ratione hæc pertica ad Ro. decempedam, perticam veterem, proportionem habet ſeſquialteram. Continet enim decempedam integram, & præterea partem eius dimidiam.

V. Hanc perticam vſitatam ſic emetiri ac definire ſolent ea longitudine, quam erectam & mox inuerſam homo quiſpiam mediocris ſtaturæ extremis digitis ſublatis bis attingere poteſt: hanc veram perticam eſſe arbitrantur: quæ eſt fere quindecim pedum communium. At id eſt fallax: quod ſtaturæ hominum varient. Quisque autem ſuæ patriæ menſuras haſce publicas ad pedes veteres exigere, & cum aliis conferre poteſt.

VI. *Pertica Brandeburgica*, a ſenatu ad me huc miſſa, dodrante. h.e. tribus palmis, digitis 12. Ro. breuior eſt pertica Francofordiana.

VII. *Colbergenſis pertica* in Pomerania noſtratem ſuperat 8. vnciis pedis Ro. eſt 15. pedum Ro. cum octo vnciis.

VIII. A Scabinis Lipſienſibus hodie pronunciatur: eam eſſe iuſtam perticam, quæ longa ſit vlnas Lipſicas ſeptem cum ſemiſſe, pedes fabriles XV. Et hæc pertica breuior eſt ſex vnciis pedis Ro h. e. ſemipede, quam eſt pertica Francofordiana.

MILLIARE IV.

Iidem Lipſienſes Scabini finiunt milliare germanicum quod teneat LX. conuerſiones gewend: quarum vſus eſt apud Agricolas arantes: vna conueſio conſtat talibus perticis Lipſienſibus LX. vt milliare faciat perticas 3600. paſſus 10800. pedes 54000. Hæc autem dimenſio fieri debet per *rotam*, cuius ambitus eſt integræ perticæ.

LIBRI III. FINIS.

MAT-

MATTHAEI HOSTI
OPERVM.
TOMVS III.

QVI CONTINET

QVAEDAM OPVSCVLA

VARIAE RARAEQVE ERVDITIONIS PLENA:

ET

IDEO LECTV DIGNISSIMA,

QVORVM CATALOGVS

MOX SVBIVNGITVR.

ANNO M. D. XCVIII.

CATALOGVS

Quorundam opuſculorum.

MATTHÆI HOSTI.

I.

I. Inquiſitio in *Kiior*, h. e. labrum, Exod. 30.
II. In *Maris fuſilis* capacitatem, 3. Reg. 7. 2. Paral. 4.
III. In *X Kiiorotb* capacitatem, 3. Reg. 7.
IV. In *Panem Salomonis*, 3. Reg. 4.

II.

Liber de *Definitione*, eiusque ſpeciebus, legibus & conditionibus.

III.

De *ſex Hydriarum* capacitate. Ioh. 2.

IV.

De *Arcæ Noah* fabrica, Gen. 6.

V.

De *Aſſis* eiusque partium multiplici vſu.

VI.

De *Aſſis* eiusque partium vſu in declaranda vſura.

VII.

De *Aſſis* eiusque partium vſu in hæredum inſtitutione, & hæreditatis diviſione.

VIII.

De *Chœnice Græca*, & de Rom. demenſo.

IX.

De *Numeratione logiſtica*, emendata.

X.

De Monomachia *Dauidis* cum *Goliatho*.

PRÆ-

PRAEFATIVNCVLA IN OPVSCVLA SEQVENTIA MATTHAEI HOSTI.

OPVSCVLA, quæ tres libros de Menſuris & Ponderibus, &c. ſequuntur, ſunt veluti ἀποσπάσματα, hoc eſt, partes quædam a magnis corporibus & integris operibus auulſæ: quæ velut vmbra corpus ſuo iure comitantur: & illis, vnde illæ partes auulſæ ſunt, vtiliter redduntur. Sunt enim vel quædam exempla, quibus illa, vnde decerpta ſunt, declarantur & illuſtrantur: vel ſunt noui & integri libri raræ variæque eruditionis pleni: ideoque lectu dignisſimi.

Hæc autem opuſcula meis filiis & generis chariſs. ideo inſcribenda & dedicanda eſſe duxi, tum vt paterni affectus erga ſuos memoria extet apud omnem poſteritatem perpetua: tum vt alii quoque meorum exemplo ad huiusmodi elegantiora ſtudia ſerio colenda excitentur.

REVERENDO VIRO,

Virtute, Eruditione & vera pietate præstanti

D. IOHANNI HOSTO,

Ecclesiæ Christi apud Tapienses in Borussia

Pastori Vigilantissimo,

FILIO CHARISSIMO

MATTHAEVS HOSTVS PATER

S. P. D.

IN lucem iam emitto reliquos meos commentarios, quos domi mea in aduersariis hactenus detinui. Hos enim in certam formam tandem disposui: & velut in Codicem ita retuli, vt editioni matura esse videantur.

In hac autem editione vos meos filios & generos charissimos negligere nolui: sed cuique suum peculiare opusculum inscribere statui. Tibi itaque Iohannes fili charissime inscribo dedicoque meam diligentem inquisitionem.

Primum in Kjor, h. e. labrum, Exod. 30.

Deinde in Maris fusilis, adhæc in decem Kjoroth capacitatem 3. Reg. 7. 2. Paralip. 4.

Postremo in panem Salomonis lib. 3. Regum 4.

Quod argumentum, ex sacris literis depromptum, tuæ professioni, cum sis Theologus, valde aptum esse arbitror: ideoque tibi gratum fore puto. Ex hoc scripto facile cognosces: quibus rebus, quibusue adiumentis instructos esse oporteat eos, qui sacras literas reuerentius tractare, expeditius

legere,

legere, rectius intelligere, & eruditius suis auditoribus in locis publicis explicare satagant, vt cum laude in eruditorum numero censeri possint. Te quidem mi fili, magni nominis Theologi, vt D. Tilemannus Heshusius, D. Iohannes Vigandus & alii eruditi viri, ad docendum in Ecclesia Christi Evangelium graui consilio non solum elegerunt, sed etiam quodammodo compulerunt repugnantem, perspecta tui ingenii dexteritate: Quamobrem spartam, quam nactus es, sedulo, sicut hactenus cum magna laude fecisti, te porro exornare decet.

Porro ante superiorem illam pestem, quæ hic anno LXV. accidit, per multos annos magnis laboribus collegeram, & vobis meis filiis & aliis nonnullis bonis adolescentibus priuatis discipulis, dictaueram, vt nosti copiosiores quasdam enarrationes in Iesum Siracidem cum mea versione græci textus in latinam linguam, idque festis solum diebus. Qui commentarii tales sane erant, vt tum doctis, qui viderunt, valde probarentur. Et aliqui etiam a me impetrarunt, vt sibi describere liceret. Hoc opus cum Georgius Cœlestinus Theologiæ Doctor, Præpositus Coloniensis ad Sueuum, apud fratrem tuum Christophorum Stendaliæ vidisset, ab illo contendere cæpit: vt mecum de editione ageret. Se enim curaturum esse promisit, vt sua opera & impensis Francofordiæ ad Mænum ederetur: & nisi morte præter omnium expectationem præuentus esset, a me facile obtinuisset: hac tamen conditione, si extremam limam adhibere licuisset. Cum enim hoc argumentum sit Theologicum, & a me scholastico more erudite tractatum, nisi acri iudicio examinaretur, non temere in lucem esset emittendum, neque in hoc erudito seculo multorum iudicio committendum. Ego vero iam in extrema senectute, & velut duodecima vitæ hora, sum constitutus. Superaui enim hoc autumno ἑνδεκάτην ἑπτάδα hoc est, unde-

 cimum

cimum septenariorum annorum climactericorum. Ingressus sum iam annum ætatis septuagesimum octauum. Qua ratione duos tantum annos absum ab anno illo fatali octauo & octuagesimo.

Hunc enim annum Iohannes Regiomontanus & alii multi præstantes viri Mundo fatalem fore, multis annis ante prædixerunt: vt quo vel Mundus ipse sit periturus: vel alioqui res magnæ & admirandæ in hoc mundo euenturæ. Hoc opus, si extremam manum adbibere licuisset, tibi libentius inscriberem: quod & copiosius sit, & adolescentiam in scholis docentibus longe vtilius. Cum vero id nobis propter ætatem ingrauescentem sit denegatum, hoc, quod nunc offertur, te contentum esse decet.

In quo primum proponitur illustre exemplum, quæ sit ratio copiose ac erudite tractandi thema simplex iuxta methodum per omnes suas causas.

Deinde in hoc scripto præter alia erudite explicantur mensuræ Hebraicæ, bathus in liquidis, & Corus in aridis. Quæ mensuræ cum aliarum nationum & populorum mensuris, vt Romanis & Græcis atque etiam in Germania hodie vsitatis exacte conferuntur. Quæ collatio multum profecto proderit illis, qui veteres libros assidue legere instituunt. Quid Bathus, quid Corus sit, ex primo libro de Mensuris capite X. & XI. de Mensuris hebraicis petendum est.

Porro facta est mentio annorum climactericorum, ideo hic obiter quædam addenda sunt. κλίμαξ *scala est,* κλιμακίδες *οἱ* κλίμακες βαθμοὶ *h. e. scalæ gradus apud Hesychium. item anni gradarii & scansiles ipsi: qui gradatim velut per gradus surgunt ac scandunt: qui inde quoque* κλιμακτηρικοὶ *appellantur. Tales sunt, qui vel* ἐξ ἑπτάδος*. h. e. e septenario vel* ἐξ ἐννάδος*. h. e. ex nonario surgunt,* ἑπτὰς *vel* ἑβδομὰς *id est septas,*

septas, seu septenarius annorum numerus est apud Macrobium lib. 1. in Somn. Scipionis cap. 6.

Ex septenario quidem hoc modo surgit:

7. 14. 21. 28. 35. 42. 49. 56. 63. 70. 77. 84.

Ex nonnario vero sic:

9. 18. 27. 36. 45. 54. 63. 72. 81.

Hos annos septenos & nouenos hebdomadicos & enneadicos quoque appellant. Horum autem annorum magnam vim & efficaciam esse, in confesso est: quod & mutationes & grauia pericula hominibus adferre soleant.

Apud Senecam enim est lib. 7. de Beneficiis: septimum quemque annum ætati signum imprimere. Nam, vt constat, a prima statim heptade seu hebdomade immutantur. Post septem enim annos dentes, qui primi emerserant, aliis aptiorib. ad cibum solidum nascentibus cedunt: eodemque anno h. e. septimo plene absoluitur integritas loquendi.

Altera. h. e. ab anno 14. pubescunt, ipsa ætatis necessitate:

Tertia. h. e. ab anno 21. in virilitatem exeunt: genas flore vestit iuventas: in qua incremento iustam quoque staturam & longitudinem accipiunt: & finem crescendi faciunt.

Quarta. h. e. ab anno 28. in latum augentur.

In quinta ab anno 35. roboris summum fit incrementum: quantæ cuique vires inesse possunt. Quod robur ante collectum conservatur sexta sequente ab anno ætatis 42.

Idem robur deteritur ac minuitur, septima heptade ab anno 49. sed occulte idque per momenta.

Apud Macrobium est in Somn: Scipionis: a sexta vsque ad septimam septimanam, fit quidem virium diminutio, sed occulta: & quæ detrimentum suum apertiore defectione non prodat. Ideo nonnullarum Rerump. is mos est, ut post sextam ad

ad militiam nemo cogatur. In pluribus datur remissio iusta post septimam.

Notandum verò, quod cum numerus 7. se multiplicat, facit ætatem, quæ proprie perfecta & habetur & dicitur, adeo vt illius ætatis homo, vtpote qui iam perfectionem & attigerit, & nec dum præterierit & consilio aptus sit: nec ab exercitio virium alienus habeatur. Hæc Macrob.

Apud Censorinum est c.5. de die Natali: Alii autem, inquit, non pauci vnum omnium difficilimum climacterem prodidere, anno scilicet, vndequinquagesimo; quem anni septies septem conficiunt.

Ab hac heptade. h.e. ab anno 49. sequenti, quæ est octava, apud veteres de more immunitas a militia laboribus dari solebat.

Apud A. Gellium est lib.3.c.10. & lib.15.c.7. M. Varro, pericula quoque vitæ fortunarumque hominum, quæ κλιμακτῆρας Chaldæi appellant, gravissima quæque fieri affirmat. Siquidem observatum in multa hominum memoria, expertumque senioribus plerisque omnibus sexagesimum tertium vitæ annum cum periculo & clade aliqua venire, aut corporis morbique gravioris, aut vitæ interitus, aut animi ægritudinis. Vnde Suidas κλιμακτῆρας recte δυσχερείας interpretatur: quod molestas difficultates adferant. Iulius maternus testatur, hunc ætatis annum præcipue ideo videri periculis insignem: quod ἑπτὰς & ἐννεὰς h.e. septenarius & nonarius annorum climactericorum duo numeri concurrant: qui decretorii & malefici sint: & ad vitam succidendam pollentes in vnum confluant & in hominis exitium quasi conspirent. Hac heptade nonaria. h.e.63.

anno

anno multi præstantes viri ex hac vita per mortem in alteram vitam longe beatiorem, quippe æternam emigrarunt, vt constat de D. Martino Luthero, de Philippo Melanthone, & de aliis.

De sequente decima heptade sic ait Macrobius: Cum vero decas, qui & ipse perfectiss. numerus est, perfecto numero, id est, ἑπτάδι iungitur, vt aut decies septeni, aut septies deni computentur anni, hæc a Physicis creditur meta viuendi: & hoc vitæ humanæ perfectum spatium terminatur: quod quisquis excesserit, ab omni officio vacuus, soli exercitio sapientiæ vacat, &c.

Et Psalm XC in oratione Mosis est: vitam hominis esse LXX annorum. Hac decade nuper hanc vitam cum morte commutauit & mox ex morte in vitam immortalem hinc emigrauit, clariss. vir Bartholemæus Radmannus Iureconsultus, V. I. D. editus in hanc lucem anno XV, mortuus anno LXXXV. ὁ δεκάτη ἑπτάς est vndecimus annorum septenarius s. anni LXXVII, quo mortuus est Petrus Bembus Italus: cuius epistolæ nomine Leonis X. Romani Pontificis scriptæ, extant editæ. Hic Bembus postea factus est Cardinalis: qui cum Leoni Pontifici aliquando dictum ex Euangelio attulisset, hoc responsum a Pontifice accepit: Eia amabo, quid quæso ad nos venitis cum vestris fabulis de Christo? Fuisse enim traditur ille Pontifex Leo verus Epicureus. Historia extat in Germanico scripto, cui titulus est, Binenkorb *parte VI cap. III. pagina 200 in quo capite multorum Pontificum Rom. scelera copiose narrantur. Redeo ad climacteres.*

Ἐννάτη ἐννεάς, h. e. nonus nonarius, & ipse climactericus est; qui ex nonario in se ducto resultat. Nam nouem nouies faciunt 81. Hic κλιμακτὴρ raro sine vitæ periculo solet transmitti. Hoc enim anno Plato Philosophus, Diogenes Cynicus, Dionysius Heracleotes, Eratosthenes geometra diem suum obiisse dicuntur.

Porro etsi hæc multi viri magni faciunt, ac certa esse putant, experientia euentum approbante: tamen Ptolemæus, Astrologorum Princeps, huiusmodi placita reiicit; quod numeri sint inefficaces.

Hæc quæ alibi sparsim referuntur, hic in unum locum congerere volui, lectori gratificaturus: sed iam finem facio. Quare fili charissime vale cum tuis charissimis quam rectissime.

Datum Francofordiæ ad Oderam. Mense Martio, Anno a C. N. 1586.

INQVI-

I.
INQUISITIO
DILIGENS.

I.

IN KYIOR, HOC EST, LABRUM,

Exodi 30.

II.

IN MARIS FUSILIS CAPACITATEM,

3 Reg. 7.

III.

IN DECEM KYIOROTH CAPACITATEM,

3. Reg. 7. 2. Paral. 4.

IV.

IN PANEM SALOMONIS

3. Reg. 4.

MATTHAEO HOSTO

AVTORE.

DE VOCE KYIOR, QVÆ REDDITVR LABRVM, Exod. 38.

I.

EXtant quædam *vasa sacra*, in Bibliis sacris diligenter descripta; quæ vt rectius intelligantur & eruditius

 expli-

explicentur, habent opus accurata inquisitione. Quare in gratiam eorum, qui hisce eruditis commentationibus delectantur, eadem grammatice declarare non grauabor.

II. Primum est *Kyior*, *Exodi* 30. & 38. Deinde est mare fusile: adhæc sunt decem *Kjioroth*, seu *Kyiorim* 3. *Reg* 7. & 2. *Paral*. 4. quarto & postremo locum de *pane Salomonis* 3. *Reg*. 4. excutiam: quæ ordine explicabo.

KYIOR VARIE REDDITUR.

III. *Kyior* vox hebræa nomen habet a *cavitate*, eaque ampla: & a verbo *K r* cum vas quiescente deriuatur; quod est *fodit*, *effodit*, *perfodit*, *excidit* &c.

ΛΟΥΤΗΡ.

IV. Variis autem modis accipitur. Significat enim in genere *vas vacuum & capax*, variis usibus accommodatum: Varie quoque redditur a LXX. Interpretibus. Præcipua vero eius significatio est, qua redditur a LXX. λουτὴρ ab usu præcipuo *lavacri*, *Exod*. 30. & 38 quemadmodum & apud Philonem *lib* 3. *de vita Mosis* appellatur. Turnebus peluim interpretatur.

V. Athenæus *lib*. 5. habet λουτῆρα πεντεμετρητὰ [illegible], hoc est *labrum quinque metretarum capax*: qui faciunt sextarios græcos 360. Ro. 324 & totidem Nossellas Francofordianas, quartas 16.: quæ faciunt tonnam Francofordianam cerevisiariam cum dimidia, minus sex Nossellis.

ΧΥΤΡΟΠΟΔΕΣ.

VI. Deinde *Levitici* 11. *versu* 35. iidem transferunt *Kyiorim* in duali numero χυτρόποδες: ut sint vel vasa vel instrumenta culinaria, [illegible] ab ollis & pedibus appellata.

VII. Adhæc 1 *Samuelis* 2. redditur ab eisdem λέβης & est vas culinarium, in quo carnes coquuntur.

VIII. Postea *Zacharia* 12. *versu* 6. transferunt δαλὸς, hoc est, titiones, torres. De *Kyioroth* 3 *Reg*. 7. postea dicetur,

LA-

LABRUM.

IX. Eodem modo & Latini interpretes variè interpretantur. Nam primum vetus interpres *Kyior* rectè transfert *labrum*, *Exod. 38*: quod sit vas ad lauandum accommodatum.

X. Nam præter *Virgilium*, *Terentium* & *Cicero in Epist. Famil.* labrum *pro vase balnei* usurpat, cum inquit: *Labrum si in balneo non est, fac ut sit.* Corn. Celsus huiusmodi vas, in quo sedentes in balneis olim lauabantur, *solium* appellat. Pagninus hic *Concham* vocat.

XI. Sed *Exodi 30* idem vetus eandem vocem *Kyior* non rectè vertit *labium*, quod hæc vox latina pro vase ad lotionem idoneo apud probatos autores veteres non sit in usu.

XII. *Levitici 11.* Latinus vetus interpres, & Pagninus reddit *chytropodes*, ut LXX, Munsterus *focum*.

XIII. *1 Samuel. 2*, vetus & Munsterus *Kyior* transfert lebetem, ut LXX: Pagninus *concham*.

XIV. *Zachariæ 12* vetus reddit Kyior *caminum*, Pagninus *prunas*, Munsterus *focum*, alii *carbonem* & *lampadem*.

15. Et D. Lutherus variis vocibus in [illegible] lingua germanica interpretatur. Nam hanc vocem *Kyior* *Exodi* [illegible] reddit Handfaß: *Levitici 11.* Offen: *1 Samuelis 2.* Tiegel: *3 Reg. 7. 4. Reg. 16. & 2. Paralip. 4.* Kessel.

XVI. Hæc dicta sint de varia vocis Kyior significatione & appellatione *Exodi 30*: venio nunc ad explicationem eius vasis, quod *Exodi 30.* diligenter describitur: cuius caussæ enumerandæ & declarandæ sunt.

CAVSSÆ.

XVII. *Caussa* itaque *efficiens primaria* & princeps est Iehoua ipse. Nam cum populus Israeliticus, ex Ægypto egressus, in deserto adhuc oberraret, Deus de hoc quoque vase Mosi inter reliqua sacri cultus instrumenta sic præcepit: *Facies item Kyior, labrum æneum & basin eius æneam ad lavandum &c.*

XVIII. Caussa efficiens *secundaria* est Moses, mandato Dei obediens: unde *Exodi 40.* dicitur: *Et posuit Moses Kyior, labrum &c.*

XIX. Caussa efficiens *famulans* est artifex Bezalel, *Exodi 31.*

XX. *Materia* huius sacri vasis est *æs*: quod religiosæ matronæ, mundanæ vanitati renunciantes, sua specula ænea ad hoc labrum fundendum deuote contulerunt, *Exodi 38.*

XXI. Duæ sunt huius *labri* seu *luteris* præcipuæ partes: *superior* quidem, quæ aquam continebat: *inferior* vero basis, aquam defluentem sua cauitate excipiens. Intelligitur enim basis paulo latior & amplior, in qua Sacerdotes sese abluebant.

XXI. *Forma* huius labri ex appellatione cognoscitur: nimirum quod fuerit λουτὴρ, h. est, *labrum, solium cauum & capax*, ad aquam excipiendam idoneum, ut in eo lavent sacerdotes.

XXIII. De *loco, situ, vsu,*& *caussa* finali Deus sic præcepit, *Exod. 30. Ponesque Kyior, labrum inter tabernaculum testimonii & altare: ac pones in ea aquam. Lauabunt Aharon & filii eius ex eo manus suas & pedes suos. Quando ingredientur tabernaculum testimonii lauabunt se aqua, & non morientur.*

XXIV. *Amplum* hoc vas fuisse certum est: cum vero nullius mensuræ mentio hic fiat, certa eius capacitas definiri non potest.

DE
MARI FVSILI.
II.

I. In huius labri locum & vsum, postea tempore Salomonis (qui templum illud augustissimum splendidissimumque Domino ædificauit & dedicauit) haud dubie successerunt & *Mare fusile & decem Kyoroth*: de quibus ordine dicendum est, & eorum caussæ diligenter explicandæ.

CAVSSAE.

II. *Capacissimum* autem Mare fusile fuisse certum est: cuius *efficiens caussa primaria* quidem & manifestans est Deus ipse: cuius iusso factum est.

III. Caussa vero efficiens *Secundaria*, diuino mandato obsequens, est *Salomon*. 3. Reg. 7.

IV. Sed efficiens caussa *famulans est* Hiram Tyrius, faber ærarius, viduæ filius, de tribu Nephthali, qui hoc opus suo ministro-

nistro-

nistro[illegible] vna cum aliis vasis supellectilibus sacris e mundo ære fusit, in regione Iordanis in terra argillosa, in regione Sochoth & Sarthan. *3. Reg. 7. 2. Paralip. 4.*

V. Hoc vas & ab aqua, quam continebat, & a magna capacitate *Mare* appellatur: quod Hebræi de linguæ suæ proprietate *magnam aquarum vim*, copiam, collectionemque *Haiom* appellitent. h. e. mare cum He litera emphatica: quæ initio addita vim habet pronominis demonstratiui, seu articuli.

ΘΑΛΑΣΣΑ.

VI. LXX interpretes reddunt θάλασσαν: & Ioseph. *lib. 8. ἀρχαιολ.* idem confirmat, cum inquit: ἐκλήθη δὲ ἡ θάλασσα διὰ τὸ μέγεθος, h. e. *vocatum autem est Mare propter magnitudinem*. Eodem modo & vetus interpres latinus itidem *Mare* reddit.

VII. Alioqui *Iom*, vox hebræa, præter communem significationem, qua pro *magno mari* vsurpatur, redditur quoque *[illegible]*, *[illegible]*, *[illegible]*, *[illegible]*, *pelu[illegible]*, & *[illegible]m*, vt Iohan. Forsterus [illegible].

VIII. *Materia* huius labri est æs [illegible], vnde fusum [illegible]que erat: & [illegible] apud Hebræos vocatur *Muzack*, a verbo *Iazack*: quod [illegible] & *fusit*, significat.

IX. Hinc & a LXX redditur θάλασσα χυτὴ, hoc est, *mare fusile vel fusum*, vt Pagninus transfert: quod ex ære liquefacto, conflato, fusoque factum sit.

X. Iosephus quoque idem opus ideo vocat a materia χαλκούργημα, quod sit factum ex *ære liquefacto conflatoque*. Est enim nomen verbale a verbo χαλκουργέω, quod est *in ære laboro: vel ex ære facio, fabrico, fingoque*.

XI. Hoc autem æs, vnde mare hoc fusum est, *preciosissimum* fuisse constat. Nam Iosephus *lib. 7.* scribit: *Dauidem Regis Ad[illegible] o præda expugnata ac diripuisse, & inuenisse auri, argenti [illegible], & aeris [illegible]* καὶ χαλκόν, ὃν τοῦ χρυσοῦ [illegible] [illegible] σκεύη, [illegible] θάλασσαν δὲ [illegible], [illegible] [illegible], h. e. *Praeterea vero & æs, quod auro melius dicebant: ex quo & Salo-*

Salomon magnum illud vas. quod mare appellatur, fecit: & pulcherrimos illos lateres. quando Deo templum ædificauit.

XII. *Forma* huius vasis in circuitu *rotundo* erat, 3. *Reg.* 7. 2. *Paral.* p. 4. Et apud Iosephum *lib.* 8. sic est: ἐχώνευσε δὲ καὶ θάλασσαν εἰς ἡμισφαίριον ἐσχηματισμένην, h. e. *Fudit autem & mare in semiorbem formatum.*

XIII. Vt autem huius vasis capacitas intelligatur, *magnitudo* eius hic quoque describitur. Dicit enim interuallum ab vno labio ad alterum aduersum fuisse *decem cubitorum*, hoc est, vt eius diameter sit decem cubitorum.

XIV. Sed apud Eusebium est *lib.* 9. *Euangel. præpar. p.* 264. κατασκευάσαι δὲ καὶ λουτῆρα χαλκοῦν, μῆκος πηχῶν κ', καὶ πλάτος πηχῶν κ, τὸ δ' ὕψος πηχῶν ε, hoc est, *Fecisse etiam labrum æneum viginti cubitorum longitudine, & 20. cubitorum latitudine, profunditate quinque cubitorum.*

CVBITVS.

XV. *Cubitum* hic intelligo sacrum, qui septem palmis constat, & septima parte, h. e. *palmo longior est communi cubito*: qui sex tantum palmorum est, vt est apud *Ezech.* 40. & 43. Ideo autem hic sacrum cubitum intelligo, licet textus non meminit, quod de rebus sacris loquatur.

XVI. LXX quoque reddunt, δέκα πήχεων τὴν διαμέτρον, hoc est, *decem cubitorum dimensione.* Decem cubiti sacri faciunt cubitos vndecim communes cum duabus tertiis partibus, pedes græcos septendecim cum dimidio, vlnas Francofordianas octo. Sic & Iosephus ait: ἦν γὰρ ὁ λουτὴρ τὴν διάμετρον πηχῶν δέκα: hoc est, *Erat enim labrum diametro decem cubitorum.* λουτὴρ appellatur ab *usu lauandi* a verbo λούομαι.

XVII. *Altitudo* seu profunditas huius luteris quinque cubitorum, vt proportio latitudinis ad altitudinem sit dupla. Quinque cubiti sacri faciunt vlnas quatuor hic Francofordiæ ad Oderam.

XVIII. *Ambitus* seu circumferentia est triginta cubitorum sacrorum vt ad latitudinem qualem sit tripla, ad altitudinem vero sextupla. Triginta cubiti sacri faciunt cubitos communes 35. pedes græcos 52. cum semisse, 24. vlnas Francofordianas.

CAVOH

XIX. Quam hic circumferentiam seu ambitum voco, in hebræo est *Cavoh*, *1 Reg. 7.* & vox, quæ idem prorsus significat, *Cav*, *2 Paral. 4.* Hæc vox varie redditur a LXX. Primum enim redditur [illegible] *3 Reg. 7.* (nisi sit mendum Chalcographicum) quod est participium passiuum præteriti a prima persona formatum a verbo [illegible], quod est *cingor*, *constringor*, &c. vt intelligatur quasi [illegible] cinctura.

XX. Deinde *2. Paralip. 4.* transfertur κύκλωμα, quod *ambitum* significat a verbo [illegible].

XXI. At apud *Hierem. 31.* vertitur διαμέτρησις h. e. *dimensio*.

XXII. Mox *Zachar. 1.* & *2.* transfertur μέτρον nimis generaliter,

XXIII. Eodem modo & a veteri interprete latino variis modis transfertur. Primum enim *3 Reg. 7.* redditur *resticula*, quod est diminutiuum a voce *restis*, quæ idem significat, vt sit *funiculus* hoc mare ambiens.

XXIV. Deinde *2. Paralip. 4.* *funiculus* constituitur, [illegible] nunc *perpendiculum*, nunc *linea* redditur, nunc *filum*.

XXV. Est autem *Cavoh* seu *Cav*, h. e. funiculus [illegible] tum illud mensorium, quod in ædificationibus ad materiam fere applicatur, & quo rerum magnitudines dimetiuntur. Sed tum addi solet *bammiddah* h. e. *mensura*, vt *Hierem. 31.* Vult ergo significare nihil aliud, quam quod labri seu luteris ambitus fuerit cubitorum sacrorum triginta. De hoc autem mensura alibi a me pluribus agitur.

XXVI. Ad formam exteriorem pertinet, quod addita fuerint [illegible] duplici ordine instar colocynthidum, subter labrum [illegible] & quod alia sculpturæ ornamenta [illegible]: quæ opus illud longe artificiosius, preciosius, & augustius reddiderant.

XXVII. Hoc labrum impositum fuit duodecim bobus, [illegible] ita collocatis ac dispositis, vt terni quaquam mundi cardines aduersi aspicerent, partibus posterioribus

intro versis subter labrum. Ioseph. lib. 8. vocat μόσχους [illegible], seu iuuencos.

TOPHACH.

XXVIII. Quam firmum solidumque hoc labrum fuerit, crassitudo indicat. Dicit enim crassum fuisse tophach, h. e. palmum. Tophach est mensura interuallorum apud Hebræos inter [illegible] minima.

XXIX. Hanc mensuram LXX recte transferunt [illegible], h. e. [illegible]. Sic enim habent: τὸ πάχος αὐτῆς (θαλάσσης) παλαιστῆς, h. e. crassitudo eius (maris) palmus. Et Ioseph. lib. 8. cap. 2. [illegible], h. e. crassitudinem huius maris facit παλαιστιαῖον, h. e. palmarem.

XXX. Vetus interpres latinus non quidem palmum interpretatur, quod plurium erat: recte tamen tres uncias, quod idem est, transfert. Tophach enim, h. e. παλαιστής, latine palmus, vt quatuor digitos continet, ita trib. vnciis constat: quæ pedis quarta pars est.

BATHVS.

XXXI. Quod autem hoc mare vas amplissimum [illegible] que fuerit, additæ mensuræ tum capacitas tum numerus indicat. Dicitur enim capax fuisse bathorum bis mille, 1. Reg. [illegible]

XXXII. Bath mensura hebræa liquorum [illegible] Græca terminatione dicitur βάδος per literam [illegible] apud [illegible] plenium: βάτος autem per literam tenuem τ apud [illegible] est cap. 16. scribitur.

XXXIII. Sed apud Ioseph. lib. 8. c. 2. [illegible] βάδος per δ literam mediam: nisi sit mendum, Latine inde [illegible] bathus, batus & badus eadem mensura.

XXXIV. Bathus mensura hebraica, sextarios Atticos capit duos & septuaginta, vt testatur Iosephus [illegible] Iosephi verba sunt: ὁ δὲ βάδος [illegible] h. e. [illegible] [illegible] eiusdem [illegible] est capacitatis [illegible] Atticos.

XXXV. [illegible] sextario Rom. Sex[illegible]

ci faciunt fextarios Rom. fexaginta quatuor, cum quatuor quintis partibus.

XXXVI. *Bis mille bathi hebraici*, quos hoc mare continet, efficiunt fextariorum Atticorum quidem 144000. Romanos vero 129600. Hi 129600. fextarii Rom. faciunt amphoras Romanos 2700. urnas 5400. menfuræ Francof. totidem Noffellas, nimirum 129600.

XXXVII. *Noffella Francofordiana* fextario Romano par eft, vt ex amphoræ Romanæ dimenfione conftat. Bis mille bathi hebraici faciunt quartas Francofordianas 64800.

XXXIIX. *Tonna Francofordiana cerevifiaria* capit quartas 110, amphoras Rom. quatuor cum vrna & quatuor fextariis. Sequitur itaque bis mille bathos facere tonnas Francofordianas feu Bernavianas 589. & reftant decem quartæ.

XXXIX. Hæc vera & certa effe, primum menfurarum veterum collatio accurata, deinde fupputatio certa, poftremo exacta demonftratio ocularis perfpicue declarat.

XL. Cæterum *2. Paralip. 4.* non bis mille bathi, fed ter mille bathi huic labro tribuuntur. Sic habet & Iofephus *lib. 8.* cum inquit: [illegible] h. e. *capiebat autem mare bados ter mille*. LXX idem quoque confirmant, cum aiunt: [illegible], h. e. *capiens (mare) metretas ter mille*.

XLI. *Bathos* hebraicos recte quidem [illegible] transferunt, quod pares fint menfuræ, vt ante copiofius a me explicatur.

XLII. Ter mille bathi hebraici, feu ter mille metretæ Atticæ faciunt fextariorum Atticorum quidem 216000, Rom. vero 194400.

XLIII. Et Noffellas Francofordianas efficiunt totidem, nimirum 194400, quartas 97200, ftufas 24300, tonnas 88[illegible] & reftant quartæ 70.

XLIV. Porro, quæ huius diuerfitatis ratio & cauffa fit, fortaffis non facile quis dixerit: & an ratio illa, quam nonnulli afferunt, fufficiat: quippe hic addi & fuppleri, quod *3. Reg. 7.* omiffum erat, aliorum iudicium efto. Aliqui ad *menfuram diuerfam* confugiunt: quod vt illic bathi, ita hic metretæ ha-

beantur. Contendunt quidem *bathum Iudaicum* continere sequimetretam, vt bis mille bathi ter mille metretas faciant. Inter hos est Petrus Martyr, vir alioqui doctissimus: in qua [illegible] est & Stanislaus Grsepius Polonus.

XLV. Sed hæc illorum opinio est futilis, (quod pace tantorum virorum dictum velim) cum non habeat vllam certam rationem, nec vllius probati autoris testimonio certo fulciatur: imo veritati ipsi repugnet.

XLVI. Vtrobique sane, & in libris *Regum. & Paral.* [illegible] eandemque vocem *bath* veritas hebraica repetit: quam LXX μετρητὴν hic transferunt.

XLVII. LXX interpretes sequitur vetus interpres latinus. Nam & is *tria millia metretas interpretatur:* sic quidem habet: sed potius latine dicendum erat: vel, *tria millia metretarum:* vel, *ter mille metretas.*

XLVIII. Est autem vtraque mensura, & *bathus hebræus*, & *metretes Atticus* eiusdem capacitatis: capitque sextarios Atticos 72, vt ante est dictum.

XLIX. An vero huius maris amplitudinem hac varietate significare & amplificare voluerint: vt ob quam capacitatis [illegible] æstimari certoque indicari potuerit, aliis diiudicandum relinquo. Equidem non temere credo, illos hoc librum fuisse [illegible] sed quodammodo dubitando dixisse: quod cœperit bathos vel bis mille, vel ter mille. Quemadmodum *Iohan.* 2 de *sex hydriis* fortassis dicitur: capientes singulæ hydriæ metretas [illegible] ternas. Sed de his doctiores iudicent.

CAVSSA FINALIS.

L. De *caussa finali* & *vsu* quoque monet scriptura, cum inquit, *2. Paral. 4. Et mare* (posuit) *vt lauarent sacerdotes in eo.* LXX καὶ ἡ θάλασσα εἰς [illegible] τοῖς ἱερεῦσιν ἐν αὐτῇ, h. e. *Et mare, vt lauarentur sacerdotes in eo.* Id clarius explicat Iosephus lib. 8. inquiens: [illegible] h. e. *Mare* [illegible]

posuere,

posset, ut sacerdotes in templum ingredientes, manus & pedes in eo lavarent, ad aram ascensuri.

ΛΟΥΤΗΡ.

LI. Ab hoc fine & usu dicitur græca voce λουτὴρ a Iosepho *lib. 8.* quam vocem & vetus interpres latinus hic retinet, *3. Reg. 7.* cum inquit: *Crassitudo autem* (sic enim crassitudo ab interprete vocatur) *luteris erat trium unciarum*, h. e. palmi, ut dictum est. Et a Iosepho *lib. 11. c. 11.* vocatur μέγας λουτὴρ. h. e. *magnus luter*, seu *labrum*. [illegible] est nomen verbale, & derivatur a tertia persona præteriti passivi verbi λούομαι quod est *lavor*, & à λέλουται fit λουτὴρ.

LII. Latine reddi potest *labrum*, *Solium* iuxta Corn. Celsum; quippe vas in & ex quo lavatur. Latinus Iosephi interpres transfert *Maximum cantharum l. 10. c. 10.* minus apte.

LIII. Hoc vas Salomon posuit a latere dextro ad orientem contra meridiem, *2 Paral. 4. Achas.* Rex Iuda XVI, idololatra, hoc mare de æneis bobus [illegible] super pavimentum, lapidibus stratum, deposuit, *4. Reg. 16.*

LIV. Chaldæi incensis Hierosolymis & templo hoc mare fregerunt, & æs Babylonem in Assyriam transtulerunt, [illegible]

LV. Ad causam finalem & usum allegoria quoque pertinet; quæ hic sane minime omittenda est: quam tamen paucis tantum attingam, & sobrie tractabo, iustam tractationem Theologis ex professo relicturus. Nam præter illum finem & usum, in quem potiss. institutum erat, potest quoque videri, Deum suo populo Israelitico hac maris appellatione refricare voluisse memoriam tum admirandæ liberationis e durissima servitute Ægyptiaca tum transitus maris Rubri, submersis in eodem Ægyptiis hostibus, ne tanti beneficii Dei obliviscerentur.

BAPTISMI TYPUS.

LVI. Deinde typum quoque hoc lauacrum gerit veræ emundationis & ablutionis ab omnibus peccatorum sordibus per Messiam parandæ. Est enim hoc mare salutaris lauacri futuri Christianorum in regno Messiæ Iesu Nazareni, nimirum baptismi

typus & figura, ut Beda testatur, cuius verba refert [illegible].
Hoc enim lauacro baptismi in nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti abluti peccatorum veniam & remissionem credentes consequuntur: & per fidem in Iesum Christum iustificantur: & vita aeterna tandem donantur.

BOVES XII.

LVII. *Duodecim boues* hoc lauacrum suis humeris dorsoque sustinentes, & terni quatuor mundi cardines spectantes, primum duodecim Apostolos potissimum, deinde eorum quoque successores & posteros designant. Hi enim veri Dei ministri, & Iesu Christi legati, hanc doctrinam de beneficio remissionis peccatorum per Christum in baptismo, donando, ad quatuor mundi plagas, hoc est, per totum terrarum orbem diuulgarunt & promulgarunt. Nam hoc mandatum Apostoli & discipuli a Iesu Christo acceperunt, ut *Marci ult.* traditur, cum inquit: *Ite in orbem vniuersum & praedicate Euangelium omni creaturae: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, &c.*

LVIII. Boues usu scripturae operarios significant, *forma metaphora a Re rustica, Deut. 25. Non obligabis os bouis triturantis. D. Paulus 1. Cor. 9.* hoc dictum applicat: & de veris doctoribus, publico stipendio in Ecclesia alendis ac sustentandis interpretatur.

LIX. Haec de *mari fusili* in gratiam studiosorum adolescentum, quorum studia pro virili adjuturus & subleuaturus.

LX. Porro haec grammatica maris fusilis per omnes circumstantias & circumstantias explicatio fusior studiosis bonarum artium politiorisque literaturae grata esse debet, & calcar addere, ut in suorum studiorum iuuenilibus annis primarum artium, linguarum & totius Philosophiae cognitionem mature, dum conceditur, condiscant sibique comparent. Decet enim ut, cum & ipsi adulti ad Rempub. accesserint, ad futuras functiones in Rep. Christiana vel Scholasticas vel Ecclesiasticas, vel Politicas se instruant [illegible] commode instructi accedere, & [illegible] praestare [illegible]. [illegible] in [illegible] prodigiata tractare. ut ex [illegible] linguarum

facil-

fam illustris commodius legant, & eruditius dexteriusque explicent. Serio cogitent ingenuas artes, linguarum cognitionem & interpretationem, atque adeo totam Philosophiam, modo sobrie tractentur, esse eximia & illustria dona S. S. Ecclesiæ divinitus donata: ut sint velut ancillæ, S. Theologiæ, veluti Dominæ ac Reginæ, ancillantes.

III.

DE X KYIOROTH

III REG. VII.

I. Sunt & alia decem ænea labra: quæ idem Rex Salomon in usum sacrificiorum inter alia vasa sacra ex ære fundi curavit, 3. Reg. 7.

II. Hæc labra a voce [illegible] in plurali quidem numero & fœminino genere *Kyioroth*, 3 Reg 7. In Mascul. vero genere appellantur *Kyiorim* 2. Paral. 4.

III. LXX 3 Reg. 7. vertunt [illegible], voce composita, a χύτρα, hoc est [illegible] [illegible] per [illegible], quod rectum erat [illegible] & [illegible] quæ vox ab aliis *poculum pastorale*, a Budæo *grande vas* redditur.

IV. Idem LXX interpretes 2 Paral. 4 [illegible], h. e. [illegible] recte transferunt, ab usu & fine: quod fuit *vasa ad lavandum idonea & instituta*. Quemadmodum & Iosephus lib. 8. transfert.

V. Iosephi interpres latinus, *Cantharos* reddit: quam vero recte id fiat, cuivis mediocriter docto saltem satis apparet.

VI. Vetus latinus interpres eadem voce græca recte *lateres* reddit 3 Reg. 7: idem vero, quasi sui oblitus, [illegible] convertit, 2. Paral. 4.

VII. Et Sanctes Pagninus ubique *Conchas* transfert. qua ratione non video. nisi vel a forma cuiusdam conchæ marinæ: vel a cavitate appellatio sumpta sit. Alioqui concha apud Catonem de Re Rust. est *mensura quædam rerum aridarum*, ut farinæ, sed admodum parua ratio huius descriptionis

VIII. D. Lutherus multo rectius transfert germanice Kessel / ab *usu*, a *forma*, & a *materia*

IX. Hæc

IX. Hæc decem labra singula capiebant bathos quadraginta, ut amplissf. & capacissf. vasa fuisse intelligas. Retinet enim Latinus interpres vocem hebræam mensuræ. Quanta mensura hebraica *bathus* fuit, dictum est paulo ante.

ΧΟΥΣ.

X. LXX vero interpretes, modo græca Bibliorum veteris testamenti editio, quæ hodie in Ecclesia circumfertur, sit genuina, pro quadraginta bathis quadraginta χοεῖς, substituit, a nominatiuo χοεύς. Eodem modo & Iosephus, *lib. 8*, LXX secutus, χόας habet, a Nominatiuo χοῦς, quod minime probari potest. Latinus Iosephi interpres & ipse perperam, Quadraginta *Corôs* interpretatur. χοῦς & χοεὺς eadem apud græcos mensura est, eiusdemq; capacitatis, quæ est *congius* latine. Discrimen enim quod Suidas statuere conatur, quippe ut χοῦς quidem duos: χοεὺς vero sex sextarios Atticos contineat, est futile & nullum; cum nullius probati autoris veteris testimonio fulciatur. Imo pro eadem mensura utraque vox in usu est. χοῦς seu χοεύς, h. e. *congius, metretæ* [illegible] sic & *bathi hebraici*, qui metretæ capacitate par est, 12 pars [illegible] libi a me dicitur.

XI. Porro *3 Reg. 7*, hæc vasa quatuor cubitorum fuisse dicitur: quod a Iosepho clarius [illegible], cum inquit: [illegible] [illegible], h. e. *Altitudinem enim habebant quatuor cubitorum, & cubitorum totidem labra ipsa inter se distantia erant*: hæc amplitudo capacitatem indicat.

XII. Bathi quadraginta, quorum singula vasa hæc capacia sunt, faciunt sextarios Atticos [illegible], Romanos vero 2592. Hi sextarii Romani faciunt [illegible] *Francofordianas* totidem f. 2592, toonas undecim Francofordianas [illegible], & præterea quartas 86. Desunt quartæ 20, ut sint toonæ 12.

XIII. Recte [illegible] hanc capacitatem [illegible] apud Philo. *lib. 3.* [illegible] Mosis appellantur λουτῆρες μέγιστοι [illegible] h. e. *Lauacra* magna [illegible].

BASES.

BASES.

XIV. Impositi autem hi *luteres* erant quisque suæ basi: additis quatuor rotis, ex ære fusis, vt essent mobiles, & alio trahi & vehi possent. Hæ bases in hebræa lingua vocantur *mechonoth*, a verbo *chon*, quod præter alia significat confirmauit, *constituit, posuit, collocauit*, &c. Inde est nomen verbale *machon*, h. e. basis certa firmaque sedes, cui *kyior* imposita erat.

XV. Græcus vocem hebræam plur. num. & in fœmin. genere retinet *3. Reg. 7.* ἐποίησε δέκα μεχωνὼθ χαλκᾶς, h. e. *fecit decem bases æneas*. Vetus interpres latinus bases interpretatur voce græca, sed in latinorum coloniam recepta.

XVI. Horum *luterum* quini ad dextrum, quini ad sinistrum templi latus: illi ad austrum, hi ád boream positi erant, vt Iosephus quoque scribit.

XVII. *Caussa finalis* & vsus verus quoque indicatur, cum dicitur *2. Paral. 4. vt lauarent in eis omnia, quæ in holocaustum oblaturi erant.* Apud Græcum est τοῦ πλύνειν ἐν αὐτοῖς ἔργα τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ ἀποκλύζειν ἐν αὐτοῖς, hoc est, *vt lauarent opera holocautomatum & abluerent in eis.* Sic & Iosephus habet: τοὺς δὲ λουτῆρας (ἀπέδειξεν) εἰς τὸ καθαίρειν τὰ ἔνδον τῶν ὁλοκαυτουμένων ζώων, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν, h. e. *Luteres autem* (collocauit) *vt purgarent in eis intestina animalium immolandorum, & pedes ipsorum.* Ab hoc vsu LXX & Iosephus λουτῆρας reddunt: sic & vetus latinus *Luteres* retinet, a verbo λούομαι, quod *lauor* significat.

IV.

DE

PANE SEV CIBO SALOMONIS,

3. Reg. 4.

Erat autem Panis Salomonis in singulos dies triginta cori similæ: & sexaginta cori farinæ, *3. Reg. 4.* Idem repetit Ioseph. *lib. 8. c. 2.* ἀρχαιολ.

I. Inter alia multa, quæ Solomonis, potentiss. Regis, in florentiss. Regno Israelitico magnificentiam & opulentiam ostendunt, amplificant, & illustriorem reddunt, panis quoque diurnus, qui ab ampliss. eius familia in splendidissima aula quotidie absumebatur, referendus est, *3. Reg. 4.*

II. Quod *cibus* a Latino redditur, *Lechem* est vox hebræa cum sex punctis: quæ a verbo *Lacham* deriuatur: quod significat *incidit* vel ore vel dentibus vel cultro cibario. Latine verbo edendi, fere redditur: vnde hæc vox omne id, quod inciditur, in genere significat.

III. *Panis* vero cum cibus sit communiss. in specie hoc vocabulo fere redditur & intelligitur. Aliquando tamen omnis cibus & esca communiter hac appellatione venit, vt *Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris lechem*, h. e. pane vel cibo tuo.

Aliquando vero pro pane cocto vsurpatur, *Gen. 14. Rex Salem protulit lechem.* h. e. panem & vinum.

IV. Eadem vox, *lechem*, accipitur quoque vsitate pro cibo nondum cocto. h. e. *pro frumento* ipso, vt *Genes. 47. Et dedit illis Ioseph lechem.* h. e. frumentum pro iumentis.

V. Pro farina e frumento facta est locus *3. Reg. 4.* cum dicitur: *Et lechem.* h. e. cibus, frumentum & farina e frumento facta, vnde panis coquebatur.

VI. LXX interpretes sic reddunt: καὶ τοῦτο τὸ ἄριστον, καὶ ταῦτα τὰ δέοντα τῷ Σαλωμῶντι ἐν τῇ ἡμέρᾳ μιᾷ. h. e. *Et hoc prandium, & hæc necessaria Salomoni in vnum diem erant*, *3. Reg. 4.*

VII. * Huius cibi diurni duas facit species *Soleth* & *Kemach*. Quorum *soleth* quidem redditur simila & similago: quæ est flos & triticeæ farinæ deliciæ.

IIX. Is, qui quasdam annotetiones adiecit Bibliorum editioni Roberti Steph., *Soleth.* h. e. similam, interpretatur farinam purissimam purgatissimamque.

IX. A LXX redditur σεμίδαλις: Sic & Iosephus habet *lib. 8. c. 5.* Quæ exponitur nunc *simila*, nunc *similago*: de qua Plinius *lib. 18. cap. 10.* sic inquit: *Similago ex tritico fit laudatissima: ex Africo iustum est e modiis redire semodios, & pollinis sextarios quinque. Ita enim appellant in tritico, quod florem in siligine.* Sic quoque est apud

apud Corn. Cellum, cum inquit: Ex tritico firmissima siligo, deinde simila.

X. *Panis e simila seu semidalide* factus, a Paulo Ægineta vocatur ἄρτος σεμιδαλίτης, h. e. *semidalites*. Talis ergo panis primarius, seu primi generis delicatiss. in Salomonis aula fuit: quo rex ipse cum suo gynæceo & proceribus quotidie pastus fuit.

XI. Alterum vero farinæ & panis genus dicitur *Kemach*: quod est farina communis ex quolibet frumento concinnata ad profanum & vulgarem vsum. Est etiam *farina similæ Gen. 18. Accipe tria sata farinæ similæ*. Hic vtrumque coniungitur, *Kemach & Soleth*: vt intelligatur farina similæ: seu farina purgata, Farina hordei est *Num. 15*.

XII. *Farina* apud Plin. *lib. 18. c. 9. a farre* dicitur: Sic enim ait: *Farinam a farre dictam nomine ipso apparet*. Hoc ergo panis genus vilius fuit: quo reliqua Salomonis familia aulica ampliss. quotidie pasta fuit. Apud Iosephum *lib. 8. c. 2.* est ἄλευρον.

XIII. Vt autem sciatur quantum frumenti, farinæ & panis in Salomonis aula quotidie absumptum fuit, mensuræ hebraicæ *Cori & Capacitas* & numerus id certo indicabit: præsertim si cum nostrate mensura, quæ hic Francofordiæ hodie usitata est, recte collata fuerit. *Cor* itaque, quæ facta terminatione græca κόρος apud LXX interpretes & Iosephum dicitur, & latine *Corus*, erat mensura rerum aridarum, vt frumenti, &c. maxima & capaciss. apud Hebræos: quæ nomen habet a forma: quippe a cauitate & capacitate. Deriuatur a verbo kor cum vaf quiescente: quod significat excidit, effodit, &c.

XIV. Eadem mensura alio nomine dicitur quoque *Chomer*: & continet sua capacitate decem *ephas, Ezech. 45*.

XV. Corus apud Ioseph. *lib. 15. c. 12.* ἀρχαιολ. valet decem Medimnos Atticos. Sic enim habet: ὁ δὲ κόρος δύναται μεδίμνους ἀττικοὺς ι, hoc est, *Coros autem valet medimnos Atticos decem*.

XVI. Porro cum *ephah Cori* decima pars sit, vt est *Ezech. 45.* æpham hebraicam Medimno Attico parem esse sequitur.

XVII. Latinus Iosephi interpres μεδίμνους imperite transfert *modia*: longe minore Romana mensura cum græca maiore

commutata: *Medimnus enim Atticus* quatuor Modios Rom. & paulo plus continet.

XIIX. *Medimnus Atticus & Æphah* hebraica capiunt sextarios Aticos quidem 72: Romanos vero 64 cum quatuor quintis partibus exquisita ratione. Ex quibus, si per 16 diuidantur colliguntur Modii Romani quatuor: & restantes quatuor quintæ faciunt 16 vncias mensurales.

XIX. Hinc itaque facile quis ratiocinabitur: *Triginta Coros* similæ quidem in diem facere Medimnos Atticos 300: & totidem *Æphas Hebræas*. Has Mensuras multiplica per 72, quot sextariis Atticis æphah & item medimnus Atticus, non Georgicus, constat: & euadunt sextarii Attici 21600.

XX. Ex his collige *sextarios Romanos* hoc modo. Multiplica 21600 sextarios Atticos per 18, quot vnciis mensuralibus sextarius Atticus constat, vnde euadunt vnciæ 388800: quibus rursus per 20, quot vncias sextarius Rom. continet, diuisis, in diuisorio erunt 19440 sextarii Romani. Hunc numerum rursus diuide per 16, quot sextariorum Modius Romanus capax est: ex quibus existunt Modii Roman. 1215. Ex his Modiis, si per 6 rursus diuidas, euadunt mensuræ a scapha dictæ 202 cum semisse. Facit 8 Winspel 10½ scheffel.

XXI. Farinæ vero Cori 60 in diem faciunt æphas & Medimnos Atticos 600: vnde colligitur superioris summæ duplum: nimirum sextarii Attici quidem 43200, Romani vero 38880: & faciunt Modios Rom. 2430: mensuras a scapha dictas 405. Ex quibus conficiuntur Winspel 16 & restant 21 scheffel.

XXII. Sed in *mensem tricenarium*, hoc est, 30 dierum facit similæ quidem Coros 900, æpharum Hebraicarum & Medimnorum Atticorum 9000: qui faciunt sextariorum Atticorum 648000: Romanos 583200: Modios Romanos 36450: mensuras a scapha dictas 6075. vnde colliguntur 253 Winspel 3 scheffel.

XXIII. Farinæ vero est duplum: nimirum Coros 1800: æpharum seu Medimnorum Atticorum 18000: vnde euenjunt sextariorum Atticorum 1296000: Rom. 1166400: Modii Roma. 72900.

72900. Menſuræ a ſcapha dictæ 12150: Ex quibus colliguntur 506 Winſpel & reſtant 6 ſcheffel.

XXIV. Facit in annum integrum, hoc eſt in duodecim menſes tricenarios, qui 360 dies continent, ſimilæ quidem Coros 10800: æpharum & medimnorum Atticorum 108000. Ex quibus colliguntur ſextariorum Atticorum 7776000: Romani 6998400: Modii Rom. 437400: Menſuræ a ſcapha dictæ 72900: Ex quibus euadunt 3037 cum ſemiſſe Winſpel.

XXV. Farinæ vero facit Coros 21600: æpharum hebraicarum & Medimnorum Atticorum 216000: ſextariorum Atticorum 15552000 Roma. 13996800: Modios Roma. 874800 Menſuras a ſcapha dictas 145800: unde colliguntur 6648 Winſpel.

XXVI. Superſunt quidem adhuc quinque dies & amplius: ſed hi, ut res non magni momenti, fere negliguntur.

XXVII. Hæ duæ ſummæ & ſimilæ & farinæ, ſimul iunctæ, faciunt in diem quidem Coros 90: æphas & medimnos Atticos 900: ſextarios Atticos 64800: Rom. 58320: Modios Rom. 3645: menſuras a ſcapha dictas 607 cum ſemiſſe: unde colliguntur 25 Winſpel / & reſtant 7 Scheffel cum ſemiſſe.

XXVIII. In menſem vero facit Coros 2700: æpharum & Medim. Atticorum 27000: unde eueniunt ſextariorum Atticorum 1944000: Rom. 1664600: Modii Rom. 104037 cum ſemiſſe: Menſuræ a ſcapha dictæ 17339: Quæ faciunt 722 Winſpel 11 Scheffel & reſtant 3 modii Rom. cum ſemiſſe: qui faciunt 9 Metzen & reſtant ſextarii Rom. quatuor.

XXIX. Sed in annum integrum facit utraque ſumma Coros 32400: æpharum hebraicarum & medimnorum Atticorum 324000: ſextariorum Atticorum 23328000: Romanos 20995200: Modios Rom. 1312200: Menſuras a ſcapha dictas 218700: quæ conficiunt 9112 Winſpel cum ſemiſſe.

XXX. Tantum frumenti & farinæ Satrapæ & præfecti, qui XII in toto Regno Iſraelitico a Salomone Rege, ſapientiſſ. Principe, conſtituti & diſtributi erant ad Regis menſam, quotannis in unum quiſque menſem e ſua Satrapia ſeu præfectura ordine dare, & aulam Regis hoc modo alere cogebantur. Ex quo fru-

mento ad panem Salomonis Regis opulentia, magnif. splendor & gloria facile æstimari poterat.

XXXI. Quod si una saltem *Chœnix Medica*, non *Georgica*, cuique in ampliss. illa aulæ Salomonis familia in diem ad panem data fuisset, certo colligitur, pastos fuisse 43200 homines quotidie: si 900 æphas per 48 chœnices multiplicaueris. Chœnix enim ut Medimni Attici, ita & æphæ Hebraicæ quadragesima octava pars est. Cori vero eadem chœnix 480 pars est.

XXXII. *Chœnix* apud Græcos erat cibus diurnus, seruis constitutus sed Georgica; de qua extat mea dissertatio.

FINIS.

ORNA-

ORNATISSIMO VIRO,

D. CHRISTOPH. HOSTO,

Medicæ Artis Doctori doctiss.

FILIO CHARISSIMO

MATTHAEVS HOSTVS PATER

S. P. D.

TRes libros, fili, quos de Mensuris & Ponderibus veteribus conscripsi, prælo commisi, vt tandem publici iuris fiant ea, quæ a me diu ante sunt promissa: & quæ multi hactenus anxie expectarunt: quorum votis tandem satisfacere æquum esse duxi. Sunt autem præter illos tres libros a me collecta quædam alia opuscula raræ variæque eruditionis plena, & ideo lectione digniss. quorum pleraque ante aliquot annos hic in nostra schola Professoribus publice examinanda proposui, eruditiorum iudicia exploraturus. Ex illis tibi, fili, inscribo propriumque facio librum de Definitione, de eius speciebus, legibus & conditionibus. Quem ex Aristotele potiss. collegi ante annos 8 a quodam inique prouocatus. Hunc tibi, quod eruditus sit, & ex imis Aristotelis adytis depromptus, non ingratum fore existimaui. Etsi vero, cum sis Doctor Medicinæ, huiusmodi scripta iuuenilibus annis magis commoda esse, videri possunt, nihilominus tamen doctiss. quique ad has leuiores & elegantiores literas sæpe respicere solent, cum ocium a grauioribus studiis conceditur. Tu quidem Medicinæ fundamenta & hic in patria & mox Vitebergæ sub fidelibus præceptoribus D. Paulo Hesso & D. Casparo Peucero. utroque Doctore Medicinæ doctiss. ac clariss. fideliter iecisti; & multa quidem, quæ ad Theoriam

riam spectant, ex D. Peuceri dictatis ipse tua manu descripsisti: quæ tibi magno usui semper fuerunt. Quibus abunde instructus tandem ad clariss. virum D. Gallum Wernerum ἀρχίατρον tum apud Colbergenses in Pomeraniam generum meum, affinem tuum chariss. te contulisti: ut ibidem & praxim Medicam cognosceres, & præcepta huius artis ad usum transferres. Apud quem tandem in hac facultate profecisti donec te profecisse non pœniteret: & salutarem opem tuo Marte ægrotis ipse feliciter ferres. Mox enim alibi passim, ut Posonaniæ, Gnisnæ in Polonia, Boleslauiæ in Silesia & Lubecæ in ora maritima, medicinam cum magna laude prospere factitare cœpisti: & doctoralia in hac facultate insignia tandem meruisti. Propter insignem vero eruditionem, & in praxi felicem successum multis charus fuisti, accersitus primum Stendaliam & postea Crosnam in Silesia, Physicatu functurus. Prudenter autem facis, quod & hæc elegantiora studia non omnino negligis: sed, dum per alia grauiora tuæ Professionis negocia conceditur, huc quoque respicis. Faxit Deus Opt. Max. ut, vbi illi pro sua bonitate visum fuerit, pristinæ valetudini restitutus, hæc omnia sedulo tractes. Vale cum tuis chariss. quam rectiss. fili char. Datum Francof. ad Oderam Mense Martio Anno a C. N.

1586.

DO-

II.

DOCTRINA

DE

DEFINITIONE EIVSQVE SPECIEBVS ET DE BONAE DEFINITIONIS CONDITIONIBVS ET LEGIBVS, EX ARISTOTELE POTISS. EXTRVCTA.

MATTHAEO HOSTO

AVTORE,

DE

DEFINITIONIS APPELLATIONIBVS.

CAP. I.

I.

QUÆ a Cicerone & aliis definitio, a Fabio Quintiliano *lib.5.c.10.* finis & finitio, latine dicitur, ab Aristotele eadem græce appellatur nunc ὅρος nunc ὁρισμὸς, nunc etiam λόγος ὁριστικὸς, *differentia generi addita* : de quibus quædam ordine dicenda sunt.

DE VOCE ΟΡΟΣ.

II. Vocabulum ὅρος apud Græcos eſt πολύσημον & ὁμώνυμον : eſt itaque ante diſtinguendum, quam definiendum. Nam & recte præcipit Boetius *lib. de Diuiſione : In multiplicibus, vel æquiuocis, diuiſio definitionem præcedere debet.*

III. Apud Galenum eſt *lib. 2. de pulſuum differentiis :* καὶ θαυμασιώτατον αὐτῶν ἐν τοῖς ὁρισμοῖς ἁμάρτημα, πρὶν διελθεῖν τὴν ὁμωνυμίαν ἕνα τῶν πολλαχῶς λεγομένων ὁρισμὸν ποιοῦνται· ὥσπερ οὖν τῶν πραγμάτων τοὺς ὅρους, ἀλλὰ τῶν ὀνομάτων ὄντας h.e. *Et maxime admirandum eorum in definitionibus* erratum eſt : *antequam æquiuocationem explicant, unam eorum, quæ multis modis dicuntur, definitionem faciunt : ac ſi nominum, & non rerum ſint definitiones.*

IV. ὅρος itaque in genere ac communiter eſt *finis, limes, terminus, meta, regula, lex, tempus conſtitutum, dies dictus, ſcopus, officium, &c.* Quorum aliquot exempla hic commemorare, vt mihi non admodum difficile eſſet : ita hoc tempore mihi, breuitati ſtudenti, minime operæ precium eſſe arbitror.

V. Præter communes autem has ſignificationes ὅρος apud Dialecticos trifariam vſurpatur, vt ex Ariſtotele conſtat. *Primum* enim in doctrina de propoſitione ὅρος vſitate accipitur pro *partibus propoſitionis* dialecticæ : quippe pro *ſubiecto & prædicato.*

VI. Et ab Ariſtotele *lib. 1. Priorum Analyt.* ſic finitur : ὅρον δὲ καλῶ, εἰς ὃν διαλύεται ἡ πρότασις. h. e. *Terminum autem voco, in quem diſſoluitur propoſitio.*

VII. Vt autem, quid ſibi velit, intelligatur, mox ſubiungit : & ſe ipſe explicat, inquiens : οἷον τό, τε κατηγορούμενον, καὶ τό, καθ᾽ οὗ κατηγορεῖται, h.e. *veluti tum id, quod prædicatur, tum id, de quo prædicatur.*

VIII. Vſus ſcholarum obtinuit, vt hoc quidem *ſubiectum*, illud vero *prædicatum* appelletur.

IX. Et ſunt hæ duæ propoſitionis partes, velut *limites*, ſeu *metæ*, intra quas, velut cancellos, propoſitio dialectica conſiſtere, contineri, ac includi debet : & ſic dicuntur κατὰ μεταφορὰν, ducta ſimilitudine ab agrorum finibus ſeu limitibus.

X. Dein-

X. Deinde in doctrina syllogismorum tres ὅροι. h. e. *termini* ad iustam syllogismorum constitutionem requiruntur: quod omnis debita syllogismi connexio his tribus contenta, & tribus terminis, extra quos euagari minime liceat, inclusa, circumscribatur, contineatur ac coerceatur.

XI. Idipsum Aristoteles quoque in eodem libro confirmat, cum de prima syllogismorum figura loquens, sic inquit: ὅταν οὖν ὅροι τρεῖς οὕτως ἔχωσι πρὸς ἀλλήλους. h. e. *Cum igitur termini tres hoc modo inter se consentiant, affectique sint.* Item: ὅροι τὸ παντὶ ὑπάρχειν ζῷον, ἄνθρωπος, ἵππος. h. e. *termini erunt, quod omni inest, animal, homo, equus*: ibidem mox plura exempla subiiciuntur.

XII. Hi termini a situ & loco, quo in syllogismo collocantur, duo quidem ἄκρα, vnus vero μέσον, mutato genere, appellantur, *eodem libro* apud Aristot.

XIII. ἄκρα rursus diuidit in μεῖζον & ἔλαττον; quæ hodie in scholis vocantur latine nunc duo extrema, maius & minus: nunc duæ extremitates, maior & minor.

XIV. Horum extremorum respectu appellatur tertius ὅρος μέσον. h. e. *medium*.

XV. Appellantur quoque vsitate termini, *maior*, *minor* & *medius*.

XVI. Ac *maior* quidem ὅρος. h. e. terminus is est, qui tantum in maiore præmissarum cum medio ponitur.

XVII. *Minor* vero terminus est, qui in minore præmissarum vna cum medio locum obtinet.

XVIII. Sed *medius terminus* est, qui in vtraque præmissarum suo iure sibi locum vendicat: propterea *quod caussa sit connexionis & conclusionis*.

XIX. Extra hanc trium terminorum debitam συζυγίαν nulla est syllogismorum legitima aut firma constitutio ac connexio.

XX. Dicuntur & hic ὅροι. h. e. *termini* κατὰ μεταφορὰν quadam similitudine: *quod his syllogismi velut limitibus sint circumscripti ac inclusi*.

XXI. Tertio & vltimo in ratione & scientia definiendi & inveniendi ὅρος *pro ipsa definitione* quoque sæpe vsurpatur.

XXII. Id rursus κατὰ μεταφορὰν *quadam similitudine*: quod, quem-

quemadmodum ὅρος. h. e. finis & limes agros vicinos definit, discernit, disiungit, ac disterminat, ita & hic ὅρος. h e. definitio, res a rebus, dum cuiusque vim & naturam definiendo explicat, discernat ac distinguat, vt Alexander Aphrodiseus testatur.

ΟΡΟΣ *H. E. DEFINITIO QVID SIT.*

CAP. II.

I.

ARISTOTELES *lib. 1. Topic.* ὅρον, sic finit: ἔστι δὲ ὅρος μὲν λόγος, ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων. h. e. *Est autem definitio quidem oratio, quæ quid sit res significat.*

II. Ab eodem *lib. 7. Topic.* rursus sic finitur: ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὅρος λόγος, ὁ τὸ τί ἦν εἶναι τῷ πράγματι δηλῶν. καὶ δεῖ τὰ ἐν τῷ ὅρῳ κατηγορούμενα, ἐν τῷ τί ἐστι τοῦ πράγματος μόνα κατηγορεῖσθαι (κατηγορεῖται δὲ ἐν τῷ τί ἐστι τὰ γένη καὶ αἱ διαφοραί) &c. h. e. *Cum enim definitio sit oratio, quæ, quid res sit, explicat: & ea sola, quæ in definitione prædicantur in quæstione, qua quæritur, quid res sit, prædicari debeant: (prædicantur autem in quæstione, qua quæritur, quid res sit, genera & differentiæ) &c.*

III. Item *in eodem*: ἐπειδὴ ὁρισμός ἐστι λόγος, ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων, hoc est, *Cum definitio sit oratio, quæ quid res sit, significat.*

IV. *Ad Herennium lib. 4: Definitio est, quæ rei alicuius proprias amplectitur potestates breuiter & absolute.* Cicero *lib. 1. de Oratore: Definitio est, qua, quid illud sit, de quo disputatur, explanatur.*

V. Alias sic finitur: *Definitio est oratio, quæ, quod quæritur, proprie & breuiter explicat, quid sit proprie, vt omni, soli definitæ rei perpetuo conueniat.*

VI. Definitionis bonæ *tres sunt præcipue virtutes*, scilicet vt sit *propria, breuis & perspicua.*

VII. Obseruandum hic est, eam esse definiti ad definitionem habitudinem, quæ est subiecti ad prædicatum in propositione dialectica: Nam vt definitum loco subiecti, ita tota definitio loco prædicati ponitur; quas duas partes copula, h. e. verbum substantiuum,

uum, Eſt, coniungit : vt *Coniugium ſeu Matrimonium eſt legitima maris & fœminæ in indiuiduam vitæ ſocietatem coniunctio cauſſa prolis, & vitandæ ſcortationis.*

A VOCE ΟΡΟΣ *DERIVATA.*

CAP. III.

I.

A voce ὅρος multa deriuantur. *Primum* inde eſt nomen ὁρικὸς, h. e. *finitiuus* : vnde Ariſtoteles *lib. 1. Topic.* habet ὁρικὰ : quæ ſic finit : ἁπλῶς δὲ ὁρικὰ πάντα λεγέσθω, τὰ ὑπὸ τὴν αὐτὴν ὄντα μέθοδον τοῖς ὁρισμοῖς. hoc eſt, *Simpliciter autem definitiua omnia vocentur, quæ ſub eadem cum definitionibus ſunt methodo.*

II. Apud Rhetores eſt ςάσις ὁρικὴ, h. e. *ſtatus finitiuus*, in quo veluti confligitur cum aduerſario definitione atque deſcriptione aut informatione verbi, vt Cicero *in partit. Orat.* teſtatur. Fab. Quintilianus *ſtatum finitiuum* vocat.

III. Cicero *in Topicis* vocat definitioni *attributa*, cum inquit : *Cum autem quid ſit quæritur, notio explicanda eſt, & proprietas, & diuiſio & partitio. Hæc enim ſunt definitioni attributa.*

IV. Deinde ab eadem voce ὅρος deriuatur verbum ὁρίζειν : quod itidem eſt τῶν πολλαχῶς λεγομένων. h. e. *ex eorum numero, quæ multis modis dicuntur.* Significat enim *finire, definire, diſterminare, dirimere, metiri, æſtimare, cenſere*, &c.

V. Eodem modo in doctrina definiendi Ariſtoteles & alii veteres quadam ſimilitudine frequenter quoque vſi ſunt pro definire. Ariſtoteles enim hoc verbo in definiendi negocio ſæpius vtitur voce paſſiua & media, quam actiua : actiua tamen ſignificatione, vt conſtat ex *2. lib. Poſt. Analyt : c. 1. 6. 7. Top. c 6.* τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, & alias ſæpe.

VI. Iam vero vnico exnmplo e *ſexto Topic.* contentus ſum, quod ſic habet : φανερὸν οὖν ὁ μὴ διὰ τοιούτων ὁριζόμενος, οὐχ ὥρισται. εἰ γὰρ ὥρισται, πλείους ἔσονται τοῦ αὐτοῦ ὁρισμοί. hoc eſt, *Manifeſtum itaque*

est, quo-, qui non certe tali a definiu, non definierit. Si enim definisset, plures futuri essent eiusdem definitiones.

VI. A verbo ὁρίζειν est nomen verbale ὁρισμὸς, a prima persona præteriti passiui formatum.

VII. A verbo ὁρίζειν plura deriuata in sequentibus capitibus obseruabis.

ΟΡΟΝ ET ΟΡΙΣΜΟΝ IDEM ESSE.

Cap. IV.

I.

Ὁρισμὸς idem prorsus est, quod ὅρος in hoc negocio dialectico: nisi quod hoc quidem sit primitiuum: illud vero, quippe ὁρισμὸς, deriuatiuum. Quæ enim Aristoteles voci ὅρος ante tribuit, eadem ὁρισμῷ quoque tribuit: nimirum eandem definitionem, & easdem partes s. idem genus & eandem differentiam.

II. Nam & ὁρισμὸς ab eodem Aristotele *lib. 7. Topic.* sic finitur: ἐπειδὴ ὁρισμός ἐστι λόγος, ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων. h. e. *Cum definitio sit oratio, quæ, quid sit res, significat.*

III. Quod est Cic. *in Topicis*: *Definitio est oratio, quæ id, quod definitur, explicat quid sit.*

IV. Idem *lib. 1. Topic.* ἐπειδὴ πᾶς ὁρισμὸς λόγος τίς ἐστιν. h. e. *Cum omnis definitio oratio quædam sit.*

V. Idem *lib. 2. Analyt. Poster.* ἔστιν ἄρα ὁρισμὸς εἷς μὲν λόγος τοῦ τί ἐστιν ἀναπόδεικτος. hoc est, *Est itaque definitio vna quidem oratio, quid res sit explicans, demonstratione non declarata, vel non egens.*

VI. Item ὁ μὲν οὖν ὁρισμὸς τί ἐστι δηλοῖ. h. e. *Ac definitio quidem, quid sit, declarat.*

VII. Ex his satis constat, ὅρον & ὁρισμὸν idem prorsus esse, nec quicquam differre, cum eadem vtrique ab eodem tribuantur.

VIII. Id inde quoque certo colligitur: quod eadem vtrique partes tribuantur: quippe quod vtraque vox genere & differentia eadem constet.

IX. Apud Aristotelem est *6. Topic.* ἐπεὶ γὰρ δεῖ μὲν διὰ τοῦ γένους

καὶ

καὶ τῶν διαφορῶν ὁρίζεσθαι τὸν καλῶς ὁριζόμενον. h. e. *siquidem oportet per genus & differentias definire eum, qui bene definit.*

X. Apud Porphyrium est : οἵ τε ὅροι ἀποδίδονται ἐκ γένους ἤτοι καὶ τῶν τοιούτων διαφορῶν h. e. *Et definitiones redduntur, quæ ex genere & huiusmodi differentiis constans.*

XI. Apud Aristotelem est *lib. 1. Topic.* καὶ εἰ μὲν τῶν ἐν τῷ ὁρισμῷ λεγομένων ἢ γένος, ἢ διαφορὰ ἂν εἴη ἐπειδὴ ὁ ὁρισμὸς ἐκ γένους καὶ διαφορῶν. h e. *Et siquidem ea, quæ in definitione dicuntur, aut genus, aut differentia sit : quoniam definitio genere & differentia constat.*

XII. Cur vero hæ partes in definitione coniungendæ sint, idem autor *lib 6, Topic.* indicat, cum inquit : δεῖ γὰρ τὸν ὁριζόμενον εἰς τὸ γένος θέντα τὰς διαφορὰς προσάπτειν. μάλιστα γὰρ τῶν ἐν τῷ ὁρισμῷ τὸ γένος δοκεῖ τοῦ ὁριζομένου οὐσίαν σημαίνειν. h. e. *Debet enim is, qui definit, ad genus, quod posuit, differentias adiungere. Genus enim ex iis, quæ in definitione collocantur, definiti essentiam maxime significare censetur.*

XIII. Paulo post subiungitur : δεῖ γὰρ τὸ μὲν γένος ἀπὸ τῶν ἄλλων χωρίζειν. τὴν δὲ διαφορὰν ἀπό τινος τῶν ἐν τῷ γένει. h. e. *Nam genus quidem ab aliis : differentiam vero ab aliquo eorum, quæ in genere sunt, seiungere debet.*

XIV. Quæ cum ita sint ; ὅρον & ὁρισμὸν voces esse æquipollentes : nec alteram esse altera vel latiorem vel angustiorem ; vt vna vel pars vel species sit : altera vel totum vel genus, certum est.

XV. Iohannes Sturmius *lib. 1. Dialect. Part.* ὅρον duabus partibus constare scribit : quarum vna sit τὸ ὁριζόμενον : altera expositio, quæ a græcis dicitur λόγος & ὁρισμός Aliud autem ex ipso Aristotele & certis rationibus demonstraui : vt mihi iure ab illo dissentire liceat.

DE QVIBVSDAM PHRASIBVS IN DEFINITIONE ARISTOTELIS OBSCVRIORIBVS.

CAP. V.

I.

PORRO vt definitiones Aristotelis rectius intelligantur quædam *phrases obscuriores* hic obiter sunt declarandæ : vt sunt, τί ἐστι ; ἐν

τῷ

τῷ τί ἐστι ; & τὸ τί ἦν εἶναι : quæ latine ad verbum redditæ, latinis auribus minus sunt vsitatæ : nec facile intelliguntur,nisi explicentur.

II. Apud Aristotelem est *lib 2.Poster.Analyt* : ὁ ὁρισμὸς οὖν ὅρος τί ἐστι δηλοῖ, h.e. *ac definitio quidem,quid sit, declarat.*

III. *Eodem libro* post idem sic habet : ἐπεὶ δεδήλωται ἡμῖν ἐν τοῖς ἄνω, ὅτι ἀναγκαῖα μὲν ἐστὶ τὰ ἐν τῷ τί ἐστὶ κατηγορούμενα. τὰ καθόλου δὲ ἀναγκαῖα, h. e. *Quoniam declaratum est a nobis in superioribus : quod necessaria quidem sunt ea,quæ in quæstione;qua quæritur, quid res sit, prædicantur : vniuersalia vero sunt necessaria.*

IV. Hic, ἐν τῷ, intelligitur ζητήματι. hoc est, *in quæstione,qua quæritur,quid res sit.*

V. Idem *lib.1.Topic.* ait : ἐν τῷ τί ἐστὶ δὲ κατηγορεῖσθαι τοιαῦτα λεγέσθω, ὅσα ἁρμόττει ἐρωτηθέντας ἀποδοῦναι, τί ἐστι τὸ προκείμενον, &c. h.e. *In quæstione autem,qua quæritur quid res sit,prædicari talia dicantur, quæ interrogatos respondere quadrat,quid sit id,quod proponitur.*

VI. Vulgo redditur admodum obscure, & sæpe inculcatur : *Prædicari in quid est.*

VII. Sed τὸ ἦν εἶναι multo redditur obscurius : *quod quid erat esse* Cum vero quisque suorum verborum ipse optimus interpres sit,ex eodem autore perspicua,vera & certa huius phrasis interpretatio adferenda est.

VIII. Ea extat *lib. 6.* τῶν μετὰ τὰ φυσικά. Sic enim ibi autor ait ; ἕκαστόν τε γὰρ οὐκ ἄλλο δοκεῖ εἶναι τῆς ἑαυτῆς οὐσίας, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι λέγεται εἶναι ἡ ἑκάστου οὐσία, h. e. *Nam & vnumquodque non aliud censetur esse a sua ipsius essentia : & quid sit,dicitur esse cuiusque essentia.*

IX. Idem *lib.6.* τοπικῶν ait : ἀπολιπὼν οὖν τὸ τῆς δικαιοσύνης γένος, οὐ λέγει τὸ τί ἦν εἶναι. ἡ γὰρ οὐσία ἑκάστῳ μετὰ τοῦ γένους. h.e. *qui igitur iustitiæ genus omiserit,non dicit,quid sit. Essentia enim cuique est cum genere.*

X. Idem *lib. 2. Poster. Analyt.* ἡ οὐσία ἡ ἑκάστου εἶναι, ἡ ἐπὶ ταῖς ἀτόμοις ἔσχατος τοιαύτη κατηγορία. h. e. *essentia,quæ est cuiusque esse, quippe in indiuiduis extrema huiusmodi prædicatio.*

XI. Idem autor *lib.6.* τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ adhuc clarius explicat,& speciem vocat. Sic enim inquit : εἶδος δὲ λέγω τὸ τί ἦν εἶναι ἑκά-

[illegible] ςου,

ϛι, καὶ τὴν πρώτην οὐσίαν, h. e. *speciem autem dico, quid sit quicque, & primam essentiam.* In qua sententia est & Ioh. Sturmius *in lib. de Demonstratione capite de caussis.*

XII. Nam vt peripatetici asserunt: ὁ οὐσιώδης ὁρισμὸς εἰδικὸν αἴτιόν ἐστι. h. e. *Essentialis definitio formalis caussa est.*

XIII. Idem *eodem opere libro 4.* ait: ἔτι τὸ τί ἦν εἶναι πάντα ὧν ὁ λόγος ἐστὶν ὁρισμὸς, καὶ τοῦτο οὐσία λέγεται ἑκάστου. h. est. *Praeterea* τὸ τί ἦν εἶναι, *omnia, cuius oratio est definitio: & id essentia dicitur cuiusque.*

XIV. Ibidem *lib. 6.* ἔστι λόγος τοῦ τί ἦν ἑκάστῳ εἶναι, καὶ ὑπάρχει, καὶ τούτοις τὸ τί ἦν εἶναι. Item ὥστε τὸ τί ἦν εἶναί ἐστιν ὅσων ὁ λόγος ἐστὶν ὁρισμός. hoc est. *Est oratio cuiusque essentiae, quid sit, & inest: & his quae sit essentia. Item: itaque quid sit esse est, quorumcunque oratio est definitio.*

XV. Cicero ad *Brutum* & *in Topicis*: τὸ τί ἐστιν, & τὸ τί ἦν εἶναι, simpliciter interpretatur, *quid sit.*

XVI. Idem Cicero vocem οὐσίαν *lib. 2. de Inuentione,* & *lib. 2. de Oratore* vim & naturam rei interpretatur; & est ipsa rei cuiusque essentia: quæ vni, soli, & non alii rei conuenit.

XVII. Plautus, seu, vt alii legunt, Flauius apud Fab. Quintilianum *lib. 2. c. 15. & lib. 3. cap. 7.* οὐσίαν, *essentiam* reddit.

XVIII. Solius autem οὐσίας. h. e. *essentiae est definitio,* ὁρισμὸς, vt testatur Aristoteles *lib. 6.* τῶν μετὰ τὰ φυσικά, cum inquit: δῆλον ὅτι μόνης τῆς οὐσίας ἐστὶν ὁρισμός. h. e. *Constat quod solius essentiae definitio sit.*

XIX. Idem *lib. 2. Poster.* ὁρισμὸς μὲν γὰρ τοῦ τί ἐστι καὶ οὐσίας h. e. *definitio quidem eius, quid sit, & essentiae.*

XX. Ex iam dictis satis liquet, hæc quatuor; τὸ τί ἐστι, τὸ τί ἦν εἶναι, τὸ εἶναι & τὴν οὐσίαν, idem prorsus esse, idemque significare.

XXI. Porro τὸ τί ἐστι de quouis prædicamento dici, his verbis testatur Aristoteles *lib. 1.* τοπικῶν ε δῆλον δ' ἐξ αὐτῶν, ὅτι τὸ τί ἐστι σημαίνων (λόγος) ὅτε μὲν οὐσίαν σημαίνει, ὅτε δὲ ποιόν, ὅτε τῶν ἄλλων τινὰ κατηγοριῶν. h. e. *Constat autem ex eisdem, quod, quae quae res sit, significat* (oratio) *nunc quidem substantiam, nunc vero qualitatem, nunc aliquid aliorum prædicamentorum significet.*

XXII. Idem *lib. 6.* τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ sic ait: τὸ δὲ τί λέγω

καθ' ἑκάστην κατηγορίαν. ἢ γὰρ τὸ δὲ ἢ πόσον, ἢ ποιὸν, ἢ πῆ. h.e. *Quid autem dico in quouis prædicamento. Aut enim hoc, aut quantitatem, aut qualitatem, aut vbi.*

XXIII. Idem *eodem libro*: καὶ γὰρ τὸ τί ἐστιν, ἕνα μὲν τρόπον σημαίνει τὴν οὐσίαν, καὶ τὸ τόδε τι. ἄλλον δὲ ἕκαστον τῶν κατηγορουμένων, πόσον, ποιὸν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, &c. h.e. *Etenim quid sit, vno quidem modo significat essentiam, & hoc aliquid: alio vero quodque prædicamentum, Quantitatem, Qualitatem, & quæcunque alia eiusmodi.*

XXIV. Eodem modo & οὐσία de omnib. prædicamentis vsurpatur: quod idem testatur, cum inquit *lib. 6. Topic.* παντὸς γὰρ τοῦ πρός τι οὐσία πρὸς ἕτερον. ἐπειδὴ ταὐτὸν ἦν ἑκάστῳ τῶν πρός τι τὸ εἶναι, ὅπερ τὸ πρός τι πῶς ἔχειν. h.e. *Cuiusuis enim relatiui essentia est ad alterum: quoniam idem est cuique relatiuorum esse, quod ad aliquid certo quodam modo se habere.*

XXV. οὐσία sane est vox τῶν πολλαχῶς λεγομένων, *quæ multis modis dicuntur*: nunc n. de *substantia*, nunc de aliis *prædicamentis*, quippe de *Accidentibus* quoque dicitur, vt iam allatum est.

XXVI. Porro participia δηλῶν & σημαίνων, quibus Aristoteles in definitione vtitur, Cicero varie interpretatur. Reddit enim nunc verbo *explicandi*, vt in *Topicis*, & *lib. 1. de Oratore*: nunc *aperiendi*, *in lib. de Oratore ad M. Brutum*: nunc verbo *exprimendi*, *lib. 2. de Oratore*: nunc *euoluendi* & *significandi* in Topicis.

XXVII. Definitum enim est quiddam *inuolutum*, quod definiendo euoluitur & aperitur. Nam ὁρισμὸς δηλῶν τὸ ὁριζόμενον, 6. τοπικῶν. h.e. *Definitio declarans definitum.*

XXVIII. ὁ ὁριζόμενος participium passiuum præsens ab Aristotele in *Topic. lib. 6. & lib. 2. Poster. Analyt.* is *dicitur*, *qui definit, seu qui definiendi munere fungitur, actiue*, καθ' ἐναλλαγὴν, participii pro nomine, vt arbitror.

XXIX. λόγος ὁριστικός. h.e. *oratio finitiua pro definitione ab Aristotele vsurpatur lib 7.* τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, & *lib. 2 de anima.*

XXX. Est autem ὁριστικὸς nomen verbale, itidem a verbo ὁρίζομαι deriuatum. Hic autem hæc vox differentiæ gratia generi addita, [illegible] definit.

XXXI. Est quoque φρόνησις ὁριστικὴ *lib. 6. Topic.* h.e. *prudentia definitiua.*

DE
DEFINITO EIVSQVE VARIIS
APPELLATIONIBVS.

CAP. VI.

I.

DEfinitum latinis id dicitur, quod definitur, & apud Aristot. & alios varias habet appellationes. *Primum* enim dicitur τὸ ὁριζόμενον, *in Topicis* passim, & alibi: quod Cicero *in Topicis* interpretatur: *id quod definitur*. In 1. de inuentione eidem est, *Res definienda*. Est enim res per definitionem explicanda.

II. Deinde *lib. 6. Topic.* dicitur ὡρισμένον, cum inquit: ἔτι εἰ τὸ μὲν ὡρισμένον ἐν ἑνί τινι τῷ πρώτῳ πέφυκε γίνεσθαι. h. e. *Iam si definitum quidem tale natura est, vt vni alicui primo insit.* Vtrumque est participium passiuum: illud quidem praesentis, hoc vero praeteriti temporis: & praeposito articulo τὸ vtrumque per ἐναλλαγὴν fit nomen.

III. Adhaec *lib. 2. Poster. Analyt.* appellatur τὸ ὁρισθὲν: quod est participium passiuum indefiniti primi. Idem *lib. 6. Topic.* ait: σκεπτέον δὲ καὶ εἰ καθ' ἕτερόν τι μᾶλλον λέγεται τὸ ὁρισθὲν, ἢ κατὰ τὸν ἀποδοθέντα λόγον. h. e. *atque etiam videndum est, an definitum alia oratione, quam qua allata est, potius dicatur: quod itidem* καθ' ἐναλλαγὴν fit nomen.

IV. Quarto ab eodem verbo est *nomen*, & dicitur τὸ ὁριστὸν, à tertia persona praeteriti passiui formatum. Hoc vtitur Arist. *lib. z. &* ς. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, cum inquit: λέγω δὲ ταύτην τὴν ἀπορίαν, διὰ τί ποτε ἕν ἐστι τὸ ὁριστὸν, οὗ τὸν λόγον ὁρισμὸν εἶναι φαμέν. h. e. Dico autem hanc dubitationem, cur tandem vnum sit definitum, cuius orationem definitionem esse dicimus.

V. Sic est quoque apud Alexandrum *in 1. lib. Topic.* Aristotelis: ὅρος λόγος ἐστὶν, ὁ τί ἐστι τὸ εἶναι σημαίνων τοῦ ὁριστοῦ. h. e. *Definitio est oratio, quae, quid sit definiti essentia, declarat.*

VI. Et apud Philoponum est: μίχεις ὂν ἐξισωθῇ τὸ σύνθημα τῶν μέρων πάντων τῷ ὁρισῷ. h. e. *Quousque omnium partium compositio exaequata fuerit definito.*

VII. Hæ quatuor definiti appellationes a verbo ὁρίζομαι deriuantur. Sunt autem aliæ eiusdem appellationes apud Aristotelem. Quinto enim vocat λεχθὲν, hoc est, *dictum*. Sic enim habet *6. Topic.* ἐπεὶ γὰρ ὁ ὅρος ἀποδίδοται τοῦ γνωρίσαι χάριν τὸ λεχθὲν. h. e. *Cum enim definitio redditur gratia declarandi id, quod dictum est*, h. e. definitum.

VIII. Sexto appellatur λεγόμενον apud Aristotelem *lib. 8. Topic.* cum inquit: τοῦ ὁρισμοῦ ῥηθέντος, φανερὸν τὸ λεγόμενον. h. e. *Definitione dicta, perspicuum est, quod dicitur. h. e. definitum.* Hæc duo vocabula a verbo λέγομαι deriuantur.

IX. Septimo idem Aristoteles vocat τὸ ζητούμενον *lib. 6. & 7. τῶν μετὰ τὰ φυσικά*, a verbo ζητοῦμαι. h. e. *id quod quaeritur, de quo ambigitur*, vt Cicero *in Oratore ad M. Brutum* ait: item dicitur, de quo disputatur, vt idem habet *lib. 1. de Offic.*

X. Octauo dicitur προκείμενον. h. e. *id de quo agitur res proposita, lib. 1. 6. & 7. Topicor.*

XI. Nono apud eundem *lib. 6. τῶν μετὰ τὰ φυσικά* vocatur ὑποκείμενον. h. e. *res proposita*, vulgo dicitur subiectum: sed non in ratione definiendi.

XII. Decimo est πρᾶγμα, *lib. 2. Poster. Analyt. & lib. 1. & 6. Topi.* Apud autorem *ad Herennium lib. 4. dicitur Res.*

XIII. Vndecimo & ὄνομα pro *definito* vsurpatur ab Aristotele *lib. 6. Topic.* & 1. φυσικ. & Cicero *in 1. de Inuentione Nomen* appellat.

XIV. Dudecimo Aristoteli est καθόλου. h. e. *vniuersale, lib. 2. Poster. Analyt.* cum inquit: ἀεὶ δ' ἐστὶ πᾶς ὁρισμὸς καθόλου. h. e. *semper autem est omnis definitio vniuersalis.* Item τὸ τί ἐστιν ἅπαν καθόλου καὶ κατηγορικόν. h. e. *τὸ τί ἐστι omne est vniuersale, & ad praedicandum aptum.*

XV. Tertiodecimo dicitur εἶδος. h. e. species apud Aristot. *lib. 6. τῶν μετὰ τὰ φυσικά*, cum inquit: τοῦ γὰρ καθόλου καὶ τοῦ εἴδους ὁ ὁρισμός. h. e. *vniuersalis & speciei est definitio.* Solam enim speciem definiri Boetius testatur *libro de Definitionibus.*

XVI. Id verum esse inde constat, quod imarum specierum veriores

riores & magis propriæ ſint definitiones. Sic enim habet Ariſtoteles *lib.4.* τῶν μετὰ τὰ φυσικά: αἴτιον. ἄλλον δὲ τρόπον λέγεται τὸ εἶδος καὶ τὸ παράδειγμα. τοῦτο δ' ἐστὶν, ὁ λόγος τοῦ τί ἦν εἶναι, καὶ τὰ τούτων γένη. h. e. *Cauſſa: alio vero modo dicitur forma & exemplum. Id vero eſt oratio, quæ quid res ſit, (declarans) & horum genera. Idem docet lib. 6. eiusdem operis.*

XVII. Sunt quidem & generum, ſed ſubalternorum, ſuæ definitiones.

XVIII. Species autem ex genere & differentiis conſtant, vt eſt apud Ariſtot. *lib.9.* τῶν μετὰ τὰ φυσικά, cum inquit: ἐκ γὰρ τοῦ γένους καὶ διαφορῶν τὰ εἴδη. h. e. *Ex genere enim & differentiis ſpecies*: qua de re ſupra.

XIX. Quartodecimo vocat καθέκαστον, cum inquit *lib.2. Poſter. Analyt.* ῥᾷόν τε τὸ καθέκαστον ὁρίσασθαι, ἢ τὸ καθόλου. διὸ δεῖ ἀπὸ τῶν καθέκαστον ἐπὶ τὰ καθόλου μεταβαίνειν. h. e. *Faciliusque eſt ſingularia definire quam vniuerſalia. Quocirca a ſingularibus ad vniuerſalia tranſire oportet.*

XX. Τὰ καθέκαστον vocat ſpecies infimas, proximas indiuiduis: τὰ καθόλου vero genera.

XXI. Ideo autem definitum vniuerſale eſſe debet, quod nihil proprie definiatur, niſi ſit aut ſpecies ima, aut genus ſubalternum.

XXII. Summorum vero generum definitiones ideo proprie eſſe nequeunt, quod genus commune non habeant, niſi ὁμώνυμον.

XXIII. Τὸ ὂν enim aliter de ſubſtantia, aliter de accidente prædicatur.

XXIV. Boetius ait: *Neque generaliſſimorum, neque indiuiduorum ſunt definitiones: quod vt illa generibus, ita hæc differentiis careant.*

XXV. Apud Ariſtot. quoque eſt *lib.6.* τῶν μετὰ τὰ φυσικά, διὰ τοῦτο δὲ καὶ οὐσιῶν τῶν αἰσθητῶν τῶν καθέκαστον οὔτε ὁρισμὸς οὔτε ἀπόδειξίς ἐστι, ὅτι ἔχουσιν ὕλην, ἧς ἡ φύσις τοιαύτη, ὥστε ἐνδέχεσθαι καὶ εἶναι, καὶ μή. *Ob id vero & eſſentiarum, ſenſibus expoſitarum ſingularium neque definitio neque demonſtratio eſt, quod habeant materiam, cuius natura talis eſt, vt & eſſe, & non eſſe contingat.*

ΤΟ ΟΡΙΖΟΜΕΝΟΝ NEQVE PARTEM ESSE NEQVE SPECIEM ΤΟΥ ΟΡΟΥ.

CAP. VII.

I.

PОrro τὸ ὁριζόμενον τῦ ὅρυ. h. e. *definitum definitionis neque pars neque species est*: vt satis certo constat ex eo, quod idem sint numero & secundum rem, vt præter consensum eruditorum Aristoteles ipse *lib.1.Topic.c.6.* diserte testatur.

II. Idem *lib.7.Topic.* sic ait: εἰ γὰρ μὴ ταὐτὸν δηλοῖ, τό τε ὄνομα καὶ ὁ λόγος, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν εἴη ὁρισμὸς ὁ ἀποδοθεὶς λόγος. h. e. *Si enim non idem declarat nomen & oratio, assignatam orationem definitionem non esse, constat.* Sunt enim idem numero definitum & definitio.

III. Ad hæc definitum cum sua definitione conuertitur, conuersim dicitur, seu reciprocatur: *vt homo est: igitur est animal rationale*: Et contra: *animal rationale est: igitur homo est.*

IV. Id Aristoteles *lib.2.Poster.Analyt.* vocat ἀντιστρέφειν & *lib.1. & 6. Topic.* ἀντικατηγορεῖσθαι.

V. Quod si τὸ ὁριζόμενον τῦ ὅρυ vt pars totius, aut vt species generis esset, definitum sua definitione angustius esset, neque conuerti posset.

VI. Id autem est contra regulam, quæ extat apud Aristotelem *lib.6.Topic.* οὐ ταὐτόν ἐστι τὰ μέρη τε καὶ τὸ ὅλον. h. e. *Non idem sunt partes & totum*: Definitum & definitio sunt idem, vt supra. Igitur definitum pars definitionis esse nequit.

VII. Aristoteles *lib.6.* τῶν μετὰ τὰ φυσικά: δεῖ δέγε ἓν εἶναι, ὅσα ἐν τῷ ὁρισμῷ. ὁ γὰρ ὁρισμὸς λόγος τίς ἐστιν εἷς καὶ οὐσίας. Item: ὧν γὰρ μία οὐσία καὶ τὸ τί ἦν εἶναι ἕν, καὶ αὐτὰ ἕν. h. e. *Oportet autem vnum esse, quæcunque in definitione sunt. Definitio enim oratio quædam est vna, & essentia. Quorum enim vna essentia est, & quid est vnum est: & eadem vnum sunt.*

VIII.

VIII. Ex his ſæpe perſpicuum eſt, τὸ ὁριζόμενον non eſſe τοῦ ὅρου h.e. definitionis neque ſpeciem neque partem.

IX. Adhæc Ariſtoteles *lib.6. Topic.* & hanc bonæ definitionis conditionem facit, in qua definitum non ponitur.

X. Falſum igitur eſt & hoc : ὅρον duas habere partes, τὸ ὁριζόμενον & τὸν ὁρισμόν : qua de re ſupra *cap. 4.*

DE

VERA DEFINIENDI RATIONE.

CAP. VIII.

I.

QVÆ vera definiendi ratio ſit, Ariſtoteles *lib.2. Poſter. Analyt.* his verbis inter alia breuiter tradit : τὰ δὴ τοιαῦτα ληπτέον μέχρι τούτου, ἕως τοσαῦτα ληφθῇ πρῶτον, ὧν ἕκαστον μὲν ἐπὶ πλέον ὑπάρξει. ἅπαντα δὲ μὴ ἐπὶ πλέον. ταύτην γὰρ ἀνάγκη οὐσίαν εἶναι τοῦ πράγματος. hoc eſt, *Huiuſmodi itaque ſumenda ſunt eo uſque, donec totidem ſumpta ſunt : primum, quorum etſi vnumquodque latius patet, vniuerſa tamen non latius pateant. Hanc enim rei eſſentiam eſſe, neceſſe eſt.*

II. Sic & Philoponus ait : μέχρις οὗ ἐξισωθῇ τὸ σύνθημα τῶν μερῶν πάντων τῷ ὁριστῷ. h. e. *quouſque exæquatum fuerit definito id, quod ex omnibus partibus componitur.*

III. Cicero *in Topicis* eadem ex Ariſtot. repetit, & copioſius explicat, exemplisque illuſtrat. Sic enim de ratione definiendi præcipit, cum inquit : *Sic igitur veteres præcipiunt : cum ſumpſeris ea, quæ ſunt eius rei, quam definire velis, cum aliis communia, uſque eo perſequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri poſſit. Vt hoc : Hæreditas eſt pecunia : (commune adhuc : multa enim genera ſunt pecuniæ : adde quod ſequitur) quæ morte alicuius ad quempiam peruenit : (nondum eſt definitio : multis enim modis ſine hæreditate teneri mortuorum pecuniæ poſſunt : vnum adde verbum) iure. Iam a communitate res disiuncta videbitur, vt ſit explicata definitio ſic : Hæreditas eſt*

pecu-

pecunia quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure: (nondum satis est, adde) nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta: confectum est. Item vt illud: *Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt: (non satis est) qui ab ingenuis oriundi sunt: (ne id quidem satis est) quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit: (abest etiam nunc) qui capite non sunt diminuti: hoc fortassis satis est.*

DE

DEFINITIONIS FORMIS
SEV SPECIEBVS.

CAPVT IX.

I.

DEfinitio quid sit, dictum est ante: eius prima diuisio ratione obiecti est duplex. Alia enim est *nominis*, alia *rei*: id ex Aristotele constat, *lib. 2. Poster. Analytic.* cum inquit: εἰ ἄρα ὁ ὁριζόμενος δείκνυσιν ἢ τί ἐστιν, ἢ τί σημαίνει τοὔνομα. hoc est: *Si itaque is, qui definit, ostendit aut quid sit, aut quid significet nomen.*

II. Definitio nominis dicitur ὀνοματώδης: & est, qua vis & etymologia vocum vel singularum vel coniunctarum, h.e. [illegible] *vel* [illegible]*arum*, vel figurarum Grammatice explicatur: & qua controuersiæ, ex verbis ortæ, declarantur.

III. Quæ vtilitas, & quis vsus huius definitionis sit, dictum Philosophi indicat, quod est [illegible] πρῶτον τὸ τῆς φωνῆς σημαινόμενον ἐξετάζειν εἰς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν. h.e. *Necesse est vocis significatum primum exquirere ad recte docendum.*

IV. Quod autem hæ duæ definitiones inter se differant, tribus rationibus Aristoteles *lib. 2. Posterior. Analytic.* declarat: quem consule.

V. Deinde diuiditur definitio *in propriam & impropriam*, illa est οὐσιώδης. h.e. *essentialis*: hæc vero sic dicitur [illegible], qualis est [illegible].

VI. Hæc *impropria definitio* est duplex: *verborum & rerum.*

VII.

VII. *Verborum* est, qua dictionis significatio explicatur: & fit verbis, vel *propriis* vel *translatis*.

VIII. Definitio, quæ fit propriis verbis est aut κατὰ λέξιν, nimirum cum ignotius per notum explicatur, vt εὐαγγέλιον *est latum nuncium*: vel per συνώνυμον, vt *capitis diminutio est status commutatio*: *vestis est indumentum*: vel cum vnam linguam per aliam transferimus, vt φιλοσοφία *est sapientiæ studium*. Item cum ἐτυμολογίαν inquirimus: vt *consul est, qui Reipub. consulit*: *ciuitas est ciuium consensus*.

IX. Item fit κατὰ μεταφορὰν: vt *caput est arx corporis*: *Sol est oculus mundi*: ὁ νόμος ἐστι βασιλεὺς θείων καὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων. h. e. *Lex est Rex diuinarum & humanarum rerum*, Chrysippus *l. 2. ff. de Legibus*. *Homo est bulla*. Item fit κατὰ ἀναλογίαν, vt homo est μικρόκοσμος. *Magistratus est lex loquens*.

X. Adhæc tertia definitionis diuisio extat apud Ciceronem in *Topicis*, quæ sumitur *ab obiectis*. Facit enim vnum genus earum rerum, quæ sunt. h. e. τῶν ὁρατῶν, quæ *cerni* tangique possunt: alterum vero quæ *intelliguntur*. h. e. τῶν νοητῶν, quæ tangi demonstrarine non possunt.

XI. Quarta sumitur ratione *artium & artificum*. Alia enim est *Rhetorica*, alia *dialectica*, alia *Philosophica*, Apud Boetium *de Definitionibus* de quib. mox plura.

XII. Quinta diuisione quadruplex definitio a plerisque traditur: Quarum prima dicitur οὐσιώδης. h. e. *essentialis* a Boetio: altera αἰτιώδης h. e. *caussalis*: Tertia est apud Ciceronem *in Topicis partitionum*, quæ ex partibus constat: Quarta & vltima est *accidentalis*. De his ordine dicendum est. Hinc Definitio definitur, quod *sit oratio, quæ rei definiendæ aut essentiam, aut caussas, aut partes, aut accidentia explicat*. Quæ definitio ex partibus constat.

XIII. Definitio οὐσιώδης est, quæ rei οὐσίαν. h. e. *essentiam & naturam explicat*: & constat genere & differentia vera: quæ omnes propositæ rei caussas continent: vt homo est animal mente & ratione præditum ac mortale.

XIV. Verum est, quod dicitur: ὁ οὐσιώδης ὁρισμὸς, εἰδικὸν αἴτιόν ἐστι. h. e. *Essentialis definitio formalis caussa est*. Hoc genere ar-

 tium

tium definitiones fere constant : *Rhetorica est ars dicendi : Dialectica est ars disserendi : Grammatica est ars recte loquendi.*

XV. Hæc definitio οὐσιώδης in omnib. prædicamentis concinnari potest : quod οὐσία de omnibus prædicamentis recte dicatur : vt ante ex Aristot. est allatum.

XVI. Altera rei definitio αἰτιώδης est, quæ ex caussis extruitur vel omnibus, vel præcipuis & pluribus, propriam & veram rei naturam constituentibus. Huius Aristot. *lib. 2. Poster. Analyt.* his verbis meminit. ἄλλος δέ ἐστιν ὅρος λόγος, ὁ δηλῶν διὰ τί ἐστι, hoc est, *alia autem est definitio oratio, quæ declarat, propter quid res sit.*

XVII. Porro diuersi artifices & artes non in eisdem, sed in diuersis fere caussis occupati sunt. Nam logicus quidem seu *dialecticus formam* fere considerat : *Physicus materiam : Ethicus vero finem : sed Metaphysicus plerumque efficientem*, vt Augustinus Niphus in *6. Topic.* tradit apud Aristot.

XVIII. Meminit huius rei aliquo modo Aristot. *lib. 1. de Anima*, cum inquit : διαφερόντως δ' ἂν ὁρίσαιτο ὁ φυσικός τε καὶ διαλεκτικὸς ἕκαστον αὐτῶν, οἷον ὀργὴ τί ἐστιν. ὁ μὲν γὰρ ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως, ἤ τι τοιοῦτον· ὁ δὲ ζέσιν τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος, ἢ θερμοῦ. τούτων δὲ ὁ μὲν τὴν ὕλην ἀποδίδωσιν, ὁ δὲ τὸ εἶδος καὶ τὸν λόγον. ὁ μὲν γὰρ λόγος ὁ δὲ τὸ πράγματος, &c. hoc est. *Diuerso autem modo definierit Physicus & Dialecticus quodque eorum : vt ira quid sit. Nam hic quidem cupiditatem vindictæ, & vicissim ægrefaciendi, aut huiusmodi quippiam. Ille vero feruorem sanguinis, qui circa cor est, aut caloris. Horum autem ille quidem materiam reddit : hic vero formam & rationem. Nam ratio quidem hæc rei est* Aristoteles definit οἰκίαν σκέπασμα κωλυτικὸν φθορᾶς ὑπ' ἀνέμων καὶ ὄμβρων καὶ καυμάτων. h. e. *Domum operimentum, quod ventorum imbrium, calorisque iniurias atque incommoda propulset arceatque.*

XIX. *Legis* definitio caussalis Papiniani extat *l. 1. ff de Legibus*, hoc modo : *Lex est commune præceptum : virorum prudentium consultum : delictorum quæ sponte vel ignorantia contrahuntur, coercitio : communis Reip. sponsio.*

XX. Delumpsit autem Martianus ex Demosthene, apud quem extat *in prima oratione contra Aristogitonem* his verbis : καὶ τοῦτό ἐστι νόμος, ᾧ πάντας προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλὰ καὶ μάλιστα, ὅτι πᾶς ἐστι νό-

νόμος, εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν. δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων. ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων. πόλεως δὲ συνθήκη κοινή. καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν πόλει. h. e. *Et hoc est lex, cui omnes par est parere propter multa, & maxime quod omnis lex sit inuentum quidem Deorum: decretum vero hominum prudentum: correctio autem voluntariorum & inuoluntariorum delictorum: sed ciuitatis pactum commune: secundum quod omnes, qui in ciuitate sunt, viuere par est.*

XXI. *Tertium* genus definitionis partitionum vt Cicero vocat, quod ex partibus constat, quo rei definiendæ partes enumerantur: vt Medicina θεραπευτικὴ est vel διαιτητικὴ, quæ victu & diæta morbos curat; vel φαρμακευτικὴ, quæ medicamentis morbis medetur: vel χειρουργικὴ, quæ manuum ministerio suum officium in curandis ægrotis peragit.

XXII. De hoc genere ita est apud Aristotelem *lib. 6. Topic.* μάλιστα δὲ οἰκεῖοι γίνονται οἱ λόγοι, ἐφ' ὅσον καταδηλος ἡ τῶν μέρων ἐστὶ σύνθεσις, καὶ καθάπερ ἐστιν οἰκίας καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιουτων, οὐδὲν κωλύει τὸ ὅλον μὴ εἶναι ὥστε ὄν ταυτῶν τὰ μέρη τοῦ ὅλου. hoc est, *Maxime vero aptæ sunt orationes seu definitiones, quatenus perspicua est partium compositio: & quemadmodum est domus & aliorum huiusmodi. Constat enim quod, cum partes sint, nihil prohibeat, totum non esse.* Quare non idem sunt partes cum toto: quippe nisi omnes partes enumerentur.

XXIII. Adiicitur a Cicerone *in Topicis* genus diuisionum: in quo quemadmodum formæ seu species, ita in superiore partes enumerandæ sunt.

XXIV. Quartum & vltimum genus est *accidentale*: quod ex genere & accidentium congerie fere constat: quo genere plantæ & aliæ res, vt personæ, vrbes, Regiones, flumina, montes, fontes, &c. plerumque describi solent. Qualis est *descriptio famæ lib. 4. Æn. gloria* apud Ciceron: *pro Milone.*

XXV. Apud Boetium est ὑπογραφικὴ: de qua sic est apud Ciceronem *in Topicis*, cum inquit; *Additur etiam descriptio, quam græci καταγραφὴν vocant.*

XXVI. Horum generum omnium in bonis autoribus exempla sunt obseruanda, & ad ea noua fingenda, vt præceptorum vsus illustrior reddatur.

XXVII. Porro Iohannes Sturmius in *libro de Demonſtratione* definitionis tria genera facit : nimirum ὑλικὸν, εἰδικὸν & δηλωτικόν. h. e. *materiale, formale & declaratiuum.* ὑλικὸν eſt, ira eſt feruor ſanguinis ad cor excitatus, apud Ariſtot. *lib. 1. de Anima.* εἰδικὸν vero eſt, vt ira eſt vindictæ cupiditas. Ex his duobus generibus perfectius quid componitur, vt Ira eſt ſanguinis ad cor ebullitio ob vindictæ cupiditatem.

XXVIII. Quæ vero definitio probanda ac recipienda ſit, Ariſtot. his verbis docet *lib. 6. Topic.* ὅρος δ' ἐστὶ πρὸς ὃ πέφυκεν, ἐφ' ὃ ἂν χρήσαιτο ὁ φρόνιμος ᾗ φρόνιμος, καὶ ἡ περὶ ἕκαστον οἰκεία ἐπιστήμη. h. e. *Definitio autem eſt eius rei, ad quam vteretur prudens, quatenus prudens eſt : & propria in vnaquaque ſcientia.*

XXIX. Definitionem in omni diſceptatione eſſe neceſſariam, teſtatur Cicero *de Oratore,* cum inquit : *Et quoniam in omnibus, quæ ratione docentur & via, primum conſtituendum eſt, quid quidque ſit : niſi enim inter eos, qui diſceptent, conuenit, quid ſit illud, de quo ambigitur, nec recte diſſeri, nec vnquam ad exitum perueniri poteſt : explicanda eſt ſæpe verbis mens noſtra de quaque re, atque inuolutæ rei notitia definiendo aperienda eſt. Siquidem eſt definitio oratio, quæ quid ſit id, de quo agitur, oſtendit quam breuiſſime.*

DE

BONÆ DEFINITIONIS CONDITIONIBVS ET LEGIBVS.

CAP. X.

I.

BONÆ *definitionis* multæ ſunt conditiones : quarum prima eſt : *Definitio cum ſuo definito conuertatur.* Ariſtot. *lib. 7. Topicor.* δεῖ γὰρ κατὰ παντὸς, οὗ τοὔνομα, κατηγορεῖσθαι τὸν ὅρον, καὶ ἔτι προσ[illegible] αὐτιστρέφειν καθ' οὗ τὸν λόγον καὶ τοὔνομα, εἰ μέλλει ἴδιος εἶναι ὁ ἀποδοθεὶς ὅρος. h. e. *Debet enim de omni, quod nomen complectitur, prædicari definitio : & præterea adhuc conuerti nomen cum definitione, ſi data definitio propria*

pria esse debet. Idem *lib. 1. Topicorum* : ἐὰν μὲν ἀντικατηγορῆται τῷ πράγματι, ὅρος ἂν εἴη. h. e. *Et siquidem conuersim dicitur cum re, definitio esset.*

Apud eundem est *lib. 2. Poster. Analytic.* τὸ δὲ τί ἐστιν ἴδιόν τε καὶ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται· ταῦτα δ' ἀνάγκη ἀντιστρέφειν. h. e. *Quid vero res sit, & proprium est, & in quæstione, qua quæritur, quid res sit, prædicatur: hæc autem necesse est conuerti.*

II.

Altera conditio est : *Definitio sit vera, & omnibus, quæ sub definito continentur, conueniat.* Aristotelis *lib. 6. Topic.* δεῖ γὰρ τὸν τοῦ ἀνθρώπου ὁρισμὸν κατὰ παντὸς ἀνθρώπου ἀληθεύεσθαι. h. e. *Debet enim hominis definitio de quouis homine vera esse.* Idem *in eodem* : εἰ δέ τι τῶν ἐν τῷ λόγῳ μὴ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς ὑπὸ ταὐτὸ εἶδος, ἀδύνατον ὅλον τὸν λόγον ἴδιον εἶναι. οὐ γὰρ ἀντικατηγορηθήσεται τῷ πράγματι. hoc est, *Si quid vero in oratione non omnibus, quæ sub eadem specie sunt, inest, totam orationem propriam esse, impossibile est. Non enim cum re conuersim dicetur.*

III.

Tertia est : *Definitio constet genere & differentia* Aristotelis *lib. 6. Topic.* δεῖ γὰρ τὸν ὁριζόμενον εἰς τὸ γένος θέντα τὰς διαφορὰς προσάπτειν. μάλιστα γὰρ τῶν ἐν τῷ ὁρισμῷ τὸ γένος δοκεῖ τὴν τοῦ ὁριζομένου οὐσίαν σημαίνειν. h. e. *Debet enim is, qui definit, ad genus positum differentias adiungere. Genus enim ex iis, quæ in definitione sunt, definiti essentiam potiss. significare censetur.* Idem *lib. 1. Topic.* δεῖ γὰρ τὸ μὲν γένος ἀπὸ τῶν ἄλλων χωρίζειν, τὴν δὲ διαφορὰν ἀπό τινος τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει. h. e. *Debet quidem genus ab aliis seiungere : differentia vero ab aliquo eorum, quæ in eodem genere sunt.* Postea additur : ταῦτα δὲ τῶν ἁπλῶς γνωριμωτέρων καὶ προτέρων τοῦ εἴδους ἐστί. h. e. *Hæc vero sunt ex iis, quæ simpliciter sunt notiora, & specie priora.*

IV.

Quarta est : *Definitio sit ex prioribus & notioribus*, vt Aristoteles *lib. 6. Topic.* docet : & addit : πάντων δὲ γνωριμώτερον τὸ γένος. κοινότερον γάρ. h. e. *Omnibus autem notius est genus : est enim communius.*

V.

Quinta est: *Differentia, in definitione generi addita, speciem constituat.* Aristoteles *lib.6. Topic.* πᾶσα γὰρ εἰδοποιὸς διαφορὰ μετὰ τοῦ γένους εἶδος ποιεῖ, Item: ἧττον διαφορὰ τοῦ γένους γνώριμον. Item: ὁ παραλείπων γὰρ διαφορὰν ἥντινα οὐ λέγει τὸ τί ἦν εἶναι. h. e. *Omnis enim specifica differentia cum genere speciem facit.* Item: *differentia minus nota est quam genus.* Item: *Qui enim differentiam omittit quamcunque, non dicit, quid res sit.*

VI.

Sexta est: *In definitione nihil redundet.* Aristot. *lib.6. Topic.* πᾶν γὰρ τὸ προσκείμενον ἐν τῷ ὁρισμῷ, περίεργον. hoc est, *Quicquid enim in definitione additur, superfluum est.* Item *ibidem*: ἅπαν περίεργον, οὗ ἀφαιρεθέντος, τὸ λοιπὸν δῆλον ποιεῖ τὸ ὁριζόμενον, hoc est, *Omne id superuacuum est quo ablato reliquum perspicuum facit definitum.* Idem traditur *lib 2. Poster. Analyt.* Aristot. *lib. 5. Topic.* οὐδὲ ἐν τοῖς ὅροις δεῖ παρὰ τὸν δηλοῦντα λόγον τὴν οὐσίαν προσκεῖσθαι τι πλέον, hoc est, *Neque in definitionibus aliquid adhibendum est amplius praeter orationem, quae essentiam explicet.*

VII.

Septima est: *In definitione nihil desit.* Cicero *lib.2. de Oratore*, de definitione loquens sic ait: *vt vis eius rei, quam definias, sic exprimatur, vt neque absit quicquam, neque supersit, seu redundet*, *vt paulo ante ait.*

VIII.

Octaua: *Definitio sit oratio propria.* Aristoteles *lib.6. Topic.* δεῖ γὰρ τὸν ὁρισμὸν ἴδιον εἶναι. h. e *Debet enim definitio propria esse.* Item: ἴδιον καὶ οὐ κοινὸν δεῖ ὁρισμὸν εἶναι. hoc est, *Propria & non communis definitio esse debet.*

IX.

Nona: *Definitio sit breuis*: Cicero *lib. 1. de Oratore*: *est enim definitio earum rerum, quae sunt eius rei propriae, quam definire volumus, breuis & circumscripta quaedam explicatio.* *Ad Herennium lib. 4. Definitio est, quae rei alicuius proprias amplectitur potestates breuiter & absolute.*

X. De-

X.

Decima : *Definitio definiti naturam explicet.* Aristot. *lib. 2. Poster. Analyt.* ὁρισμὸς δηλῶν τὸ ὁριζόμενον. hoc est, *Definitio declarans definitum.* Item : ἔτι εἰ ὁ ὁρισμὸς οὐσίας τις γνωρισμός, hoc est, *Adhæc si definitio essentiæ quædam notificatio.* Cicero *lib. de Oratore* : *In principio fieri in omnibus disputationibus debere censeo, vt, quid illud sit, de quo disputetur, explanetur.*

XI.

Vndecima est : *In definitione genus proximum sumatur.* Aristot. *lib 6. Topicorum* : μάλιστα γὰρ τῶν ἐν τῷ ὁρισμῷ τὸ γένος δοκεῖ τὴν τοῦ ὁριζομένου οὐσίαν σημαίνειν, hoc est, *Maxime enim ex iis, quæ in definitione sunt, genus definiti essentiam significare censetur.* Ibidem : ἡ γὰρ οὐσία ἑκάστου μετὰ γένους, h.e. *Essentia enim cuiusque cum genere sit* : & mox ibidem.

XII.

Duodecima : *Definitio vtatur verbis vsitatis.* Aristotelis *lib. 6. Topic.* πᾶν γὰρ ἀσαφὲς, τὸ μὴ εἰωθός. h. e. *Quicquid enim non est vsitatum, obscurum est.*

XIII.

Tertiadecima : *Absit a definitione translatio.* Aristoteles *6. Topic.* πᾶν γὰρ ἀσαφὲς, τὸ κατὰ μεταφορὰν λεγόμενον. *Quicquid enim per translationem dicitur, obscurum est.*

XIV.

Quartadecima : *Definitio sit aperta & perspicua.* Ita enim breuitati studendum, vt nihilominus sit perspicua. Aristoteles *lib.6. Topic.* δεῖ γὰρ ὁριζόμενον, ὡς ἐνδέχεται σαφεστάτῃ τῇ ἑρμηνείᾳ χρῆσθαι, ἐπειδὴ τοῦ γνωρίσαι χάριν ἀποδίδοται ὁ ὁρισμός. h. e. *Debet enim is, qui definit, quam fieri potest, interpretatione maxime perspicua vti, cum definitio declarandi gratia adferatur.*

XV.

Quintadecima : *Bona definitio contrarii definitionem quoque notam reddat.* Aristot. *lib.6. Topicor.* οἱ γὰρ καλῶς ἀποδεδομένοι ὁρισμοὶ καὶ τοὺς ἐναντίους συνεμφαίνουσι. h. e. *Definitiones enim quæ probe assignatæ sunt, contrarias etiam præterea significant.*

XVI.

XVI.

Sextadecima est : *Definitio per se dicta sit manifesta :* Aristot.*lib. 8. Topic.* τοῦ δὲ ὁρισμοῦ ῥηθέντος, φανερὸν τὸ λεγόμενον. h. e. *Definitione vero dicta , perspicuum est id , quod dicitur ,* hoc est, definitum.

XVII.

Septimadecima : *Definitio vnius rei sit vna, non plures.* Aristot. *lib. 6.* τοπικῶν : ἐπειδὴ πλείους οὐκ ἐνδέχεται τοῦ αὐτοῦ ὁρισμοὺς εἶναι. h. e. *Cum plures non possint eiusdem definitiones esse.* Idem *lib. 7. Topic.* οὔτε γὰρ ἕνα δυοῖν, οὔτε δύο τοῦ αὐτοῦ ὅρους δυνατὸν εἶναι. h. e. *Neque enim vna duorum, neque duæ eiusdem definitiones esse possunt.* Idem *lib. 2. Poster. Analyt.* ὅτε γὰρ ὁρισμὸς ἕν τι δηλοῖ. h. e. *Nam & definitio vnum quid declarat.* Idem docet *lib. 7.* τῶν μετὰ τὰ φυσικά.

XVIII.

Octauadecima : *In definitione nihil de altero prædicetur.* Arist. *lib. 2. Poster. Analytic.* ἐν δὲ τῷ ὁρισμῷ οὐδὲν ἑτέρου κατηγορεῖται. οἷον οὔτε τὸ ζῶον κατὰ τοῦ δίποδος, οὔτε τοῦτο κατὰ τοῦ ζώου. h. e *In definitione nihil de altero prædicatur : vt, neque animal de bipede : neque hoc de animali.*

XIX.

Nonadecima : *In definitione absit æquiuocatio.* Ea enim , quæ multis modis dicuntur, sunt ante distinguenda , vt docet copiosius Aristot. *lib. 1. Topic. vide supra cap. 1.*

XX.

Vicesima : *In definitione aliquando negatione vti licet : vt in priuationibus.* Cæcum enim id est, quod visum non habet : quando vt habeat, natura præditum. Arist. *6. Top.*

XXI.

Vicesima prima : *Omnia , quæ in definitione ponuntur, prædicentur in quæstione, qua quæritur, quid res sit.* Aristot. *lib. 7. Top.* καὶ δεῖ τὰ ἐν τῷ ὅρῳ κατηγορούμενα ἐν τῷ τί ἐστι τοῦ πράγματος μόνα κατηγορεῖσθαι. (κατηγορεῖται δὲ ἐν τῷ τί ἐστι τὰ γένη καὶ διαφοραί) φανερὸν ὡς εἴ τις λάβοι ταῦτα μόνον, ἐν τῷ τί ἐστι τοῦ πράγματος κατηγορεῖσθαι δεῖ. ὅτι ὁ ταῦτα ἔχει λόγος, ὅρος ἐξ ἀνάγκης ἂν εἴη. h. e. *Et quæ in definitione prædicantur , sola in quæstione , qua quæritur, quid*

quid res sit, prædicari debent (prædicantur autem in quæstione, qua quæritur, quid res sit, genera & differentiæ) Constat, quod, si quis hæc solum sumpserit, in quæstione, qua quæritur quid res sit, prædicari debeant Quemtam oratio, quæ hæc habet, definitio sit, necesse est.

XXII.

Vicesima secunda est, *vt vel ipse id, quod propositum est, dextre definias, vel eam definitionem, quæ probe dicta est, recipias.* Aristot. *lib. 6. Top.* πρὸς ἅπαντας δὲ τοὺς ὁρισμοὺς. οὐκ ἐλάχιστον στοιχεῖον τὸ πρὸς ἑαυτὸν ἐυστόχως ὁρίσασθαι τὸ προκείμενον, ἢ καλῶς εἰρημένον ὅρον ἀναλαβεῖν. h. e. *Ad omnes autem definitiones non minimum elementum est, vt apud teipsum ipse dextre definias id, quod propositum est, aut definitionem, quæ probe dicta est, recipias.*

XXIII.

Omnis definitio in iure ciuili periculosa est: rarum est enim vt non subuerti possit, Vlpianus *l. 202. de Regul. Iuris.* Consule Budæ. in *2. Annot.* in π' in fine præter alios, qui ex professo hæc tractant.

XXIV.

Nulla bona definitio debet dari per opposita, vt *ex 5. Topic.* liquet.

XXV.

Summa est omnium: vt *nihil in definitione desit: vt nihil redundet effluatne: vt sit aperta atque explicata: vt quid res ipsa sit, absolute explicet:* vt τὸ ὁριζόμενον & ὁρισμὸς in concludendo se tum antecedere tum consequi possint: quod græcis est ἀντιστρέφειν & ἀντικατηγορεῖσθαι.

DE
VSV DEFINITIONIS RATIONE INVENTIONIS.

CAP. XI.

I.

A Definitione præcipuus locus seu sedes est, vnde idonea ad confirmandum argumenta ducuntur. Qui locus a definitione est habitudo definitionis ad definitum. Sumitur autem hic definitio *loco medii.*

II. Ex loco a definitione ad definitum ducuntur argumenta quatuor modis, & affirmatiue & negatiue.

III. Ac affirmatiue quidem duobus modis: Priore hoc modo ex parte subiecti, vt si quæritur: Sit ne virtus expetenda? Ducitur argumentum a definitione virtutis hoc modo:

BAR *Omnis habitus bonus, ad recte agendum inclinans, est expetendus.*

BA. *Virtus est habitus bonus ad recte agendum inclinans.*

RA *Igitur virtus est expetenda.*

IV. Consequentia valet ex regula, quæ vulgo dicitur *Maxima*, Aristot. vocat στοιχεῖον, vt Ioh. Sturmius testatur, ab aliis dicitur ἀξίωμα: *Cuicunque tribuitur definitio, eidem tribuitur & definitum.*

V. Sit alia quæstio: An vitium sit fugiendum: Ducitur arg. a definitione.

BAR *Omnis malus habitus, ad praue agendum inclinans est fugiendus.*

BA *Vitium est malus habitus ad praue agendum inclinans.*

RA *Igitur vitium est fugiendum. Consequentia valet ex regula,* vt supra.

VI. Posteriore vero modo argumentum a definitione affirmatiue ducitur ex parte prædicati hoc modo. Sit quæstio: *Sitne Concha animal* cum multis sensibus destituatur.

BAR *Omnis substantia corporea, sentiens animata est animal.*

BA *Concha est substantia corporea animata sentiens.*

RA *Ergo concha est animal.*

VII. Consequentia valet ex regula: *De quocunque prædicatur definitio, de eodem prædicatur & definitum.*

VIII. Ducuntur argumenta a definitione ad definitum, & negatiue, idque rursus duobus modis. Priore quidem ex parte subiecti ad prædicatum hoc modo. Sit quæstio: *An vlla virtus hominem, eadem præditum, vilescere faciat?* Sic duco argumentum a virtutis definitione ad definitum.

CE *Nullus bonus habitus ad recte agendum inclinans, hominem, eo præditum, vilescere facit.*

LA *Omnis virtus est bonus habitus ad recte agendum inclinans.*

RENT *Igitur virtus non facit vilescere hominem.*

13.

IX. Consequentia valet iuxta Regulam, quæ dicitur Maxima huius loci: *De quocunq; negatur definitio; de eodem negatur & definitum.*

X. Sit quæstio: *An vllum vitium hominem exornet?* quam sic expedies ducto argumento a definitione vitii ad definitum.

CE *Nullus malus habitus hominem exornat.*
LA *Vitium est malus habitus.*
RENT *Igitur nullum vitium hominem exornat.* Consequentia valet iuxta maximam, vt supra.

XI. Posteriore vero ex parte prædicati argumenta ducuncuntur negatiue. Sit quæstio: *Sitne paupertas vitium?* concluditur negatiue & confirmatur ducto argumento a definitione vitii ad definitum hoc modo:

CAM *Vitium est habitus malus ad praue agendum inclinans.*
ES *Paupertas non est habitus malus, ad praue agendum inclinans.*
TRES *Igitur paupertas vitium non est.*
Consequentia valet iuxta maximam
De quocunque negatur definitio, de eodem negatur & definitum.

XII. Sit alia quæstio: *Sitne simia habens* [illegible] concluditur negatiue, & confirmatur ducto argumento a definitione hoc modo:

CAM *Omnis homo est animal rationale.*
ES *Nulla simia est animal rationale.*
TRES *Igitur nulla simia est homo.* Consequentia valet, vt supra.

XIII. Sit alia quæstio: *Sitne senectus morbus?* Si negatiue concludis, hoc modo confirmabis ducto argumento a definitione morbi.

CAM *Morbus est affectus præter naturam, actionem lædens primo.*
ES *Senectus non affectus est præter naturam primo lædens actionem.*
TRES *Igitur senectus non est morbus.*
Consequentia valet iuxta regulam, vt supra.

DE

RATIONE DVCENDI ARG. A DEFINITO AD DEFINITIONEM.

CAP. XII.

I.

Eodem modo & a definito ad definitionem ducuntur argu-

 men-

menta & affirmatiue & negatiue. In hoc loco definitum sumitur loco medii.

II. Affirmatiue hic argumentamur duobus modis: Priore quidem ex parte subiecti, hoc modo: Sit quæstio: *Sitne gloria expetenda?* Conclude affirmatiue, & sic confirmabis ducto argumento a definito ad definitionem.

BAR *Approbatio conscientiæ recte iudicantium est expetenda,*

BA *Gloria est approbatio conscientiæ recte iudicantium.*

RA *Igitur gloria est expetenda.* Item homo est albus: Ergo animal rationis capax est album.

III. Sit alia quæstio, *Sune Dialectica Theologo vt necessaria discenda?* Conclude affirmatiue & confirmabis conclusionem ducto argumento a definito ad definitionem hoc modo.

BAR *Ars definiendi, diuidendi & argumentandi Theologo vt necessaria est discenda.*

BA *Dialectica est ars definiendi diuidendi & argumentandi.*

RA *Igitur Dialectica Theologo vt necessaria est discenda.* Item: Concha est animal. Ergo Concha est corpus animatum, sentiens.

IV. Consequentia valet ex regula maxima: *Cuicunque tribuitur definitum, eidem tribuitur & definitio:* seu Cuicunque conuenit definitum, eidem conuenit & definitio.

V. Negatiue vero hic argumenta ducuntur a definito ad definitionem ratione subiecti hoc modo: Sit Quæstio: *Sitne aliquod animal rationale, quod nunquam ratione vtatur?* Concludes negatiue, & confirmabis hoc modo:

Quidam homines nunquam ratione vtuntur.

Ergo quoddam animal rationale nunquam ratione vtitur.

Consequentia valet: *A quocunque aufertur definitum, ab eodem aufertur & definitio.*

Homo non est brutum.

Ergo animal rationis particeps non est brutum.

Simia non est homo.

Ergo Simia non est animal rationis capax.

FINIS.

DOCTO, HONESTO ET PIO IVVENI

GEORGIO HOSTO,

Filio chariſſimo,

MATTHAEUS HOSTUS PATER

S. P. D.

EX illis, quæ domi hactenus condita habui: & iam publici iuris facere conſtitui, tibi, fili chariſſ. inſcribo propriamque dico meam diſputationem de ſex hydriarum apud Iohannem Euangeliſtam c. 2. capacitate. Ita tibi hanc ſeorſim dedico, vt nihilominus alii quoque vna tecum hanc communem habeant: & ſimul pro ſuo arbitrio utantur fruantur: quemadmodum tu quoque omnium, quæ nunc ſimul eduntur, cum aliis, quibus inſcribuntur, particeps es futurus. Quamobrem fac vt hæc ita legas relegasque, vt ad lectionem veterum autorum, tam ſacrorum quam profanorum, tibi vſui eſſe poſſint. Niſi enim quis hiſce meis commentariis inſtructus acceſſerit, in bonorum librorum veteribus monumentis, quod ad rem nummariam veterem & ad menſuras ac pondera pertinet, & oleum & nauatam operam turpiter perdet. Quod qui credere non vult, reipſa cum ſuo damno experiatur. Multæ autem ſunt cauſſæ, quæ te, vt virtutem ſecteris & pietati ſtudeas, extimulare debent. Id quod te facturum haud obſcure præ te fers, & ultro quoque promittis. Huc facit & id, quod iam dicturus ſum: Iohannes Blanckefeldus auiæ tuæ maternæ, Vrſulæ Harckſtronianæ, frater germanus, vir ſuit præſtantiſſ. Qui in Italia nouem annos integros Muſarum caſtra eſt ſectatus: & iuris ſtudia ita excoluiſſe tantamque famam & opinio-

nem ex[illegible] re eruditionis conſecutus eſſe dicitur, ut ſapientis cognomen meruerit in tota Italia. Appellatus enim eſt ſapiens Alemannus. Qui propter ingenii eruditionisque excellentiam & vitæ integritatem multis Cardinalibus & aliis præſtantibus Italis familiaris & charus fuit. Quin etiam ſummo Pontifici Rom. Leoni X. ex commendatione Illuſtriſſimi Principis Brandeb. Ioachimi I. innotuit, eique chariſſ. fuit: ut teſtantur Pontificis ipſius literæ eius nomine a Petro Bembo ſcriptæ & editæ. Hic ex Italia Doctor Iuris in patriam domum ad ſuos reuerſus, ab Illuſtr. Principib. mox grauibus deliberationibus perſæpe adbibitus fuit: quibus quoque ſua ſalutaria conſilia benigne communicauit. Vratislauia in Sileſia, celebris conuentus a magnis principibus eſt habitus. In quo grauiſſima controverſia duorum potentiſſ. Regum Caſimiri Poloniæ, & Matthiæ Vngariæ tandem compoſita fuit. In his comitiis Iohannes Blanckefeldus agendi partes, a principibus ſibi commiſſas, cum omnium admiratione peregit: & magnam laudem de ſua ſapientia conſecutus eſt. Idem & hic in noſtra Academia Ordinarius iuris iura fideliter docuit: Rector quoque fuit & rem ſcholaſticam ſapienter gubernauit. Sed poſtea propter nominis celebritatem hinc in Liuoniam auocatus, tribus Epiſcopatibus illic præfectus eſt. Electus enim eſt communi omnium ſuffragio & potentiorum conſenſu primum Archiepiſcopus Rigenſis, deinde Epiſcopus Derpatenſis & poſtea Reualienſis. Tanta illius eo tempore & ingenii excellentia & virtutis ac ſapientiæ exiſtimatio fuit. Hac æſtate meo iuſſu ad emolumenta quædam debita Rigam in Liuoniam es profectus: quod iter te feliciter confeciſſe ſpero. Arbitror te illic vidiſſe arcem & ſedem Archiepiſcopatus Rigæ, quam tuus ille auunculus maior, quippe auiæ maternæ frater germanus Iohannes Blanckefeldus, incoluit. Hic quoque vnus ex tuis maioribus tibi ad virtu-

virtutem calcar addere debet. Commentarius hic tuo nomini inscriptus, ideo tibi charus esse debet, quod contineat iustam declarationem aliquot vocum, mensurarum veterum, vt hydriæ, Cadi, Metretæ Attici, &c. Quæ etiam cum mensuris nostratibus potiss. Francofordianis ad Oderam exacte conferuntur. Et referri debet ad caput quintum libri primi de mensuris, quod est de Mensuris Græcis. Fac itaque fili chariss. ita tuæ vitæ actiones instituas, ut omnibus bonis probentur. Vale quam optime. Datum Francofordiæ ad Oderam Mense Martio Anno a C. N.

1 5 8 6.

DE

III.
DE
HYDRIARUM SEX CAPACITATE,
JOH. II.

Diſſertatio recognita.

MATTHAEO HOSTO
AVTORE.

I.

Ὑδρία vox græca eſt: & ab ὕδωρ. h. e. *aqua* nomen accepit. Eſt autem vocabulum commune πολύσημον, quod multis modis accipitur, multaque in genere ſignificat. Primum enim erat *vas aquarium*, incertæ fere quantitatis capacitatisque: aquæ hauriendæ & excipiendæ accommodatum.

II. *Hydria* latine redditur *ſitula*, *urceus*, *urna*: apud Plautum eſt *aqualis*, unde M. Varro *lib. 4.* de lingua latina repetit. Cicero *in Verrin. actionibus* hac voce tanquam trita, vt quæ in latinam coloniam iam tranſiiſſet, utitur.

III. ὑδρία ab ὑδρεία per diphthongum ει in media ſyllaba differt apud Ariſtophanis interpretem. Nam ὑδρία quidem, de qua hic nunc agitur, erat ἀγγεῖον. h. e. vas, quippe aquarium. ὑδρεία vero illi eſt τὸ ὑδρεύεσθαι, h. e. *aquatio*, ut Cæſar vocat, ſeu *aquari*: quod

quod Suidas repetit. Danaidum ὑδρεῖαι ἀτελεῖς. h. e. *haustus aquarum inanes*, apud *Platonem in Axiocho*, in prouerbium abierunt, de quo Erasmus *in Chiliad.*

CADVS.

IV. LXX interpretes ὑδρίαν reddunt, quod in hebræo est *Kad:* quos vetus interpres quoque sequitur, *Genes. 24. 3 Reg. 17. & 18. Eccles. 12. Iudic.* a Pagnino, ubi ter a vetere redditur *lagena*. *Cad* aliqui deriuant a verbo *lachad:* quod *cœpit, comprehendit, capax fuit*, Hebræis significat. Alii a verbo *Cadad* deducunt: quod significat *rutilauit, instar candentis tædæ canduit.* Interpretantur enim vas, quo *carbones, titiones*, tædæque ardentes olim gestabantur, *Iudic. 7. Iob. 41.*

V. Ab hac voce *Cad* hebræa est terminatione græca κάδος: & latine dicitur *Cadus*. Est autem cadus præter alia significata certa rerum liquidarum mensura, apud veteres vsitata, ut olei *Lucæ 16*, de qua dictum supra.

HYDRIÆ DIVISIO.

VI. *Hydria* varias admittit diuisiones: Primum enim ratione *materiæ*, vnde fiebat, alia erat *fictilis* & *fragilis:* quippe e luto a figulo facta: quales erunt *cadi* h. e. hydriæ Gedeonis *Iud. 7.* Ioseph. *lib. 5. ἀρχαιολ.* de eadem re loquens reddit ἀμφορέας, h. e. *amphoras*. Alia hydria est *argentea* apud *Cicer. in 4.* Verrina: alia *aurea 3 Reg. 7:* alia *lapidea*, quales sunt sex hydriæ *Iohan. 2.*

VII. Deinde ab vsu & obiectis *hydria* fuit aut *sacra*, vtpote vsui sacro destinata *3 Reg. 7. & 18. Iohan. 2.* aut profana, cuius vsus in rebus profanis erat.

VIII. Hydria profana rursus duplex erat seu alia priuata, alia publica. Ac de priuata quidem est *Gen. 34. 3 Reg. 17. Eccles. 12. Iohan. 4.* Apud Athenæum est *lib. 11: Quidam Nomades in Lybia nihil possident aliud, nisi calicem & macharam* & *hydriam*.

IX. Hydria vero publica Athenis erat *vrna iudiciaria;* in quam in publicis iudiciis coniiciebantur calculi & sortes, quibus iudices suas sententias declarabant, apud Xenophontem *lib. 1.* Prætermiss. apud Isocratem & Aristophanem.

X. Erat quoque ὑδρία *vrna*, qua defunctorum ossa recondebantur. Dio testatur, Seueri ossa recondita hydria πορφυρῦ λίθυ. h. e. *e purpureo lapide facta*. Plutarch. *in Paral.* habet ὑδρίαν χρυσήλατον. h. e. *auro factam*, in qua Demetrii reliquiæ ad filium sunt relatæ. Eandem vero Calpin quoque dici, Lud. Cœlius *lib.17. C. 20.* habet.

XI. Adhæc hydria ex relatione *ratione quantitatis*, alia erat *magna*, alia *parva seu mediocris*. Hydriam pro vase & maioris & minoris, nunc certæ nunc incertæ capacitatis, apud veteres olim in vsu fuisse, probatorum autorum testimonia satis abunde confirmant. Fuit autem vas nunc *aquarium*, vt ex allatis testimoniis constat, nunc *vinarium*, ut Iulius Pollux *lib.10.* testatur. Et hydria farinæ fuit Sareptanæ illius viduæ, de qua est *3 Reg.17.* De hydriis mediocribus incertæ capacitatis intelligi debet locus *Gen. 24. 3 Reg. 17. & 18. Ecclesiastæ 12. Iohan. 4.* *Grandes hydrias* habet Cicero *in Verrinis Action.* quales & hæ sunt *Iohan. 2.*

HYDRIÆ CAPACITAS.

XII. Apud Ponticos, quippe Ponti Euxini accolas, hydria certæ fuit capacitatis: nimirum decem sextariorum Alexandrinorum, ut Epiphan. scribit: & ad mediocres referenda est. Sextarius Alexandrinus capacior fuit sextario & græco & Romano, quippe vnciarum 24, ut alibi declaratur seu in ξέστον.

XIII. Ab hydria est & ἐφυδρία, vt Iulius Pollux *lib.10.* ex Aristophane adfert: ἐφυδρίαν δανείζειν πεντέχουν ἢ μείζονα. h. e. *Ephydriam mutuo dare quinque congiorum capacem aut maiorem.* ἐφυδρία traditur esse vrna tam vini quam aquæ, alias idem est quod ἐνυδρία. h. e. *aquæ copia.*

XIV. Plutarchus *in Solone* habet ὑδρίαν ἑξάχουν h. e. *sex congiorum capacem*: quæ metretæ Attici, qui duodecim congiorum capax fuit, dimidia pars fuit. Sic enim est quoque apud Hesychium: ὑδρία μέτρον τι ἀττικὸν μετρητῦ ἥμισυ. h. e. *Hydria mensura quadam est, metrete dimidia pars.*

XV. Extat ibidem Solonis lex de iure putei: *Si quis puteo, in suo fundo decem orgyias effosso, aquam non inuenerit, ei tum licere a suo vicino petere & accipere hydriam sex congiorum capacem: eamque quotidie*

die bis implere. Decem orgyiæ, ut alibi explicatur, faciunt pedes ſexaginta, perticas Francofordianas quatuor, & præterea duos pedes cum quadrante Sex congii Attici faciunt ſextarios Atticos quidem 36, Romanos vero 32 cum duabus quintis partibus, de his ſupra in Menſuris.

XVI. Ab hydria ſunt appellati *μέτοικοι ὑδριαφόροι.* h. e. *inquilini & advenæ Athenis,* teſte Heſychio, quod eſſent baiuli, & hydrias in feriis ſolennibus portare, & aquam ſubminiſtrare cogerentur. Hac de re ſic eſt apud Pollucem *lib. 3.* *οὕτω δὲ (σκαφηφόρους) μετοίκους ὀνόμαζον, καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ὑδριαφόρους ἀπὸ ἔργου ἑκατέρους:* h. e. *Sic autem* (ſcapharum baiulos) *inquilinos appellabant, & eorum vxores hydrias portantes ab opere & officio vtrosque.* Suidas idem, ſed paulo aliter *ex Demetrio* repetit. Ortum autem eſſe videtur ex Hiſtoria ſacra. Gabaonitæ enim terræ promiſſæ incolæ, poſtquam populum Iſraeliticum ſua calliditate circumueniſſent: &, vt ſeruos apud eos eſſe, ipſis liceret: facti ſunt *ὑδροφόροι* & *ξυλοφόροι,* vt LXX interpretes transferunt *Ioſuæ 8. & 9.* h. e. *Lixæ & calones*: qui aquas & ligna ferrent, & ad ſacrificiorum vſum ſubminiſtrarent,

HYDRIÆ SEX IOHAN. II.

I. Porro *hydriæ* apud *Iohan. cap. 2.* lapideæ longe maiores & capaciores fuerunt, quam ſunt aquales, de quib. dictum eſt ante, vt ex Euangeliſtæ textu manifeſto conſtat. Et hæ non tam a forma quam a contento & vſu, quod aquam continerent, hydriæ dictæ fuerunt.

II. *A materia,* vnde conſtant, vocantur *λιθιναί.* h. e, *lapideæ:* quod e lapide ſeu ſaxo fuerunt exciſæ & factæ: vt eſſent firmiores, durabiliores & iniuriæ minus expoſitæ.

Lapidearum hydriarum mentio fit & apud Athenæum *lib. 13.*

III. *A ſitu* dicuntur *κείμεναι,* h. e. *Sitæ, poſitæ ſeu locatæ:* quippe loco non temere mobiles, ſed quodammodo fixæ. Hæc a ſitu circumſtantia harum magnitudinem, capacitatem & grauitatem arguit.

IV. Eo quoque facit argumentum *ab vſu & fine:* quod eſſent poſitæ *κατὰ καθαρισμὸν.* h. e. *ſecundum purificationem,* ſecundum

 ritum

ritum purificandi Iudæis vſitatum: vel κτ̃ præpoſitione pro ἐις poſita, in, ſeu, ad, purificationem Iudæorum. Erant enim *vaſa aquaria* grandiora, nimirum λουτῆρες. h. e. *ſolia*, *labra*, vt doctiores vocant, *vanni*, vt eſt apud Columellam, Badewannen: in quibus Iudæi vel ſedentes lauabant, ſeſe immergebant ac mundabant: ſi ſe contra Moſe legem vel conſuetudinem pollutos eſſe ſentirent: vel manus πυγμῇ crebro certatimque abluebant, cibum ſumpturi, *Mar. 7.* Quare hæ hydriæ Euangelicæ & ſacræ ab illis hydriis & aqualibus profanis differunt cauſſis: quippe *materia, forma, capacitate, grauitate, fine & vſu.*

V. In his ſex hydriis lapideis Ieſus Chriſtus orbi terrarum Saluator promiſſus & tandem exhibitus, in nuptiis in Cana Galilææ vna cum matre & diſcipulis conuiua, aquam in vinum conuertit, & primum ſuorum ſignorum & miraculorum ſpecimen edidit.

VI. Vt autem inteligatur, quam liberale hoc nuptiale munus fuerit, hydriarum capacitas explicanda eſt: quæ facile intelligitur ex menſuræ græcæ metretæ capacitate.

ΜΕΤΡΕΤΗΣ.

VII. *Metretes Atticus* continet ſextarios Atticos quidem 72, Romanos vero 64 cum quatuor quintis partibus. Metretem Atticum hic accipiendum eſſe, duabus potiſſ. cauſſis moueor: Priore quidem quod hic μετρητὴς Iohanni Euangeliſtæ ignotus eſſe non potuerit: quod is ſuum Euangelium græce ſcripſerit, ab Aſiæ Epiſcopis rogatus. Idipſum autem edidit Epheſi: quæ eſt vrbs græca Ionica in minore Aſia, vt Herodotus *lib. 1.* teſtatur. Poſterior ratio eſt, quod hic μετρητὴς batho hebraico capacitate par ſit, vt ante a me eſt declaratum: qui bathus Iohanni Iudæo vtique notiſſ. fuit.

IIX. Quod ſi itaque ſingulæ hydriæ binas metretas cœperunt, vt Euangeliſta ſcribit, vna hydria capax fuit ſextariorum Atticorum quidem 144, Romanorum vero 129 cum tribus quintis partibus: qui faciunt menſuræ Francofordianæ totidem noſſellas ſc. 129. cum tribus quintis partibus.

IX. Sex vero hydriæ hac ratione efficiunt metretas duodecim,

cim, amphoras Rom. ſedecim cum ſextariis Rom. nouem & tribus quintis partibus.

X. *Francofordianæ menſuræ* facit Noſſellas 777 cum tribus quintis, quartas 388 cum ſemiſſe: vnde colliguntur tonnæ Francofordianæ tres, & reſtant quartæ 58 cum ſemiſſe.

XI. *Tonna Francofordiana* iuſta cereuiſiaria, cui *tonna Bernauiana* par eſt, continet ſextarios Atticos quidem 244 cum 8 decimis octauis partibus: Romanos vero 220, Noſſellas Francofordianas totidem ſ. 220, quartas 110, quot ſunt libræ Zygoſtaticæ in lapide centenario, pondere hic Francofordiæ ad Oderam vſitato.

XII. Menſuræ vero Romanæ eadem tonna continet amphoras Rom. quatuor & præterea vrnam cum quatuor ſextariis Rom.

XIII. Sin vero ſingulæ hydriæ ternas metretas cœperint, vna hydria capax fuit ſextariorum Atticorum quidem 216, Romanorum vero 194 cum duabus quintis: qui totidem Noſſellas Francofordianas faciunt:

XIV. *χωρῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς*: *ἀνὰ* hic accipitur diſtributiue: hoc eſt, *ſingulæ capientes metretas duas aut tres. Matth. 20. ἀνὰ δηνάριον ἔλαβον.* h. e. *ſinguli denarium acceperunt. Lucæ 9: μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν*, h. e. *Neque duas tunicas ſinguli habete.* Facit hac ratione vna hydria amphoras Rom. quatuor, & præterea ſextarios duos cum duabus quintis.

XV. Sex vero hydriæ, ternarum metretarum capaces, hac ratione ſimul faciunt metretas octodecim, totidemque bathos hebraicos, cum ſint menſuræ pares. Hinc colliguntur libræ Rom. menſurales quidem 1944: ſed ponderales 1800, Zygoſtaticæ 1350.

XVI. Romanæ vero menſuræ faciunt hydriæ ſex amphoras Rom. 24 & ſextarios 14 cum duabus quintis partibus.

XVII. Menſuræ Francofordianæ facit Noſſellas 1166 cum duabus quintis partib. quartas 583 cum duabus Noſſellæ partibus. Inde conficiuntur tonnæ Francofordianæ quinque & reſtant quartæ 33 cum duabus quintis Noſſellæ partibus.

XIIX. Hæc certa & vera eſſe tum grauiſſimrum veterum autorum in tribus præcipuis linguis mirus conſenſus, tum vero

accurata ac diligens cum nostratibus & vasis hodie vsitatis, collatio perspicue demonstrat.

XIX. Hinc profecto constat: hoc Iesu Christi, coniuux nuptialis, munus nuptiale satis liberale fuisse: vt quo non solum nouos coniuges honorare, eorumque inopiam subleuare: sed etiam multo magis futuræ necessitati prospicere & consulere voluerit: ne, si mox a nuptiis nihil aliud, nisi meram inopiam & paupertatem sibi superesse viderent, animum statim desponderent,

XX. Minime vero putandum est, tantam vini copiam, ποσγάμοις in hunc vsum a Iesu Saluatore donatam esse, vt coniux sese vino immodice ingurgitarent: & id vinum totum in nuptiis absumerent: Sed potius vt ipsi noui coniuges in vsus necessarios reseruarent: vnde vitam in posterum sustentarent.

CAVSSA FINALIS.

I. *Caussam finalem, vsum* & *fructum* huius historiæ, & miraculi duplicem Euangelista ipse indicat, cum inquit: καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ. καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. h. e. Et *manifestauit gloriam suam*: & *crediderunt in eum discipuli eius*. Hic enim præcipuus & verus finis & vsus huius miraculi fuit. Primum vt ex aqua in vinum conuersa discipuli cognoscerent certoque statuerent, hunc Iesum Nazarenum esse verum Deum & verum illum Messiam, h. e. Christum, iam olim quidem Iudæis per Prophetas promissum, iam vero postquam temporis plenitudo venit, mundo certo tandem exhibitum Saluatorem.

II. Deinde vt hoc miraculo moniti in ipsum crederent, eum reciperent, vt ipsorum fides confirmaretur: ne de eius doctrina amplius dubitarent: & vt suæ salutis vitæque æternæ certiores redderentur.

III. Christus ipse *Matth. 11. Luc. 7.* Iohannis discipulos, ad se missos, monet: ne sua vilitate & humanitate offendantur: sed a sua specie externa contempta auocatos ad sua ipsius opera remittit: & miracula, quæ sunt eius actus proprii & natiui, intueri iubet, cum inquit: *Et respondens Iesus ait illis: Euntes renunciate Iohanni, quæ auditis & videtis: Cæci vident: claudi ambulant: leprosi mun-*

mundantur: surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes euangelizantur: & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Hæc autem omnia prædicta sunt: & copiosius referuntur apud Esaiam Prophetam *cap. 35. & 61.*

IV. Vult enim Deus ex suis actibus, operibus & miraculis agnosci: & suam doctrinam de remissione peccatorum, de vera iustitia & iustificatione, de vera salute & vita æterna hisce certiss. testimoniis confirmari ac velut consignari.

V. Hæc sunt, quæ hoc tempore de sex hydriarum capacitate in gratiam studiosorum commentari & liberaliter communicare volui: & spero, imo potius confido, hanc meam operam & gratificandi voluntatem vt vtilem ita quoque maxime gratam fore.

VI. Porro aliorum doctiorum de his hydriis sententias qui legere & nosse voluerit, ex ipsorum scriptis petat, licet: & si quæ ex illis certiores visæ fuerint, vt eas amplectatur, per me liberum erit cuique.

VI. Sed hic dissimulandum non est: Pro his Euangelicis hydriis in multis locis passim monstrari alias hydrias: quæ vt visui patet, non sunt lapideæ, sed potius fictiles, κεράμια, vasa fictilia, e luto a figulo formata & in fornace cocta. Quæ procul dubio sunt hydriæ adulterinæ, suppositıtiæ, & fictitiæ, in locum verarum substitutæ. Qualis traditur monstrari *Magdeburgi* in Ecclesia Cathedrali Canonicorum, *Quedelburgi*, *Rauennæ* in Italia, *Pisis*, *Cluniaci*, *Andegaui*, ad Saluatoris in *Hispania*. Imposturam autem & mendacium arguit & materia, vnde sunt factæ, & capacitas: quod quædam ex iam dictis vix congio sint capaciores; vt alia multa hic taceantur. Qua de re consule Libellum Iohannis Caluini, cui titulus est:

De reliquiis colligendis.

FINIS.

REVE-

REVERENDO VIRO,

DN. VALENTINO BECKER,

Artium ac Philoſophiæ Magiſtro,
verbi divini hic apud Francofordianos ad Oderam miniſtro fideliſſ.

GENERO CHARISSIMO

MATTHAEVS HOSTVS SOCER

S. P. D.

IN editione meorum operum, quæ hactenus domi apud me continui, tibi, gener chariſſ. inſcribo propriamque dico Fabricam Arcæ Noah, quam vehementer expetis, opus eruditum & varium: quod te delectare poteſt. In quo præter alia quædam inſigne exemplum proponere volui. Quæ ſit ratio erudite ac copioſe explicandi res magnas per omnes ſuas cauſſas. Prudenter autem facis, quod has politiores literas non negligis: quibus a primis ſtatim annis gnauiter incubuiſti: & tam linguis, quam Philoſophicis ſtudiis bonam operam nauaſti. Quæ elegantiores literæ quid in ſtudio Theologico utilitatis tibi adferant, reipſa iam experiris. Quod tantum abeſt vt aliquid incommodent, vt nonnulli ſtulte opinantur, vt etiam valde promoueant, commodentque. Nam qui his bene inſtructi ſunt, multo felicius in veteribus autoribus tam ſacris quam profanis verſantur. Contra ſtulte faciunt, qui has literas politiores non ſolum turpiter negligunt, ſed etiam flagitioſe contemnunt, quaſi ad ſacras literas reverentius tractandas

parum

parum conducant. Sed isti suæ inertiæ, ignauiæ ac inscitiæ hoc velut pallium quærunt ac prætendere conantur. Perge itaque vt cœpisti, gener chariss. his ingenuis artibus & sacras literas ornare. Hoc nostrum seculum est valde eruditum & politum: in quo a doctis viris multa eruditiss. & vtiliss. scripta de grauiss. controversiis Theologicis in lucem eduntur: quæ non nisi a liberaliter institutis vtiliter leguntur & recte intelliguntur. Vt autem hoc scriptum rectius intelligatur, huc accersendum est caput de Mensuris interuallorum hebraicis ex libro tertio. Vale gener chariss. vna cum tuis meisque chariss. quam rectiss. & me senem tuis nostraque Ecclesiæ piis precibus commendo. Datum

Francoford. ad Oderam mense Aprili Anno
a C. N. MDLXXXVI.

I V.
IN FABRICAM ARCAE NOAH.
Genes. VI.
Diligens inquisitio recognita.
MATTHAEO HOSTO
AVTORE.
Deo favente & Musis aspirantibus.

NAZIANZENVS.

Ζηλῶ Νῶε κιβωτὸν, ἵνα κακὸν αἰνὸν ἀλύξω.

CYRI THEODORI PRODROMI IN NOAH DILVVIVM ἐπίγραμμα τετράστιχον.

ἡ τοῦ θεοῦ μὲν αὐτάγαθος χρηστότης
οἰκτῶν ἐπέστησε τὴν πάντων κτίσιν.
ὁ τῶν βροτῶν δὲ πλημμελέστατος βίος
κατέκλυσε ξύμπαντα αὐτὴν ἀθρόον.

DILUVII CAUSSÆ.

CUm Mundus annos MDCLVI iam stetisset: & homines multiplicari cœpissent: vitia quoque & peccata hominum, ut fit, mirum in modum creuisse & aucta esse, sacra historia refert: Hominum peccata hæc erant,

PEC-

PECCATA.

I. Primum erat *vagarum libidinum confusio* : quod filii Dei filias hominum videntes, quod pulchræ essent, acceperunt sibi uxores, quas elegerunt ex omnibus.

II. Deinde erat *summus contemptus verbi Dei*, & cultus Diuini neglectus, cum inquit: *Non iudicabit Spiritus meus in homine perpetuo.*

III. Adhæc erat *tyrannica gubernatio*, cum inquit: *Erant autem Nephilim super terram.* h. e. Gigantes, qui imbecilliores per vim oppresserunt.

IV. Præterea erat *panis saturitas*, omnium rerum abundantia & summus luxus. Euangelista Matthæus *cap. 24.* summam securitatem fuisse notat, cum inquit: *Sicut autem in diebus Noe, edebant, bibebant, nubebant, ducebant, &c.*

V. Berosus *lib. 1.* & alia hominum horrenda scelera enumerat. Sic enim inquit: *Scribunt illis temporibus circa Libanum fuisse Enos vrbem maximam Gigantum: qui uniuerso orbi dominabantur, ab occasu solis vsque ad ortum. Hi vastitate corporis ac robore confisi inuentis armis omnes opprimebant: libidinique inseruientes, inuenerunt Papiliones & instrumenta Musica, & omnes delicias. Manducabant homines: & procurabant aborsus: in edulinmque præparabant: & commiscebantur matribus, filiabus, sororibus, masculis & brutis: & nihil erat sceleris, quod non admitterent contemptores religionis & Deorum.* Hæc Berosus.

VI. Videns autem Deus, quod multa hominum malitia in terris esset: & cuncta hominis cordis cogitatio ad malum semper intenta, hominem fecisse adeo eum pœnituit, vt scelerum iustus vindex, quos creauerat, diluuio aquarumque inundatione a terræ superficie mox funditus perdere & abolere certo statuerit.

VII. Pœnitentia Deo tribuitur ἀνθρωποπαθῶς: quod *duplex Dei sit voluntas*: una quidem *beneplaciti*, qua Dei consilia sunt prorsus ἀμετάτρεπτα: quorum eum pœnitere non potest. Altera vero Dei voluntas *est signi*: & hæc est mutabilis. Mutat enim Deus signa, vbi vult: Sic circumcisionem aboleuit: & in eius locum baptismum surrogauit: hæc sententia tolerari potest.

VIII. D. Lutherus vero hæc simplicius intelligit de iis, qui

sunt in ministerio: quod hæc sentiant: & quod, cum vident hominum malitiam ac peccata, dolore afficiantur, qui publico verbi ministerio funguntur: adeo ut eos pœniteat: & præ mœrore consultius esse putent: hominem non esse, quam tam malum esse. Contristatur itaque Spiritus S. in piis impietate & malitia hominum, ad *Eph. 4.* Qua de re consule Petrum Martyrem in *caput 15. lib. 1. Regum.*

IX. Ne vero hoc diluuium oscitantes & securos opprimeret, multo ante, nimirum centum viginti annos, Deus ipse idipsum per Noah summum Prophetam prædixit: satis longum tempus ad maturam & seriam pœnitentiam concessurus. Hæc enim diuini decreti promulgatio de mundo perdendo executionem antecessit annos centum & viginti: vt intelligatur Noah prædicare cœpisse nondum ducta uxore.

X. D. Hieronymus hos CXX annos intelligit de singulorum hominum ætate: Alii de humanæ vitæ spacio accipiunt: sed neutrum satis conuenit. Quin potius Deus CXX annos futuro diluuio præfinit: quod tamen anno centesimo euenit, vt D. Hieronymus arbitratur. Inualescente enim hominum malitia Deus, scelerum vindex, ad supplicium properare voluit. Verum potius censendum est: Noah etiam antequam uxorem duxit, prædicare cœpisse: & Deum esse veracem, qui futurum generis humani interitum CXX annos ante prædixerit.

XI. Sed vt in justa indignatione immensæ quoque bonitatis suæ ac misericordiæ mere paternæ memoria & exemplum apud omnem posteritatem extaret, Noah virum iustum, iustitiæ præconem, vt D. Petrus vocat, ab Adamo decimum, ut est *1 Paralip. 1.* Arcam ædificare iubet, vt in hac arca ipse cum suis & cum animantibus, de quibus Deus ipse præceperat, in futuro diluuio seruaretur. Fuit enim tum Noah tanquam summus Pontifex & Propheta.

ARCAE FABRICA.

XII. Porro huius Arcæ Noah Fabricam diligenti & pia consideratione, & iusta per caussas ac circumstantias omnes explicatione dignissimam esse, nemo, credo, sanæ mentis homo negatu-

rus eſt. Vult enim haud dubie Deus, vt omnes, quotquot ex Noah Patriarchæ poſteritate ſumus, hoc admirandum noſtræ ſalutis beneficium, a Deo Opt. Max. ex mere paterna bonitate nobis collatum, agnoſcamus, memori mente recordemur, perpetuo prædicemus: & pro eodem, ut par eſt, plene gratias agamus.

XIII. Magnam ſane lucem huic hiſtoriæ allatura eſt erudita fabricæ huius conſideratio, & perſpicua per cauſſas omnes declaratio. Quamobrem nos in gratiam eorum, qui huiusmodi eruditis commentationibus, quæ e ſapientis vetuſtatis monumentis eruuntur ac depromuntur, delectantur, pleniorem, eamque methodicam fabricæ huius arcæ explicationem adferemus.

ARCÆ CAVSSÆ,

EFFICIENS I.

XIV. Cauſſa itaque *efficiens principalis, dominans, primaria* & *mandans* eſt Deus ipſe: qui, vt ſapientisſimus Architectus, hoc ædificium Noah ipſi delineat, deſcribit, præſcribit: & iuſtisſima ampliſſimaque mercede propoſita, quippe futuræ ſalutis ex horrendo generis humani interitu ſpe certisſima, ædificandum locat.

XV. *Noah* vero *eſt cauſſa efficiens ſecundaria, obſequens*, Deo mandanti obediens: qui hac tanta certæ liberationis ſpe concepta, hoc ingens opus, & ædificium amplisſimum & auguſtisſimum ædificandum redimit: adhibitis ad id operariis ac miniſtris famulantibus idoneis.

XVI. Qua de re ad Hebræos ſic dicitur: *πίστει χρηματισθεὶς Νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων, εὐλαβηθεὶς κατεσκεύασε κιβωτὸν εἰς σωτηρίαν τοῦ οἴκου αὐτοῦ, δι᾽ ἧς κατέκρινε τὸν κόσμον, καὶ τῆς κατὰ πίστιν δικαιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος.* h. e. *Per fidem diuinitus admonitus Noe de iis, quæ nondum videbantur, reuerentia ductus apparauit arcam ad ſalutem domus ſuæ: per quam arcam condemnauit mundum, & eius, quæ ex fide eſt, iuſtitiæ factus eſt heres.*

CAVSSA FORMALIS, ARCÆ APPELLATIONES.

II.

XVII. Ad *caussam formalem* pertinent huius ædificii appellationes: quod res a forma fere appellentur. Nam vt & Philosophi dicunt: *Forma est, quæ dat rei esse:* vnde res & appellationes & nomina sortiuntur.

THEBAH.

XIIX. Ac Moses quidem in sua lingua Hebræa id ædificium vocat *Tebah*: quam vocem huius linguæ peritiores, vt Iohannes Forsterus, a verbo *banah* deriuant. Quod etsi in hac lingua sua longe sit significantius, verbo tamen ædificandi vtcunque latine reddunt. Alii deriuant a radice *Tif*.

XIX. Significat autem *Thebah* hoc loco *ædificium* non quodlibet: sed magna cura & arte exædificatum: & in suas mansiones ac domicilia, tanquam in certas regiones, cameras, cellas ac velut in nidos iusto ordine distributum, sapienterque ita dispositum, vt in eo commode habitare liceat.

XX. Θῆβαι, *Thebæ*, vrbs Ægyptia antiquissima, quæ Homero sunt ἑκατόμπυλοι. hoc est, *centum portarum lib. Iliad. 9.* inde appellari videri possunt. Homeri versus sunt:

αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστην
ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν.

XXI. Vsurpatur autem hæc vox *thebah* de opere tam paruo abiectoque, quam de magno angustoque, vt exempla testantur. Ac de paruo quidem exemplum extat *Exodi 2*: Vbi scriptura Mosen infantem, cum per fidem cælatus esset tres menses a suis parentibus, ad *Hebr. 11*: nec amplius cælari posset, *theba* a matre impositum esse refert:

XXII. LXX interpretes græci vocem hebræam in hoc Exodi loco retinent: sed nonnihil luxatam. Sic enim græcus textus habet: καὶ ἔλαβεν αὐτῷ ἡ μήτηρ αὐτοῦ θίβιν παπύρου. h. e. *Accepit ei mater eius thiben e papyro.* θίβιν quidem scribunt, facta terminatio-

ne

ne ad formam nominum secundæ declinationis apud græcos. Priorem vero syllabam per η græcum, quod in e longum apud Latinos vertitur, & non per i scribendum esse arbitror: quod Zere apud Hebræos in priore syllaba vocis *thebah* æque sit vocalis longa, atque η græcum.

XXIII. Vetus interpres latinus in Exodo reddit *fiscellam scirpeam*: Pagninus *arcam junceam*: vterque a forma & materia: Iosephus vero *lib. 2.* vocat πλέγμα & κοιτίδα. h. e. *Contextum & Cunas*; quod Cunarum instar e iunco, scirpo vel papyro textura esset, a forma & fine.

XXIV. De magno vero ædificio hac voce *Thebah* Moses vtitur hic Genes. 6. Et a LXX hic redditur κιβωτὸς: a Iosepho λάρναξ. h. e. *arca, capsa*: & a vetere interprete latino transfertur *arca*. Berosus autem *lib. 1. vocat nauem*, sed instar arcæ coopertam. Berosi verba sunt: *Is* (Noah) *timens, quam ex astris futuram prospectabat cladem, anno LXXVIII ante innundationem nauim instar Arcæ coopertam fabricare cœpit, &c.*

XXV. Longe vero significantius Carmina *Sibillina* appellant δουράτεον δόμον: item δουράτεον οἶκον *lib. 1*: item οἶκον ὑλοτόμον tam a materia, quam a forma & fine. Quæ appellationes a forma a materia & a fine factæ huic ædificio sunt impositæ: quæ etsi tam græcæ quam latinæ appellationes, si propius inspicias & proprie accipias, longe sunt angustiores, quam vt huius operis augustiss. amplitudini respondeant.

XXVI. Κιβωτὸς enim latine *arca* & *capsa dicitur, cui vestes includuntur: aut alia res pretiosa conduntur*. Sic λάρναξ itidem redditur *capsa* & *arca*. Apud Homerum *Iliad. vlt.* Hectoris ossa, χρυσείην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑλόντες. Apud Ioseph. de *Captiu: Iudaica, & Thucid. lib. 2.* est etiam arca seu loculus, quo defuncti cadauer effertur. Plutarchus & Lucianus *nauem*, qua Deucalio in suo diluuio saluus euasit, λάρνακα vocat.

XXVII. Sed per μεταφοράν tamen huc recte accommodari intelliges, si diligentius expendas. Quod, quemadmodum res pretiosæ in Arca diligenter conduntur, solicite concluduntur, vt conclusæ tuto conseruentur: ita Noah cum suis in hac Arca

bene

bene munita conclusus ac conseruatus sit sub aquarum inundatione.

XXIIX. Porro obiter obseruandum est (quod a LXX redditur *κιβωτὸς Exodi 25. 1. Reg. 4. 3. Reg. 8:* & repetitur ad *Hebr. 9:* a Latino autem interprete transfertur *arca fœderis*) aliam esse in hebræo vocem, & a voce *Tebah* diuersam, *Genes. 6. Exodi 2:* nimirum *Aron.* Iosephus hanc nonnihil variauit in græca lingua. Sic enim habet libro tertio *capite 6.* de eadem re loquens: ἡ δὲ (κιβωτὸς) ἑώρων μὲν καλεῖται κατὰ τὴν ἡμετέραν γλῶτταν, &c. h. e. *Hæc vox* (arca) *Heoron quidem vocatur in nostra lingua.* Sic autem vocatam arbitratur Iohannes Forsterus a materia s. a ligno: quod lignum quidam ornum interpretantur: vt ad hebræam originem alludere videatur: sed ad rem redeo.

CAVSSA MATERIALIS

III.

XXIX. *Materia* huius ædificii est commodissima, quippe *gopher:* quod alii *abietem*, alii *pinum* vertunt Kyfern Holtz: vt vox germanica ad fontem hebræum quodammodo respiciat alludatque. D. Lutherus Tennen Holtz interpretatur. Chaldæus paraphrastes *Cedrum* exponit. Arbitrantur autem esse lignum tum ad fluitandum leuissimum, tum quod materia aduersus putredinem & cariem æterna constet: idque propter vnctuositatem, vt barbare loquuntur.

XXX. LXX transferunt *ξύλα τετράγωνα* a *materia* & *forma* accidentali. h. e. *ligna quadrangula:* quippe exacte, vt ad ædificium apta essent. *quadrata.* Eodem modo & vetus interpres leuigata reddit a forma, vt ad ædificium arte exasciata esse intelligas.

FORMA INTERIOR.

XXXI. Ad *formam* quoque pertinent, quæ sequuntur. Primum enim hanc arcam distinguere, & in multos ac diuersos velut nidos distribuere iubet. *Kinnim* enim in plurali nidos significat, a verbo *Kinnen*, quod *nidicauit* redditur: & LXX *νοσσιὰς.* h. e.

nidos

nidos recte reddunt. Quæ omnia propter metaphoram recte dicuntur pro *mansiunculis, domiciliis, cellis* & *cameris* distinctis: quibus diuersa animalia, cum inter ea conuenire non posset, discluderentur ac discernerentur.

XXXII. Has mansiunculas ac cameras ad duos parietes vtrinque dextra læuaque in tribus cœnaculis & tabulatis ita dispositas fuisse intelligatur, vt inter utrasque in medio omnium tabulatorum transitus satis amplus sit relictus: per quem meare & remeare, animalia quæque in suis cellulis inuisere & perlustrare, ac pascere licuerit.

XXXIII. Fuit enim *arcæ latitudo* cubitorum quinquaginta, pedum græcorum septuaginta quinque: qui ultra quinque perticas Francofordianas faciunt, quibus agros, vineas, prata, &c. metiuntur.

PIX KOPHER.

XXXIV. Deinde eandem arcam iubet *picare ac bituminare* & foris & intus. h. e. pice & bitumine aduersus omnem aquarum vim & iniuriam diligenter oblinere, tegere, ac bene munire. *Kopher* a verbo *Kaphar*, quod *texit, operuit*, &c. significat, deducitur: & a LXX ἄσφαλτος, & a vetere latine *bitumen* recte redditur. Hoc bitumen, ut Augustinus refert, traditur fuisse *feruentissimum gluten*: cuius est talis virtus & efficacia, ut ligna eo oblita, nec a vermibus exedi, nec a solis ardore, nec a ventorum flatibus, nec ab aquarum inundatione fathiscere ac dissolui sinat: de quo consule Plinium *lib. 35. c. 15.* Alii picem vocant: & significat materiam glutinosam: quo quippiam oblinere & operire licet.

XXXV. Hæc autem omnia ideo a Deo tam accurate Noah de Arcæ fabrica mandantur: vt maiore fiducia hoc ædificium exædificaret: & certiss. futurum existimaret, statueretque esse id, quod prædicebatur: ut in totius generis humani interitu cum suis seruaretur: & futuri mundi seminarium, origo & propago esset.

ARCÆ AMPLITVDO.

XXXVI. Sequitur huius *ædificii amplitudo*: quod longitudo quidem fuerit cubitorum CCC: latitudo vero cubitorum L:

 sed

sed altitudo xxx: vt quam augustum hoc ædificium fuerit, intelligatur. Quæ magnitudo vt innotescat, cubitus, mensura hebraica, qua Moses hic utitur explicandus erit.

MENSVRÆ INTERVALLORVM.

XXXVII. Tres sunt omnino *intervallorum* apud Hebræos mensuræ usitatæ, *Tophach, Zereth*, & *Ammah*: quæ a LXX recte redduntur παλαιστὴ, σπιθαμὴ & πῆχυς. Sic & Iosephus reddit, LXX secutus. Interpres latinus vetus recte quoque interpretatur palmum, dodrantem, & cubitum. Etsi vero certo sciri nequit: an hæ mensuræ hebraicæ cum græcis prorsus eædem eiusdemque quantitatis fuerint: nihilominus tamen illis non minores esse, sed quamproxime ad eas accedere, G. Agricola certis coniecturis colligit.

AMMAH, CVBITVS.

XXXVIII. *Ammah* Hebræis est *cubitus*, brachii nimirum pars, qui a certitudine & firmitate sic dicitur: quod huic innitimur. Ab huius membri parte anteriore *Ammah* mensura cubitalis, quam cubitum vocamus, in vsum venit. Hunc cubitum duplicem esse e scripturæ sanctæ autoritate constat. Alius enim cubitus est *profanus*, qui cubitus *communis* & vulgaris quoque dicitur: alius *sacer*.

CVBITVS PROFANVS.

XXXIX. *Cubitus profanus* seu communis *Deuter. 3. cubitus viri* dicitur: quem vetus interpres *mensuram cubiti virilis manus* vocat, ut intelligas cubitum, quo vulgo utebantur. Hic cubitus vulgaris sesquipede græco constat h. e. duobus pedis dodrantibus, sex palmis, octodecim unciis, viginti quatuor digitis græcis. Minime enim probari potest, quod Iohannes Forsterus & alii nonnulli habent: *Cubitum communem continere quinque palmas*, h. e. quinquies quatuor digitos transuersos. h. e. viginti Ioseph. *lib. 3. c. 6.* duas spithamas. h. e. duos pedis dodrantes huic cubito tribuit. Quod enim est *Exodi 25.* ubi de Arca fœderis loquitur: *Duorum cubitorum & semis erit longitudo eius*; id Iosephus interpretatur

tatur de eadem arca loquens: *μῆκος μὲν ἦν αὐτῇ (κιβωτῷ) πέντε σπιθαμῶν.* h. e. *Longitudo quidem erat ei (arcæ) quinque dodrantum.* Deinde quod est ibidem: *Cubitus vero & semis latitudo eius*, &c. id Iosephus exponit: *τὸ δὲ εὖρος καὶ τὸ βάθος τριῶν σπιθαμῶν.* h. e. *Latitudo vero & profunditas seu crassitudo trium dodrantum:* qui itidem cubitum cum semisse faciunt: *σπιθαμή* græca redditur latine dodrans: vtrunque constat palmis ternis, vnciis nouenis, digitis duodenis: & idem est quod *Zereth*.

CVBITVS SACER.

XL. *Sacer* vero *cubitus* est, qui hunc cubitum vulgarem hebraicum habet & præterea palmum. h. e. qui constat septem palmis; unde *palmicubitus* a nonnullis vocatur, ut est apud Georgium Agricolam. Id certo constat ex hebræo textu, e LXX interpretibus, & e vetere interprete latino, *Ezech. cap. 43.* cum inquit: *Istæ autem mensuræ Altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum & palmum.*

XLI. Hisce duabus cubiti speciebus tertium cubitum præter sacræ scripturæ autoritatem nonnulli adiicere conantur, quem vocant *Geometricum*; & sex cubitis communibus definiunt; sed nihil probant.

XLII. Quod arcæ magnitudinem Deus ipse præscribit, vt longitudo quidem cubitorum esset trecentorum: latitudo vero cubitorum quinquaginta: sed altitudo triginta; id fit, ut hac ratione iusta sit *συμμετρία* & conueniens proportio: quod longitudinis ad latitudinem quidem proportio sit sextupla, ad altitudinem vero decupla.

ARCA AD COMMVNEM CVBITVM EXTRVCTA.

XLIII. Porro cum cubitorum sit diuersitas, iure quæritur, quo cubito sit usus Moses in hac Arcæ fabrica: *communine* an *sacro*, an *vero geometrico*? Ego vero in hanc sententiam certis rationibus non temere adducor, ut credam, Mosen hic in arcæ structura usum esse cubito communi non sacro neque geometrico.

XLIV. Primum enim Moses hic *Genes. 6.* utitur voce *Ammah:*

mah: quæ cubitum menſuram ſignificat uſitatam: nec ullam addit diſtinctionem, qua differentia notaretur. Deinde LXX interpretes eodem modo πῆχυν reddunt, itidem ſine adiectione, quæ vox *cubitum* quoque ſignificat. Accedit Ioſephi autoritas *lib. 1. c. 4:* qui vocem hebraicam *Ammah* πῆχυν quoque interpretatur. Poſtremo & vetus interpres latinus recte etiam cubitum reddit abſque ulla differentiæ nota. Quocirca cum tantus ſit cum ſacra ſcriptura interpretum conſenſus, horum autoritatem non temere eleuandam aut contemnendam eſſe cenſeo: & ad hunc communem cubitum arcam a Noah exædificatam eſſe arbitror. Idque hanc quoque ob cauſſam: quod hæc domus, ad hunc communem cubitum extructa, tanto animantium in eadem concluſorum, numero abunde ſufficere potuiſſe videatur. Nam trecenti cubiti longitudinis faciunt pedes græcos 450, latitudinis vero cubiti 50 ſunt pedes 75: ſed cubiti triginta altitudinis efficiunt pedes 45.

ARCÆ AREA.

XLV. Hæc in ſe ducta efficiunt *Arcæ aream*, eamque triplicem præter *ſtercorariam*, *cubitorum* quidem quadratorum 15000, pedum vero quadratorum 33750. Si in hanc longitudinis & latitudinis ſummam ducta fuerit altitudo 30 cubitorum, tum interior capacitas erit cubitorum quidem cubicorum 450000: pedum vero cubicorum 1518750 excepto tecti arcu. Qua ratione longitudo quidem eſſet noſtratis menſuræ, hic Francofordiæ ad Oderam vſitatæ, quippe perticarum triginta unius & præterea quatuor cubitorum cum quinque digitis. Latitudo vero eſſet quinque perticarum cum duobus cubitis & undecim digitis. Sed altitudo contineret tres perticas, cubitum vnum cum nouem digitis.

PERTICA FRANCOFOR-DIANA.

XLVI. Hæc *pertica Francofordiana*, quæ vulgo dicitur Rute, conſtat pedibus quidem græcis quatuordecim cum quinque digitis: Romanis vero quindecim ὡς ἔγγιστα. Decem itaque cubiti hebraici

hebraici hanc nostratem perticam Francofordianam vndecim digitis græci pedis superant.

XLVII. Facilior autem dimetiendi hanc Arcam ratio fuerit, si perticam adhibeas decem cubitos hebraicos longam: quæ nostratem perticam vndecim digitis græcis superat: vnde facile quis colligat Arcæ longitudinem esse quidem harum perticarum triginta, latitudinem vero quinque sed altitudinem perticarum trium.

XLIIX. Qua ratione Arcæ area interior continet perticas quadratas centum quinquaginta, ducta latitudine in longitudinem. Quod si altitudo trium harum perticarum in hanc aream ducta fuerit: tota Arcæ cauitas interior continebit perticas denarias 450 cubicas.

ARCÆ TECTVM.

XLIX. Huius ædificii *tectum* propemodum *planum* fuisse, historia sacra refert. Fuit enim *instar arcus curuum*: qualia fuerunt fere ædificia apud populos orientales, vt constat ex historia noui testamenti: quod sæpe ascendunt in *solarium*. h. e. tectum soli expositum; & inde sint concionati. Europæa tecta nostratia fere sunt acuminata & fastigiata.

L. Sectio arcus tecti, qui vnum tantum cubitum in medio altus est, continet, ut artifices tradunt, cubitos cubicos 8100: alii habent tantum 3100. Hæc simul addita totum Arcæ inane faciunt cubitorum cubicorum 458100: perticarum cubicarum 458 cum parte decima, excepto spacio eo, quod ligna, ex quibus Arca extructa fuit, occupabant.

LI. Quod si quis tamen morosior hanc domum ad cubitum sacrum, licet nulla hic mentio fiat, conditam esse contendere velit: septima parte eadem Arca amplior futura est: vt longitudo sit cubitorum quidem communium 350: latitudo vero cubitorum 58 cum triente: sed altitudo contineret cubitos 35. Qua ratione in longitudine sunt perticæ denum cubitorum communium 35: in latitudine quinque cum quatuor quintis partibus & duobus palmis: Sed in altitudine sunt tres perticæ cum semisse.

CVBITVS GEOMETRICVS.

LII. Origenes autem, cui D. Augustinus suffragatur quoque, hanc arcæ structuram ad *cubitum geometricum* factam esse arbitratur: veritus nimirum ædificium hoc, si ad cubitum communem factum esset, longe angustius fore, quam vt tantæ animantium multitudinis satis capax fuerit. Verum hac ratione hoc ædificium nimis augustum, quin potius nimis enorme futurum erat: quippe sexies amplius, hoc est, sexies longius, latius & altius: vt cuius longitudo quidem fuisset cubitorum communium 1800, pedum græcorum 2700: latitudo vero cubitorum 300, pedum 450: sed altitudo cubitorum 180, pedum 270. Faceret longitudo quidem perticas illas denarias 180, latitudo verò 30, sed altitudo 18.

LIII. Sed hanc ædificii enormem molem minime concedendam esse arbitror: quod longitudo instar iusti oppidi fuisset, & sacræ scripturæ minime consentanea esse videatur. Nam tota interior Arcæ inanis cauitas capacitasque, excepto tecti arcu, pedum quidem fuisset cubicorum ter millies ducenties & octuagies centenorum & quinquaginta millium 328050000: cubitorum vero cubicorum nongenties septuagies bis centenorum millium 97200000: quæ faciunt perticas denarios nonaginta septem millia ducentas 97200.

CVBITVS, VLNA, Elle.

LIV. Porro ne quampiam moueat germanica translatio, qua cubitus redditur Elle: apud Iulium Pollucem quoque est *lib. 2:* τὸν δὲ πῆχυν καὶ ὠλένην καλοῦσι. h. e, *Cubitum etiam vlnam vocant.* Vtrunque enim vocabulum Græcum pro eodem sumitur, & *cubitus* latine redditur. Ab ὠλένη vlna latine dicitur: vnde vox germanica Elle rursus deriuari videtur. In hac itaque Arcæ fabrica cubitus a D. Luthero germanice transfertur Elle: & non alia mensura quam cubitus sesquipedalis intelligenda est.

LV. Minime vero ea mensura accipienda est, qua hodie vulgo

vulgo vtuntur institores & mercatores in panno quolibet lineo, laneo, & serico, &c. dimetiendo ac vendendo: quæ itidem Elle dicitur, sed cubitum longe superat.

LVI. *Vlna* huiusmodi passim variant: ea vlna, cuius in nostra Marchia Brandenburgica vsus est, continet duos pedes Romanos cum quinque digitis: vel duos pedes græcos cum digitis trib. Hanc *vlna Antuerpiana* superat lato digito, sed *vlna Lipsica*, & cuius alibi quoque vsus est, octaua parte breuior est *Francofordiana vlna*.

ARCÆ FENESTRÆ.

LVII. Sed ne hæc tanta domus prorsus absque lumine esset, *fenestram vnam*, non plures, luci excipiendæ idoneam, facere iubet: qua Arca illustraretur. Hæc fenestra fuisse coniicitur non in tecti summitate seu supremo tabulato cœlum versus, vt quidam textum intelligunt: neque in lateribus longioribus: sed potius *in fronte supremi cœnaculi*, qua Arca in longitudinem illuminaretur. In qua sententia fuisse & D. Lutherus deprehenditur: sic enim transfert: Ein Fenster solt du dran machen/ oben an / einer Ellen groß.

LIIX. *Zohar* enim vox hebræa non proprie *fenestram* significat: sed potius *lucem seu splendorem solis meridianum*: quod sane quoque arguit, hanc fenestram fuisse non in Arcæ summitate; sed potius in fronte meridiana. vt textum hunc sic intelligas: *Et in cubito consummabis eam* (s. Arcam, & non fenestram) *superne*.

LIX. Quod si hæc *fenestra clausa* fuit, vt textus indicat, quod Noah coruum & columbam emissurus, eandem aperuerit, *Genes. 8*, magnum sane miraculum fuisse censendum est: animalia in conclusa Arca, liberi aeris prorsus experte, vitam ducere potuisse, nec suffocata fuisse: idque ex mera Dei bonitate & prouidentia contigisse dubium non est. Iudæi hanc fenestram crystallo clausam fuisse arbitrantur; vt quamuis clausa esset, lumen tamen admitteret.

DE FORMA TECTI.

LX. *Origines* est in hac sententia, hoc ædificium, ab imo fundamento, quod est longum 300 cubitos, & latum 50, ita sensim ad summam altitudinem vsque, quæ triginta est cubitorum, decreuisse, vt in summitate, vbi fenestram fuisse aliqui statuunt, in vnum cubitum fuerit fastigiatum, desieritque.

LXI. Sed cum altitudo tantum fuerit 30 cubitorum, hoc modo mira ædificii deformitas futura erat; præterquam quod id nimis in angustum quoque contractum fuisset: & non solum ad incolendum, sed etiam ad natandum minus aptum fuisset: si pars infima tam lata & summa tam arcta fastigiataque intelligatur.

LXII. Sequens vero Arcæ descriptio *tectum* eius non ita *carinatum, acuminatum* seu fastigiatum, sed propemodum *planum* fuisse indicat: & ita ad natandum Arca commodior fuit. Cum enim in cubito, vel ad cubitum Arcam, & non fenestram, superne consummare iubet: tectum in arcus formam incuruatum fuisse intelligatur: vt arcus tecti non nisi cubitum in media summitate altus fuerit. Hac sane ratione Arcæ tectum & ad excipiendas & ad effundendas pluuiarum aquas satis aptum fuit: quippe in medio nonnihil eleuatum; vtrinque vero sensim decliue ac demissum.

OSTIVM ARCÆ.

LXIII. Vt autem huius domicilii vsus magis idoneus esset: & in hoc & ingredi & egredi rursus liceret, *ostium & ianuam* in latere addere præcipit. Quod ostium 13 aut 14 a fundamento cubitis altum fuisse, probabile est: quasi fere in vmbilico Arcæ, vt D. Lutherus habet; quod Arca, cum ingens vexerit onus tantum animalium numerum, ad decem aut amplius cubitos in aquam demersa natarit.

ARCÆ INTERIOR DISTINCTIO.

LXIV. Hanc magnitudinem Arcæ, quam asserimus, quæ ad communem cubitum extructa est, quamlibet magno animalium

lium numero sufficisse, interior forma, quippe *Arcæ distinctio* in certa interstitia, altitudine inter se diuisa, satis abunde arguit ac indicat.

LXV. Altitudinem enim huius augustæ domus in *quatuor intervalla seu interstitia & tabulata* distribuit: ut sint quatuor contignationes, quarum primam & infimam Rabini faciunt *stercorariam*: quatuor fortassis cubitos altam: ut esset velut sentina, stercoris fimique receptaculum, amplius sex millium plaustrorum, stercoris fimique capax. D. Lutherus stercora per fenestram eiecta fuisse arbitratur.

LXVI. Secundam contignationem volunt esse *primam habitationem pro animalibus maioribus quadrupedibus*, præsertim immitibus & immundis: cuius altitudo fortassis fuit decem cubitorum, seu pedum Græcorum quindecim.

LXVII. Tertia contignatio & cœnaculum cessit *mediocribus animalibus* seu mundis, ut D. Lutherus opinatur: quæ est habitatio media octo cubitornm vel pedum duodecim.

LXVIII. Quarta & ultima contignatio, domicilium tertium *hominibus & domesticis animalibus*: & potissimum auibus seu volucribus destinatum, itidem octo cubitorum, duodecim pedum, excepta cauitate tecti arcuati, in medio cubitum alti.

LXIX. Quo pacto quatuor fuerunt in Arca areæ singulæ longæ quidem cubitos 300, pedes 450, perticas 30: latæ vero cubitos 50, pedes 75, perticas 5 denarias. Quod si latitudo in longitudinem ducta fuerit, quælibet area in his quatuor contignationibus continebit cubitorum quadratorum 15000, pedum quadratorum 33750, perticas quadratas 150.

LXX. Hinc rursus constat, tam amplas areas trium cœnaculorum, præter *stercorariam*, quamlibet magno animantium numero sufficere potuisse: præsertim ubi quælibet in suas cellas & stabula distincta fuisse intelligatur: in quibus & animalia discluderentur: & quibuslibet idoneum pabulum in annum integrum sufficiens reponeretur.

LXXI. Porro LXX interpretes hæc domicilia & habitationum cœnacula vocant *κατάγαια*, *διώροφα* & *τριώροφα*, h. e. *domicilia*

primum infima post stercorariam: deinde media *bicamerata:* postremo *tricamerata* tabulatis distincta.

LXXII. Vetus interpres latinus interpretatur: deorsum, *cœnacula & tristega:* vt intelligantur tria habitandi domicilia, altitudine inter se diuisa ac distincta præter stercorariam. *Tristega* vocat vel tertium tectum, vel tertiam Arcæ contignationem, usui habitandi destinatam: vel tribus στέγαις, h. e. tectis seu tabulatis discreta.

LXXIII. Iosephus *lib. 1. cap. 4.* vocat λάρνακα τετράστεγον, h. e. *Arcam quatuor tabulatis seu tectis distinctam ac munitam.* Cum enim hæc Arca nauis esset, vt Berosus appellat, necesse erat, vt & infimum solum seu pauimentum ac fundamentum æque atque superiora trabibus tabulisque muniretur: ut sic ab aquis sublata operta ac tuta esset.

LXXIV. Tectum supremum arcuatum fuisse constat: cuius altitudo in medio non nisi vnius cubiti fuit.

CAVSSA FINALIS ET VSVS.

LXXV. Postremo cæteris caussis Arcæ perspicue abundeque, vt spero, declaratis, de *caussa finali & usu* quoque monet: quippe hanc tantam machinam mandato Dei ideo ædificatam fuisse, vt Noah ipse cum sua familia, & cum quibusdam animalibus ex omni genere infinitaque multitudine delectis, in hac inclusus ab vndis in vniuersali diluuio seruaretur: idque ex diuino fœdere.

LXXVI. Hoc fœdus seu pactum Lyra interpretatur de promissione: Noah saluum fore ab impiorum minis, qui cædem minitabantur: Burgensis ad pericula in aquis depellenda refert: alii intelligunt irin seu arcum cœlestem. Sed D. Lutherus interpretatur de pacto spirituali s. de promissione seminis: vt includat & defensionem corporis & vitam æternam.

LXXVII. In hanc enim arcam ita, vt dictum est, extructam, Noah cum sua vxore, & cum tribus filiis, Sem, Cham & Iaphet, eorumque uxoribus, Deus ipse ingredi iussit, assumptis etiam animalibus, de quibus mandatum erat, ut est *Genes. 7.* Erat itaque hæc vocatio peculiaris. *2 Pet. 2.* est: ἐι γὰρ ἀρχαίου κόσμου ὁ θεὸς οὐκ

ἐφεί-

ἐφείσατο· ἀλλ' ὄγδοον Νῶε δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξεν κατακλυσμὸν ἐπάξας. h. e. *Si enim antiquo mundo Deus non pepercit: ſed octauum Noe iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, cum diluuium mundo induxiſſet.* Octauum hic Noe vocat non poſt Adamum, quo decimus erat *1 Paral. 1*: Sed inter eos, qui in Arca erant.

LXXVIII. Porro valde horrendum eſt: Noah neque fratres, neque ſorores, neque propinquos, neque affines, &c. vna ſeruatos fuiſſe.

LXXIX. Ingreſſus autem eſt Noah in Arcam cum ſuis anno ſuæ ætatis ſexcenteſimo, menſe anni ſecundo, quem Martium eſſe quidam volunt, die menſis ſeptimo decimo: quo ingreſſo oſtium Deus ipſe clauſit.

FILIVS DEI ARCÆ ΝΑΥΑΡΧΟΣ.

LXXX. Quid autem conſolantius dici aut cogitari poteſt, quam quod Deus ipſe oſtium Arcæ clauſerit? quippe Dei Filius. Cum enim hæc navis remis & clauo caruerit, Filius Dei ipſe, quippe σοφία ναύαρχος. h. e. *ſapientia navis Nauclerus & Magiſter eſſe voluit*: ut aperte dicitur *Sapient. 10.* δι' ἣν κατακλυζομένην γῆν πάλιν διέσωσεν σοφία, δι' εὐτελοῦς ξύλου τὸν δίκαιον κυβερνήσασα. h. e. *Propter quem terram diluuio demerſam ſapientia rurſus ſeruauit, cum iuſtum per vile lignum gubernaſſet.*

LXXXI. Carmina Sibyllæ ex *primo libro*, quibus Deus Noah alloquitur, & ſuum nomen ipſi indicat, & coniectandum proponit, hæc ſunt, ſi quis ſapienti coniectura conſequi queat:

ἐννέα γράμματ' ἔχω, τετρασύλλαβός εἰμι, νόει με,
αἱ τρεῖς αἱ πρῶται δύο γράμματ' ἔχουσιν ἑκάστη,
ἡ λοιπὴ δὲ τὰ λοιπά. καὶ εἰσιν ἄφωνα τὰ πέντε.
τοῦ παντὸς δ' ἀριθμοῦ ἑκατοντάδες εἰσὶ δὶς ὀκτώ,
καὶ τρεῖς τρὶς δεκάδες, σὺν δ' ἑπτά: γνοὺς δὲ τίς εἰμι,
οὐκ ἀμύητος ἔσῃ θείης παρ' ἐμοί γε σοφίης.

Quos verſus Sebaſtianus Caſtalio ſic latine tranſtulit:

Sunt elementa nouem mihi, ſum tetraſyllabus autem
(Percipe me) primæ tres ſyllabæ efficiunt

Ex binis omnes elementis: cætera restant
In reliquis, quorum sunt non vocalia quinque.
Totius numeri bis sunt hecatontades octo,
Et ter tres decades, cum binis: si scieris me,
Non te, quæ potior, sapientia dia latebit.

LXXXII. Hæc *Sibylla* ipsa in *fine tertii libri Carminum Sibyllinorum* se Babyloniam esse fatetur, & nurum illius probi viri, qui, cum Mundus diluuio periret, saluus euasit; & hic est Noah, de quo hæc narratio instituta est.

LXXXIII. Vaticinatur autem de Filio Dei incarnando: & hoc vaticinium græce enarrandum est, cum Sibylla græce Noah sit allocuta. Est itaque Dei nomen, de quo Sibylla dicit, θεὸς σωτὴρ: quod quatuor syllabis constat, & nouem literas continet: Tres primæ syllabæ, θε, ος, σω, singulæ duabus literis constant: reliqua quarta syllaba tres habet literas reliquas τηρ: inter has literas quatuor sunt vocales ε. ο. ω. η, quinque mutæ θ. σ. σ. τ. ρ: ut in summa sunt literæ nouem.

LXXXIV. Porro cum hæ literæ sint quoque numerales, efficiunt numerum.

MDCXCII.

θ	9	σ	200
ε	5	ω	800
ο	70	τ	300
ς	200	η	8
		ρ	100

Qui numeri collecti faciunt 1692.

Et sunt ἑκατοντάδες 16, h. e. 1600.

δέκαδις ter tres, h. e. *nouem*, quæ faciunt 90 & restant 2. *Filius Dei verus est & Deus, & generis humani* σωτὴρ. h. e. *Saluator.* Sed pro ἡ λοιπὴ legitur, αἱ λοιπαὶ, pro σὺν δ' ἴσα, σὺν γδ' ἑπτά.

Porro quod nomen idem Filius Dei incarnatus & homo factus habiturus esset, eadem Sibylla libro eodem postea octo versibus indicat, qui sic habent:

Δὴ δό τε κὴ μεγάλοιο θεῦ παῖς ἀνθρώποισιν
ἥξει σαρκοφόρος, θνητοῖς ὁμοιούμενος ἐν γῇ.

σάρκα φο

Τέσσαρα φωνήεντα φέρει· τὰ δ' ἄφωνα δύ' αὐτῷ.
δισσῶν ἀγγέλλων· ἀριθμὸν δ' ὅλον ἐξονομήνω.
ὀκτὼ γὰρ μονάδας, τόσσας δεκάδας ἐπὶ ταύταις,
ἠδ' ἑκατοντάδας ὀκτὼ, ἀπιστοκόροις ἀνθρώποις
οὔνομα δηλώσει· σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον
ἀθανάτοιο θεοῦ χριστὸν παῖδ' ὑψίστοιο, &c.

Quos verſus Sebaſtianus Caſtalio
ſic latinos fecit:

Tunc ad mortales veniet, mortalibus ipſis
In terris ſimilis, natus Patris Omnipotentis,
Corpore veſtitus: vocales quatuor autem
Fert: non vocalesque duas, binum geminorum.
Sed quæ ſit numeri totius ſumma docebo.
Nanque octo monadas, totidem decadas ſuper iſta,
Atque hecatontadas octo infidis ſignificabit
Humanis nomen: tu vero mente teneto.
Æterni natum Chriſtum, ſummique Parentis.

Hoc Sibyllæ vaticinium itidem, vt prius græce eſt enarrandum: cum ſit elocuta. Nomen itaque Filii Dei iam incarnati eſt ΊΗΣΟΥΣ, IESVS: quod nomen ab Angelo eidem recens nato eſt inditum, cum inquit: *καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν*: hoc eſt: *Et vocabis nomen eius Ieſum Matth. 1.* Porro literæ græcæ huius nominis, cum ſint & numerales, explent numerum 888 hoc modo:

ι	10	Vocales ſunt 4
η	8	ι. η. ο. υ.
σ	200	Conſonantes duæ.
ο	70	σ. σ.
υ	400	
σ	200	
	888	

DILVVIVM, ΚΑΤΑΚΛΥΣΜΟΣ.

LXXXV. Cum ſeptem dies ab ingreſſu Noah in Arcam elapſi eſſent, aquæ diluuii ſuper terram inundauerunt, & ſubſecutæ ſunt pluuiæ continuæ quadraginta diebus & quadraginta noctibus;

bus: & ita aucta sunt aquæ, vt Arca sublata sit ab aquis: & aquæ omnes montes quindecim cubitis superarint.

LXXXVI. *In hoc Cataclysmo omnis caro aquis submersa periit, quæ mouebatur super terram, volucrium, iumentorum, bestiarum & reptilium vna cum homine, exceptis piscibus: quorum imperium per aquas augetur*, vt ait D. Lutherus. Aquæ hic præualuerunt super terram centum & quinquaginta diebus.

LXXXVII. *Visitatæ pœnæ*, quibus alias Deus hominum peccata vindicare solet, sunt fere *pestis, gladius, fames* & *mala bestiæ*. Sed Deus hic nouo quodam & inusitato genere vti voluit contra primum mundum, quo caro vniuersa deleretur.

LXXXIIX. Quemadmodum autem omnium est horribilissimum, mundum impium vniuersum propter peccata illo diluuio vniuersali prorsus periisse deletumque esse: ita contra omnium est consolantissimum iustorum generationem in hac arca fuisse conseruatam, & mansuram in omnia secula seculorũ. Hæc enim Noah historia in aquis conseruati, testimonium est præsentiæ Dei & doctrinæ a Deo traditæ: & admirandæ conseruationis Ecclesiæ, omnibus temporibus ceu in undarum procellis iactatæ.

LXXXIX. Id quod Iesus Syracides quoque indicat, cum *cap. 44.* inquit: Νῶε εὑρέθη τέλειος, δίκαιος, ἐν καιρῷ ὀργῆς ἐγένετο ἀντάλλαγμα. διὰ τοῦτο ἐγενήθη κατακλυσμός, καὶ διαθῆκαι αἰῶνος ἐστάθησαν πρὸς αὐτόν, ἵνα μὴ ἐξαλειφθῇ κατακλυσμῷ πᾶσα σάρξ. h. e. *Noe inuentus est perfectus, iustus, in tempore iræ factus est reconciliatio. Ob id factum est diluuium: & fœdera æterna cum eodem facta sunt, vt non deleretur diluuio omnis caro.*

DILVVIVM CESSAT.

XC. A fine autem dierum centum & quinquaginta aquæ minui cœperunt: & in suum pristinum locum, alueumque consuetum redierunt: pluuiæ quoque prohibitæ, & fontes abyssi clausi, & cœli fenestræ. Quare 7 demum mense ab ingressu in Arcam Noah, Arca in montibus Ararat, LXX & Iosephus Armeniam interpretantur, subsedit ac quieuit. D. Lutherus *Imaum* montem Indiæ intelligit. Berosus *lib. 1. vocat Gordieum.* Idem Iosephus *lib. 20. pag. 607.* scribit: *Arcæ Noah reliquias esse in prouincia Carro-*

rum

rum. Lege & Euseb. *lib. 9 c. 4. de Præparat. Euangelica.* Ex Arca postea elapsis præterea aliquot mensibus Noah seruatus & incolumis Dei iussu est egressus.

EGRESSVS EX ARCA.

XCI. Noah in Arcam ingressus est anno vitæ sexcentesimo mense secundo, die mensis septimo decimo. *Genes. 7.* Anno sexcentesimo primo vitæ Noah mense secundo & die mensis vigesimo septimo terra est arefacta, *Genes. 8.* Vnde constat elapsos esse menses duodecim, & dies decem supersunt. Egreditur itaque Noah ex Arca Dei iussu, die vndecimo: hi vndecim dies erudite adduntur duodecim mensibus lunaribus: qui vsitate vocantur ἡμέραι ἐπακταί. h. e. *dies interiecti*, qui appellantur *intercalares.* Ex his omnibus satis liquet, Noah cum suis in Arca fuisse annum integrum solarem. Quantum molestiarum tanto temporis spatio Noah deuorarit, vix cogitari, nedum dici potest.

XCII. Vt autem Noah seruatus pro tanto in genus humanum beneficio Deo gratus esset, Aram statim extruxit, hostias mactauit σωτήρια sacrificauit: idque e septimo indiuiduo, trib. paribus mundorum addito, vt D. Lutherus testatur: & Deo Opt. Max. gratias egit: seque cum suis eius beneficentiæ precibus commendauit.

XCIII. Hæc est simplex & grammatica fabricæ Arcæ Noah explicatio, qua meam qualemcunque operam, & promptam iuuandi voluntatem bonis adolescentibus declarare volui. Hanc enim omnibus D. Lutherus commendat, *9. c. Genes.*

XCIV. Etsi vero hac explicatione contentus esse poteram: vt tamen eosdem pleniori obsequio mihi demerear, pauca quædam de mystica interpretatione & allegoriis, idque sobrie, adferam.

ALLEGORIA.

XCV. Habet profecto hæc Arcæ Noah historia multas vtiles, & consolationis plenas de maximis rebus commonefactiones: quæ piis minime sunt negligendæ aut aspernandæ.

I. XCVI.

I.

XCVI. Primum enim horrendum illud diuinæ iræ & grauissimæ vindictæ aduersus impœnitentes peccatores exemplum & παράδειγμα nobis omnibus perpetuo ob oculos versari debet: quam grauiter Deus offensus ad seuerum iustumque supplicium tandem properet: adeo vt, cum sæpe frustra admonerentur, nec moniti pœnitentiam agerent, diluuio vniuersali vniuersum genus humanum, octo tantum hominibus exceptis & seruatis, submerserit, perdiderit ac prorsus deleuerit.

II.

XCVII. Deinde Deus nihilominus, benigniss. Pater immensæ suæ misericordiæ bonitatisque mere paternæ insigne μνημόσυνον, exemplum & argumentum in Noah cum sua familia apud omnem posteritatem extare voluit: vt quem in extremo periculo ex mediis vndis ereptum incolumem conseruare dignatus sit, Filio Dei ipso Nauarcho nauem in vndis gubernante, vt ante ex decimo capite sapientiæ allatum est. Quemadmodum enim impietas furiosa iustum supplicium meretur perpetuoque luit: ita contra pietas Deo grata & præsentis & futuræ vitæ promissiones habet amplissimas & certissimas, vt est *1 Timoth. 4.*

III.

XCIIX. Adhæc hanc Arcæ fabricam corporis humani opificium & fabricam referre, Patres sancti tradunt. Nam quemadmodum Arcæ longitudo 300 cubitorum ad latitudinem 50 cubitorum quidem est sextupla, ad altitudinem vero triginta cubitorum decupla: ita corpus humanum a vertice vsque ad extremos plantæ digitos sexies longius est quam latius: & si humi iaceat, decuplo longius est quam latius: vt D. Augustinus *lib. 12. contra Faustum* ex Philone adfert. Statua aurea, a Nebucadnesare, Rege Babyloniorum erecta, quam omnes adorarent, alta erat cubitos LX, lata cubitos VI: in qua itidem est proportio decupla, Danielis 3.

IV.

XCIX. Pie quoque traditur a nonnullis, per Arcam adumbrari Iesum Christum, eumque crucifixum, in sepulchro quiescentem;

tem: quia in corpore humano Christus apparuit: in quo omnes promissiones fixæ hærent: vt, quemadmodum in Arca aduersus aquarum inundationem Noah cum suis tutus & saluatus fuit: ita quoque, qui in Christum credunt, salui fiant, & in diluuio, h. e. in ipsa morte viuant. Vident enim Noah in media morte liberari: & arcam vitæ instrumentum esse, vt pie ait Nazianzenus: *Ζηλῶ Νῶε κίβωτον, ἵνα κακῶν αἰνὸν ἀλύξω.* Recte itaque ad Christum accommodari tradunt.

V.

C. Iam perpetui fœderis cum Noah, & cum tota eius posteritate, h. e. cum toto genere humano, cuius Noah cum suis denuo instaurator fuit, illustre monumentum, f. Iris seu Arcus cœlestis sæpe quotannis apparet: quippe mundum nunquam posthac diluuio interiturum, *Genes. 9.* Hoc enim signo perpetuo suas promissiones ratas, firmas, immotas, veras & indubitatas esse, Deus velut obsignauit ac confirmauit. *Esaiæ 54: Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iuraui, ne inducerem aquas Noe ultra supra terram: sic iuraui, ut non irascar tibi, & non increpem te.* Vt autem Arca Noah primæui mundi reliquias humani generis conseruat: ita & noui mundi seminarium promit, propagatque.

VI.

FILIVS DEI PATRIBVS APPARVIT.

CI. D. Petrus in *1. Epist. cap. 3.* hanc Noah historiam de Diluuio valde illustrat, & verum Arcæ vsum monstrat. Primum quod Filius Dei ipse de cœlo descenderit, cum inquit: *Non indicabit Spiritus meus, &c. Genes. 7:* & Spiritibus illis, qui nunc in carcere detinentur, olim vero non crediderunt, prædicarit: quando semel expectabatur Dei lenitas in diebus Noah, dum Arca parabatur: in qua paucæ animæ, quippe octo tantum, seruatæ fuerunt. D. Lutherus in *7. Genes.* dicit Petrum hæc veba locutum, quæ ne hodie quidem ab ipso intelligi possint.

CII. Quod autem hæc de Filio Dei, antequam incarnatus fuit, sint intelligenda, ex multis aliis locis scripturæ sacræ

certo conſtat. Sic enim Filius Dei in ſpecie Angeli conſolatus eſt Agar, Saræ ancillam, cum filio ſuo Iſmaele eiectam *Geneſ. 16.*

CIII. Item aſſumptis duobus angelis apparuit Abrahamo, *Geneſ. 18.*

CIV. Quod eſt *Geneſ. 19. Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem a Domino:* de quo Geneſis loco ſic habet *decretum Synodi Syrmienſis:* εἴ τις τὸ ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου μὴ ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ ἐκλαμβάνει· ἀλλ᾽ αὐτὸν παρ᾽ ἑαυτοῦ λέγει βεβρεχέναι, ἀνάθεμα ἔστω. ἔβρεξε γὰρ κύριος ὁ υἱὸς παρὰ κυρίου τοῦ πατρός. hoc eſt, *Si quis illud: Pluit Dominus a Domino, non de Patre & de filio excipit: ſed eum a ſeipſo dicit pluiſſe, Anathema eſto. Pluit enim Dominus Filius a Domino Patre.*

CV. *Geneſ. 32.* eſt: *Iacob remanſit ſolus: & ecce vir luctabatur cum eo vſque mane.* De quo itidem extat *decretum Synodi Syrmienſis* hoc: εἴ τις τῷ ἰακὼβ μὴ τὸν υἱὸν ὡς ἄνθρωπον καταπεπαλαικέναι· ἀλλὰ τὸν ἀγέννητον θεὸν, ἢ μέρος αὐτοῦ λέγει, ἀνάθεμα ἔστω: h. e. *Siquis cum Iacob non filium ut hominem luctatum eſſe, ſed ingenitum Deum, aut partem eius dicit, Anathema eſto.*

CVI. Eodem modo in ſimilibus ſcripturæ locis per Angelum fere Filius Dei accipiendus eſt: vt quod eſt *Geneſ. 48.* a Iacob Patriarcha dictum: *Angelus ille, qui eripuit me ab omni malo, benedicat pueris iſtis.* Angelum hic vocat λόγον Filium Dei, vt Philippus Melanchthon palam teſtatur *lib. 2. Chronici.*

CVII. *Exodi 3.* eſt de Moſe: *Cum minaſſet gregem ad interiora loca deſerti, venit ad montem Horeb: apparuit ei Dominus* (Hebræus habet Angelus) h. e. Filius Dei, qui Angelus dicitur: quod aliquando a Patre per incarnationem in hunc mundum mittendus eſſet.

CVIII. *Exodi 14: Tollensque ſe Angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſraelis:* per Angelum hic itidem Filius Dei intelligitur.

CIX. *Exodi 23: Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat te in via:* qui eſt Filius unigenitus.

CX. *Ioſua 5.* eſt: *Cum autem Ioſue eſſet in agro Iericho, leuauit oculos, & vidit virum ſtantem contra ſe, euaginatum gladium tenentem: perrexitque ad eum & ait: Noſter es, an aduerſariorum? Qui reſpon-*

respondit: Nequaquam, sed sum Princeps exercitus Domini, & nunc venio: ὁ ἀρχιστράτηγος κυρίου habet græca editio.

CXI. *Exodi 34: Cumque descendisset Dominus per nubem, &c.* intelligitur Filius Dei.

CXII. Eodem modo Angelus Domini apparuit Gedeoni, *Iudic. 6: Angelus Domini cum Manoah colloquitur:* ubi Filius Dei intelligitur.

CXIII. Adfuit quoque Angelus Domini, quippe Filius Dei, tribus pueris in fornacem accensam coniectis, apud Danielem, *Dan. 3.* Ex his & multis locis scripturæ perspicue demonstratur Filium Dei in forma Angeli Patribus in veteri testamento apparuisse & cum eis collocutum esse,

CXIV. Porro his obiter interiectis, ad Petri locum reuertor. Legit quidem Erasmus: *expectabatur:* sed D. Augustinus *Epistola 99.* potius legit: *expectabat*, in actiua significatione: a qua non abhorret: verbum græcum ἐξεδέχετο: nimirum expectabat cxx annos, quos Deus mundo ad resipiscentiam concesserat.

CXV. De hoc Petri loco variæ sunt variorum sententiæ. Aliqui enim intelligunt *de Christi anima* dum in sepulchro jacebat, spiritibus Patrum in limbo concionante: sed minime quadrat.

CXVI. Alii *de Apostolorum prædicatione* accipiunt: quod prædicarint Spiritibus in carcere h. e. *peccatorum vinculo constrictis:* Sed ne hoc quidem probatur.

CXVII. Non desunt, qui affirmant, quod Euangelium animabus incredulorum, ante Christi aduentum mortuorum, annunciatum sit.

CXVIII. Sunt rursus alii in hac sententia: quod, etsi quidam tempore Noah fuerint increduli, tamen paulo ante diluuium resipuerint: & corpore pœnas luerint, spiritu tamen saluati fuerint. Quas sententias omnes Iohannes Caluinus enumerat & explicat: veris tamen firmisque rationibus vt absurdas refutat.

CXIX. Hanc autem suam vt veriorem sententiam mox subiungit, & satis firmis argumentis munit. Sic enim inter cætera de hoc Petri loco ait: *Petrus autem tum Christum in Spiritu venisse ac prædicasse iis, qui in carcere erant, Spiritibus docet: nihil aliud*

vult, quam virtutem redemptionis per Christum partæ exhibitam & plane manifestatam eorum spiritibus, qui ante id tempus defuncti fuerunt: Fideles enim qui suam ab illo salutem semper expectauerant, tunc plane ac præsenti aspectu perspexerunt eius visitationem. Hæc a Caluino ibidem copiosius explicantur.

VII.

BAPTISMVS.

CXX. Præterea D. Petrus hanc Noah historiam magis illustrat & verum vsum indicat: quod Diluuium cum Ecclesiæ Christianæ baptismo comparet. Quod, quemadmodum tunc Noah cum sua familia in Arca ab aquis incolumis seruatus fuit, deletis impiis: ita nunc nos Christiani, Baptismi lauacro tincti & abluti seruemur. Per verbum enim, quod ad elementum f. aquam accedit in baptismo, nostræ ablutionis, sanctificationis & salutis nuncium adfertur: per baptismum huiusmodi nuncium obsignatur: vt de vsu vero minime amplius dubitemus.

CXXI. Baptismum sane D. Petrus Arcæ ἀντίτυπον vocat: quod typo seu figuræ Arcæ sit exemplar correspondens. Quod & illa per Arcam in diluuio liberatio: & Baptismus Ecclesiæ Christianæ sacramentum piorum a peccato liberationem, & a mortis gurgite emersionem adumbret.

CXXII. Apud D. Augustinum est *libro LXV Quæstione 51: Noe per aquam & lignum liberatur: aqua baptismum, lignum crucem significat. Sicut Noe per aquam & lignum liberatur: ita & Ecclesia baptismo & passionis signaculo liberatur,* Hæc Augustinus.

CXXIII. Et vt Arca ostium habet, per quod animalia tam munda quam immunda ingrediuntur: ita Ecclesia, cuius Arca typus est, habet baptismum, per quem mundi & immundi sine discrimine ingrediuntur.

CXXIV. Quemadmodum autem Noah cum sua familia in hoc diluuii baptismate. h. e. in promissione & verbo, in quo viuit, seruatus est: & totus mundus, qui verbo non credit, extra hanc Arcam periit: Ita omnes credentes baptizati salui fiunt: non baptizati vero neque credentes pereunt. *Quotquot enim*

bapti-

baptizantur, in Christi mortem baptizantur, eius supplicio, Morte & merito saluandi. Nam, vt D. Lutherus in *9. cap. Genes.* ait *Baptismus & mors termini sunt conuertibiles.*

CXXV. Sunt autem duo typi: vnus quidem liberationis e diluuio, qui præcedit: alter vero baptismi s. correspondens, qui sequitur. Nam baptismus dicitur ἀντίτυπον eius liberationis, quæ Ecclesiæ in diluuio contigit. Nam & hæc liberatio & baptismus Ecclesiæ sanctificationem & emersionem e peccati & mortis gurgite adumbrant; Sic igitur sunt duo typi.

CXXVI. Eodem modo & *Mare rubrum* reuera est baptismus. h. e. mors & ira Dei: sicut in Pharaone apparet: *qui in hoc submersus periit: Israel tamen illæsus pertransiit, 1. Cor. 10.*

CXXVII. Vt sit *Baptismus iam salutare diluuium: quo verus quidem homo noster ille Adam submersus prorsus mortificatur: nouus vero rursus emergens in vitam exiliit.* Nam apud D. Paulum *cap. 6. ad Romanos* duplex Baptismi officium est: tum vt veterem quidem hominem externum, carnalem mortificet, corrumpat, disperdat ac prorsus deleat: tum vero, vt internum, spiritualem indies renouet, viuificet, instauret ac restituat.

CXXIIX. Quod D. Petrus sic exponit ac illustrat, cum inquit, de baptismi vsu & efficacia loquens: οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς θεὸν δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, h. e. *Non quo carnis sordes deponuntur: sed quo fit, vt bona conscientia Deum interroget per resurrectionem Iesu Christi*, h. e. vt Deum interpellet, inquirat, consulat: nihil nisi Deo consulto, eiusque ore interrogato, suscipiat faciatque. Vult enim vt fides eius, qui baptizatur, ad Christi resurrectionem respiciat. h. e. vt Christi beneficia pro nobis passi arripiat, & bonam conscientiam de placato Deo habeat.

VIII.

CXXIX. Christus ipse *Matth. 24.* de futuro iudicio extremo concionans, hanc Noah historiam adducit, & in se credentes pusillum gregem, serio monet: ne cum mundo conformentur: ne securi facti cum mundo pereant, sed potius vigilent, sobrie, pie & iuste viuant. Quod filii hominis aduentus futurus sit, quemadmodum fuerunt dies Noah ante diluuium, &c.

CXXX. Hæc pauca ex multis, si quis pro rei magnitudine, grauitate & dignitate tractare fusiusque explicare velit, de Arcæ Noah fabrica & vsu in gratiam studiosorum conferre & liberaliter communicare volui: vt intelligant & reipsa cognoscant primarum artium & trium præcipuarum linguarum, nimirum latinæ, græcæ & hebraicæ, liberalem cognitionem ad literas tam sacras quam profanas rectius eruditiusque tractandas non solum valde vtilem, sed etiam maxime esse necessariam.

FINIS.

ORNATISSIMO VIRO
D. MATTHÆO ZEISIO,
Artium & Philoſophiæ Magiſtro,
Mathematum & Medicinæ peritiſſ.
GENERO CHARISSIMO
MATTHAEVS HOSTVS SOCER
S. P. D.

SI clariſſ. atque ornatiſſ. Vir, piæ memoriæ GALLVS WERNERVS, artis Medicæ Doctor peritiſſ. apud Stargardianos in Pomerania ἀρχίατρος, in viuis eſſet, eius virtus merebatur, vt illi nimirum genero chariſſimo ſcriptum aliquod eruditum inſcriberem. Fuit enim vir excellens, in praxi medica felix; & ideo ſuis Colbergenſibus & Stargardianis, (apud vtroſque enim phyſicatu functus eſt aliquot annos) propter felicitatem & ingenii dexteritatem chariſſ. fuit: quod multis ſalutarem in grauisſimis morbis opem tulerit. Cum vero is fatis conceſſerit, vt tibi, mi Matthæe, gener chariſſ. qui illi in matrimonio ſucceſſiſti, aliquod eruditum opuſculum dedicem, æquum eſſe arbitror. Inſcribo itaque tibi dedicoque primam partem eruditi mei commentarii de multiplici Aſſis eiusque partium vſu. Quod argumentum etſi prima fronte tenue, & leuidenſe munus eſſe videtur: Pulchre tamen idem compenſatur, quod ſimul omnium, quæ nunc vna eduntur, particeps fias. Quamobrem gener chariſſ. æqui bonique hoc meum munuſculum conſule & pro tuo vtere ac fruere arbitrio. Vale cum tuis meisque charisſimis quam rectisſime gener amande. Datum Francofordiæ ad Oderam menſe Aprili Anno a Chriſto nato M D LXXXVI.

DE

V.

DE MVLTIPLICI VARIOQVE ASSIS EIVSQVE PARTIVM VSV

Dissertatio Grammatica.

MATTHAEO HOSTO

AVTORE.

PARS I.

DE ASSIS PARTIBVS.

I.

AS vel *assis* ab *ære* deducitur, vt M. Varro *lib. 1. de lingua latina* testatur: & apud Latinos idem sunt, idemque valent, *As*, *Assis*, *Libra & Pondo.*

II. *As*, vt solidum & totum, in suas partes diuiditur, quæ sunt *duodecim*: quarum aliæ sunt æquales, inæquales alteræ.

III. Ac partes æquales quidem sunt *vnciæ duodecim, sextantes sex, sescunciæ octo, quadrantes quatuor, trientes tres, semisses duo, seu partes dimidiæ duæ. Inæquales vero sunt deunx & vncia, dextans & sextans, dodrans & quadrans, bes & triens, septunx & quincunx.* Quæ partes vtræque iunctæ assem complent.

IV. Hæ

IV. Hæ assis partes sic enumerantur in L seruum *ff de hered. instit*: Vncia, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx. Sequitur tandem as, vt totum seu integrum.

V. Huius assis eiusque partium varia est apud veteres autores latinos acceptio, & vsus multiplex : vt ordine explicabitur.

II.

DE ASSIS EIVSQVE PARTIVM VSV IN PONDERIBVS ROM.

Primum *as* eiusque partes sunt *pondera*, Romanis vsitata, quibus rerum βάρος, h.e. grauitas ponderando examinatur. Horum frequens vsus est apud autores veteres latinos : & copiosius explicantur a Georgio Agricola ex professo *libro quarto de Ponderibus*, qua de re & a nobis agitur *libro 2. qui est de Ponderibus cap. quarto*. Libra hic est σταθμική.

III.

DE ASSIS EIVSQVE PARTIVM VSV IN RE NVMMARIA VETERI.

Deinde *As in Re nummaria* idem est, quod *æs æris* : & primum significat nummum æreum Rom. libralem : qui initio pondere assis duodecim vnciarum ponderalium percutiebatur. Idem tamen as postea semuncialis percussus est : & nihilominus mansit & appellatio & valor idem. De huius assis eiusque partium valore, cum nummi sunt, ex professo a me agitur copiosius in Historia Rei nummariæ veteris *libro secundo cap. 1. &c.* quam hic Francofordiæ ad Oderam edidi publicique iuris feci Anno LXXX supra millesimum & quingentesimum : vnde, qui volet, petat.

IV.

DE ASSIS EIVSQVE PARTIVM VSV IN MENSVRIS RERVM TAM LIQVIDARVM QVAM ARIDARVM.

Libra mensuralis λίτρα μετρική a Galeno dicta, est qua rerum ὄγκος h.e. moles examinatur : & easdem habet partes, quas as habet,

bet, & paulo ante ſunt enumeratæ. Huius eiusque partium vſus extat *libro de Menſuris Rom. de Libra.* Item de Sextario : qui tanquam as in duodecim cyathos diuiditur : & partibus aſſis erudite vſu autorum veterum copioſe declarantur, Hic *Sextarius Rom. vrbicus* continet libram Rom. cum eius beſſe. h. e. vncias menſurales viginti.

V.
DE ASSIS EIVSQVE PARTIVM VSV IN MENSVRIS INTERVALLORVM.

Pes in Geometricis menſuris idem eſſe cenſetur, quod as in Ponderibus & aliis : vnde pedis partes aſſis partibus vſu veterum autorum erudite explicantur : vt habes copioſius *lib. 3. qui eſt de Menſuris interuallorum cap. 4. de Pede Romano.*

VI.
DE ASSIS EIVSQVE PARTIVM VSV IN RE RVSTICA.

In Re Ruſtica quoque magnus vſus eſt aſſis eiusque partium. *Iugerum* enim vt as, partibus aſſis explicatur, Apud Columellam *lib. 5. cap. 1.* Quæ a me declarantur *lib. 3. qui eſt de Menſuris interuallorum cap. 3.*

Iugerum as		XII.	
Deunx		XI.	
Decunx		X.	
Dodrans		IX.	
Bes		VIII.	
Septunx		VII.	
Semiſſis, ſemis	continet	VI.	*vncias.*
Quincunx		V.	
Triens		IV.	
Quadrans		III.	
Sextans		II.	
Vncia		I.	

Semuncia	2.	1.			
Sextula	3.	$1\frac{1}{2}$.			
Sicilicus	4.	2.	1.		
Drachma	8.	4.	2.	1.	
Scrupulus	24.	12.	6.	3.	1.

VII.

DE ASSIS EIVSQVE PARTIVM VSV IN ZODIACO.

I.

Ζωδιακὸς κύκλος ab animalibus nomen habet : & *signifer circulus* latine dicitur a duodecim signis, quæ continet ; & est velut as, cuius duodecim signa sunt partes velut vnciæ. Numerus enim duodenarius Astronomis & Astrologis, vt Genethliacis, est familiaris & accommodatus.

II. Vnumquodque horum duodecim signorum triginta gradus continet, vt omnium in summa sint gradus 360.

III. Zodiaci partes græce appellantur.

> ἑκτημόριον, *sextans*, pars sexta :
> τεταρτημόριον, *quadrans* :
> τριτημόριον, *triens* :
> ἥμισυ, *semissis* :
> τρίμοιρον, *dodrans* :
> δίμοιρον, *bes.*

Quæ partes, quod ex his aspectus obseruantur horoscopi, diligenter sunt notandæ.

IV. ὡροσκόπος ab horæ natalis notatione Græcis dicitur : *est ea cœli pars, quæ tempore genituræ seu natiuitatis ab orientali cœli parte in nostrum hemisphærium emergit* : *& ortus appellatur* : ex Cicerone est *hora natalis* : ex Plinio *hora exortiua.* Ab huius obseruatione natalitia prædicta fiunt. Obseruantur enim in Zodiaco aspectus ratione horoscopi.

V. *Aspectus Quadrantalis tetragonus*, qui vulgo *quadratus* dicitur, hic fit per trium signorum Zodiaci interstitium, & gradus 90. continet, vnde *nonagenarius* quoque appellatur. Hic fit in quarto signo ab eo, a quo inchoatur, hoc est, ab horoscopo, vt ab Leone in scorpium. Hanc radiationem tristem esse arbitrantur.

VI. *Aspectus trientalis est trigonus*, quem Plinius *Triquetrum* vocat: & fit in quatuor signis, hoc est, in tertia signiferi parte, quæ centum & viginti gradibus constat. Hanc radiationem lætam ac felicem esse Chaldæi pronunciant.

VII. *Sextans aspectus* est, vulgo *sextilem* appellant, qui in sexta signiferi parte fit, hoc est, in sexaginta gradibus & duobus signis: qui ob id sexagenarius dicitur. Appellatur quoque Hexagonus: quem eadem cum trigono benignitate præditam Mathematici prædicant.

VIII. *Semissis aspectus* fit per diametrum circuli: quam radiationem Chaldæi minacem & malignam esse asserunt: & fit ab vno signo ad aliud, quod ordine est septimum, vt ab ariete ad libram.

IX. His aspectibus quatuor Genethliaci quatuor cardines addunt, quæ sunt *Ortus*, *Occasus*, μεσουράνιον, quod μεσουράνημα quoque appellatur, & ὑπόγειον.

X. Et vt as plene compleatur Mathematicis, & omnes suas partes duodecim habeat, adhuc quatuor partes addunt: quas *pigra deiectaque loca* vocant: eo quod nullo propemodum radiationis fœdere cum ortu horoscopoque coniungantur, & sunt in II. VI. VIII. & XII.

VII.

DE ASSIS EIVSQVE PARTIVM VSV IN LVMINE LVNAE QVA DE RE CONSVLE LIBRVM TERTIVM, QVI EST DE MENSVRIS INTERVALLORVM CAP. XII.

VIII.

Gradus, *hora*, vel aliud integrum quod 60. partes habet, ab Astro-

Aſtronomis per aſſis partes erudite diſtribuitur : ita vt integrum vocetur as,& habeat 60′.

Deunx, quæ eſt $\frac{11}{12}$. 55′.
Decunx vel dextans, $\frac{5}{6}$. 50′.
Dodrans, $\frac{3}{4}$. 45′.
Bes, $\frac{2}{3}$. 40′.
Septunx, $\frac{7}{12}$. 35′.
Semis, $\frac{1}{2}$. 30′.
Quincunx, $\frac{5}{12}$. 25′.
Triens, $\frac{1}{3}$. 20′.
Quadrans, $\frac{1}{4}$. 15′.
Sextans, $\frac{1}{6}$. 10.
Vncia, $\frac{1}{12}$. 5′.

Qui Ephemerides hodie ſcribunt, dierum noctiumque longitudinem in ſingulis menſibus numero horarum horæque quadrantibus definire ſolent ſingulis horæ quadrantibus 15′. tribuuntur. Cuius rei ſupra quoque mentio facta eſt *latere* 427.

F I N I S.

ORNATISSIMO ATQVE DOCTISS. VIRO

D. DAVIDI ORIGANO,

Silesio Glaciano artium ac Philos. Magistro.

GENERO CHARISS.

MATTHAEVS HOSTVS, Socer.

S. P. D.

DOctiss. D. Magister gener vnice dilecte, ex meis commentariis, quos iam in lucem emitto, tibi inscribo dedicoque partem secundam de Assis eiusque partium vsu; qua vsura declaratur: & est erudita explicatio grammatica. Vnde cognosces: Quia sit apud Liuium fœnus vnciarium? Quid sit in Legib. XII. Tabularum: NE QVIS VNCIARIO FOENORE AMPLIVS EXERCETO? Item: Quid sit vsura centesima? Quid vncia vsura? Qua in re magni viri, etiam clariss. Iureconsulti turpiter sunt hallucinati: Qua ideo explicanda sunt, etiam cum venia tantorum virorum: ne illorum autoritas literis noceat: neue alii vna in similes errores seducantur, Spero itaque hoc opusculum tibi gratum fore propter eruditam explicationem rerum vtilium. Etsi vero te magis delectari intelligo studiis Philosophicis, vt grammaticis, Dialecticis, Rhetoricis, Physicis, Arithmeticis, Mathematicis, Sphericis, Theoricis Planetarum, doctrina triangulari, &c. in quibus in hac nostra schola te praclare exercuisti: id quod tui auditores abunde testantur. Nihilominus tamen, qui hæc studia colunt sese oblectandi caussa, etiam in alia velut viridaria aliquando expatiari solent. Varietas enim delectat, & seriis studiis defatigatos mirum in modum recreat. Vale cum tua chariss. coniuge quam rectiss. gener vnice dilecte. Datum Francofordiæ ad Oderam mense Aprili Anno a Christo nato M D LXXXVI.

VI. DE

VI.
DE ASSIS EIVSQVE PARTIVM VSV IN DECLARANDA VSVRA: ET QVID VSVRA VNCIA IN L. TITIVM FF: ET QVID FOENVS VNCIARIVM ET SEMVNCIARIVM APVD LIVIVM ET CORN. TACITVM, GRAMMATICA EXPOSITIO.

MATTHAEO HOSTO AVTORE.

PARS II.

DE *VSVRAE APPELATIONIBVS.*

I.

V*Sura* dicta est apud Latinos, quod vsu ad sortem accedat, vt M. Varro testatur: vel dicitur velut *vsus æris*, h. e. pecuniæ. Acquiritur enim ex vsu æris.

II. Alio nomine appellatur *fœnus*, vt est apud Nonium Marcellum, metaphora sumpta a terræ fructu sponte nascente. Est enim fœnus quasi accept

accepti fœtus,& fructus & merces quæ e pecunia fœnori data colligitur.

II. Apud Græcos eadem ratione vſura dicitur τόκος, a verbo τίκτειν, quod *parerre & gignere* ſignificat : id habet præteritum medium τέτοκα, vnde eſt nomen verbale τόκος : & itidem dicitur quaſi partus pecuniæ, mutuo acceptæ, facta ab effectu appellatione, & a ſimilitudine parturientium.

IV. Cuius duplex ratio adfertur : ac prior quidem eſt, *quod vſura ſit velut partus ſeu fœtus* : quod ſors vel fœuus vel lucrum parturiat pariatque : & ſic Latini ſortem velut viuum quoddam animal vocare ſolent. Id ex Ariſtotele quoque conſtat, cum inquit *lib.1. de Rep.* ὁ δὲ τόκος αὐτὸ (νόμισμα) ποιεῖ πλέον. ὅθεν καὶ τοὔνομα τοῦτο εἴληφεν. ὅμοια γὰρ τὰ τικτόμενα τοῖς γεννῶσιν αὐτά ἐστιν. ὁ δὲ τόκος γίνεται νόμισμα. h. e. *Fœnus autem eundem* (nummum) *auget: vnde etiam nomen accepit. Quæ enim gignuntur, ſimilia ſunt iis, quæ gignunt. Fœnus vero naſcitur nummus e nummo.* Id autem contra naturam eſſe, idem teſtatur.

V. Altera itaque ratio potius valet : *quod τόκος debitoris animo velut parturientis dolores adferat & excitet*, vt D. Ambroſius *in 12. cap. Tobiæ* ſcribit.

VI. Apud Hebræos *tria* ſunt vocabula, quibus illi vſuram vocant. Primum enim vſura dicitur *Neſech* cum ſex punctis : quod nomen inditum eſt ab effectu & efficacia : nimirum a *morſu* & *arroſione* : quod vſura hominis fœnore oppreſſi ſubſtantiam & facultates arrodat, corrodat, minuatque : & animum eius pungat, angat & excruciet, a verbo *Naſach*, quod *mordere* & *corrodere* ſignificat : quod velut ſerpens dentibus mordeat. Sic enim hoc verbum vſurpatur *Num.21. Prouerb.23. Eccleſiaſte 10.*

VII. Ad hanc etymologiam vſuræ reſpicit & D. Chryſoſtomus *in 5. caput Matth.* cum inquit : *Similis eſt pecunia vſurarii morſui aſpidis. Percuſſus enim ab aſpide quaſi delectatus vadit in ſomnum : & per ſuauitatem ſoporis moritur : quia tunc venenum latenter per omnia membra decurrit. Si qui ſub vſura accipit, ſub tempore quaſi beneficium ſentit. Sed vſura per omnes eius facultates decurrit : & totum conuertit in debitum.*

VIII.

VIII. Hinc qui vſuram exercet dicitur *Maſic*, qui morſum infert ac mordere facit: qui alias dicitur *Maluch* a verbo *Lanah*, quod eſt *mutuo dare, obligare*. Qui vero vſuram ſoluit, dicitur *Naſic*. h. e. *qui morſus eſt*.

IX. Deinde vſura dicitur quoque ab Hebræis & *Marbith* & *Tarbith* a vero *Rabah*, quod eſt multiplicauit: nimirum ex effectu, ab augmento, ſuperabundantia, & incremento, vt *Leuit.25*: *Non dabis cibum tuum marbith*: h. e. ad vſuram. h. e. ad incrementum, vt facultates tuæ inde augeantur. Item non accipies ab eo *Neſech & Tarbith*. h.e. vſuram & incrementum. Poſterior vox priorem declarat *Prouerb.28*: *Qui multiplicat diuitias ſuas vſura & Tarbith* (h. e. fœnore & incremento) *ad largiendum pauperibus colligit eas*. Sic vſurpatur *Ezech.18.& 22*. Hæc de Appellationibus ſufficiant.

II.

DE VSVRAE DEFINITIONE.

X. Sic autem definitur: *Vſura ſeu fœnus eſt omnis illa pecunia, ſeu quicquid a ſorte, mutuo fœnorique data acceptaque, præter ſortem gignitur, paritur, acquiritur, ac datur*. Vel: *vſura eſt fructus, qui ex pecunia, quæ alicui data eſt fœnori, percipitur*. Vel: *Vſura eſt, quicquid ex mutuo pecuniæ, vel alterius cuiuscunque rei, cuius vſus conſumitur, pacto tacito vel expreſſo, tanquam mutuo vel lucro debitum accipitur & exigitur*. Vel: *Vſura eſt lucrum ſupra ſortem exactum, tantum propter mutuationis officium*. Sic enim & Carolus Molinæus definit. Non autem eſt pecuniæ tantum, ſed & aliarum rerum. Hinc recte D. Ambroſius inquit: *Vſura eſt eſca*: *vſura eſt veſtis*: *& quodcunque ſorti acceſſerit, vſura eſt*: *quod velis nomen imponas, vſura eſt*. Qua ratione vſura eſt res, quæ ex vſu cuiuslibet rei prouenit & acquiritur. Eſt itaque vſuræ materia, in qua vſura cernitur & exercetur, non ſolum nummus: ſed res quælibet, cuius vſus vel numero, vel menſura, vel pondere conceditur, ex cuius vſu *Tarbith*. h.e. incrementum & ſuperabundantia quæritur & acquiritur.

XI. Strepſiades, ciuis quidam Atticus, graui ære alieno preſſus, Apud *Ariſtophanem Comicum* quærit: τί τὸ θηρίον τόκος; h.e. *quæ*

 beſtiola

bestiola sit vsura? Cui danista respondet. h.c. *fœnerator*: τίδ' ἄλλο γ' ἢ κατὰ μῆνα καὶ καθ' ἡμέραν πλεῖον πλεῖον τ' ἀργύριον ἀεὶ γίνεται, ὑπορρέοντος τοῦ χρόνου. h.e. *Quid vero aliud, quam quod in mensem & in diem amplius amplius argentum semper nascitur, procedente tempore. Quippe quod vsu ad sortem accedit.* Varro.

XII. *Sors* apud Terentium est pecuniæ summa. Plinio est principalis summa, quæ mutuo fœnorique datur: a Græcis δάνειον & δάνεισμα apud Aristophanem: Isocrati est ἀρχαῖον; & Demosthenes ἀρχαῖον δάνεισμα vocat: quod inde tanquam ex principio vsuræ oriantur; Plato κεφάλαιον appellat: quod sit velut caput, & summa capitalis seu principalis fœnoris.

XIII. Δανείζειν est *pecuniam mutuo dare*: δανείζεσθαι est *pecuniam mutuo accipere.* Demosthenes ad Thimotheum δανείζεται τὰς χιλίας δραχμὰς παρὰ τὸ ἀντιφάνες. h.c. *sumit mutuo mille drachmas ab Antiphane*: Sic χρῆσαι dicitur *alteri pecuniam mutuo dare gratuito*: Demosthenes: ἐκέλευε αὐτὸν χρῆσαι χιλίας τριακοσίας πεντήκοντα μίαν (δραχμὰς) δύο ὀβολώς. h.e. *Iussit eum mutuo dare mille trecentas quinquaginta vnam* (drachmas) *duos obolos.* χρήσασθαι *dicitur pecuniam accipere mutuam.*

III.
DE VSVRAE DIVISIONE.

XIV. *Vsuræ* primum duæ sunt species: Est enim primum *vsura sortis*, qua incrementum quæritur ex sorte mutuo data. Deinde est *vsura vsurarum*: quæ dicitur *fœnus improbum*, de quibus ordine dicendum est.

XV. *Vsura sortis* ratione temporis apud Romanos & Græcos & fortassis etiam apud Iudæos fuit aut *menstrua*, aut *annua*, aut non tam tempore quam loco & interuallo definita.

XVI. Apud Græcos quidem menstruam vsuram fuisse, ex *Aristophanis Nebulis* satis constat: sic enim habet: ὅτι ἡ κατὰ μῆνα τἀργύριον δανείζεται. h.c. *Quoniam in mensem argentum fœneratur.* Dabatur enim apud Græcos singulis mensibus anni νεομηνίᾳ. h.e. nouilunio, seu Calendis iuxta Romanos, vna drachma, nummus argenteus Atticus, de centum drachmis, seu de mina Attica centenaria,

quæ

quæ centum drachmis constat, vt patet ex oratione Æschinis contra *Ctesiphontem* : vbi de Oritanis loquens sic ait : καὶ τόκον ἤνεγκαν δωροδοκήματος δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς. ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν. hoc est, *& vsuram attulerunt Demosthenis sceleratæ corruptionis gratia drachmam in mensem de mina, donec sortem reddiderunt.* Vnde hanc vsuram nonnulli *drachmalem* vocant.

XVII. Hæc drachma Attica, de *mina Attica* in mensem data est eiusdem minæ centenariæ pars centesima : vnde vsura centesima dicitur. Facit hæc vsura in annum integrum, qui duodecim mensibus tricenariis constat, drachmas duodenas.

XVIII. ἑκατοστὴ s. μερὶς est apud Plutarchum *in Lucullo* cum inquit : πρῶτον μὲν γὰρ ἑκατοστὴν ἐκέλευσε, καὶ μὴ πλέον εἰς τοὺς τόκους λογίζεσθαι. h. e. *Nam primum quidem iussit centesimam*, (partem) *& non amplius in vsuras computari.* Vnde hæc vsura centesima dici cœpit : tum quod centesima sortis pars. h.e. centesimus eiusdem precii nummus in mensem penditur, & pro fœnore statuitur : tum quod hæc vsura centesimo mense. h. e. anno octauo & præterea mense quarto sortem exæquat : & drachma in minam euadit.

XIX. Hæc centesima vsura, qua centesimus eiusdem precii nummus pro fœnore statuitur, & in mensem soluitur, quod centum nummi sortis singulos nummos menstruos pariunt, legitima olim habebatur, & vsitatissima erat. Grauius enim fœnus leges exercere prohibebant. Facit in Annum, qui duodecim mensibus expletur, duodenos eiusdem precii nummos de centum : qui duodecim nummi velut as vsura censetur.

XX. Exigebatur autem hæc drachma vsuræ nomine *Calendis* apud Romanos, *seu nouilunio* apud Græcos. Vnde Strepsiades ille Aristophanicus, fœnoris mole grauatus, metuit ἕνην καὶ νέαν. h. e. τριακάδα s. μηνὸς : qui est *tricesimus & vltimus mensis dies* : (Latinis sunt Calendæ) quod tum vsurarii fœnus acerbissime exigere solebant.

XXI. Id indicat Plutarchus *in libro* περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι. οὐδ' ἀναμνήσει τῶν καλανδῶν καὶ τῆς νεομηνίας, ἣν ἱερωτάτην ἡμερῶν οὖσαν ἀποφράδα ποιοῦσιν οἱ δανεισταὶ, καὶ στύγιον. h. e. *Quod non oporteat fœnus exercere : Neque recordatione Calendarum & nouilunii, quem cum sit dies sacerrimus, vsurarii nefastum & execrandum faciunt.*

 XXII.

XXII. Apud Romanos itidem *usura menstrua* fuit. Nam denarios menstruos in centenos denarios datos esse, ex *l. lecta est ff si certum petatur*, palam est. Et Cicero *menstruæ usuræ* meminit *lib. 3. epistola ultima* & *lib. 6. ad Atticum epistola prima*. Fuit itaque fœnus menstruum non annuum unciarium & semunciarium: seu usura centesima & semissis quod singulis mensibus usura exigeretur.

XXIII. Porro ubi in Iurisconsultorum veterum libris & legibus vel in decretis principum scriptum est de usuris: nec ullum genus nummorum nominatur, in tot partes, quot sunt nummorum genera, quibus utebantur, accipi potest. Usi autem sunt Romani tribus fere nummorum generibus, quippe *aureis, argenteis & æreis*, a materia sic dictis.

XXIV. *Aurei* quidem solidi erant primum pondera *duorum denariorum*, ut sub Augusto: postea *didrachmi* sub Antonino Philosopho & Alexandro Seuero: *mox sextulæ* dicti sub Theodosio, Iustiniano, &c.

XXV. *Argentei* vero denarii sunt, qui erant *drachmales, Sestertii*, qui sunt *drachmæ Atticæ & denarii* Rom. Pars quarta. Sed nummi ærei sunt, ut asses, qui semunciales erant: quo tempore M. Antoninus Philosophus res Rom. administrabat, & alii quidam sequentes Imperatores, ut scribit G. Agr.

XXVI. Intelligitur autem hoc fœnus apud Aristotelem & alios veteres autores *fere nummarium seu pecuniarium*: quod nummo tantum constat. In sacris vero literis apud Iudæos, de aliis quoque rebus intelligi necesse est: ut de *frumento, de vino, de oleo, & de quacunque alia re*, quæ ultra sortem de rebus, mutuo datis, soluitur, accipitur, & exigitur. Id constat ex *Deuteronomio 23.* cum dicitur: *Non fænerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem.* Item *Nehem. 5.* quin potius & centesimam pecuniæ, frumenti, vini, olei, quam exigere soletis ab eis, date illis. Apud D. Ambrosium est: *usura est esca, usura vestis est, & quodcunque sorti accesserit, usura est.*

XXVII. Apud Hebræos quoque hanc usuram menstruam fuisse, coniicitur ex loco *Nehem. 5.* paulo ante allato: ubi fit mentio centesimæ.

XXVIII. Sed monendus est hic lector antequam ad alia progrediar: vsuras erudite explicari per *assem* eiusque partes: idque vsu veterum autorum. Quod cum non sit omnibus satis perspectum in gratiam eorum, quibus hæc grata sunt, per partes copiosius explicare non grauabor.

IV.

DE VSVRA CENTESIMA.

XXIX. Ac frequens quidem est mentio apud probatos autores veteres *centesimæ vsuræ*: quam multi parum erudite interpretantur. Accursius enim eiusque sequaces eam centesimam vsuram esse volunt, quæ vno eodemque anno. h.e. duodecimo mense sortem exæquat: vt de centum nummis in annum centum eiusdem precii valorisque nummi soluantur. Qua ratione in mensem de centum cederent octoni nummi cum triente seu tertia parte. Hæ vsuræ essent octonæ centesimæ cum triente.

XXX. Accursii verba, si quis forte requirat, in *l. 12. C de petitione hæreditatis* hæc sunt: *Centesima vsura, inquit, est, quæ æquiparatur sorti in anno. Quarta centesima est, quæ in quatuor annis.* In qua sententia est & Thomas Aquinas in *Opusculo de vsuris cap. 2.* cum inquit: *vsura, dicebatur Centesima, quæ per annum æquabatur sorti tantum.*

XXXI. Verum hæc interpretatio, licet aliquot seculis recepta fuit, tamen est falsa, inepta, absurda & inerudita: quæ iampridem est explosa: & non tantum ab eruditis legum interpretibus, sed & ab aliis doctis grammaticis deprehensa, reprehensa ac perspicue refutata est.

XXXII. Fuit apud Romanos & *annua vsura.* Nam Plinius Iunior *epistola ad Traianum Imper. Duodenos* Asses in annum pro plena centesima vsura posuit. Est enim centesima vsura velut as: quod vt in mensem vncia, quæ assis duodecima pars est, ita in annum duodeni asses nummi, velut integer as, vt a quibus compleatur, cedant de centum assibus. Fuit itaque hæc centesima vsura annua s. duodeni asses: vt vnus as quolibet mense datus, vsura menstrua.

V.

DE FOENORE VNCIARIO, &c.

XXXIII. Apud Liuium est *lib.7. ab V.C.* Semunciarium tantum ex vnciario fœnus factum. Hic iure quæritur: Quid sit fœnus vnciarium? Quid semunciarium? Quidam fœnus vnciarium esse interpretantur, cum de centum nummis vnus tantum eiusdem precii nummus in annum penditur ac soluitur: vt de centum drachmis, nummis Atticis, vna drachma Attica, &c. apud Græcos: Sic de centum assibus, sestertiis, denariis, aureis, solidis, libris, &c. vnus tantum as, sestertius, denarius aureus, solidus, libra &c. apud Romanos vsuræ seu fœnoris nomine in annum integrum, h. e. in duodecim menses soluitur ac penditur.

XXXIV. Qua ratione Semunciarium fœnus esset, si tantum semissis nummi de centum in annum cederet, solueretur que. Hanc autem interpretationem falsam esse, certum est, licet magnos assertores habeat: quippe magnorum dictionariorum, etiam sæpius editorum, concinnatores ac compilatores. Id enim eruditæ antiquitati prorsus aduersatur. Ex nulla namque credo, historia probari potest: vllam vnquam fuisse, cuius probati autores saltem meminerint, vsuram tam leuem, qua in annum aut vnus tantum eiusdem precii nummus de centum duceretur, penderetur que: vt centesimo demum anno sortem exæquaret; aut semissis nummi de centum solueretur, vt ducentesimo anno vsura in sortem euaderet.

XXXV. Georgius Agricola *lib.3. de precio monetarum* sic ait, *de centesima vsura eiusque partibus loquens: Sin autem quoque mense ducit quartam aurei partem: quæ est centesimæ qudrans, quotannis ducet tres aureos. Si denique singulis annis ducit duodecimam aurei partem, quæ est vncia, singulis annis ducet aureum vnum, &c.* Ex his verbis palam est, & Agricolam sentire (liceat id pace tanti viri dicere) de centum nummis vnum tantum nummum duci: vt centesimo demum anno sors ab vsura exæquetur. Vnde hoc fœnus vnciarium ab vncia nomen sortiatur. Idem eodem *lib. pag.331: Si denique inquit, vnciam spopondit, singulos s. soluit nummos.*

XXXVI. Carolus Molinæus, clarus Iureconsultus Parisiensis, & ipse

& ipse in hac eadem est sententia, *in Tractatu Commerciorum, &c.* cuius hæc sunt verba : *vnciales vsuræ in mille ducentis mensibus.* h.e. in centum annis sortem æquant : cum videlicet millesima ducentesima pars sortis soluitur quolibet mense, donec centesimo anno completo æquatur sorti. Semunciales in bis mille quadringentis mensib. h.e. in ducentis annis : vt quando bis millesima quadringentesima pars sortis quolibet mense soluitur, vsque ad æquatam sortem : hæc ille. In eadem quoque sententia est Hieronym. Groslocius *in Com. in l.* Lecta est ff. si certum petatur *N.33.* Eius verba sunt : *Est & vnciaria vsura, de qua mentionem habet.* Serbidius Scæuola in *Titium §. Præfectus ff de Adm. & per tut.* Eius ea ratio est, vt ad quemlibet centenarium quotannis singulorum nummorum fiat accessio : & adducit Liuii testimonium de vnciario fœnore *cap. VII. lib. ab V.C.* Sed fallitur, vt hinc patet. Minime itaq; mirum est, si eadem Dictionariis infarciantur. Sed hanc interpretationem non veram esse, nec cum erudita antiquitate consentire, certo constat.

XXXVII. Quin potius vnciarium fœnus est apud Liuium, & Corn. Tacitum *lib. 5.* quo in mensem quidem vnus nummus, qui est fœnoris annui velut vncia, & assis pars duodecima : in annum vero duodeni nummi ceu duodecim vnciæ, quæ assem complent, ducuntur ac soluuntur. Dicitur itaq; vnciarium fœnus *ratione maximæ vsuræ*, quippe centesimæ : quæ in partes assis vsitate diuiditur. As enim vncias duodecim continet : & pro toto & integro vsurpatur.

XXXVIII. Quemadmodum itaq; vncia mensem tanquam anni duodecimam partem : ita as annum, vt totum refert. Qua ratione vnciarium fœnus idem esse censetur cum centesima vsura : sed diuerso respectu, vt dictum est.

XXXIX. Hanc sententiam veram esse, & interpretationem eruditam ex Corn. Tacito palam est. Is enim refert : *Fœnus vnciarium constitutum fuisse legibus XII. Tab.* Sic enim ibidem habetur : NE QVIS VNCIARIO FOENORE AMPLIVS EXERCETO. Decennio autem post hanc de vnciario fœnore latam legem semunciarium tantum ex vnciario factum esse Tribuniciis rogationibus. Sed cum ne sic quidem fœnus tolerari posset. L. Genutius ad plebem tulit, ne vllo modo fœnerari liceret. Quæ Corn. Taciti autoritas meam

meam sententiam confirmat: & interpretationem de vnciario fœnore antiquitati consentaneam esse demonstrat.

XL. Idem & Hadrianum Iunium in suo Nomenclatore obseruasse video. Sic enim habet: *Vsura vnciaria, centesima Ciceroni, fœnus vnciarium Corn. Tacito: quæ centesimam sortis partem singulis mensibus capit: quando nimirum quotannis duodecim penduntur vsuræ nomine. Ibi enim assis nomine censetur annus: Vt vnciarum vicem gerunt menses*, hæc ille.

XLI. Significat itaq; Liuius: *Semunciarium fœnus tantum factum esse ex vnciario T. Manlio Torquato & C. Plancio iterum Coss.* h. e. ex asse seu centesima factam vsuram semissem: vt cum de centum nummis in mensem Calendis vnum, & duodenos eiusdem precii antea in annum soluissent, nunc porro in mensem Calendis nummi semissem: & senos tantum in annum soluerent. Sic misera plebs dimidia parte grauis vsuræ centesimæ leuata fuit.

XLII. Hanc eandem vsuram vnciam quoq; appellari consentaneum est, *l. Titium ff de administ. tut:* Sic enim lex habet: *Quæro, si apparuerit pecunia fœnerata a tutoribus: iudicio tutelæ vncias vsuras: an vero eas, quas stipulati sunt, præstare debeant?*

XLIII. Quocirca idem prorsus esse, idemq; significare arbitror: *vsuram centesimam, vsuram vnciam, vsuram vnciariam, & fœnus vnciarium* apud Liuium & Corn. Tacitum: vnde singulis mensibus centesimus sortis nummus ducitur, penditur, ac soluitur.

XLIV. Apud Festum Pompeium est *lex vnciaria*, quæ procul dubio hanc vsuram vnciam seu vnciariam seu vnciarium fœnus præstare iubet: id enim consentaneum est.

XLV. Tryphonius *in l. qui sine, de negociis gest:* hanc vsuram vocat *maximam*: quod Romanis legib. maior hac nunquam licita fuit. Eadem quoq; ab Vlpiano *in l. Tutor, grauissima* dicitur. Iulius Cæsar Dictator edixit, vt, siquid in vsuris supra centesimam solutum esset, in sortem computaretur. Phil. Mel. *lib. 2, Chron.*

XLVI. Fuit certe hæc centesima vsura grauis moles & ingens onus: quo inopes misere premebantur, vexabantur, exhauriebantur & opprimebantur, & bonis patritis auitisq; tandem exuebantur. Qua de re multæ graues passim extant querelæ: & tumultus sæpe Romæ sunt excitati, vt ex Liuio & aliis constat.

XPEO-

ΧΡΕΟΚΟΠΙΑ.

XLVII. Vnde χρεῶν ἀποκοπὴ, & χρεοκοπία a Solone apud Athenienſes inſtituta eſt. h. e. *debiti æriſque alieni deciſio*: ἀποκοπεῖσθαι eſt debito fraudari: quippe decoƈta pecunia.

XLIIX. Fuit, & σεισάχθεια Athenis Solonis conſilio & exemplo introduƈta: quaſi dicas, *oneris*, h. e. æris alieni leuationem & excuſſionem. De quo ſic eſt apud Diogenem Laertium *in vita Solonis ex Plutarcho*, cum inquit: τὸ δὲ ἦν λύτρωσις σωμάτων τε καὶ κλημάτων. καὶ γὰρ ἐπὶ σώμασιν ἐδανείζοντο. καὶ πολλοὶ δι᾽ ἀπορίαν ἐθήτευον. ἑπτὰ δὴ ταλάντων ὀφειλομένων αὐτῷ (σόλωνι) πατρῴων, συνεχώρησε πρῶτος. καὶ τοὺς λοιποὺς τὸ ὅμοιον προὔτρεψε πρᾶξαι. καὶ οὗτος ὁ νόμος ἐκλήθη σεισάχθεια. h. e. *Id autem erat corporum poſſeſſionumque redemptio. Nam & ſuper corporibus fœnerabantur: & multi propter inopiam ſeſe in ſeruitutem tradebant. Cum igitur ſeptem talenta ipſi (Soloni) deberentur patria, primus ea remiſit: & reliquos, vt ſimiliter facerent, hortatus eſt. Et hæc lex Siſachthia vocata eſt.* Septem Talenta, quæ Solon remiſit, faciunt Coronatos 4200, argenteos vnciales 5250.

XLIX. Sanxit autem Solon id, ne corpora ciuium ob vſuras neƈterentur. Porro qui ſint nexi, & quæ fuerit ratio neƈtendi obæratos, apud Romanos, copioſius ſcribit L. Cœlius *lib. 12. cap. 20.*

L. Eodem modo apud Romanos *nouæ tabulæ* introduƈtæ ſunt: & ab iis extortæ, qui magnis vſuris premebantur. Appellantur autem *nouæ tabulæ*, cum prioribus obolitis conficiuntur Cicero labefaƈtationem fundamentorum Reip. vocat, cum pecuniæ creditæ obæratis condonantur: & nouæ mox cooriuntur tabulæ, quibus nomina contineantur noua. Apud eundem eſt *lib. 2. offic*: *Tabulæ nouæ quid habent argumenti, niſi vt tu emas mea pecunia fundum: cum tu habeas: ego non habeam pecuniam?* Idem hanc iniquitatem paſſim non immerito exagitat.

LI. Porro frequens fœnerandi conſuetudo minime nobis admirationi eſſe debet, quod apud Gentes adeo inualuerit: cum & apud Iudæos in frequenti vſu fuerit: licet populus Dei eſſet, Deoque conſecratus: cui omne fœnus voce diuina interdiƈtum

fuit: vt ex multis sacræ scripturæ testimoniis constat: quib. omnia absque vsura reddere iubentur: vt *Nehem. 5*, cum inquit: *Reddite eis hodie agros suos, & vineas suas, & olineta sua, & domus suas: Quin potius & centesimam pecuniæ, frumenti, vini, olei, quam exigere soletis ab eis, date illis,*

LII. Apud Romanos certe fœnerari parum honestum habebatur, vt constat ex Catone *lib. de Re Rustica in Præfatione*, cum inquit: *Maiores nostri sic habuere: & ita in legib. posuere: Furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. Quanto peiorem ciuem existimarint fœneratorem, quam furem, hinc existimari.*

LIII. Etsi vero *centesima vsura* grauissima esset: qua duodeni de centum in annum cedunt, ducuntur & soluuntur: non tamen olim hac contenti fuerunt auari fœneratores: sed non solum ad binas, ternas, sed ad quaternas etiam centesimas peruenerunt, vt mox explicabitur.

LIV. *Sesquicentesimæ vsuræ* taxatæ erant ex lege X Tabularum apud Athenienses in *rei vxoriæ actione*, vt ex Demosthene κτ̀ νεαίρας constat, cum inquit: νόμος κελεύει, ἐὰν ἀποπέμπῃ τις τὴν γυναῖκα, ἀποδιδόναι τὴν προῖκα. ἐὰν δὲ μὴ, ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς τοκοφορεῖν. h. e. *Lex iubet eum, qui vxorem repudiat, dotem restituere: sin minus, moræ tempore vsuram pendere nouenos obolos s. in mensem. Noueni oboli sesquidrachmam faciunt:* vnde existunt in annum de centum drachmis drachmæ octodecim vsuræ nomine. Eodem modo est apud eundem Demosthenem *contra Aphobum*, cum inquit: ὁ μὲν νόμος κελεύει τὴν προῖκα ὀφείλειν ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς. h. e. *Lex quidem iubet dotem debere: & cum vsura nouem obolorum restituere.*

LV. Hæc actio σίτου δίκη a Solone appellatur. h. e. *alimenti actio*: quæ est rei vxoriæ actio, & annua in alimentum pensitatio: qua repudiatæ sustentandæ erant.

LVI. In *Nicena Synodo cap. 17.* hæc sesquicentesima vsura dicitur *bemiolia*, id est, *sescupla*, & prohibetur. ἡμιόλιον dicitur Græcis, quod totum seu integrum semel continet, & præterea dimidium totius: latinis dicitur sescuplum, & sesquialterum. Thomas Aquinas *in Opusculo de vsuris cap. 2*, non recte interpretatur, cum inquit, de vsura loquens: *Alia vero* (vsura) *dicebatur emiolia:* (hemiolia dicendum) *quia per annum pariebat medietatem sortis tantum:*

tum: vt sors biennio exæquetur. Sed hæc interpretatio est falsa.

LVII. Vsura sesquicentesima sortem exæquat mense septuagesimo. h. e. anno quinto & præterea mense decimo.

LVIII. Cicero in *Frumentaria* Verri obiicit, quod pecuniam, ad publici frumenti coemptionem sibi attributam, apud Publicanos relictam, vnde attributa erat, duabus centesimis fœneratus esset. Duæ centesimæ sunt, cum binæ drachmæ in mensem de mina centenaria. h. e. de centum drachmis penduntur: vsuræ hæc mense quinquagesimo. h. e. anno quarto & præterea mense secundo in sortem euadit, cedunt in annum nummi eiusdem precii viceni quaterni de centum.

LIX. Ante Iustinianum Imp. leges Rom. duplicem centesimam infligebant debitoribus condemnatis: & post quadrimestre tempus iudicatum facere detrectantibus, *l. 2. C. de vsur. rei iudicatæ.* Et fuit casus singularis.

LX. Porro *pecuniam traiectitiam,* quæ trans mare naue traiicitur, vltra duas centesimas mereri non posse, constat ex lege: *Nihil superest ff. de fœnore Nautico.* Sed Iustinianus Imperator ad centesimam quoque retrahit *C. de nautico fœnore.*

LXI. Apud Athenæum *lib. 13. pag. 303.* quidam, se ingenti insusitataque vsura premi, atque adeo supprimi, quæritur: nimirum quod in mensem ternas drachmas fœnoris nomine soluere sit coactus: & hac via τῶν ὄντων ἐκπεσών. h. e. *facultatibus sit exutus.* Hæc est vsura tercentesima, seu terna centesima, seu sunt tres centesimæ: qua de centum in mensem tres, in annum triginta sex ducuntur. Qua ratione vsura in sortem euadit, eamque explet mense tricesimo tertio cum semisse h. e. anno altero & præterea mense nono cum semisse. Pollicetur autem idem se sponte daturum in mensem nouenos obolos. h. e. sesquidrachmam: quæ est vsura sesquicentesima, de qua iam dictum est.

LXII. Et quaternam centesimam olim ductam fuisse, Cicero *lib. 5. ad Atticum Epistola vlt.* testatur: vbi de Scaptio, Pompeii Magni quæstore, loquens sic ait: *Non autem bono nomine centesimis contentus erat: aut non bono quaternas centesimas sperabat.*

LXIII. Apud eundem est *lib. 6. ad Attic. Nisi forte id volumus*

lumus armis effi.ere, vt fœnus quaternis centesimis ducant. Quaternæ vsuræ centesimæ sunt, cum drachmæ quaternæ de mina centenaria. hoc est, de centum nummis, aut alioqui quaterni aurei solidi, aut quaterni argentei de centum in mensem soluuntur. Qua ratione in annum integrum de centum cedunt, ducunturque nummi eiusdem precii quadrageni octoni.

LXIV. Hæc vsura centesima quaterna in sortem euadit, eamque explet mense vicesimo quinto, hoc est anno altero & mense vno.

LXV. Est præterea *vsura duplex: simplex & coniuncta:* de simplici, quæ est vsura sortis, dictum est hactenus. De vsura vero coniuncta est ibidem apud Ciceronem *lib. 6. ad Atticum:* vbi facit mentionem vsuræ centesimæ cum *anatocismo.* Sic enim inquit: *Nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contentus non esset, &c:* quod ipse mox interpretatur, cum inquit: *Confeceram, vt soluerent centesimis sexennii ductis cum renouatione singulorum annorum. At Scaptius quaternas postulabat.*

LXVI. Est autem ἀνατοκισμὸς, vt hic Cicero interpretatur, renouatio vsurarum, eaque anniuersaria: h. e. in singulos annos renouanda: vt vsuræ vsurarum debeantur. Id autem Iustin. vetuit *l. fi. C. de vsur. & l. fi. C. de vsur. rei iudicatæ.*

LXVII. Hæc vsura vocatur *vsura vsurarum l. 27. ff. de re iudicata.* Apud Aristophanem *in Nebulis* sunt τόκοι τόκων: quippe cum vsura non soluta ad sortem applicatur: vt & ipsa vsuram gignat, quæ legibus est prohibita: & hominem reddit infamem, (ex quibus caussis infamia irrogatur) Vocant autem hanc *vsuram iudaicam:* quod Iudæis auaris fuerit vsitata.

LXVIII. D. Ambrosius *in 12. caput Tobiæ* hanc rem pulchre explicat, inquiens: *Vnde etiam τόκους greci appellauerunt vsuras: eo quod dolores partus animæ debitoris excitare videantur. Veniunt Calendæ, parit sors centesimam, veniunt menses singuli, generantur vsuræ, crevit centesima: Petitur, nec soluitur: applicatur ad sortem. Itaque non iam centesima incipit esse: sed summa. h. e. non fœnoris centesima: sed fœnus centesimæ,* hæc ille.

Et hoc est, quod Liuius dixit: *Mergentib. semper sortem vsuris, fœnore obrutum esse.* Hæc de vnciaria vsura sufficiant.

LXIX.

LXIX. Sed & ex aliis assis partibus præter vnciam vsuræ appellantur vsitate: vt *vsura semissis* Scæuolæ est, cum in mensem quidem semisses nummorum, vt semidrachma. h. e. terni oboli de centum drachmis: in annum vero Seni eiusdem precii nummi penduntur ac ducuntur. Hac ratione dimidia vsuræ centesimæ parte debitores leuantur:

LXX. Iustinianus *lib. 4 C. constitutione 32.* de vsuris hanc vsuram semissem vocat dimidiam partem centesimæ: qua in annum sex nummi de centum cedunt. In sortem autem euadit hæc vsura mense quidem ducentesimo, anno vero 16 & præterea mense octauo.

LXXI. Hæ vsuræ semisses legibus Cæsareis conceduntur & approbantur: quare *vsuræ legitimæ* appellantur: & a Plinio *lib. 14. c. 4.* vocantur *modicæ*.

LXXII. Hanc veram esse interpretationem vsuræ semissis, Hermolaus Barbarus in *secundis castigationibus in Plinii c. 4. lib. 14.* ex Columella *lib. 3.* perspicue declarat ac demonstrat: vnde & Budæus in *primo libro de Asse repetit.*

LXXIII. Lex *Tutor ff. de administr. tut.* habet vsuras *quincunces, trientes* aut etiam *leuiores*.

LXXIV. *Vsuræ leuiores* sunt, vt quadrantes: infra quas nescio an leuiores vnquam ductas, apud veteres autores inuenias.

LXXV. *Vsuræ quincunces* sunt Scæuolæ, cum quinque eiusdem precii nummi de centum in annum fœnoris nomine ducuntur ac soluuntur. Quæ vsura in sortem euadit anno vicesimo, mense ducentesimo & quadragesimo. Dicitur autem quincunx centesimæ vsuræ, de qua loquitur Paulus *l. 17. ff. de vsuris.*

LXXVI. *Triens vsuræ centesimæ* est eius pars tertia, vt Iustinianus vocat *lib. 4. C. constit. 32:* qua in annum quidem integrum de centum nummis, vt de centum drachmis, quaternæ drachmæ, de aureo quatuor aurei, &c. in mensem vero tertia drachmæ pars. h. e. bini oboli penduntur Græca verba sic habent: *εἰ δὲ νομίσματα τὰ δανεισθέντα εἴη ὑφ' ἑκάστῳ νομίσματι ἐνιαύσιον κεράτιον ἐν προφάσει τόκου.* h. e. *Quod si aurei fœnerati sint in singulos aureos annuum unum Creatium pro fœnore.* Ac proinde vicesimamquartam aurei partem. In centenos igitur aureos, quatuor aureos an-

nuos & quatuor siliquas seu ceratia: quæ vicesima quarta pars est centum aureorum. Est vsura paulo maior triente. De hac sentit Paulus *lib. 11. Digesti Infortiati tit. 2. ad l. Falcidiam.* Hæc vsura sortem exæquat mense trecentesimo, anno vicesimo quinto.

LXXVII. Antoninus Imp. & nomine & reipsa Pius, *fœnus trientarium* minimis vsuris exercuit, vt patrimonio suo plurimos adiuuaret, vt Iulius Capitolinus testatur. Id ab aliis tribuitur Alexandro Seuero Imp. vt Lampridius testatur.

LXXVIII. Idem sunt *triens vsura, trientaria vsura, trientarium fœnus*, tertia pars centesimæ vsuræ, τρίτον scilicet μέρος, vt Græci quoque loquuntur, vt Grammatica ratione constat.

LXXIX. Apud Dionem Nicæum est *lib. 51*, Romæ tantum fuisse pecuniæ tempore Augusti Cæsaris, vt fœnus, quod ante drachma. h.e. denario (quæ fuit vsura vnciaria & centesima) pendebatur, tum ad trientem eius redierit. h. e. *Quod ex centesima vsura facta sit vsura trientaria*, quæ est centesimæ pars tertia.

LXXX. Iustinianus autem Imp. durissimam & grauissimam vsurarum molem ad mediocritatem hanc reduxit: vt illustres, aut his maiores, *trientibus* essent contenti: negociatores & opifices, *bessibus*: qui traiectitiam & nauticam agitarent, *assibus*. h.e. centesimis: reliqui *semissibus* vt constat *C. de vsuris*: qua de re hi sunt versus;

Discant illustres stipulari posse trientes:
Et mercatores sibi possunt quærere besses:
Quærere semisses possint communiter omnes.
In traiectiicis vires centesima sumit.

LXXXI. Vsuræ besses centesimæ sunt, cum duæ tertiæ in mensem, octo nummi in annum de centum numerantur. Huius vsuræ bessis mentio fit *l. P. Mævia §. L. Titius ff. depos.* καὶ συνέθεμην χορηγήσαι σοι τόκον ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ὀβολοὺς τέσσαρας μέχρι τῆς ἀποδόσεως παντὸς τοῦ ἀργυρίου. h. e. *pactus sum, me tibi præstaturum vsuram cuiusque minæ quolibet mense obolos quatuor, donec omne argentum reddatur.* Quatuor oboli sunt drachmæ bes: & hæc vsura

fura dicitur bes centesimæ. Hac vsura tertia parte centesimæ debitores leuantur: & euadit in sortem eamque explet mense centesimo & quinquagesimo, anno duodecimo cum semisse: h. e. mense præterea sexto: reliqua ex superioribus satis sunt nota.

LXXXII. Constat itaque vsuras olim vsitatas ab asse eiusque partibus vsu veterum autorum fuisse appellatas: vt sint *centesimæ vsuræ*, quæ sunt velut as: vsuræ vnciæ seu vnciariæ: quæ eædem sunt cum centesimis: Et hæ fuerunt fere menstruæ. Vsuræ vero *besses*: vsuræ *semisses*: vsuræ *quincunces*: vsuræ *trientes* seu *trientariæ*: vsuræ *quadrantes*, quæ sunt quarta vsuræ centesimæ pars. Has autem plerasque, quarum in legibus fit mentio, *annuas* fuisse, non menstruas, certo colligitur.

LXXXIII. Porro fuit & alia vsurá centesima amplior triente, cuius hoc exemplum ex Demosthene in oratione πρὸς νικόστρατον Budæus adfert, cujus verba sunt: τίθημι οὖν τὴν συνοικίαν ἑκκαίδεκα μνῶν παμβωτάδῃ, ὃν αὐτὸς δανειστὴν προεξένησεν, ἐπ' ὀκτὼ ὀβολοῖς τὴν μνᾶν δανείσαντι τοῦ μηνὸς ἑκάστου. h. e. *Oppignoraui igitur diuersorium meum in sedecim minis Pambotadæ, qui eam pecuniam repræsentauit in singulas minas octonis obolis, quolibet mense creditori fœnoris nomine constitutis.* Hæc vsura centesimam drachmalem duobus obolis, qui sunt drachmæ triens, excedit.

LXXXIV. ἔφεκτος τόκος apud Suidam est, cum singulis mensibus de centum vnus eiusdem precii nummus soluitur, & præterea sexta eius pars: vt de centum drachmis vna drachma & præterea obolus, qui drachmæ sexta pars est, soluatur.

LXXXV. Adhæc faciunt usuram duplicem *ratione loci*: quippe *terrestrem*, de qua hactenus, diximus: & *nauticam*, de qua nunc pauca dicenda sunt.

LXXXVI. Ναυτικὸν δάνειον. h. e. *nauticum fœnus* apud Pollucem *lib. 8. duplex est.* Aut enim est ἑτερόπλουν, aut ἀμφοτερόπλουν.

LXXXVII. Δάνειον seu ἀργύριον ἑτερόπλουν vocant, quod in vnum tantum commeatum est traiectitium: quod alterutro vel abitu, vel recursu numeratur, vt Hadrianus Iunius ait: *Hic fœnerator tantùm commeatus periculum subit.*

LXXXIIX.

LXXXVIII. Ἀμφοτερόπλουν ἀμφοτερόπλουν est, quod in utrunque commeatum, ultro citroque est traiectitium: quod pro itu reditaque in profectione persoluitur, vt Harpocration exponit. Fœnerator hic utrobique periculum subit.

LXXXIX. Prioris quidem ex Demosthene hoc exemplum a Budæo *in oratione κατὰ Διονυσοδώρου* adfertur: οἱ γὰρ ἐκ τῆς Αἰγύπτου δανείσαντες ἑτέροις ἑτερόπλουν τἀργύριον, h. e. *Qui ex Ægypto argentum in vnum commeatum his mutuo dederunt.*

XC. Posterioris exemplum adfertur ex eodem Demosthene πρὸς Φορμίωνα: ἐδάνεισα Φορμίωνι τουτῳ εἴκοσι μνᾶς ἀμφοτερόπλους εἰς τὸν Πόντον ἐπὶ ἑτέρᾳ ὑποθήκῃ. h. e. *Phormioni huic dedi fœnori viginti minas in utrunque commeatum in Pontum in altera hypotheca.*

XCI. Adfertur ab Harpocratione & hic locus ex Demosthene: ὅταν τις ναυτικὸν δανείσῃ δάνειον ἐπὶ τῷ καὶ ἐνθένδε πλεῦσαί ποι, κἀκεῖθεν, τοῦτο ἀμφοτερόπλουν καλεῖται. h. e. *Cum quis nauticum fœnus mutuo dederit, vt quis & hinc aliquo nauiget: & illinc huc, id vocatur amphoteroplum.*

XCII. Ναυτικὸν δάνειον, hoc est, *nauticum fœnus*, Paulus Iurisconsultus vocat *maritimum*: quod penditur nauigatione perfecta.

XCIII. Dicitur quoque a Iurisconsultis *vsura traiectitia*, quod trans mare vehatur. Modestino est *fors nautica* de qua hoc fœnus soluitur. Apud Cedrenum est: τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισήμους ναυκλήρους συναγαγὼν δέδωκεν ἐπὶ τόκῳ τεσσαρακεράτῳ τὸ νόμισμα ἀνὰ χρυσίου λίτρας δώδεκα. hoc est. *Naucleros Constantinopolitanos primarios vnum in locum coegit: iisque in capita duodenas auri libras credidit sub vsura quaternorum ceratiorum in aureos singulos.*

XCIV. Hæc vsura nautica est neque annua neque menstrua: sed certo nauigationis spacio finitur.

XCV. Europæ incolæ hodie vsuras ducunt & exigunt annuas, nunc quincunces, quinos nummos de centum in annum: nunc semisses, senos: nunc septunces, septenos: nunc besses, octonos: nunc dodrantes, nouenos: nunc dextantes, denos: nunc etiam asses, h. e. duodenos: quæ sunt centesimæ.

LXVI. His vero non contenti quidam auari vsurarii dextantes vsuras annuas ternas, vt certo constat, exigere, accipere & extorque-

torquere non erubescunt a Christianis ipsi nomine non etiam reipsa Christiani: quippe denos ter in annum tribus mercatibus Lipsicis. Id sane minime est vsuras legitimo modo frequentari, vt est *l. 10. ff. Mandati.* Essent enim binæ centesimæ cum semisse.

XCVII. τόκος ὀβολιμαῖος est vsura obolaris nimirum sextans seu sextantaria apud Eustathium.

XCVIII. ὀβολοστάτης est *fænerator* & *vsurarius sordidus*, a vilitate oboli nummi sic dictus: & ὀβολοστατικὴ ratio illa nummularia, qua quæstus sordidus ex vsura paratur, apud Aristotelem *lib. 1. de Repub. cap. 7.* ὀβολοστατεῖν est vsuram huiusmodi sordidam vilemque exercere.

XCIX. Ab vsura dicitur *vsurarius:* & de vtroque tam de debitore quam de creditore, vsurpatur. Ac de creditore quidem, qui suam pecuniam dat mutuo, & de vsura paciscitur, dubium non est. Debitor vero itidem vsurarius appellatur *l. debitor ff. de vsur. qui pecuniam fœnore accipit.* Sic enim ait: *Debitor vsurarius creditori pecuniam obtulit, & cum eam accipere noluisset, obsignauit ac deposuit.*

C. Apud Ciceronem est: *Iniquissimo fœnore vsuram facere:* quæ est honesta phrasis apud Latinos: pro qua vulgo passim dicitur, *mutuari ad interesse:* & vt Donatus inquit: *Est creditorem mutare, & fœnus fœnore dissoluere, nomen nomine expungere.*

VI.

VSVRAM ESSE PROHIBITAM.

CI. Sacræ Hebræorum literæ *fænerari*, & vsuram petere omnino prohibent, *Leuit. 25: Vsuras non accipias ab attenuato fratre tuo: timeas Deum tuum, vt frater tuus apud te viuere possit.* Item: *Ad vsuram non dabis pecuniam ei,* (fratri tuo) *& frugem abundantiam non exigas. Deuter. 23. Ad vsuram non fœnerabis fratri tuo pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem: sed alieno. Fratri autem tuo absque vsura commodabis id, quo indiget: vt benedicat tibi*

DOMINVS Deum tuum in omni opere tuo, &c. Idem *cap. 15. Fœnerabis gentibus multis: & ipse a nullo accipies mutuum. Ezech. 18. eum iustum esse asserit, qui non commodat ad vsuram, vt tarbith,* hoc est, *plus accipiat.* Apud eundem *cap. 22.* inter peccata, quæ grauem pœnam merentur, & hoc enumerat: *Vsuram & tarbith,* hoc est, *superabundantiam accepisti, &c.* Dauid *Psal. 15: Eum in tabernaculo DOMINI habitaturum pronunciat, qui pecuniam suam ad vsuram non dederit.* Ergo ex contrario concluditur certo: *Nec iustum esse, nec in tabernaculo DOMINI esse habitaturum, qui suam pecuniam ad vsuram dederit.*

CII. Sed & noui Testamenti sacræ literæ mutuum quidem dare iubent: vsuram vero accipere prohibent, *Lucæ 6.* CHRISTVS ipse ait: *καὶ ἐὰν δανείζητε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί, καὶ γὰρ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δανείζουσιν, ἵνα λάβωσι τὰ ἴσα.* hoc est. *Si mutuum datis iis, a quibus speratis vos recepturos esse, quæ gratia erit vobis? Nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, vt recipiant paria.* Ex mox ibidem: *πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες. καὶ ἔσται ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς. καὶ ἔσεσθε οἱ υἱοὶ τοῦ ὑψίστου.* hoc est, *Itaque diligite inimicos vestros: & benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa: & eritis filii Altissimi.* Matth. *cap. 5. τῷ αἰτοῦντί σε δίδου. καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς.* hoc est, *Petenti abs te dato: & volentem mutuari abs te ne auerseris.*

CIII. Plato legem esse vult *lib. 5. de Republ. μὴ δανείζειν ἐπὶ τόκῳ, ὡς ἐξὸν μὴ ἀποδιδόναι τὸ παράπαν τῷ δανεισαμένῳ μήτε τόκον μήτε κεφάλαιον.* hoc est, *Ne quis pecuniam in fœnus collocet. Nam licere illi, qui sumpserit, non reddere neque fœnus neque sortem.*

CIV. Extat & apud Plutarchum liber: Vsuram non esse exercendam. Detestatur itaque fœneratores: & præclare monet, cum istis non esse communicandum.

CV. Catonis sententia de fœneratore allata est ante numero 52. Idem fœnus homicidio par facit. Nam cum, quid fœnerari esset, interrogaretur: *Quid hominem,* inquit, *occidere?* vt testatur Cicero *in fine libri 2. de Officiis.*

CVI. Megarenses Tyranno olim eiecto, & democratia restituta, fœnus repetebant a fœneratoribus, a quibus ante vsura oppressi fuerant: & id vocabatur παλιντοκία, hoc est, fœnoris dati repetitio, vt est apud Plutarchum *in Hellenicis.*

CVII. Cur autem fœnerandum non sit, præter ea, quæ supra ex sacris literis allata sunt, his quoque argumentis eruditi vti solent.

I.

Iniustum est exigere pecuniam, vbi nullius rei est commutatio, hoc est, vbi quis pecuniam pro nihilo exigit.

Fœnerator salua sorte vsuras exigit non pro aliqua re: quia sors semper manet salua, sed tantum pro mutationis officio.

Ergo iniustum est vsuras exigere.

II.

Res natura non fructificans non est transferenda tanquam fructificans: vt pro agro elocato, cum natura fructificet, licet aliquid recipere: etiamsi ager ipse non amittitur.

Pecunia autem non est res natura fructificans.

Ergo pro precio non est aliquid exigendum, cum sors maneat salua.

III.

Pretium non debet esse merx.

Pecunia est precium.

Ergo pecunia non debet esse merx. *Maior* probatur: quia quandocunque precium fit merx, semper accedit aliquid fœneratori supra precium. Ita additur aliquid pro nihilo, & fit inæqualitas. Ita pauci fœneratores exhauriunt ciuitatum facultates. Non enim possunt esse perpetuæ commutationes, vbi non est æqualitas. Pugnant itaque vsuræ cum æqualitate.

IV.

Nemo debet lucrari de alieno.

Accipiens vſuras de alieno lucratur. Quia mutuatio tranſtulit dominium, & quidem rei non ſua natura fructificantis.

Non eſt igitur iuſtum lucrum.

In hanc ſententiam multa alia argumenta erudite excogitari & adferri poſſunt, quibus confirmari poſſit, vſuram eſſe illicitam & charitati proximi aduerſari.

Porro diſputationes de vſuris: quatenus leges politicæ eaſdem permittunt, piis & eruditis Iureconſultis, qui ex Profeſſo hæc tractant, ſunt relinquendæ. Ego autem hic diſputationem & explicationem Grammaticam duntaxat inſtituere volui: vt appellationes & phraſes, claſſicis autoribus veteribus vſitatæ, a rudioribus rectius intelligantur.

FINIS.

HVMANISS. AC DOCTISS. VIRO

DN. AEGIDIO FABRICIO,

Ecclesiæ Massauianæ in Pomerania Ministro vigilantissimo,

GENERO CHARISSIMO

MATTHAEVS HOSTVS SOCER

S. P. D.

CHariss. gener opto tibi ex animo primum tranquillam Ecclesiæ Christi, tibi commissæ, gubernationem: deinde commodum, iucundum, fæcundum & felix cum mea filia chariss. matrimonium. Si tuus antecessor M. Iohannes Pretorius, gener charissimus. in viuis esset, aliquod eruditum scriptum merito illi dedicarem. Id enim eximia illius eruditio & syncera pietas merebatur. Erat enim vir doctus, linguarum & ingenuarum artium excellenter peritus: & Euangelium filii Dei in Ecclesia pure docebat. Cum vero ille ex hac miseriarum valle in meliorem vitam æternamque beatitudinem, Deo sic volente, euocatus sit: tibi chariss. gener, qui illi in vtroque, & in pia functione Ecclesiastica & in honesto matrimonio cum mea chariss. filia successisti, idem beneficium tibi iure deberi æquum esse censeo. Inscribo itaque tibi, gener chariss. alteram partem de hæredum institutione & de hæreditatis diuisione: quam tibi gratum fore spero. Vale chariss. gener cum nostris chariss. quamoptime. Datum Francofordiæ ad Oderam mense Aprili Anno a Christo nato M D LXXXVI.

VII.

DE ASSIS EIVSQVE PARTIVM VSV IN HÆREDVM INSTITVTIONE ET HÆREDITATIS DIVISIONE.

MATTHAEO HOSTO AVTORE.

PARS III.

I.

HÆreditatem asse eiusque partibus vsitate explicari, testatur Vlpianus, cum inquit, *l. seruum ff. de Hered. instit. Hæreditas plerunque diuiditur in duodecim vncias, quæ assis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina : Sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, detxans, deunx,* hæc Ille.

II. Idem *ibidem l. interdum : Paterfamilias distribuere hæreditatem in tot partes potest, quot voluerit : sed solennis assis distributio in duodecim vncias fit.*

III. Hæreditas ad aliquem venit vel tota, seu integra, & ex asse hæreditas dicitur : vel eius pars aliquota, seu partes. Hæres

res enim quis aut instituitur, aut substituitur, vel *ex asse*, qui solus totius hæreditatis hæres esse scribitur, *l. 19. ff. de liber.* & posthu: qui solus hæreditatem relictam petit aditque.

IV. Vel instituitur substituiturue hæres *ex parte aliqua l. 10. ff. de petit. hæred.* Hinc phrases, veteribus vsitatæ, diligenter sunt obseruandæ & declarandæ.

V. Hæredes aut *instituti* dicuntur, aut *substituti*: instituti primo gradu: substituti secundo vel tertio. Suetonius in *Augusto tit. 101.* Hæredes instituit primos Tiberium ex parte dimidia & sextante: Liuiam ex parte tertia, &c. Secundos Drusum, Tiberii filium, ex triente: & ex partibus reliquis Germanicum, liberosque eius tres sexus virilis: tertio gradu propinquos amicosque complures.

VI. Hæredis institutio aut *simplex* est, aut *duplex*, &c. *l. 1. ff. de vulga: & pupil. substitut.* Idem dicitur: hæredem scriptum esse primo loco, secundo loco, *l. 58. ff. de hæred. instit.*

VII. *Hæres ex asse* dicitur quoque hæres ex tota parte, *l. 1. ff. de hæred. instit.* Plinius vocat hæredem instituere omnibus bonis. Apud Cicer. *ad Atticum lib. 7.* dicitur *hæres ex libella*, cum inquit: *Fecit palam se ex libella, me ex teruncio, f. hæredem.*

IIX. Hæreditas *dupondium* quoque appellatur *l. 17. & 18. ff. de hæred. instit.*

IX. Hæredes sunt vel *ex æquis partibus, l. 10. 35. 60. ff. de hæred. instit.* Iidem dicuntur *æque hæredes, l. 12. ibid.* Vel sunt hæredes *ex inæqualibus* & disparibus partibus, *l. 12. ff. de hæred. instit.*

X. Ex variis portionibus *hæres scriptus l. 11. ff. ad L. Falcidiam.*

XI. *Ex vncia* hæres institutus, *l. si pater ff. de legat. & fideicom.* qui hæres dicitur *vnciarius, l. plane ff. de legat. & fideicom.* Idem quoque dicitur *ex parte duodecima hæres, l. Athales seruum ff. ad l. Cornel.* Si tota hæreditas æstimata 600. Ioachimicis Vallensibus vncialibus: eius vncia erit 50 Ioachimicorum.

XII. *Hæres semuncia, l. 5. ff. de hæred. petit.* est cui ex bonis hæreditariis cedit pars quarta & vicesima. Sit hæreditas æstimata 1600 Ioachimicis vncialibus: eius semuncia erit vncialium 66 cum besse, qui hic facit 16 grossos Misnicos.

XIII.

XIII. Hæres institutus *ex sescuncia, l. 8. ff. de inofficioso testam.* est hæres ex octaua parte hæreditatis. Sescuncia enim assis octaua pars est. Partis dimidiæ quartam, id est, totius assis sescunciam retineat, *l. 5. ff. de legat. præstand.* Sit hæreditas 2000 Ioach. argenteorum vncial. Sescuncia erit 250 argent. vncialium: quippe octaua hæreditatis pars.

XIV. Sextans si cui ex substantia testatoris debetur *l. 8. ff. de inoff. testam. & l. 1. ff. si pars hæreditatis petatur.* Idem est hæres ex sexta parte, *l. 75. ff. de milita: test.* Item: Lucius Titius ex *duabus vnciis* hæres, *l. 45. ff. de hered. instit.* Sit hæreditas 2400 vncial. argent. sexta pars erit 400 argent. vncial.

XV. Quinta pars hæreditatis, *l. 6. ff. si pars hereditatis petatur.* Sit hæreditas 20000 argent. vncialium quinta pars erit 4000 vncial. argent.

XVI. Quarta pars hæreditatis, Der vierdte Pfennigk. *l. 8. ff. de inoffic. testam.* Idem est hæres ex quadrante, *l. 19. ff. de inoffic. testam.* Item quarta portio, *l. 6. ff. Si pars hered. petat:*

XVII. Titius ex parte prima, Seius ex parte secunda, Mænius ex parte tertia, Sulpicius ex parte quarta hæres sunto: æquæ partes (quadrantes seu quartæ) hæreditatis ad institutos pertinebunt, *l. 14 ff. de hered. instit.*

XIIX. *Quadrans*, dicitur *l. 20. ff. de hered. instit.* virilis portio est quarta pars, *l. 30. ff. de hered. instituend. & l. 8. ff. de legat. præstand.* Hæredes ex virilibus partibus, *l. 13. ff. de her. instit.* Sit hæreditas argent. vncialium 5000, quarta pars erit 1250.

XIX. Triens hæreditatis, *l. 1. ff. Si pars hered. petat. & l. 9. ff. de hered. instit.* Sit hæreditas 15000 argent. vncial. triens seu tertia pars erit 5000. *Lepta ex triente hæres*, est apud Ciceronem *lib. 3. ad Atticum.* Dolabella cohæres in triente cum duobus Liniæ, Cicero *lib. 7. ad Attic.*

XX. *Quincunx hæreditatis* est, cum alicui quinque vnciæ cedunt de tota hæreditate.

XXI. Lex *45. ff. de hered. instituend.* sic habet: *Lucius Titius ex duabus vnciis, Caius Attius ex parte vna, Mænius ex parte vna, Seius ex partibus duabus mihi sunto.* Consulebatur quid iuris? Respondit:

dit: Hanc ſcripturam illam interpretationem accipere poſſe: vt Lucius Titius duas vncias habeat: cæteri autem quaſi ſine partibus inſtituti, ex reliquo dextante hæredes ſint: quem dextantem ita diuidi oporteat, vt Seius quincuncem: Attius & Mæuius alterum quincuncem habeat. Sit hæreditas 24000 argent: vncialium, quincunx erit 10000, dextans 20000, ſextans 4000 argent. vnc.

XXII. Ex parte dimidia hæres inſtitutus *l. 9. ff. ſi pars hæred. petatur.* Dimidiam hæreditatem petere, *l. 8. ff. de Inoffic. teſtam.* Hæres ex dimidia parte: ex tertia eſt Capito: in ſextante alii, &c. Cicero in *Epiſt. familiaribus.* Ex ſemiſſe hæres inſtitutus, *l. 8. de offic. teſtam.* Si hæreditas fuerit 15000 argent. vncial. ſemiſſis erit 7500.

XXIII. Ex ſeptunce hæres, cui ſeptem vnciæ ſeu ſeptem partes duodecimæ ex hæreditate cedunt. Sit hæreditatis as 1700, ſeptunx erit 991 argent. vncial. & bes, hoc eſt, duæ tertiæ, quæ faciunt 16 groſſ. Miſnicos.

XXIV. *Ex beſſe hæres, l. 1. ff. ſi pars hæred. petatur, & l. 9. ff. de hæred. inſtit.* Sit hæreditatis as 18000, bes erit 5000 argent. vncial. ſit as 24000, bes erit 16000 argent. vncial.

XXV. *l. 21. ff. de annon legat.* Cum nouerca vniuerſæ hæreditatis habet dodrantem, ſemunciam & ſicilicum. Sit tota hæreditas 14000 argent. vncial. nouerca habebit 19500 argent. vncial. Reſtant 4500. Semuncia aſſis viceſima pars eſt, Sicilicus quadrageſima octaua. Ex dodrante hæres & alter ex quadrante, *l. 20. ff. de hæred. inſtit. & l. 19. ff. de Inoffic. teſtam.* Lege Falcidia, a Falcidio lata, cauetur, ne plus dodrante legare liceret: propterea quod multi hæreditatem recuſabant, Pompon. Lætus. Dodrans continet nouem vncias, h. e. totius hæreditatis tres quartas partes. Si as hæreditatis fuerit 24000, dodrans erit 18000. arg. vnc.

XXVI. Dextantis mentio fit *l. 45. ff. de hæred. inſt.* Dextans continet totius aſſis decem vncias. hoc eſt, totius hæreditatis quinque partes ſextas. Si fuerit hæreditatis as 18000 argent. vncial. dextans erit 14400 argent. vncial.

XXVII. Hæres ex vndecim vnciis, *l. plane ff. de legat. & fideicom.*

 deicom.

deicom. Sit as 18000 argent. vncial. deunx, qui 11, vncias continet, est argent. vncial. 1636. cum quatuor vndecimis. Facere hæredem ex deunce est apud Ciceronem.

XXIIX. Hæc magis erunt perspicua, si crasso exemplo explicentur. Sit hæreditas æstimata argenteis vncialib. 1200: vt in pecunia seu in nummis explanetur. Necesse enim est, vt hæreditas certa pecuniæ summa æstimetur.

As	hic erit	1200 argentei vnciales.
Deunx		1100.
Dextans		1000.
Dodrans		900.
Bes		800.
Septunx		700. Eodem modo quamlibet summam in duodecim assis partes æquales distribuere licebit.
Semissis		600.
Quincunx		500.
Triens		400.
Quadrans		300.
Sextans		200.
Vncia		100.
Sescuncia		150.
Semuncia		50.
Sicilicus		25.

XXIX. Apud Corn. Nepotem est *in vita T. Pomponii Attici: Q. Cæcilius moriens testamento adoptauit eum*, (Pomponium Atticum) *heredemque fecit ex dodrante*. Ex qua hæred. accepit circiter centies HS 10000000: quæ summa facit denariorum Rom. 2500000, coronatorum 250000, argenteorum vncialium 312500. Si hic hæreditatis dodrans fuit, as. h. e. integra hæreditas fuit HS 12500000, denariorum 3125000, coronatorum 312500, argenteorum vncialium 390625.

XXX. Cicero *pro Cæcinna: Testamento facto mulier moritur: facit hac heredem ex deunce & semiuncia Cæcinnam, ex duabus sextulis M. Fulcinium libertum superioris viri, Aebutio sextulam aspergit*. Hæreditas tota, hoc est, as completur deunce, semuncia & tribus sextulis.

XXXI.

XXXI. Apud eundem Ciceronem est *lib. 7. ad Attic. de testamento M. Curii: Fecit palam te* (hæredem) *ex libella, me ex teruncio.* Idem *lib. 13. ad Atticum: Mortuus Babulius, Cæsar opinor ex vncia, etsi nihil adhuc: sed Lepta ex triente.* Augustus in testamento ex besse Tiberium, ex triente Liuiam hæredem instituit, Dio *lib. 56. pag. 361.*

XXXII. Porro etsi as in duodecim tantum vncias distribuitur: quod non plures contineat: nihilominus tamen & alias diuisiones admittit: & in plures partes diuiditur. Potest enim paterfamilias hæreditatem in tot partes distribuere, in quot voluerit. Qua de re loquitur *l. 13. de hered. instit.* inquiens: *Sed etsi excesserit in diuisione duodecim vncias: æque pro rata decrescet: vtpote me ex duodecim vnciis heredem, te ex sex scripsit: ego hereditatis habebo bessem, tu trientem. Sed si duos ex asse heredes scripserit: alios duos ex duodecim vnciis: an æqua distributio fiat?* Labeo putat & illos ex semisse, & hos, qui ex duodecim vnciis scripti sunt, ex semisse hæredes fore:

XXXIII. Sed etsi duos hæredes ex asse instituerit, tertium autem ex dimidia & sexta. Idem Labeo ait in viginti vncias assem diuidendam: octoque laturum ex dimidia & sexta scriptum, illos duos duodecim.

XXXIV. Apud eundem refertur: *Titius ex parte tertia: deinde asse expleto idem ex parte sexta: in quatuordecim vncias hereditatem diuidendam, Trebatius ait:* hæc ille.

XXXV. Item *l. 85. ff. de hered. instit.* Ex vnciis sex primo hærede instituto, secundo ex octo: Si tertius ex residua parte vel nulla portionis facta mentione hæres instituatur: quinque vncias hæreditatis tertius habebit. In 24. etenim partes hæreditate distributa tertio ratio calculi (velut ex decem partibus instituto) quinque vncias assignauit.

XXXVI. Si ita scriptum sit: *Si mihi filius natus fuerit, ex besse heres esto: ex reliqua parte vxor mea heres esto. Sin vero mihi filia nata fuerit, ex triente heres esto: ex reliqua parte vxor heres esto: & filius & filia nati essent:* dicendum est, assem distribuendam in septem partes: vt ex his filius quatuor, vxor duas, filia vnam partem habeat, *l. 13. ff. de liber. & posth.* Sit hæreditas 1500 vncial. argent. Vnde filius habe-

bit 856 cum duabus ſeptimis, vxor 428, cum duabus ſeptimis, filia 214 cum duabus ſeptimis. Vnde redit ſumma 1500.

XXXVII. Semiſſes tres ſunt *l. 15. ff. de hered. inſtit.*

XXXIIX. As filiæ, dodrans poſthumo datus, viginti vna partes ſunt, vt filia duodecim, nouem filius habeat, *l. 45. ff. de hered. inſtit.* Exempli gratia ſit hæreditas argenteorum vncialium 4000. Ex hac ſumma cedunt filiæ 2285 arg. vncial. cum 15 partibus viceſimis primis: filio vero 1714 argent. vncial. cum ſex viceſimis primis: redit ſumma 4000.

XXXIX. *l. 15. ff. de hered. inſtit.* Si primus ex ſemiſſe, ſecundus ex ſemiſſe: Si primus hæres non erit, tertius ex dodrante ſubſtitutus ſit. Si quidem primus adierit, æquales partes habiturus: ſi repudiauerit, quindecim partes futuras: ex quibus nouem quidem laturus ſit tertius, ſecundus ſex. Sit hæreditas 15000 argent. vncialium: ex quibus tertius 900, ſecundus 600 habebit. Ex hæreditate 2500 priori quidem cedent 1496, poſteriori vero 1004. Summa redit 2500.

XL. As in dodrantem diuiſus *l. 76. ff. de hered. inſtit.* Sic enim inquit: *Lucio Titio ex duabus partibus, Pullio Mæuio ex quadrante ſcriptis heredibus: Aſſem in dodrantem eſſe diuiſum, reſpondi.* Modum enim duarum partium ex quadrante declarari. Sit hæreditas 7000 argent. vncial. inde Lucio Titio cedunt 4666 cum ſex nonis partibus: Mæuio 2333 cum tribus nonis: Redit ſumma 7000.

XLI. As in quinque diuiſus *l. 79. ff. de hered. inſtit.* Clemens Patronus teſtamento cauerat, vt ſi ſibi natus filius fuiſſet, hæres eſſet: ſi duo filii, ex æquis partibus hæredes eſſent: & ſi duæ filiæ ſimiliter: ſi filius & filia, filio duas partes, filiæ tertiam dederat. Duobus filiis & filia natis: quærebatur, quemadmodum in propoſita ſpecie partes faciemus? Cum filii debeant pares eſſe: vel etiam ſinguli duplo plus, quam ſoror accipere. Quinque igitur partes fieri oportet, vt ex his binas maſculi, vnam fœmina accipiat, hæc ibi. Craſſi exempli gratia ſit hæreditas 1000 argent. vncial. ex his vtrique filio 400, filiæ 200 cederent.

XLII. Vxor hæres ex duodecima parte *l. Titius ff. de legat. & fideicom.* obtinet 150 aureos. Eſt ergo as hæreditatis, ſeu integra hæreditas 1800 aureorum.

FINIS.

HONE-

HONESTO ET PIO VIRO

DN. IACOBO HOFFMAN,

Ciui Welouiano in Borussia,

GENERO SVO CHARISSIMO,

MATTHAEVS HOSTVS SOCER

S. P. D.

EX illis meis commentariis, quos præter tres libros de Mensuris & Ponderibus veteribus Romanis, Græcis: Hebraicis & externis iam in lucem emitto & publici iuris facio, tibi, gener charissi. inscribo, propriamque dico meam disputationem de Chœnice græca & de Romano demenso. Quam tibi, vt patrifamilias, propter insignem eruditionem gratam fore spero: idque propterea, quod ad rem domesticam pertineat. In primis enim annis puerilibus, & pietatis & artium primarum fundamenta, vt intelligo, fideliter iecisti: nec credo, te hæc studia nunc ita prorsus abiecisse, vt non, cum ocium datur, sæpe huc respicias. Et recte facis, cum literarum vsus in tota vita sit & vtilis, & iucundus, & omnino necessarius. Porro hoc opusculum, etsi exiguum sit in specie: continet tamen antiquæ sapientiæ & Græcorum & Romanorum non vulgare aut vlius obuium documentum. Ex quo haud obscure perspicitur: quantum fuerit apud veteres sapientes & frugalitatis & domesticæ parsimoniæ studium. Longo enim rerum vsu & experientia tandem didicerunt: Parsimoniam in re familiari magnum esse vectigal: Si seruis frugalem victum, qui tamen sufficiat, constituas. Hic autem victus apud

 pud

pud Græcos quidem erat diurnus, ἡμερησία τροφὴ e Suida: apud Romanos vero menstruus. Nam illi in diem Chœnicem, hi in mensem quatuor suos modios constituerunt. Quem victum seruis sufficere experientia ipsa didicerunt. Eo itaque illos vtrobique & apud Græcos & apud Romanos contentos esse oportebat. Quod vero hic cibus & hæc victus ratio eadem apud vtrosque fuerit, ex ipso libro cognosces. Hinc quoque disces: quæ fuerit apud Græcos mensura Chœnix: & quæ Romæ Modius. Hæc mensurarum veterum collatio, & ad nostrates hodie in Germania vsitatas relatio, homini literis politioribus bene exculto erit valde vtilis & iucunda.

Quamobrem gener charissime, hoc munusculum ex erudito pœnu a socero depromptum ac donatum, æqui bonique consule. Vale cum nostris charissimis quamrectissime. Datum Francofordiæ ad Oderam mense Aprili Anno a Christo nato M D LXXXVI.

DE

VIII.

DE CHOENICE GRAECA

Dissertatio recognita.

MATTHAEO HOSTO AVTORE.

I.

Χοῖνιξ vox græca priorem syllabam habet circumflexam: quibusdam vero aliis acuto tono in priore syllaba scribitur χοίνιξ. In fœminino genere potissimum apud præcipuos autores vsurpatur. Suidas vero & Xenophon *lib. 1. Anab.* Sic & Galenus, in masculino genere utitur.

II. χοῖνιξ est vocabulum τῶν πολλαχῶς λεγομένων, hoc est, ex eorum numero, quæ multis modis dicuntur, vt & Hesychius indicat. Quare huius ὁμωνυμία, hoc est, æquiuocatio prius enumeranda & explicanda est, quam eius definitio adferatur. Primum enim χοῖνιξ apud Aristophanis interpretem in Pluto πᾶν περιφερὲς dicitur, hoc est, *chœnix est quicquid rotundum est.*

III. Deinde χοίνικες sunt quoque πέδαι, hoc est, *pedicæ* apud *Aristoph. in Pluto*, cum inquit: αἱ κνῆμαι δέ σου βοῶσιν.

ἰοὺ, ἰοὺ, τὰς χοίνικας καὶ τὰς πέδας ποθοῦσαι.

hoc est, *Tibiæ vero tuæ boant,*

Heu, heu, Chœnices & pedicas desiderantes.

Apud

Apud Hesychium est: χοίνικες αἱ βαθεῖαι πέδαι: hoc est, *Chœnices sunt profundæ pedicæ.* Traditur enim fuisse ligna crassa & rotunda: in quæ crura eorum, qui vinciendi erant, immittebantur. δεσμὸς ποδῶν ἐκαλεῖτο χοῖνιξ, hoc est, *vinculum pedum vocabatur chœnix apud Homeri Interpretem.* Apud eundem est *in Odyss. τ.* χοίνικαι παχεῖαι πέδαι, hoc est, *crassæ.* Demosthenes περὶ στεφάνου habet χοίνικας παχείας. Fortassis apud Hesychium pro βαθεῖαι legendum est βαρεῖαι, hoc est, *graues.*

IV. Adhæc e Suida adfertur: *Chœnices fuisse,* οἷς τὰς περιόδους μετροῦσιν αἰγύπτιοι, hoc est, *quibus ambitus metiuntur Ægyptii.* Coniicitur itaque fuisse mensura dimensionis interuallorum.

V. Quarto & vltimo χοῖνιξ quoque erat *mensuræ genus, a formæ rotunditate* sic dictum. Quod Hesychius testatur, cum huius ὁμωνυμίαν enumerat. Sic enim inquit: χοῖνιξ μέτρον τι, καὶ πέδη, καὶ νάρθηξ. hoc est, *Chœnix est mensura quædam & pedica & ferula.* Erat enim mensura rerum aridarum, vt χοῖνιξ ἁλῶν apud Aristoph. *chœnix salis.* Apud Athenæum est *lib. 5.* χοίνικα κριθῶν εἰς τέτταρας ἡμέρας διεμέτρει τοῖς ἀνοήτοις ἀθηναίοις, hoc est, *chœnicem hordei in quatuor dies dimetiebatur stultis Atheniensibus.*

VI. χοῖνιξ κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur μέτρον, hoc est, *mensura* apud Aristophanis interpretem: quod χοῖνιξ communis quædam mensura sit, & eius quoddam principium. Id indicat vox τετράμετρον apud Aristoph. *in Nubibus* cum inquit: πείσθου νῦν ἐμοὶ, εἰ μὴ τετράμετρόν ἐστιν ἡμίεκτον, hoc est, *Dispice nunc mihi, nisi tetrametrum sit semisextum* ἡμίεκτον, ἥμισυ τοῦ ἑκτέως, τὸ δωδέκατον, τετραχοίνικον, τετράμετρον, prorsus sunt idem: nimirum Medimni pars duodecima, quæ capax est 4 chœnicum.

VOX CHOENIX A MVLTIS PERPERAM TRANSFERTVR.

VII. Laurentius Valla vir alioqui doctissimus, apud Herodotum Historia septima duas chœnices perperam duo semodia transfert. Idem *Historia tertia* ibidem vertit *chœnicem modium,* sui prorsus oblitus: maiore mensura latina cum minore græca commutata.

VIII. Theodorus Gaza, Græcus Thessalonicensis, vtrius-

que linguæ peritiſſimus, *chœnicem ſextarium* transfert apud Theophraſtum *lib. 9. de Hiſtor. plantarum*, minore menſura Rom. pro Græca maiore ſubſtituta.

IX. Epiphanius Chœnicem cum hebraica ἐφὶ confundit, cum inquit · χοῖνιξ δὲ καὶ ἐφὶ ἐν μὲν ἐστὶ δι' ὅλου δὲ ὀνόμαSι κέκληνται, hoc eſt, *Chœnix autem & Hephi unum quidem ſunt · Sed duplici nomine appellata fuit.*

X. LXX Interpretes *Ezech. 45.* quod eſt in hebræo *Bath*, perperam tranſferunt χοῖνιξ: qua de re dicitur *in menſuris hebraicis*.

XI. Huiuſcemodi errores ſunt minime doctis diſſimulandi. Et hæc exempla merito monere debent omnes politioris literaturæ amantes, vt liberalem eruditionem mature ſibi comparent; nec aliorum tranſlationibus etiam magnorum virorum temere fidant: ſed ſuis potius quam alienis oculis in eruditæ vetuſtatis præclaris monumentis videant.

XII. Chœnix ratione gentis, regionis & populi alia eſt *Græca*, alia *Syriaca*, alia *Cypria*. Chœnix græca alia rurſus *Attica*, alia *Georgica*, ratione vſus varia.

CHOENIX QVID?

XIII. *Chœnix* in hiſtoria ſeptima Herodoti, eſt menſura rei aridæ, quæ tantum frumenti capit, quantum homini vni in vnum diem ad panem ſatis eſt. Vnde ſatis ſuperque conſtat, Chœnicem a Laurentio Valla inerudite transferri *ſemodium & medium* · vt & Marcellus Virg. apud *Dioſcoridem lib. 5.* Chœnicem *modium* transfert.

XIV. Recte itaque habet Heſychius χοῖνιξ ἡ ἡμερησία τροφή: & L. Cœlius *lib. 17. e Suida adducit* χοῖνιξ ἡμερησία τροφή. Sic G. Agricola repetit: *quod ſit diurnus victus hominis cibus & victus*, *quantum quis vno die abſumere poteſt*. ſic autem dicitur ab *vſu*, *vſu* & *fine*.

XV. Alexarchus Vranopoleos conditor, verborum anceps & innouator, chœnicem eadem ratione ἡμεροτρόφιδα vocat apud Athenæum *lib. 3. Dipnoſoph.* quippe quod hominem alat in diem. Et Hom. *Odyſſ. τ.* Chœnice vtitur pro cibi diurni demenſo, cum inquit:

ὅ κεν ἐμῆς γε
χοίνικος ἅπτηται, καὶ τηλόθεν εἰληλουθώς,

hoc eſt, *Quiſquis meam*
Chœnicem attingat, etiam qui e longinquo aduenerit.

Sic Heſychius quoque ait: χοίνικες αἱ ἀπὸ μέρους [illegible], hoc eſt, *chœnices diſtributa demenſa*: quippe ubi cuique ſua portio tribuitur.

XVI. Dicitur χοῖνιξ δίσημος λέξις, ἐπί τε σκεύους τοῦ μετροῦντος καὶ τοῦ μετρουμένου πράγματος, hoc eſt, *chœnix eſt dictio duo ſignificans, tam vas metiens, tum rem, quæ menſuratur, vt ſic dicam*. Item: [illegible] τὸ μετροῦν καὶ τὸ μετρούμενον, vt eſt apud Homeri interpretem [illegible] Φ. & *Odyſſ.* τ. hoc eſt, *Chœnix eſt id quod metitur, & quod metiendum datur.* Idem repetit Heſychius.

XVII. Fuit autem antiquitus apud Græcos cibus & victus diurnus ſeruis deſtinatus.

XVIII. Apud Ariſtoph. Comicum eſt *in* [illegible] [illegible] ἐδίδαξα κλάειν τέτταρα εἰς τὴν χοίνικα, hoc eſt: *Quos ego* [illegible] *quatuor in chœnicem.* Flere iocoſe dixit pro *formare & coquere*. Interpres ibidem monet in chœnicem fieri panes maiores quidem quaternos, minores vero octonos.

CHOENICI NE INSIDEAS.

XIX. Pythagoræ Symbolum eſt: χ[illegible], h. e. *C*[illegible] *ne inſideas.* Quod Eraſ. in Chil. inter Pythagoræ Symbola numerat, & interpretatur cum Hieronymo: *De* [illegible] *fueris ſolicitus in diem craſtinum.*

XX. Apud Athenæum *lib. 10.* ſic refertur: [illegible] χοίνικα, ἀντὶ τοῦ, μὴ [illegible] ἐφ' ἡμέραν, ἀλλὰ [illegible] χ[illegible], h. e. *Non ſedere ſuper chœnice*, pro: *N*[illegible] *quæ in diem ſufficiunt: Sed ſequentem e*[illegible]*are.*

XXI. Euſtathius Homeri interpres *Odyſſ.* τ. exponit: τὸ ἐπὶ [illegible] μὴ καθῆσθαι, μὴ τρέφειν [illegible], hoc eſt, *In chœ*[illegible] *non ſedere, non alere ocioſum inertemque.*

XXII. Plutarch. *lib. 7. Probl. 4.* de eadem re ſic loquitur: ὅτι χοίνικος [illegible] καθίζειν, διδάσκων ἡμᾶς ἀεί τι [illegible] μέλλον ὑπο[illegible], καὶ τὸ αὔριον ἐν τῷ σήμερον μνημονεύειν. hoc eſt, *In chœnice*

nice ſedere interdicebat, docens nos, vt ſemper de præſenti aliquid in futurum relinquamus: & craſtini hodierno die memores ſimus: vt ex æquo & futuri habeatur cura, vt eſt apud Laertium *lib. 8.*

XXIII. Idem Plutarch. *in libro de liberorum educatione,* ſic quoque ait: [illegible] , hoc eſt, *Neque ſuper Chœnice ſedere, fugere ocium inertiamque & prouidere, quomodo neceſſarium comparemus victum.*

XXIV. Georgius Agricola interpretatur: *Ne velis vnius diei [illegible] craſtinum:* vt cum dicto Chriſti conueniat, quod extat [illegible] *in craſtinum. Nam craſtinus dies [illegible].*

XXV. L. Cœlius *lib.* [illegible] *17.* aliam huius Symboli interpretationem adfert, quem, qui vult, conſulat.

CHOENICIS DIVISIO.

XXVI. Chœnix [illegible] *Medimnum: Attica,* quæ & *Medica* fuit, [illegible]. [illegible] Attica quidem ſic collige: ὁ μέδιμνος [illegible] β΄. Hoc eſt: *Medimnus habet [illegible] 48. Chœnix vero c[illegible] tres, [illegible] ſextarium cum [illegible] duo.* Sequitur igitur Medimnum hunc habere ſextarios Atticos 72 Rom. 64 cum $\frac{4}{5}$ libras Rom. 108. chœnices 48. Chœnicem libras duas cum quadrante, hoc eſt, vncias menſurales 27. quæ faciunt ſextarium Atticum cum ſemiſſe.

XXVII. χοῖνιξ vero Georgica itidem ex Medimno Georgico colligitur, de quo ſuo loco. Chœnix hæc tres cotylas Georgicas continet: quod Iulius Pollux teſtatur, cum inquit: [illegible] χοίνικος τρίτον, h. e. *cotyla chœnicis tertia pars eſt*: Tres cotylæ Georgicæ vncias 40 menſurales cum eius ſemiſſe capiunt: quod cotyla ſit vnciarum 13 cum ſemuncia.

XXIIX. Sed eædem tres cotylæ Georgicæ ſextarios Rom. duos efficiunt, qui ſinguli ſunt viginti vnciarum menſuralium: Sed reſtat ſemuncia: quæ vt exigui momenti ab illis fere negligitur, qui chœnicem duorum ſextariorum Rom. faciunt. Sic Græcus

cus ignotus quoque ait: ἡ δὲ χοῖνιξ ξέστας β' ἔχει, hoc est, *Chœnix sextarios duos habet.*

XXIX. Chœnix hæc capit libras Rom. mensurales tres & vncias quatuor cum semuncia, vt sint in summa vnciæ 40½ Constat itaque inter hanc chœnicem & illam Medicam proportionem esse sesquialteram 40½. 27.

XXX. Modii Rom. chœnix pars est octaua, amphoræ vicesima quarta, medimni Georgici quadragesima octaua: vt mensuræ a scapha dictæ 48 pars est. Qua de re est *in mensuris Græcis.* Ioachimus Camerarius de chœnice loquens sic ait: *Chœnix, de quo quidem satis constat, sextarios continet duos.* Quod cum sit compertum, non dubium mihi sit, quin legi debeat in illis Rhemnii versibus:

Quis quater assumptis sit Graio nomine chœnix: Vt de hominis intelligatur, non de sextario.

XXXI. Epitimæus apud Athenæum *lib. 6. refert,* Ciuitatem Corinthiorum adeo fuisse beatam ὡς κεκτῆσθαι δούλων μυριάδας ἓξ καὶ τεσσαράκοντα, hoc est, *Vt possederit seruorum myriades sex & quadraginta* 460000. Effertur latine: Quadringenta & sexaginta millia. Vnde Pythia Corinthios vocauit χοινικομέτρας: quod seruis victum chœnice admetirentur.

XXXII. Herodotus *historia* 7. refert: *Si singulis, qui erant in immenso exercitu, quem Xerxes Rex Persarum, ex Asia in Græciam contra Græcos adduxit, vna saltem chœnix in diem data fuisset: quotidie absumptas fuisse vndecim medimnorum myriades,* hoc est, centum & decem millia, & præterea trecentos & quadraginta Medimnos. Hinc colligitur in illo exercitu fuisse quinquagies bis centena sex & nonaginta millia trecentos & viginti viros 5296320.

XXXIII. Hi medimni faciunt tot, quot pertinet 40. mensuras a *scapha* dictas Scheffel / vnde colliguntur Winspel 4613. & 18. Scheffel / Si 24 Scheffel vni Winspel dederis.

XXXIV. Medimnus Georgicus nostrati mensuræ dem Scheffel hic Francofordiæ ad Oderam par est. Continet enim Chœnices 48. qui faciunt sextarios 96. totidem sextarios facit amphora Romana geminata, quæ vna est sextariorum Rom. 48. sex.

XXXV.

XXXV. Tantum frumenti vno die illa ratione a tanto exercitu in illa in Græciam expeditione Xerxis absumptum fuiſſe, ſupputatio ipſa ſatis perſpicue demonſtrat.

XXXVI. Herodotus addit, his non adnumerari mulieres, Eunuchos, iumenta & canes. Sed de hoc Herodoti loco diſputat Budæus *lib. 5. de Aſſe* & Georgius Agricola *lib. 2. de menſuris.*

XXXVII. Hæc fuit victus ratio, apud Græcos quidem olim conſtituta & vſitata, vt probati autores abunde, teſtantur. Nonnulli volunt *Omerem hebraicum* parem eſſe chœnici, ſed falluntur.

XXXVIII. Porro cum Chœnix, vt aliæ menſuræ, vocabulum ſit *relatiuum*, & ad relationem pertineat, eius fundamentum & terminum quærere prodeſt. Ac fundamentum quidem & cauſa efficiens hic eſt, vnde relatio oritur, veterum ſapientum patrumfamilias apud Græcos prudentia & iuſtitia. Acceſſit deinde publicus conſenſus: quod tantum frumenti, quantum chœnix capit, homini valenti laboribusque deſtinato ſatis eſſe iudicarint: quod experientia ipſa mox quoque comprobauit. Terminus vero hic eſt, vt ſerui hac frumenti menſura contenti, laboribus ſufficerent, in officio manerent, nec de fuga cogitarent: vt quibus de victu abunde prouiſum eſſet.

XXXIX. Voracitatis exemplum hic omittendum non eſt: *Aglais, Megaclis filia, ſingulis cœnis comedebat duodecim minas carnium, & quatuor chœnices panum: bibebat congium vini,* Aelian. *lib. 1. de varia hiſtoria.*

XL. Καπίτις quoque χοῖνιξ dicitur apud Heſychium.

XLI. Κ[illegible] χοῖνιξ apud Heſychium pro ὁ μέγας, vel per ὁ μικρὸν apud Suidam [illegible]ibitur: & in prouerbium abiit, quod Eraſ. *Chil. 3. 2. 11.* annotauit.

XLII. A chœnice ἡμι[illegible] ſeu μικρὸν eſt apud Dioſcoridem, hoc eſt, dimidia chœnix, ſeu dimidiæ chœnicis capax.

Marcellus, Virgil. ibidem transfert *modii ſemiſſem*, quod probari non poteſt; quin potius dimidia chœnix ſextario Rom. par eſt.

XLIII. Δίχοινον apud Ariſtoph. eſt menſura duarum chœnicum capax, *in Nubibus:* ὑπ' ἀλφιταμοιβοῦ παρεκόπην διχοινίκῳ, hoc eſt, *A farinæ venditore defraudatus ſum duabus chœnicibus.*

XLIV. Τριχοίνικα ἔπη idem Aristoph. *in Vespis* habet, hoc est, *Tribus chœnicibus digna carmina seu versus*; τριχοίνιον ἄρτος hoc est, *Trium chœnicum panis*, apud Xenoph. *lib.7. Anabas.*

XLV. ἐλάϊος χοινίων ἕξ. apud Hesychium intelligo ἄρτους, hoc est, *panes sex chœnicum.*

XLVI. Πενθημιχοίνιξ hoc est, *duo chœnices cum dimidia* apud Theoph. *l. 8. Histor. Plantarum*, cum inquit: οἱ μὲν ἀθληταὶ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ τριημιχοίνικα μόλις ἀναλίσκουσιν ἀθήναζε δ', ὅταν ἔλθωσι πενθημιχοίνικον ῥαδίως. *Athletæ in Bæotia quidem chœnicem cum semisse vix consumunt: Athenas vero cum venerint, duas chœnices cum semisse facile.*

XLVII. τετραχοίνικον apud Dioscoridem *lib. 1. c. 39.* Hermolaus Barbarus *octo sextarios* interpretatur: idque non incommode: licet nonnihil differat.

XLIIX. Apud Hesychium est ἄδδιξις μέτρον τετραχοίνικον, hoc est, *Addixis mensura est quatuor Chœnicum*: Ex Aristoph. adfertur: ... ἄδδιχα hoc est, *Farinæ nigræ addixem.*

XLIX. Αδδιξ μέτρον ἑξαχοίνικον apud Pollucem *lib. 4. Addix mensura est sex chœnicum.*

L. ὁμοχοίνικες dicuntur & milites & serui & alii, qui eandem chœnicem participant, apud Plutarchum.

LI. *Apocalyp. c. 6.* est χοῖνιξ σίτου δηναρίου, καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῆς δηναρίου, hoc est, *Chœnix tritici denario; & tres chœnices hordei denario, sic in annonæ caritate vendentur & ementur.* Vetus interpres hic transfert *chœnicem bilibrem*: Sic enim habet: *Bilibris tritici denario: & tres bilibres hordei denario:* quod, qua ratione defendi possit, doctiores videant.

LII. Cum chœnix sit mensuræ hic Francofordiæ vsitatæ des Schessels pars quadragesima octaua, si tritici, chœnix denaria vendatur, facit der Schessel sex Ioach. Vallenses, argenteos vnciales: Quod si tres chœnices hordei denario vendantur, facit der Schessel duos Ioachimicos Vallenses.

LIII. Chœnix tritici Attica 50 drachmis veniit in exercitu M. Antonii apud Plutarch: Facit nostras mensura der Schessel/ drachmas 2400 coronatos 240. Argenteos Ioach. 300.

LIV.

LIV. χοίνικα δικαιοσύνην, μυστικῶς dici testatur D. Hieronymus, hoc est *chœnicem iustitiam Mystico sensu.*

LV. Apud Herod. est *histor. 3.* Æthiopes Regi Persarum tertio quoque anno adferre χρυσίου ἀπύρου τρεῖς χοίνικας, Tres χοίνικες faciunt mensuræ Francofordianæ des Scheffels partem sextam decimam eine Metze. Diodorus Siculus *l. 4.* χρυσίον ἄπυρον interpretatur *aurum suapte natura purum*: quippe ignis expers, quod, vt in igne excoquatur; necesse non sit.

LVI. περιχοινικιστὴς apud Pollucem est *impostor. defraudator*: qui chœnicem concutiendo alterum defraudat, & cum alterius incommodo suum commodum quærit. Apud Hesychium est παραχρυσοχοίνιξ ὁ παραλογιζόμενος ἐν τῷ μέτρῳ, εἴρηται δὲ οὕτω διὰ τὸ κρούειν τὰ μέτρα καὶ διασείειν ἕνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν, hoc est, *Qui in mensura decipit.* Dictus autem est, quod mensuras pulset ac concutiat, causa plus habendi.

II.

DE ROMANO DEMENSO.

I. Apud Romanos vero eadem victus ratio diuersa quodam modo fuit: quippe qui demensum non diurnum, vt apud Græcos mos fuit, sed potius menstruum seruis constituerunt.

II. Id *demensum a demetiendo* dicebant, vt Plautus *in Menachmis* iocans innuit, cum inquit:

Nunc argumentum vobis demensum dabo:
Non modio, neque trimodio, verum ipso horreo.

III. Alii vero *a mense* deriuari arbitrantur. Nam frugales patresfamilias apud veteres Rom. quatuor modios in mensem suis seruis admetiebantur, vt testatur Donatus Grammaticus *in Phormionem Terentianam.*

IV. Quatuor modii Rom. medimni Georgici bes sunt, h. e. *duæ tertiæ*: & faciunt duas tertias mensuræ Francofordianæ vsitatæ des Scheffels / hoc est zehen Metzen cum duabus tertiis.

V. Facit in annum integrum, h. e. in menses tricenarios duodecim modios Rom. octo & quadraginta: qui faciunt medimnos octo. Qui medimni, si ad vsitatam mensuram conferas, faciunt totidem, hoc est, octo Scheffel hic Francofordiæ.

VI. Mo-

VI. Modius Rom. continet ſextarios Rom. ſedecim: quatuor itaque modii menſtrui efficiunt ſextarios Rom. ſexaginta quatuor. Duo ſextarii Rom. chœnicem Georgicam exæquant, & ſemuncia ſuper eſt. Si itaque menſem dierum triginta ſtatuas, duo ſextarii in diem cedunt. Superſunt quatuor ſextarii de ſexaginta quatuor: quos partim in quinque illos dies anni reliquos, præter duodecim menſes tricenarios, qui faciunt dies 360. partim in ſemunciam, quam duobus ſextariis Rom. chœnix plus habet, diſtribues, vt ſit velut auctarium.

VII. Porro frugi ſerui de hoc ſuo demenſo duodecima parte vnciatim detracta, vt peculium ſibi compararent, comparcere ſolebant. Quod Terentius *in Phormione* innuit, cum inquit:

Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo,
Suum defraudans genium, comparſit miſer,
Id illa uniuerſum abripiet.

VIII. Sextarius Caſtrenſis Rom. duos ſextarios vrbis capiebat: vnde chœnici Græcæ propemodum par fuit. Colligitur itaque parem fere fuiſſe olim victus rationem militibus Rom. quæ fuit ſeruis apud Græcos conſtituta.

IX. Demenſo quodammodo reſpondet σιτομέτριον: quod extat quoque apud Lucam Euangeliſtam *c.12.* Quod vetus interpres obſcure tranſtulit *tritici menſuram.* Plautus *in Sticho demenſum cibum interpretatur.* Fuiſſe autem σιτομέτριον cibum ſeu frumentum in triginta dies, nimirum in menſem datum, ex *4. libro Polybii* apud Suidam conſtat, cum inquit: ὁ Φίλιππος διαδοὺς, ὅτι μέλλει σιτομετρεῖν, hoc eſt, *Philippus vero cum innuiſſet, quod frumentum dimenſurus eſſet.*

X. Apud eundem extat verbum *paſſiuum*, cum de ſtipendio militari loquitur: σιτομετροῦνται δ' οἱ μὲν πεζοὶ πυρῶν ἀττικοῦ μεδίμνου δύο μέρη μάλιστα πῶς. hoc eſt, *Frumentum vero ad menſuram accipiunt, pedites quidem duas partes medimni.* Attici maxime certo quodammodo. Duæ partes medimni ſunt eius bes: & faciunt quatuor modios Rom. frumentum demenſum menſtruum, vt dictum eſt ſupra.

F I N I S.

REVE-

REVERENDO ET DOCTISSIMO VIRO

DOMINO

M. ELIÆ ANDREÆ,

SAXO-HALENSI,

Verbi diuini miniſtro in Eccleſia Halenſi ad D. Vlrichum,

AFFINI SVO,

Heredes Clariſsimi Viri

MATTHAEI HOSTI

S. P. D.

SI quid votis aſſequi liceret, humaniſſ. Dn. affinis, ſerio cum nobis, tum vero tibi viuum adhuc optaremus ſocerum, omnibus, quod ſcimus, politioris literaturæ viris, quibus notus erat, cariſsimum. Nobis quidem, vt grato pii ſenis colloquio humanas quandoque leuaremus moleſtias, & aliquam inde voluptatem caperemus: quandoquidem εἰς ὄμματ' εὐνοῦ φωτὸς εἰσβλέψαι γλυκύ, *iuxta Euripidem: Tibi autem, vt non communem ſaltem nobiſcum referres colloquii &* συνηθείας *fructum: verum etiam, vt animum eius erga te generum ſuum experieris plane paternum, & ab ipſo non ſuam modo commendari tibi filiam, quam propitio DEO coniugem habes: ſed ingenii inſuper liberalioris fœtum offerri coram gauderes. Nunc, vbi fruſtra aduerſus voluntatem diuinam votis hæc concipimus, feramus ſane optimi ſenis diſceſſum e vita moderatius oportet: memoriam eius*

ἐν εὐλογίᾳ: ingenii quæ reliquit monumenta ἐν εὐφημίᾳ, conſeruantes. Ea doctis ad quos prodiere, non fuiſſe improbata adhuc, certi ſumus: quamobrem & cum pluribus communicari deinceps poterunt. Voluit autem amoris ſui cum in Scholam hanc publicam, quam multos annos voce ſua fideliter iuuit, extare teſtimonium: tum in filios præterea ac generos, quibus κατ' ἰδίαν & ἀνὰ μέρος inſcripſit opuſcula certa, eruditione multiplici, quod candidi loquuntur, plena. Ex his dedicauerat, ſpe & opinione humana luſus, commentarium de emendata Numeratione logiſtica, ei, qui ſe generum pollicitis offerens, fidem perdite fefellit: (ὁ δὲ πίστιν ἀποβαλὼν, οὐκ ἂν ἔτι κτήσαιτο, ait Gorgias) a quo tanquam ab iniuſto poſſeſſore, optimo iure repoſcimus, atque tibi, legitimo hæredi, quem non fortuna, nec error quispiam, ſed diuina benignitas generum HOSTI delegit, aſſcribimus, vendicamus. Quo autem libellus hic tibi commendatior ſit, præter alias, hanc etiam cauſam habes, quod cygnæa iam ætate expoliuit, & eo reuidit tempore, quo coniuge dilectisſima orbatus, παραμύθιον ex ſacris literis, & huiusmodi piis laboribus quæſiuit. Hac de re audias ipſum licet, vbi ſuum de coniugis obitu luctum plenius exprimit.

Ad me, inquit, quod attinet, vita, quæ mihi adhuc reliqua eſt, etſi diuturna eſſe nequit, cum ἑνδεκάτην ἑπτάδα. hoc eſt, vndecimum ſeptenarium numerum annorum climactericorum ſuperauerim, hæc, inquam, vita mihi amplius iucunda eſſe non poteſt, amiſſa tali coniuge: quæ fuit matrona honeſta, materfamilias ſedula, & illis virtutibus animique dotibus prædita, & ornata, quas D. Paulus in proba vxore requirit, nimirum φίλανδρος, φιλότεκνος, σώφρων, ἁγνή, οἰκουρός, ἀγαθή, ἐμοὶ τῷ ἰδίῳ ἀνδρὶ ὑποτασσομένη. Harum virtutum

tum animique dotium haud obscura simulachra in mea vxore fuisse, notum est & manifestum omnibus. Cum hac vxore in matrimonio vixi annos XLIII. coniunctiss. Matrimonium nostrum fuit satis commodum & fœcundum ex Dei benedictione. Nati nobis sunt in hoc legitimo toro liberi duodecim, ex quibus nouem adhuc sunt superstites. In huius tam numerosæ prolis educatione, institutione, ad probatos mores, & ad veram pietatem recta assuefactione vxor mihi fidelis fuit adiutrix, & multas mecum molestias deuorauit: Ita autem ex Dei mera beneuolentia educauimus & instituimus, vt filiæ quinque honeste sint elocatæ, & ipsæ quoque sint bonæ matresfamilias. Restat sexta adhuc elocanda, quæ paulo post Deo volente, honeste elocabitur. Reipsa profecto experti sumus: Liberos recte educare, & ad veram pietatem bene instituere, vt honestæ matresfamilias fiant, id non esse, neque opis, neque sapientiæ humanæ: sed in solidum Dei beneficentiæ esse acceptum referendum: vt cui hæc laus soli sit tribuenda. Etsi vero in hoc nostro matrimonio variis fortunæ casibus iactati sumus: ex his tamen plerisque omnibus tandem feliciter eluctati sumus. Et nos in hac parte de liberis satis felices esse arbitramur: & Deo pro sua bonitate gratias agimus, quod nos in qualibet tenui fortuna sustentarit. Porro in omnibus domesticis negociis & rei familiaris administratione habui meam vxorem sedulam & modestam adiutricem: quæ vna mecum gubernationis onera fideliter sustinere nunquam recusauit. Ad hanc enim rem honeste fuit a suis parentibus educata & instituta. Nata enim fuit hæc mea vxor Clara in luculenta, antiqua & honesta familia Harckstrouiana: quæ Magdeburgi multis seculis longa Maiorum serie clara fuit. Patrem habuit Ioh. Harckstro: qui Cos. Berolini multos annos remp: sua prudentia feliciter

ter gubernauit. Mater fuit Vrsula itidem ex honesta, antiqua & clara famil. Blanckefeldiana orta. Cuius pater Thomas Blanckefeldus splendidus & opulentus ciuis, Beroli-ni Cos. sua prudentia Remp. ita multos annos fideliter rexit, vt omnibus charus esset. Talibus itaque parentibus nata & honeste instituta, parentum vestigiis insistens, mihi in nostro matrimonio commoda coniunx fuit. Edita fuit in hanc lucem posthuma post patris obitum anno XXIII: mihi nupsit nouendecim annos nata, anno XLII. Viximus in matrimonio simul annos XLIII. & aliquot menses vsque ad annum LXXXV, quo mortua est peste correpta mense Septembri, anno ætatis LXIII, qui annus illi climactericus fuit ex septima enneade seu nono septenario annorum climactericorum numero, qui multis fatalis esse solet, non dubio euentu. Cum iam vim veneni sentiret, statim se ad futuram mortem præparauit, & triduo post, quam correpta fuit, in vera Filii Dei agnitione & inuocatione piis precibus se Deo commendauit, & placide expirauit ex hac misera in longe meliorem vitam, nimirum in æternam beatitudinem emigrauit, quarto die Septemb. cui Deus sit propitius: eique largiatur vna nobiscum felicem resurrectionem. Decessit sui voti compos facta. Sæpe enim optauit & in summis habuit votis, ne me defuncta ipsa vidua superstes relinqueretur: quod quam miseræ multæ viduæ sint, defunctis maritis, ipsa suis oculus videret. Hæc de mea chariss. coniuge dicere volui: ne illam debita sua laude priuarem: sed veritati testimonium ipse, cui notiss. fuit, honorificum dare non grauarer. Porro qui iamiam morituri sunt, inter suos legitimos heredes, antequam decedant, sua bona & preciosiora κειμήλια. *distribuere, legare & testari solent: quibus post obitum iure debentur ex defun-*

cti

cti extrema voluntate. Itaque & ego morti vicinus ἀναλυσείοντος καὶ σὺν χριστῷ εἶναι, τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων, vt cum diuo Paulo loquar, hoc est, emigraturus, & cum Christo esse cupiens, vobis meis legitimis heredibus mea bona, quantulacunque sint, distribuenda relinquo, licet sit curta domi nostra supellex, & lis agatur de paupere regno. Apud D. Paulum est 2. Cor. 12. οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλὰ οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις, hoc est, Non enim debent filii parentibus thesauros condere: sed parentes filiis. Debebam quidem & ego meis literis thesauros condere: Sed exiguum stipendium, & parci reditus annui nihil inde reponere concedebant. Itaque thesauros, aureos & argenteos non habeo: qui si essent, variis fortunæ casibus & fluctibus expositi perpetuo iactarentur. Sed thesauros longe stabiliores & preciosiores, & mihi chariores, vobis quoque vtiliores, nimirum chartaceos, raræ, variæ, solidæque eruditionis plenos erudita mea scripta, ingenii mei monumenta, vobis meis legitimis heredibus relinquo atque lego: quæ fortunæ casibus minime sunt exposita. Singulis enim meis liberis & generis peculiarem commentarium inscribere & dedicare volui. Hi thesauri vos apud omnem posteritatem perpetuæ memoriæ consecrabunt. Hæc ille, & grauiter & pie. Quæ interseruimus, vt de eius in coniugem, amore, & prolixa in liberos voluntate constaret aliquid. Tu itaque Cariss. affinis, qui eandem nobiscum omni iure adis hereditatem, tuum hunc patiaris esse propriumque librum, quem de Emendata Numeratione logistica socer venerandus conscripsit: qui ante Antuerpiæ a Christophoro Plantino, Clariss. Chalcotypo Regio, est impressus studio & opera clarissimi viri D. Iacobi Monau patricii Vratislauiani,

uiani, amici reuerenter colendi. Nec dubita, si longior vita vsus tuo socero concessus fuisset, ipsum hunc commentarium manu sua tibi attributum voluisse: quod nos demortui loco facere iussit æquitas, & quod tibi nobiscum est in hac etiam literaria κληρονομία ius optimum. Vale cum coniuge tua in laudem DEI, Ecclesiæ commodum, salutem tuam. Francofurti X KL. IXbris. Anno

M. D. XC.

IX.
DE
NVMERATIONE LOGISTICA EMENDATA.
VETERIBVS LATINIS ET GRÆCIS VSITATA.
MATTHAEO HOSTO AVTORE.

De ſuſcepti operis ratione.
Cap. I.

MAgnam eſſe *Logiſtices*, quæ computandi ars dicitur, dignitatem, multiplicem vtilitatem, & vſum varium, quotidiana experientia ſatis abunde teſtatur. Nam ſiue ſacrarum literarum veneranda monumenta reuerenter euoluas: ſiue artes inferiores ſedulo tractes; ſiue ſublimi-

oribus

oribus professionibus gnauiter incumbas: siue omnis eruditionis prorsus expers Remp. fideliter administres: siue priuatim res tuas caute agas: siue denique aliena negocia serio procures, conficiendarum rationũ artificio, supputandique peritia absque detrimento incommodoque, minime care poteris. Id quod vel vnus & solus diuinus ille Plato locuples testis facile confirmat *libro 5. de legibus*, cum inquit: πρός τε γὰρ οἰκονομίαν, καὶ πρὸς πολιτείαν, καὶ πρὸς τέχνας πάσας, ἓν οὐδὲν οὕτω δύναμιν ἔχει παίδειον μάθημα μεγάλην, ὡς ἡ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς διατριβή. τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι τὸν νυστάζοντα καὶ ἀμαθῆ φύσει ἐγείρει, καὶ εὐμαθῆ καὶ μνήμονα, καὶ ἀγχίνουν ἀπεργάζεται παρὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν, ἐπιδιδόντα θείᾳ τέχνῃ, hoc est, *Nam & ad rei familiaris administrationem, & ad Reip. gubernationem, & ad artes omnes nulla vna puerilis disciplina ita magnam habet facultatem, atque numerorum cognitio. Id vero maximum est; quod somnolentum, & natura indocilem excitat, & docilem, & memorem, & sollertem efficit: vt præter suam naturam diuina arte proficiat.* Idem, Hominem sapientissimum esse animal, Neocli interroganti respondit, ὅτι ἀριθμεῖν ἐπίσταται, hoc est, *quoniam numerare nouit.* Et Aristoteles ob numerandi scientiam homini maxime credendum esse censuit. Quamobrem, cum homines sapientes, longo rerum vsu edocti prudentioresque facti, insignem huius rei vsum & necessitatem in communi vita esse intelligerent, vt hac quoque in parte communi hominum vtilitati melius consulerent, de re omnium vtilissima certa quædam præcepta, in artis formam comprehensa, tanto studio tradiderunt, vt plures iam de hoc artificio computandi in Latina & Germanica lingua libelli passim publice prostent, quam olim fuerunt Thebarum Ægyptiarum portæ. Ac magnam quidem laudem merentur illi, qui hoc officio & beneficio suo ciues sibi demereri studuerunt. Hi vero alias quidem artificii logistici partes, quisque suo consilio vsus, pro auditorum captu & conditione satis perspicue feliciterque explicauerunt: in vna vero, eaque prima & præcipua eius parte, nimirum numeratione, nimis sunt ieiuni plerique: & eam nondum, quod sciam, pro dignitate satis plene tradiderunt. Etsi hos certis de causis excusatos esse putem: aut quod, cum rudimenta saltem huius artis tradere voluerint, rudium auditorum tantum rationem habuerint:

rint: aut quod ad tantas res commode tractandas non ſatis inſtructi fuerint: cum in veterum autorum aſſidua lectione non ſatis eſſent verſati. Quicquid enim in hac re laude dignum, & quod eruditis probetur, traditur, ex probatiſſimis vtriusque linguæ autorum monumentis depromptum eſſe oportet. Ego vero etſi de me non magnifice polliceri poſſim: quod meo me pede metiar: quædam tamen non prorſus incommoda, nec inutilia, vt ſpero, de hac parte logiſtici officii vtiliter tradere conabor: quæ olim adoleſcens a clariſſimo & vndecunq; doctiſſimo viro piæ memoriæ *Iodoco Willichio, Medicæ facultatis doctore, & in hac nostra Academia Francofordiana Professore præstantiss.* præceptore, compatre & affini charisſimo, de emendata numerandi ratione primum accepi ac didici: deinde quæ ab aliis eruditisſimis viris asſidua inueſtigatione, & longo rerum vſu e denſis obſcuræ antiquitatis tenebris eruta obſeruaui ac notaui, eadem bonis adoleſcentibus liberaliter communicabo: quod hanc *logistici officii* partem a plerisque hodie non ſolum frigide tractari: ſed & inepte ac inerudite, ne dicam barbare, bonis adoleſcentibus paſſim inculcari videam. Mirum profecto eſt in tanta elegantioris literaturæ luce adhuc eſſe, quibus inſulſa hac in parte barbaries potius, quam liberalis eruditio ac doctrina placeat.

Complectar autem omnem rem idoneis præceptis: & primum explicabo notas numerorum, & notulariam illam compendiariamque ſcribendi rationem: quæ veteribus olim quidem vſitata fuit: hodie vero ab eruditis paſſim approbatur, perſpicue docebo. Deinde numeri, illis notis recte notati, emendatam prolationem ſeu enunciationem & Latinam & Græcam, quantam quidem ad inſtitutum ſatis eſt, & inſtituta breuitas permittit, tradere, & idoneis exemplis, ex probatis autoribus depromptis, illuſtrare conabor, adoleſcentiæ ſtudiis in hac quoque re quam optime conſulturus. Huc enim meum qualemcunque laborem iuuandique ſtudium politioris literaturæ amantibus non ſolum vtilem, ſed & gratum fore mihi perſuadeo, prorſusque confido: propterea quod hæc mea bonis adoleſcentibus gratificandi prompta voluntas nulli, de aliorum vtilibus laboribus recte ſentienti, candideque iudicanti, diſplicere poſſit. Quid autem ſtudioſi

diosi adolescentes ex hoc meo scripto sibi polliceri debeant, paucis exponam.

Primum enim si *de Numeratione emendata, vera, & antiqua*, quam hic traditurus sum, præcepta cognouerint, magnos numeros apud probatos vtriusque linguæ autores veteres rectius intelligent. Deinde eosdem intellectos longe eruditius enunciabunt: in quibus magnos etiam viros turpiter aliquando hallucinari, in confesso est. Ad hæc huiusmodi numeros vel *Siphris*, vel notis *Latinis*, vel literis, vt & Græcis & Hebræis vsitatum est, facilius notare, notatosque exprimere poterunt illi, qui hæc didicerint. Præterea hac doctrina liberaliter instructi, fœdos errores, quibus veteres autores passim misere deprauati & mutilati sunt, facilius deprehendent: ne falsa pro veris arripiant: sed de suspectis bonorum autorum locis diligentiorem inquisitionem, dum aliquid certius perscrutati fuerint, instituant.

Postremo ad *rem nummariam*, cuius in veteribus autoribus passim exempla occurrunt, rectius intelligendam, & eruditius explicandam emendata *Numeratio* non leue momentum allatura est. Nisi quis enim, quæ sit vera magnos numeros rei pecuniariæ & notandi & enunciandi ratio, certo teneat, in veterum autorum monumentis aut turpiter hærebit: aut vtilissima scripta non sine veræ sententiæ iactura transilire cogetur. Id quod aliquot exemplis in hoc commentariolo παρέργως, obiter, & præter institutum a me demonstrabitur.

Quamobrem consultissimum fuerit, vt a primis statim annis in hac quoque *logistici* officii parte adolescentes rectius instituantur: vt maiori cum fructu in optimis quibusque autoribus veteribus, tam sacris quam profanis, & Græcis & Latinis, versari consuescant. Hanc enim doctrinam in communi hominum vita & societate omnino vtilem & valde necessariam esse præter quotidianam experientiam & Platonis testimonium, quod ante allatum est, hi quoque octonarii Epicharmi e fabula, cui titulum fecit πολιτείαν, abunde testantur, qui sunt: ὁ βίος ἀνθρώποις λογισμοῦ καὶ ἀριθμοῦ δεῖται πάνυ· ζῶμεν δ᾽ ἀριθμῷ καὶ λογισμῷ, ταῦτα γὰρ σώζει βροτούς. Qui ad verbum sic Latine redduntur: *Vita hominibus supputatione & numero habet opus omnino. Viuimus enim numero & supputatione: hæc enim conseruant mortales.*

De

De numero *quid sit: & quomodo ad præsens institutum diuidatur.*

Cap. II.

CVM numerandi scientia in numeris versetur, *quid numerus sit*, explicandum est. Ac *vnitas* quidem numerus non est, sed numeri fons & origo: & secundum quam vnaquæque res vna dicitur: quæ omnem numerum toties metitur, quot in ipso sunt vnitates: vel, vnitas est pars aliquota cuiuslibet numeri. *Numerus vero est multitudo ex vnitatibus collecta.* Diuiditur autem numerus, quod ad hoc negocium attinet, in *digitum*, *articulum & numerum compositum seu mixtum.* Ac digitus quidem est omnis numerus, denario minor. vt 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Digiti vero sunt hi numeri, quod omnes homines, tam barbari quam Græci, non nisi ad denarium vsque numerent: vt Aristoteles *in Problematis* autor est. Nam cum ad denarium perueniunt, ceu ad metam, a natura constitutam, ad priores numeros redeunt, eosque replicando, numeros varie augent continuantque. Vnde huius rei certain natura signa impressa esse constat: quod homini, qui solus, ex omni animantium genere, numerare potest, decem in duabus manibus digiti tributi sunt: quibus, ceu proprii numeri calculis, præditi, cætera iuxta eandem multitudinem distribuant ac numerent. Cum autem id omnes homines & semper faciant (exceptis quibusdam gentibus, vt Thracibus, qui non nisi quaternarium attingunt, nec vltra progrediuntur, vt Aristoteles testatur) non id casu aut fortuna, sed naturæ ductu potius & instinctu fieri censeri debet. Recte itaque hi numeri digiti dici merentur.

Articulus vero est quilibet numerus, qui in decem partes æquales, easque integras, nullo redundante, diuidi potest: 10. 20. 30. 40. 50. 60. 70. 80. 90. 100. 1000. &c.

Compositus autem seu mixtus numerus est, qui supra denarium ex

ex articulo & digito conſtat, vt 11. 12. 13. 14. 15. 16. 21. 22. 23. 24. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 41. 42. 43. 44. &c.

Alias numeri diuiſiones, quod ad hoc negocium non admodum pertinet, hic omitto.

De numeratione, *quid ſit, & de numerorum certis notis, deque earum vſu.*

CAPVT III.

LOgiſtici officii prima & præcipua pars eſt *Numeratio*: quam finire licet, quod ſit cuiuslibet numeri tum vſitata, doctisque probata ac recepta notatio: tum emendata eiusdem numeri notati prolatio ſeu enunciatio & explicatio. Conſtat itaque duabus partibus: ſcilicet, *vſitata notatione, & emendata prolatione.* Ad notationem quod attinet, ne numeros integris dictionibus, quod in multis commode fieri nequit, operoſe, non ſine quadam moleſtia, ſcribere ſemper neceſſe eſſet, ingenioſa vetuſtas, naturam ducem ſecuta, quasdam numerorum notas χαρακτῆρας, vel totidem, quot ſunt in manibus digiti, vel etiam pauciores prudenter excogitauit: quibus & digitos numeros in primo vnitatum limite, & mox in ſequentibus limitibus, vel easdem, varie repetentes, vel alias ſubſtituentes, riteque componentes, omnes, quamuis magnos, numero compendio notarent ac exprimerent.

Hæc autem compendioſa per notulas ſcribendi ratio non in numeris ſolum apud veteres in vſu fuit: ſed & in oratione, id quod Plutarchus *in Catone Minore* his verbis diſerte teſtatur, de Oratione Catonis, qua ille cum in alios, tum in Cæſarem inuectus eſt, loquens: *Hanc orationem Catonis perhibent vnam extare: quod Coſ. Cicero expeditiſſimos ſcribas ante docuiſſet notas, quæ minutis & breuibus figuris multarum vim literarum complectebantur: inde alium alibi paſſim diſpoſuiſſet in Curia. Nondum enim vſi fuerant, neque habebant exceptores actuarios: ſed tunc primum rudimenta eos aſſerunt poſuiſſe: Hec ille interprete Hermanno Cruſerio.*

Ad numerorum notas quod attinet, non vbique apud omnes populos ac gentes easdem eſſe, ſed paſſim variare in confeſſo

eſt.

eſt, & quotidiana quoque experientia idipſum abunde teſtatur. Sed nos omiſſis illorum numerorum notis, vel quibus barbari paſſim vtuntur, vel quæ ad communem uſum parum conducunt, de illis tantum, quarum vſus multis iam ſeculis, in præcipuis totius orbis terrarum linguis ac nationibus, vt Germanica, Latina, Græca, & Hebræa, apud eruditos maximus fuit, & adhuc hodie eſt, vtilia quædam adferemus. Quod vt faciam, publica vtilitas, & commoditas ipſa me monet mouetque: vt adoleſcentiæ ſtudia in hac quoque parte pro virili adiuuem. Hoc enim modo veterem illam veram, emendatam, & eruditis probatam, hodie vero paſsim turpiter neglectam, in ſcholas, vnde iam paſſim exulat, numerandi rationem reuocatum iri ſpero. Eam autem veram numerorum notationem eſſe cenſemus, qua ſunt vſi veteres ſapientes in ſuis libris, & literarum monumentis. Vnde ad omnem poſteritatem eſt tranſmiſſa, nobisque ceu per manus tradita: vt eandem in ſcholas reuocare, propagare & conſeruare, non adeo difficile fuerit: modo veteres autores optimos quoſque euoluere, & fontes potius quam riuulos conſectari ac deguſtare non pigeat.

De Notarum numerorum diuiſione, & *primum de* Siphris.

CAPVT IV.

NVmeri recte notantur aut illis notis, quæ *Siphræ* vocatæ (ab aliquibus dicuntur Cifræ) etiam doctis hodie in crebro ſunt vſu: aut certis notis, quarum vſus eſt frequens apud Latinos autores veteres: aut etiam literis: quod & apud Græcos & Hebræos vſitatum eſt. De harum autem trium gentium notis ideo hic potiſſimum agere placet: quod, quicquid in rebus humanis eximium, & cognitione dignum extat, id omne literis & Hebræis, & Græcis, & Latinis præclare deſcriptum ac comprehenſum eſſe conſtet. Nam ſiue linguarum cognitionem expetas, ſiue morum formationem ſpectes, ſiue rei familiaris gubernationem, & Reip. adminiſtrationem tractes, ſiue rerum naturalium inueſti-

gationi incumbas, siue denique Religionem ipsam, cultumque diuinum, & doctrinam de vera solidaque felicitate & æterna salute requiras: his tribus linguis omnia satis abunde conscripta, ac velut consecrata consignataque esse inuenies. Primum autem de Siphris quædam dicam. Siphra vox Hebræam originem sapit, refertque: &, vt docti arbitrantur, a verbo *Saphar*, quod Ordine *numerauit*, significat, *deriuatur*. Vnde *Sephar* numerus est: hinc *Siphra* (vulgo corruptius Ziphra & Cifra dicitur) deflectitur. Etsi vero gens Iudaica his notis, quæ hodie Siphræ vocantur, vsa non fuit; mansit tamen rei appellatio apud multas gentes. Has Siphras alii Indis *orientalibus*, vt Georgius Valla testatur, alii *Saracenis* acceptas referunt. Sunt autem numero *decem:* novem quidem significantes hæ: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Estque hæc prima ἐννεάς: hoc est, classis nonaria μονάδων, hoc est vnitatum: Vna vero decima, nota *circularis*, o: quæ, quod per se posita nihil significat, vulgo nulla, & figura nihili appellatur. His notis varie repetitis, riteque compositis ac multiplicatis, omnes numeri quamlibet magni, commode expediteque notantur. Nam si figura nihili, o, hisce notis semel ad dextram addita fuerit, easdem decadicas, hoc est, denarias efficit, vt sunt: 10. 20. 30. 40. 50. 60. 70. 80. 90. Quæ est ἐννεάς; altera δεκάδων, hoc est, classis nonaria denariorum: Quod si bis additur, nascitur ἐννεὰς tertia ἑκατοντάδων, hoc est classis nonaria centenariorum, vt sunt: 100. 200. 300. 400. 500. 600. 700. 800. 900. Sin ter addatur, est quarta ἐννεὰς χιλιάδων, hoc est classis nonaria millenariorum, vt sunt: 1000. 2000. 3000. 4000. 5000. 6000. 7000. 8000. 9000. Si quater addatur, erit ἐννεὰς, quinta μυριάδων, hoc est classis nonaria decies millenariorum, vt sunt: 10000. 20000. 30000. 40000. 50000. 60000. 70000. 80000. 90000. Si quinquies addatur, erit ἐννεὰς sexta δεκάκις μυριάδων, hoc est classis nonaria centies millenariorum, vt sunt: 100000. 200000. 300000. 400000. 500000. 600000. 700000. 800000. 900000. Si addatur sexies, erit ἐννεὰς, hoc est classis nonaria decies centenariorum millium, vt sunt: 1000000. 2000000. 3000000. 4000000. 5000000. 6000000. 7000000. 8000000. 9000000. Eodem modo numerum in infinitum augere & multiplicare li-

licebit: vt quod apud Suetonium Tranquillum est *in Vespasiano*: HS. quadringenties millies opus est, vt Resp. stare possit: subintelligitur, centena millia: quod Siphris sic notatur: 40000000000.

Porro hisce numerorum characteribus seu notis plerique non solum mercatores & negociatores, quisque in suis negotiationibus: sed & eruditi propter singularem commoditatem, & expeditiorem in quouis negocio vsum hodie vtuntur.

De notis Numerorum Latinis.

Caput V.

Veteribus Latinis pauciores numerorum notæ in vsu fuerunt: quippe septem tantum ab vnitate ad millenarium, vt sunt: I. V. X. C. L. D. M: quibus itidem varie repetitis, mixtis, riteque compositis similiter omnes numeri notantur. Quæ, quod ad lineas ἐν ψηφολογικῇ, hoc est, in computatione, quæ calculis in lineis peragitur, quadrant, perpetuo vel in quincuplum vel in duplum ἐναλλάξ, hoc est alternis, auctæ assurgunt. Harum primæ quidem duæ σύζυγοι: hoc est, *copulatæ seu coniunctæ*, I & V, vnitatibus seruiunt in primo limite seu classe nonaria. Sequentes vero duæ σύζυγοι, X & L, denariis in secundo limite seu classe nonaria tribuuntur: C & D centenarii in tertio limite seu classe nonaria sibi vendicant. At septima & vltima, M. nota est millenarii, in quarta classe nonaria. Sex priores fiunt quoque *chiliadicæ*, hoc est millenariæ. Nam quemadmodum, cum notæ millenarii, M, dextrum latus claudunt, suum quæque locum tuetur, valorem naturamque retinet: ita ad sinistrum eiusdem latus additæ, eundem millenarium suo valore augent: vt M. D. L X. sunt mille quingenta & sexaginta: D L X M. vero sunt quingenta & sexaginta millia. Porro hæ tres notarum rite iunctarum συζυγίαι numeros compositos constituunt, vt postea patebit. Hæ autem Latinæ numerorum notæ vsu potius & figura, quam probata ratione literæ Latinæ tam maiusculæ quam minusculæ vulgo scribuntur & habentur. Nam si literæ censendæ essent, potius

potius ratione ordinis more Græcorum & Hebræorum, quos Latini fere imitari solent, numerum notarent: quod non figura solum, qua scribuntur, sed potestas potius, qua valent, & ordo, quo collocantur, literam faciant. Minime vero literæ, vel minusculæ vel maiusculæ censendæ sunt: sed reuera ex prima nota vnitatis lineari erecta hac, I. cæteræ quoque notæ omnes potius manare ac componi censentur. Nam quæ de hac re apud Priscianum, si titulus autorem non mentitur, traduntur (quod pace tanti viri dictum velim) non solum longe petita, sed etiam, quia nulla iusta ratione nituntur, friuola esse videntur. Nam I, quæ prima numeri nota linearis est, & vnum significat, Latina litera esse nequit: licet hodie vulgari vsu ita scribatur. Siquidem I, Latini Alphabeti elementum vnitatem, numeri initium, non significat, neque ratione ordinis, qua nona litera est, neque ratione vocis, cum eius dictionis, quæ vnum significat, prima litera non sit. Priscianus literam, I, propterea vnum significare contendit, quod vocis Græcæ ἴα pro μία, hoc est vna, primum elementum sit: quod nimis longe petitum esse apparet. Hæc prima numeri nota ideo quater tantum in eadem vnitatum regione vsitate iteratur ante suam σύζυγον, V, hoc modo, I. II. III. IIII. quod quinto loco altera & noua numeri nota & figura sequatur. Latini enim veteres quinto loco primum suas numerorum notas mutarunt. Vnde hæc, V, quinarii nota est altera: quæ quinque significat: & ad primam relata est quincupla. Non autem quinarii nota ideo est, quod, V, litera quinta sit vocalis, vt vult Priscianus, quod valde friuolum est, sed potius vel quod ex prima nota geminata, & ad pedem iuncta, quinarii peculiaris character sit: vel quod decussis X, denarii notæ, vt nonnulli volunt, pars sit media superior. Hæc quinarii nota non geminatur in eadem regione, propterea quod ἐν ψηφολεγικῇ nota sit spacii, & lineæ superioris pars dimidia: cum duæ partes dimidiæ totum, quod in superiorem lineam mox transferatur, conficiant. Prima linearis nota quinario infra denarium semel, bis, ter, & quater subiungitur, vt classis nonaria vnitatum hic compleatur, hoc modo: VI. VII. VIII. VIIII.

Denarii nota est X *decussis*: & est in ordine tertia, numero du-

duplicato: quæ itidem e primæ notæ geminatæ decussatione nata videri potest. Nec decem significat, vt Priscianus arbitratur, vel quod litera X, inter consonantes apud Græcos sit decima: vel quod literam V, apud Latinos in ordine literarum Alphabeti sequatur. Hæc nota itidem, vt prima, in ordine decadico quater iteratur: idque bis, tum ante, tum post suam σύζυγον, hoc modo: X. XX. XXX. XXXX. L. LX. LXX. LXXX. LXXXX. vt classis nonaria decadum, hoc est, denariorum sit plena.

L, quarta nota est *quinquagenarii*, numero in quincuplum aucto; & est nota peculiaris, ex prima vnitatis nota geminata: vna quidem recta, altera vero prostrata, conflata censeri potest: sed ita, vt duæ, ad pedem in dextra parte iunctæ, rectum angulum faciant, & gnomonem exactum referant, hoc modo, L: qua figura litera Latina L. maiuscula scribitur. Nulla autem ratione litera Latina in hoc numerorum negocio haberi potest. Nam non solum longe petitum est, sed ineptum quoque quod Priscianus iterum ad Græcos respiciat: nimirum quod N apud illos inter literas tertia decima, decadici ordinis quinta, quinquaginta significet: & L pro N aliquando ponatur, vt ex voce *Nympha* & *Lympha* constat. Neque admodum arridet, quod veteris figuræ Centenarii huius Ꮯ, pars media nonnullis videtur. Hæc nota non iteratur, vt nec secunda: propterea quod sit spacii, & non lineæ.

C nota *centenarii*, ordine est quinta: quæ ex altera centenarii nota antiqua hac, Ꮯ, propter arcuati ductus facilitatem nata videri potest. Posteriorem scilicet Ꮯ, ex prima nota vnitatis, sed triplicata, compositam esse arbitrantur: quippe si ad quinquagenarii characterem tertia linea porrecta superne ad caput addatur: vt rectum angulum faciat. Priscianus nominis centum *literam principalem* esse putat: quod tolerari potest: ἐν φιφιλογίᾳ tertiam lineam respicit. Iteratur & hæc nota quater tum ante tum post suam σύζυγον D, vt ἐννὰς centenariorum plena fiat hoc modo: C. CC. CCC. CCCC. D. DC. DCC. DCCC. DCCCC. Respectu præcedentis est dupla. Albanos populos numerum vltra centum non nosse, Strabo *libro 11. scribit.*

D vel ıɔ sexta numeri nota est quingentenarii: pro qua nunc vsu verius quam certa ratione D literam scribunt: cum sit potius ex prima & quinta, sed inuersa composita. Non autem ideo quingenta significat, quod C literam in Alphabeto apud Latinos proxime sequitur, vt Priscianus voluit, quod est friuolum. Quidam volunt D quingenta notare, quod vocis dimidium sit litera initialis: quod millenarii dimidium significet, vel quod M notæ millenarii pars sit sinistra ʌ: quæ D vel sit similis, vel in eam facile mutari potuerit. Præcedentem in quincuplum auget: non iteratur: quod sit nota spacii.

In his tribus Latinarum notarum Syzygiis, nempe IV, XL, & CD, obseruandum est: priores tres notas scilicet I, X, & C, quater, & ante & post suam σύζυγον, nempe V, L, & D repeti, vt dictum est: vt ἐννεὰς, hoc est classis nonaria itidem, vt in Siphris & in literis Græcis & Hebræis, compleatur. In monadicis quidem hoc modo: I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. VIIII. In Decadicis vero sic: X. XX. XXX. XXXX. L. LX. LXX. LXXX. LXXXX. Item in centenariis: C. CC. CCC. CCCC. D. DC. DCC. DCCC. DCCCC. Quædam tamen in his etiam aliter notantur: vt in classe vnitatum IV. pro IIII, IIX. pro VIII: IX pro VIIII. In classe vero decadica, hoc est denaria, XL. pro XXXX: XC pro LXXXX. Sed in tertia classe CD pro CCCC, quod numerus minor semel bisue præpositus maiori, eidem tantundem adimat. Sic enim vsus obtinuit: qua de re mox plura.

M septima & vltima numeri nota est: quippe millenarii, numero rursus duplicato. Quam ideo millenarii notam esse volunt, quod vocis, Mille, prima sit litera. Sed potest quoque peculiaris esse nota, vt cæteræ. Cuius rei coniectura sumitur quoque ex aliis eiusdem millenarii notis vetustis. Sic enim quoque notatur cıɔ: quæ ex prima & quinta geminata constat: recta quidem ad sinistrum, inuersa vero ad dextrum latus addita.

Eadem millenarii nota & hoc modo notata inuenitur cıɔ: item ∞, vt siphram octonarii notam referat, sed prostratam: quæ ex hac apud Priscianum cxɔ nata videri potest. Scribitur autem mille per X Græcum secundum Atticos (quod vocis χίλια,

 quæ

quæ mille significat, prima sit litera) sed circunscriptis lateribus, hoc modo CXƆ, vt a denarii nota differat, quæ est X. De his vero numerorum notis aliter docet Andreas Alciatus *lib. παρέργων 10. c. 20.* Notatur & hoc modo ω & ∞, vt literam Græcorum vltimam ω magnam, & rectam inuersam repræsentet. Item notatur CIƆ, vt ex Paulo Manutio constat. Sed hæ notæ, quod minus vsitatæ sint, omittantur.

Secunda millenarii nota bis, ter, & quater repetitur iteraturque CIƆ. CIƆ CIƆ. CIƆ CIƆ CIƆ. CIƆCIƆCIƆCIƆ. Ter certe extat apud Ciceronem *in 5. Verrina*, in editione Pauli Manutii, cum ait: *Demit de capite Medimnum* CIƆCIƆCIƆ, vbi, vt ratio constet, Franciscus Hotomannus addendum esse censet, IƆC: vt sit CIƆCIƆCIƆIƆC: quod est Medimnum 3600.

Omnes numerorum notæ, hactenus enumeratæ, millenario versus sinistram præpositæ, millenariæ fiunt, & eundem suo valore augent: vt XM, decem millia: LXM sexaginta millia: CM centum millia: DM quingenta millia: MM mille millia: Plin. *lib. 6. c. 23.* MM Pass. ab Alexandria abest oppidum Iuliopolis. Hoc tamen aliquando hodie pro duobus etiam millibus vsurpatur.

Ex his notis prima vnitatis, & tertia denarii, & quinta centenarii, vt aliis notis præpositæ sinistrorsum easdem suo valore spoliant: ita dextrorsum additæ easdem augent: vt IV, quatuor: VI, sex: IX, nouem: vel prima geminata, IIX, octo: XI, vndecim: XL, quadraginta: LX, sexaginta: XC, nonaginta: CX, centum & decem: CD quadringenta: DC sexcenta significat, vt supra. Si his numerorum notis Latinis lineola, supra caput prostrata, addita fuerit, omnes millenariæ fiunt, vt Probus Grammaticus testatur. vt $\overline{\text{I}}$, *mille*; $\overline{\text{V}}$ *quinque millia*: $\overline{\text{X}}$, *decem millia*: $\overline{\text{C}}$, *centum millia*: $\overline{\text{D}}$, *quingenta millia*: $\overline{\text{M}}$, *mille millia* notat. Apud Ælium Lampridium est *in Alexandro Seuero*: $\overline{\text{CXX}}$, equitum Persarum fudimus: & mox $\overline{\text{X}}$ in bello interemimus: quæ significant C, & XX millia: item X millia.

Hæ sunt septem numerorum notæ principes, Latinis vsitata: & simplices esse censentur: licet ex prima reliquæ omnes manare & componi videantur.

Sunt vero & aliæ quædam numerorum notæ, sed com-

positæ: quæ non sunt in adeo frequenti vsu, vt *prima*. Nam I Ɔ Ɔ nota est *quinque millium* apud Priscianum numero in quincuplum aucto: & apud Ciceronem est *de lege Agraria*: *Hnc isti decemuiri cum* I Ɔ Ɔ *colonorum*. Quæ ex prima & quinta geminata, sed inuersa, & ad dextrum latus addita, componitur: non iteratur, cum sit nota spacii. C C I Ɔ Ɔ decem millium nota est, apud eundem, si ad præcedentem eadem quinta nota recta & duplicata ad sinistrum latus accesserit.

Paulus vero Manutius ita notat: C C L Ɔ Ɔ, pro nota vnitatis I, substituta nota *quinquagenarii* L. Scribitur etiam sic Ɔ M C, vel I M I. Præcedentem duplicat: & pari ratione bis ter, quaterue iterari potest, cum sit nota lineæ: C C I Ɔ Ɔ. C C I Ɔ Ɔ C C I Ɔ Ɔ. C C I Ɔ Ɔ C C I Ɔ Ɔ C C I Ɔ Ɔ. C C I Ɔ Ɔ C C I Ɔ Ɔ C C I Ɔ Ɔ C C I Ɔ Ɔ. Bis certe apud Ciceronem extat *lib. 1. ad Attic.* Nam epistola quinta Cicero sic loquitur: *L. Cincio* HS XXCD *constitui me curaturum idib. Feb. &c.* Id *sequenti epistola* repetit his verbis: *L. Cincio* HS C C I Ɔ Ɔ C C I Ɔ Ɔ C C C C. *pro signis Megaricis, vt tu ad me scripseras, curaui.* Sic enim Franciscus Hotomannus emendauit. Sed, bone Deus, quanta hic est exemplarium varietas? adeo vt ex plerisque nihil intelligi possit. Significat autem verobique *Sestertium viginti millia, & quadringentos sestertios.* Quæ summa quantum nostræ pecuniæ faciat, in *quinque libris De re nummaria* a me editis explicatur.

I Ɔ Ɔ Ɔ *quinquaginta millia* significat Prisciano, numero in quincuplum aucto, si ad primam notam quinta scilicet C, triplicata, sed inuersa, ad dextrum latus accesserit. Huius vsus extat apud Ciceronem *in Oratione pro Q. Roscio Comœdo* in editione Pauli Manutii, cum ait: *Si paret* HS I Ɔ Ɔ Ɔ *deberi, hic, nisi planum facit,* HS I Ɔ Ɔ Ɔ *ad libellam sibi deberi, caussam perdit.* Vbi vulgati codices perperam legunt: Si peteret HS LIII dari: hic, nisi planum facit, HS LIII ad libellam sibi deberi, caussam perdit. Hæc nota, cum sit spacii, non iteratur, vt superiores in regionibus paribus seu lineis.

C C C I Ɔ Ɔ Ɔ *centum millia* notat ibidem apud Cic. duplicato numero: si ad superiorem eadem quinta nota C recta ad sinistrum latus ter iterata accesserit. Paulus Manutius & in hac nota, L, pro I, substituit. Sic enim hanc notam scribit C C C L Ɔ Ɔ Ɔ *epistola 5, lib. 1.*

ad Attic. cum inquit: *Domum Rabirianam Neapoli, quam tu iam dimensam, & exædificatam animo habebas, M. Fonteius emit* HS CCCLↃↃↃXXX. Poteſt & hæc nota quater iterari, cum ſit lineæ: bis certe & ter extat apud eundem Ciceronem *Q Roſcio Comœdo*, cum inquit: *Proh Deum hominumque fidem, qui* HS CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ *quæſtus facere noluit.* (*Nam certe* HS CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ *merere & potuit & debuit, ſi poteſt Dionyſia* HS CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ *merere*) *is per ſummam fraudem & malitiam, & perfidiam* HS IↃↃↃ *appetijt?* Sunt autem trecenta millia ſeſtertium: quæ noſtræ monetæ faciunt 8500 coronatos, argent. vncial. 9375. quemadmodum in editis quinque *libris De re nummaria* veteri copioſius a me declaratur. Porro in vulgatis Ciceronis exemplaribus eadem hæc ſic peruerſe leguntur: HS CCCLIII CCCLIII CCCLIII. quæ ex vera illa veteri numeri notatione deprauata eſſe apparet. Budæus *lib. 2. De Aſſe*, quid hic numerus ſibi velit, ſe ignorare ingenue fatetur.

D M vel D iuxta Probum, *quingenta millia* notat, numero rurſus in quincuplum aucto M M, ſeu, vt vult Probus, M numero duplicato, ſignificat *millionem*, vel *decies centena millia*, vel, vt vulgo numerant, *mille millia*.

Canon I.

Quando magni numeri vltra centum millia notandi ſunt, limites punctis interuenientibus diſtinguendi ſunt. Cuius rei hoc ſit exemplum ex Plinio *lib. 33. cap. 3.* Auri XVI, XX. DCCCXXIX, vt Budæus *lib. 2. De Aſſe* ex antiquo exemplari legit: quod latine effertur: *Sedecies centena & viginti millia octingenta viginti nouem:* & ſiphris notatur ſic: 1620820. Alibi affertur & hoc exemplum:

XC, DCCCC, XCIX, DCCCC, XCIX: quod latine effertur *nonagies nouies centena, nonaginta nouem millia, nongenta nonaginta nouem:* quod ſiphris hoc modo notatur: 9999999. Item in numerato LXII. LXXXV. CCCC, hoc eſt, ſexagies bis centena octoginta quinque millia & quadringenta: quod ſiphris exprimitur 6285400.

Canon II.

Veteres numerum vltra centum millia lineola, ſupra caput extenſa,

 ſed

sed in sinistra parte sursum vncinata quoque notare solebant. Cuius rei hæc sunt apud Plinium exempla: vt *lib 6. cap. 33.* $\overline{\text{CLVI}}$M pass. hoc est, *Centies quinquagies sexies centena millia passuum.* Siphris notatur 15600000. Item $\overline{\text{CLXXIII}}$.XCM. pass. hoc est: *Centies septuagies ter centena, nonaginta millia passuum.* Quod siphris notatur 17390000.

Apud eundem est eodem *lib. 6. cap. 24.* $\overline{\text{XI}}$.XXVM. pass. hoc est: *Vndecies centena viginti quinque millia.* Siphris scribitur 1125000. Plura huius rei exempla passim apud Plinium in emendatis codicibus obuia sunt: vnde, si quis desiderat, abunde petere licebit. Porro has omnes numerorum notas Latinas ad calculos, quorum in lineari diagrammate vsus est, quadrare, & eorum vel in lineis, vel in spaciis interlinearibus positorum, valorem denotare, tum ex superioribus perspicuum esse arbitror, tum sequens diagramma ob oculos ponit. Calculi Græce vocantur, ψῆφοι & ψηφίδες, a quibus ψηφολογικὴ, quod eius negocium calculis peragitur, ars logistica quædam nomen sortitur.

Calculis vtuntur tum aliæ multæ gentes, tum etiam Ægyptii, vt Herodotus *lib. 2.* testatur, cum inquit: γράμματα γράφουσι, καὶ λογίζονται ψήφοισιν, ἕλληνες μὲν ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δέξια φέροντες τὴν χεῖρα, αἰγύπτιοι δὲ, ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐπὶ τὰ ἀριστερά. hoc est, *literas scribunt, & ratiocinantur seu supputant calculis, Græci quidem a sinistris ad dextra ferentes manum: Ægyptii vero a dextris ad sinistra,*

TABVLA LOGISTICA CALCVLATORIA.

Numerorum.

I. Notatio — II. Prolatio

1. Per Siph.	2. Per notas Lat.	3. Calculis.	Prolatio
1000000	X̄ — MM	●	Decies centena M.
500000	DM	●	Quingenta millia.
100000	CCCIↃↃↃ	●	Centum millia.
50000	IↃↃↃ	●	Quinquaginta M.
10000	CCIↃↃ	●	Decem millia.
5000	IↃↃ	●	Quinque millia.
1000	M. CIↃ	●	Mille.
500	D. IↃ	●	Quingenta.
100	C	●	Centum.
50	L	●	Quinquaginta.
10	X	●	Decem.
5	V	●	Quinque.
1	I	●	Vnum.

Hi numeri ſic notati, & in tabula poſiti, ſimul collecti, notis quidem Latinis ſic notantur: X̄V̄Ī. LXVI. DCLVI. efferuntur Latine: *Sedecies centena, ſexaginta ſex millia, & ſexcenta ſexaginta ſex.* Siphris vero hoc modo notantur: 1666666.

Canon I.

Hæ notæ Latinæ numerorum in lineis quidem poſitæ quater iterari poſſunt: in ſpaciis vero collocatæ non niſi ſemel ponuntur.

II.

Ψῆφοι, hoc eſt, *calculi linearum quidem, & eorundem notæ, denario & diſtant, & ſurſum multiplicantur ac creſcunt. In ſpacio vero notæ poſitæ, vt inferiorem quinario ſuperant, ita ſuperioris dimidiam tantum partem ſignificant.* Hæc de Latinis numerorum notis, quod ad hoc inſtitutum attinet, dixiſſe & annotaſſe ſufficiat.

De

De notis numerorum Græcis.

CAPVT VI.

GRæci *literis sui Alphabeti* numeros vſitate notare ſolent: ſed non eodem modo. Nam primum literæ Alphabeti continua ſerie apud illos ſunt monadicæ: quemadmodum vtrumque Homeri poema, Ilias & Odyſſea, id ipſum abunde demonſtrat. Vtrumque enim opus iuxta literarum Græcarum numerum & ordinem in viginti quatuor ῥαψῳδίας ſeu libros diſtinguitur: literisque libri notantur. Hæc autem ratio huius inſtituti Logiſtici non eſt: ideo nulla eius cura hic a nobis habebitur. Deinde iidem Græci ſuum Alphabetum, quod viginti quatuor literis conſtat: in tres ἐννάδας, hoc eſt *claſſes nonarias* diſtribuunt: ſed cum tantũ ſint literæ viginti quatuor, & tres ordines octonarios faciãt, vt tres ἐννάδες compleantur, cuique claſſi nota peregrina ſuo loco admiſcetur. Quemadmodum enim ſiphrarum ſignificantium vna eſt ἐννὰς, hoc eſt *claſſis nonaria* tantum: quibus repetitis omnes numeri recte notantur: ita hic tres nonariæ claſſes inſtituuntur, tribus alienis notis admixtis. Ac prima quidem claſſis nonaria octo primas literas Alphabeti complectitur; & ſexto loco hanc notam ϛ peregrinam admiſcet, vt enneas compleatur hoc modo: α β γ δ ε ϛ ζ η θ. Hæc claſſis *eſt vnitatum*, μονάδων ſeu μοναδικῶν & digitorum. *Secunda* ἐννὰς δεκάδων hoc eſt denariorum, continet octo literas Alphabeti ſequentes, & vltimo loco hanc peregrinam notam ϟ adiungit, vt nonaria claſſis compleatur, hoc modo: ι κ λ μ ν ξ ο π ϟ. Hi numeri vocantur articuli. *Tertia* claſſis eſt ἑκατοντάδων, ſeu ἑκατονταδικῶν, hoc eſt centenariorum: & complectitur literas Alphabeti octo reliquas. Vt autem claſſis nonaria expleatur, itidem vltimo loco peregrinam hanc ϡ vel ϑ adſciſcit hoc modo: ρ σ τ υ φ χ ψ ω ϡ. Ex his ſimul iunctis cum aliis numeri compoſiti fiunt. Literæ ſic diſtributæ tres primos limites faciunt: cuius exemplum extat *Apoc. 13. Qui mente præditus eſt, computet numerum Beſtiæ.* Numerus enim hominis eſt χξϛ, hoc eſt 666. Et D. Lutherus ſexcentos ſexaginta ſex annos intelligit: & addit, Papatum mun-

mundanum tam diu ſtare, Irenæus *lib.5. non longe a fine* teſtatur nomen Beſtiæ in Apocalypſi eſſe λατεῖνος: cuius vocis literæ Græcæ numerales faciunt annos ſexcentos ſexaginta ſex, vt intelligatur Eccleſia Latina.

λ	30.
α	1.
τ	300.
ε	5.
ι	10.
ν	50.
ο	70.
ς	200.
	666.

Aliis eſt:

ε	5.		ι	10.	
κ	20.		τ	300.	
κ	20.		α	1.	
λ	30.	294.	λ	30.	371.
η	8.		ι	10.	
σ	200.		κ	20.	
ι	10.		α	1	
α	1				

Summa 666.

Qua de re ſi quis plura deſiderat, per ocium temporis fallendi gratia legat libellum Germanicum, cui titulus eſt: Ein Rechenbüchlein vom Endechriſt. Porro eorundem numerum 666. exprimunt literæ Hebrææ numerales in voce *Romuot*.

ר	200.
ו	6.
מ	40.
י	10.
י	10.
ת	400.

Summa 666.

Qua voce Romanum Imperium designatur. Apud eundem Irenæum est *lib.1..cap.12.* De voce ἰησοῦς : quod exprimat numerum DCCCLXXXVIII. & habeat monades, hoc est vnitates octo : Plura petas licet ex Bibliandro *de Ratione temporum* : item e Dauide Chytræo *in Apocalypsin.*

ι	10.
η	8.
σ	200.
ο	70.
υ	400.
σ	200.
	888.

Id nomen Filio Dei datum est ab angelo in prima natiuitate *Matth.1.* & in ænigmate diuinandum proponitur *lib. 1. Oraculorum Sibyllinorum* : quod 9.versibus constat.

In *primo lib.Oracul.Sibyllinorum* Deus Noah alloquitur & hortatur,vt Arcam ædificet,vt in futuro diluuio cum suis seruari possit. In ænigmate vero,quis sit,suum nomen proponit, nimirum θεὸς σωτὴρ, hoc est,*Deus Saluator,filius Dei*,cum patribus in veteri testamento locutus. Hoc autem notat a numero syllabarum & literarum : versus hi sunt :

ἐννέα γράμματ' ἔχω, τετρασύλλαβός εἰμι, νόει με.
αἱ τρεῖς αἱ πρῶται δύο γράμματ' ἔχουσιν ἑκάστη·
ἡ λοιπὴ δὲ τὰ λοιπά· καὶ εἰσὶν ἄφωνα τὰ πέντε,
τοῦ παντὸς δ' ἀριθμοῦ ἑκατοντάδες εἰσὶ δὶς ὀκτώ,
καὶ τρεῖς τρὶς δεκάδες, σύνγ' ἑπτὰ γνοὺς δὲ τίς εἰμι,
οὐκ ἀμύητος ἔσῃ θείης παρ' ἐμοίγε σοφίης.

Quædam autem sunt corrupta : legendum enim est pro αἱ λοιπαί, ἡ λοιπὴ : pro σύνγ' ἑπτὰ σὺν δέκα

Sebastianus Castalio hos versus sic reddidit :

Sunt elementa nouem mihi,sum tetrasyllabus autem
(Percipe me) primæ tres syllabæ perficiuntur
Ex binis omnes elementis : cætera restant
In reliquis,quorum non sunt vocalia quinque
Totius numeri bis sunt hecatontades octo,

Ex

Ex ter decades cum septem: si scieris me,
Non te, qua potior, sapientia dia latebit.

Distribue & collige sic:

ϑ	9.
ι	5.
ο	70.
ϛ	200.
ϛ	200.
ω	800.
τ	300.
η	8.
ϱ	100.
	1692. *Summa.*

Vide *Fabricam Arcæ Noah a me editam f. pag. 366.*

Iani simulachrum apud Veteres ita effingebatur olim, vt in dextra quidem manu τ, in sinistra vero ξε literas præferret: quæ Græcis CCCLXV. notant:

τ	300.
ξ	60.
ε	5.
	365.

Quod annus totidem diebus constet: Ianus anni temporisque Deus habeatur: vnde adhuc hodie Ianuarius mensis, a Iano dictus, anni initium facit. Est & apud Suidam *in voce γυνηταὶ* hic numerus dierum anni τξέ. Plinius idem ad numeros, digitorum gestu expressos, more veterum refert. Sic enim de eodem Iano loquitur *lib. 34. cap. 7.* Præterea Ianus geminus, a Numa Rege dicatus, qui pacis bellique argumento colitur, digitis ita figuratis, vt trecentorum quinquaginta quinque nota per significationem anni temporis & æui se Deum indicaret. Plinius hic intelligit *annum lunarem*, qui duodecim lunationibus constat. Sed superius Iani simulachrum de anno solari intelligi debet: qui continet dies 365. Ludouicus Cælius *lib. 23. cap. 11.* verba Plinii repetens pro Quinquaginta legit Sexaginta, vt idem sit vtrobique numerus 365. Plinii autem exemplaria con-

conſtanter habent, Quinquaginta. Qua de re ſic apud Suidam eſt, Hebræi annum ſecundum lunarem curſum numerant, vt menſis apud eos ſit dierum viginti nouem: vt ſolaris quidem circulus ſit τξέ dierum, hoc eſt CCCLXV: lunaris vero τνδ΄, hoc eſt CCCLIV: vt ſolaris annus vndecim diebus ab anno lunari euariet.

Sed e diuerticulo ad rem redeamus. His Græcis literis, varie mixtis, riteque compoſitis, omnes numeros Græci compendio notant. Sequentes autem limites ſeu regiones eiſdem literis repetitis ac inſignitis notant. Nam quemadmodum notæ numerorum Latinæ omnes millenariæ fiunt, vel ſi notæ millenarii M. propoſitæ fuerint, vel ſi linea proſtrata ſupra caput addita fuerit, vt ante dictum eſt, ita hic omnes itidem fiunt χιλιαδικαὶ, hoc eſt millenariæ: ſi lineola inſtar acuti toni ſubter ponatur, & eodem modo tres fiunt claſſes nonariæ ἐννάδες: quarum prima eſt vnitatum millenariarum, hoc modo:

͵α ͵β ͵γ ͵δ ͵ε ͵ϛ ͵ζ ͵η ͵θ.

Hoc eſt:

1000. 2000. 3000. 4000. 5000. 6000. 7000. 8000. 9000.

Sunt enim μονάδες χιλιάδων, ſeu χιλιαδικαὶ vel χιλιάδες μοναδικαὶ, hoc eſt *vnitates millenariæ*: quæ tot millenarios ſignificant, quot quæque nota vnitates continet. Secunda ἐννὰς hoc eſt claſſis nonaria δεκάδων χιλιαδικῶν, hoc eſt denariorum millenariorum, ſeu μυριάδων eſt.

͵ι ͵κ ͵λ ͵μ ͵ν ͵ξ ͵ο ͵π ͵ϟ

quæ toties decem millia ſignificant, quot denarios ſeu decades continent. Tertia ἐννὰς, h. e. claſſis nonaria eſt centenum millenariorum, hæc:

͵ρ ͵σ ͵τ ͵υ ͵φ ͵χ ͵ψ ͵ω ͵ϡ:

& toties centena millia ſignificant: quoties centum deſignant. Exempla hæc e Suida adferre placet, quæ ſunt vocabula rei militaris:

λόχος ἐξ ἀνδρῶν η΄, hoc eſt, 8.
τάξις ἀνδρῶν λβ΄. hoc eſt 32. σύςασις idem.

πεντηκονταρχία virorum ξδ'. h.e, 64.
τάξις virorum ρκή. hoc est 128.
πεντακοσιαρχία viri φιβ'. hoc est 512.
σύνταγμα viri σνς'. . hoc est 256.
ξεναγία virorum α,κδ'. h.e. 1024. σύστρεμμα idem :
μεραρχία virorum β,μή. hoc est 2048.
φαλαγγαρχία viri δ,ϟς'. hoc est 4096.
διφαλαγγία viri η,ρϟ'. hoc est 8192.
φάλαγξ viri ς,τπδ'. hoc est 6384.

Apud Suidam est, *de Augusto populum Rom. recensente.* καὶ εὑρέθησαν οἱ πλὴν ῥωμαίων οἰκοῦντες υι' μυριάδες καὶ χίλιοι ιζ' ἄνδρες, hoc est, 4101017. *hoc est quadragies semel centena mille, & septendecim viri* : si scriptura non fallit. Apud Ioseph. est *lib.11. cap.4.* ἀρχ. numerus Iudæorum a captiuitate Babylonica in Iudæam redeuntium μυριάδες υ,ξβ' καὶ οὐκ τακισχίλιοι, præter Leuitas &c. h.e. 4628000.

Herodianus Grammaticus Græcus habet & notas alias sex numerorum, Græcis vsitatas : quæ a literis initialibus fere sumuntur : quæ omnes quater suæ syzygæ notæ, idque bis in sua classe nonaria ad dextram adduntur. Et cum Latinis notis id commune habent : de quibus supra. Ac *prima* quidem nota vnitatis est hæc I : quæ quater reperitur, idque bis, vt apud Latinos I. II. III. IIII. *Secunda* deinde nota sequitur quinarii π : quæ est litera initialis vocis πέντε, quæ quinque significat.

Huic quater additur ad dextrum latus prima nota, hoc modo : π. πι. πιι. πιιι. πιιιι. *Tertia* nota est δ, litera initialis vocis δέκα, quæ decem significat : cui rursus prima ad dextram additur : δ. δι. διι. διιι, διιιι. δπ. δπι. δπιι. δπιιι. δπιιιι. Sic viginti notantur δδ : triginta δδδ : quadraginta δδδδ, cui prima eodem modo, vt supra, additur. *Quinquaginta* vero notantur |Δ|. *Quinquaginta quinque* |Δ| π : Sexaginta |Δ| Δ : *Septuaginta* |Δ| ΔΔ : &c. *Quarta* nota est Centenarii ἑκατόν, H : *Quinta* nota millenarii Χ, litera initialis vocis χίλια : *Sexta* & vltima est decies millenarii M : quippe vocis μυριάς litera initialis. Sic autem collocantur centena-

 rii :

rii : H. HH. HHH. HHHH. |H| |H| H. |H| HH. |H| HHH. |H| HHHH. Chiliadici ſeu millenarii hoc modo : X. XX. XXX. XXXX. |X|. |X| X. |X| XX. |X| XXX. |X| XXXX. Myriadici ſic ponuntur : M. MM. MMM. MMMM. |M| |M| M. |M| MM. |M| MMM. |M| MMMM.

De *Hebraicis* numerorum notis.

Cap. VII.

ET Hebræi, & Syri, vt Græci, ſui Alphabeti literis numeros notant : idque bifariam. Nam primum hæ literæ quoque omnes ordine Alphabeti ſunt *monadicæ*. Sic enim Pſalmi quidam diſtinguuntur : vt literæ ordine Alphabeti ſint verſuum ἀκροστιχίδες. Inchoant enim vel membra & hemiſtichia verſuum : ſic diſtinguuntur *Pſal.111. & 112.* Vel inchoant integros Pſalmorum verſus : vt eſt videre *Pſal.25.34. & 145.* *Pſalmo vero 37.* ſingulæ literæ duos verſus ſimul exordiuntur : licet in his ſit quædam varietas, vt inſpicienti Hebræum textum facile innoteſcit. *In Pſalmo 119.* ſingulæ literæ octonos verſus ordine inchoant : vnde totidem habet is Pſalmus octonos ſeu octonarios, quot apud Hebræos ſunt literæ : nimirum viginti duos. Huiuſmodi ἀκροστιχίδες, hoc eſt, verſuum initia per literas factas ſeu literæ initiales Alphabeti Hebraici ſunt quoque *in Hieremiæ Threnis*, hoc eſt Lamentis ; quæ a Latino interprete *Lamentationes* redduntur. Nam in tribus quidem capitibus, nimirum primo, ſecundo, & quarto eſt literarum Alphabeti ἀκροστιχὶς μονόστιχος : vbi ſingulæ literæ ſingulos verſus ordine inchoant. *In tertio vero capite* eadem ἀκροστιχὶς eſt τρίστιχος, quod ſingulæ literæ in tribus verſibus ordine ſint initiales. Sunt ſane huiuſmodi carmina a piis viris, & vere ſapientibus, magno artificio & ſolicita cura compoſita hoc conſilio & propoſito, vt diſcentium rationi conſulerent, & memoriam nonnihil adiuuarent. Porro hæc ratio præſentis noſtri inſtituti Logiſtici non eſt : ſed quod ad numeri notationem attinet, quatenus huc conducit, Hebræi æque atque Græci, ſuas literas in claſſes nonarias diſtribuunt. Quarum prima quidem ἐννεὰς eſt μονάδων,

δων, hoc est vnitatum : & primas nouem literas continet, hoc modo ;

א ב ג ד ה ו ז ח ט

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Altera classis nonaria est δεκάδων, hoc est denariorum : & complectitur nouem sequentes :

י כ ל מ נ ס ע פ צ

10. 20. 30. 40. 50. 60. 70. 80. 90.

Sed hic obseruandum est in compositis numeris : quod Iudæi, quindecim per י & ה notant, sed potius per ט & ו : idque quadam religiosa superstitione adducti : quod hæ duæ literæ nominis diuini τετραγραμμάτου sint pars altera initialis. Restant ex Alphabeto Hebraico non nisi quatuor literæ a ק : vt vero tertia ἐννεὰς quoque compleatur, quinque literas finales hic Grammatici adiungunt.

Quæ classis est ἑκατοντάδων. hoc est, *centenariorum*, hoc modo :

ק ר ש ת ך ם ן ף ץ

100. 200. 300. 400. 500. 600. 700. 800. 900.

In hac tertia classe centenariorum obseruandum est, vbi literæ non sufficiunt a quingentis vsque nongenta aut literas finales assumi, vt Grammatici tradunt, aut priores centenariorum literas repeti, cuius rei exempla passim obuia esse traduntur. Eædem aut literæ fiunt quoque millenariæ, si primæ literæ א̈ duo puncta aut lineolæ supra caput notata addita fuerint, hoc modo : א̈ 1000. ב̈ 2000. ג̈ 3000. ד̈ 4000. ה̈ 5000. ו̈ 6000. ז̈ 7000. ח̈ 8000. ט̈ 9000. in ordine μονάδων, hoc est vnitatum : Eodem modo in classe nonaria δεκάδων, hoc est *denariorum* : י̈ 10000. כ̈ 20000. ל̈ 30000. מ̈ 40000. נ̈ 50000. ס̈ 60000. ע̈ 70000. פ̈ 80000. צ̈ 90000. In tertia classe ἑκατοντάδων, hoc est *centenariorum*, hoc modo : ק̈ 100000. ר̈ 200000. ש̈ 300000. ת̈ 400000. ך̈ 500000. ם̈ 600000.

ן̈ 700000.

ן׳ 700000. ך׳ 800000. ץ׳ 900000. Aleph geminatum א֗א mille millia, vel decies centena millia notat. Sic enim nonnulli tradunt.

In *millenariis*, Myriadibus, & sequentibus priores literæ triplicis ordinis constanter repeeruntur, ita vt monadum literæ numerum millenarium repræsentent: sed si paulo crassiores cæteris pingantur: & supra se notatas habeant duas lineolas seu duo punctula, vt dictum est: vt annus præsens a Christo nato 1586. notatur א׳רשפו. Sed hæc petantur potius ab huius linguæ peritioribus.

De computatione, quæ apud veteres gestu digitorum in vtraque manu peragebatur.

CAP. VIII.

SED vt pleniore obsequio adolescentes mihi demerear, subiungam quoque illam computandi, numerumque notandi rationem, quam veteres digitorum gestibus demonstrabant. Hanc Beda presbyter, Anglosaxo, vocat computum, & loquelam digitorum. Eamque his verbis describit *lib. de Natura rerum cap. 1.* *Cum dicis vnum, minimum in læua digitum inflectens, in medium palmæ artum figes. Cum dicis duo, secundum a minimo flexum ibidem imponens: Cum dicis III. tertium similiter adflectes: Cum dicis IV. iisdem minimum leuabis: Cum dicis V. secundum a minimo similiter eriges: Cum dicis VI. tertium nihilominus eleuabis: medio duntaxat solo, qui medicus appellatur, in medium palmæ fixo: Cum VII. dicis, minimum solum supra palmæ radicem, ceteris interim leuatis, pones: Iuxta quod cum dicis VIII. medicum: Cum dicis IX. impudicum e regione compones: Cum dicis X. vnguem indicis in medio figes artu pollicis: Cum dicis XX. summitatem pollicis inter medios indicis & impudici artus immittes: Cum dicis XXX. vngues indicis & pollicis blando coniunges amplexu: Cum dicis XL. interiora pollicis lateri vel dorso indicis superduces, ambobus duntaxat erectis: Cum dicis L. pollicem exteriori artui instar literæ Γ curuatum ad palmam inclinabis: Cum dicis LX. pollicem, vt*

supra

ſupra, curuatum, indice circumflexo, diligenter a fronte præcinges: Cum dicis LXX, indicem, vt ſupra, circumflexum, pollice immiſſo ſuperimplebis, vngue illius duntaxat erecto trans medium artum indicis: Cum dicis LXXX, indicem, vt ſupra, circumflexum, pollice in longum tenſo, implebis: vngue videlicet illius in medium indicis artum infixo: Cum dicis XC: indicis inflexi vnguem radici pollicis erecti infiges.

Hactenus in leua: Centum vero in dextra: quemadmodum X in leua, facies: CC in dextra, quemadmodum XX in leua: CCC in dextra, quemadmodum XXX in leua: Eodem modo & cætera vſque ad DCCCC: Item mille in dextra: quemadmodum vnum in leua: $\overline{II}$ in dextra, quemadmodum II in leua: $\overline{III}$ in dextra, quemadmodum III in leua: & cætera vsque ad $\overline{IX}$: Porro $\overline{X}$ cum dicis, leuam in medio pectoris ſupinam appones, digitis tantum ad collum erectis: $\overline{XX}$ cum dicis, eandem pectori expanſam late ſuperpones: $\overline{XXX}$ cum dicis, eadem prona, ſed erecta, pollicem cartilagini medii pectoris immittes: $\overline{XL}$ cum dicis, eandem in vmbilico erectam ſupinabis: $\overline{L}$ cum dicis, eiuſdem prona, ſed erecta, pollicem vmbilico impones: $\overline{LX}$ cum dicis, eadem prona femur leuum deſuper comprehendes: $\overline{LXX}$ cum dicis, eandem ſupinam femori ſuper impones: $\overline{LXXX}$ eandem pronam femori ſuper impones: $\overline{XC}$ cum dicis, eadem lumbos apprehendes, pollice ad inguina verſo: At $\overline{C}$ & $\overline{CC}$. &c. vſque ad $\overline{DCCCC}$ eodem quo diximus ordine, in dextra corporis parte complebis: Decies autem centena millia cum dicis, ambas ſibi manus conſertis inuicem digitis implicabis, Hæc Beda, vnde repetit L. Cælius *lib. 23. c. 12.* ſed paucis mutatis. Ad hanc vero canonicam ſupputandi rationem ſæpe veteres autores, & Græci & Latini alludunt. Extat iocus Nearchi in anuioſam vetulam ſatis amarus.

ἢ φάρος ἀθρήσασ' ἐλάφε πλέον, ἢ χερὶ λαιῇ
γῆρας ἀριθμεῦσα δεύτερον ἀρξαμένη.

hoc est:

Quæ luvem intuita cerno ampliorem: quæ manu læua
Ancellam numerare iterum capit.

Hinc quoque respexit Orontes, Artaxerxis, potentissimi Monarchæ Persici, gener. Is enim a socero e dignitatis honorisque fastigio delectus, cum se iam passim contemni, & hostibus ἐπίχαρμα, hoc est ludibrium esse intelligeret: Principum amicos digitis computatorum persimiles esse, sapienter dixit: quod, vt illi gestu digitorum nunc myriadem, hoc est decem millia, nunc monadem, hoc est, vnitatem eadem opera facile exprimunt: ita Principes, quem volunt, nunc in summum dignitatis fastigium euehant: nunc rursus e fastigio in imum deuoluant. Eodem modo est apud Iuuenalem de viuace

Atque suos iam dextra computat annos.

Fab. Quintilianus *lib. 1. Si actor*, inquit, *non dico, si circa summas trepidat: sed si digitorum incerto solum, aut indecoro gestu a computatione dissentit, iudicatur indoctus.* In digitos mittere, est accurate computare. Quæ & multæ aliæ similes phrases apud probatos autores vsitatæ, sine hac computandi ratione, quæ digitorum gestibus peragitur, intelligi nequeunt.


DE

NOTIS NVMERORVM ASTRONOMICIS QVIBVSDAM VSITATIS.


CAP. IX.

PLACET hic subiungere ex Iohanne Nouiomago compendiosam. Astronomis quibusdam vsitatam numeros notandi rationem, per vnam perpetuam lineolam vel prostratam: cui ad sinistram dextramque superne & inferne, apex breuior addatur, nunc erectus, nunc decliuis, nunc accliuis, nunc aliter aductus, &c. hoc modo per quatuor classes nonarias.


I. ἐννεὰς vnitatum, μονάδων.




II. ἐννεὰς δεκάδων.



III. ἐννεὰς ἑκατοντάδων.



IIII. ἐννεὰς χιλιάδων.




Mille millia, seu decies centena millia sic ⅃⅃ *notantur.*
Sed hæc linea aliis vbique est erecta, hoc modo:

1 

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

2 

10. 20. 30. 40. 50. 60. 70. 80. 90.

3 

100. 200. 300. 400. 500. 600. 700. 800. 900.

4 

1000. 2000. 3000. 4000. 5000. 6000. 7000. 8000. 9000.

Mille millia seu decies centena millia sic notantur ⅃⅃.

Sit huius notationis exemplum, vt eius vsus rudioribus innotescat.

I.

Annus a condito mundo vsque ad præsentem annum a nato Christo 1586. sic notatur:

1. *Siphris* 5548.
2. *Notis Latinis* ↄↄↄↄ IↄXLVIII, vel VMDXLVIII.
3. *Literis Græcis* ˏφμη.
4. *Literis Hebraicis* הרשמא
5. *Nota Astronomica* 

II.

Annus promulgatæ legis in monte Sinai notatur.

1. *Siphris* 2454.
2. *Notis Latinis* IIMCDLIIII.
3. *Literis Græcis* ϐυνδ.
4. *Literis Hebraicis* בּתכב,
5. *Nota Astronomica* 

III.

Annus conditi mundi, quo Christus natus est, notatur:

1. *Siphris* 3970.
2. *Notis Latinis* IIIM DCCCC LXX.
3. *Literis Græcis* ,γλο.
4. *Literis Hebraicis* גקתתע
5. *Nota Astronomica* 

IIII.

Annus a Christo nato & orbe redempto notatur:

1. *Siphris* 1586.
2. *Notis Latinis* MDLXXXVI. vel CIↃ IↃ LXXXVI.
3. *Literis Græcis* α,φπς.
4. *Literis Hebraicis* ארשפו.
5. *Nota Astronomica* 

Hæc omnia in tabula oculis subiicere placet, quæ huic nono capiti addenda est.

DeNu

Notarum Numerorum

Classis				
	1. ἐννεὰς nonaria.	1. Vnitatum	1	2
		2. Denariorum	10	20
		3. Centenariorum	100	200
		4. Millenariorum	1000	2000
		5. Decem millium	10000	2000
		6. Centum M.	100000	2000
		7. Decies CM.	1000000.	2000
	2. δυὰς Latina binaria, quæ & ipsa nonaria fit prioris notæ repetitione.	1. Vnitatum	I	II
		2. Denariorum	X	XX
		3. Centenariorum	C	CC
		4. Millenariorum	M, CIↃ	IIM
		5. Decem millium	XM	XXM
		6. Centum Millium	CM	CCM
		7. Decies CM.	MM	decies cen
				III. L
	3. ἐννεὰς nonaria Græca.	1. μονάδων	α	β
		2. δεκάδων	ι	κ
		3. ἑκατοντάδων	ρ	σ
		4. χιλιάδων	α,	β,
		5. μυριάδων	ι,	κ,
		6. δεκάκις μυριάδων	ρ,	σ,
				IV. LIT
	4. ἐννεὰς Hebræa.	1. Vnitatum אֲחָדִים	א	ב
		2. Denariorum עֲשִׂירִיּוֹת	י	כ
		3. Centenariorum מֵאוֹת	ק	ר
		4. Millenariorum אֲלָפִים	א̇	ב̇
		5. Decies M. רִבּוֹת	י̇ vel א̇י̇	כ̇
		6. Centies M. מֵאוֹת אֲלָפִים	ק̇	ר

DE
NVMERALIBVS
Cap. X.

EXpedita satis euidenter, vt spero, vsitata, eruditisque probata ac recepta numerorum in præcipuis linguis notatione, ordinis ratio exigit, vt eorundem enunciatio seu prolatio emendata subiungatur. Sed numeralia tam nomina quam aduerbia, prius explicanda sunt: quod sine horum noticia numerandi, numerumque enuntiandi ratio, apud veteres autores vsitata, vtiliter tradi nequeat. Sunt autem numeralia, quod ad institutum Logisticum attinet, quadruplicia. Nam alia quidem sunt nomina, alia aduerbia. Ac nominum quidem alia sunt *cardinalia* seu *principalia*, quæ numerum absolutum significant, vt sunt vnus, duo, tres, quatuor, &c. Alia sunt *ordinalia* seu *ordinaria*: quæ ordinem, teste Prisciano, vel numerum in ordine: vel quæ vltimum eius numeri significant, vt Laur. Valla *lib. 3. c. 1. Elegant.* testatur, vt primus, secundus, tertius, &c. Alia sunt *distributiua* seu *diuisiua*, quæ Græcis sunt *διαιρετικά*: Priscianus *lib. 2. dispertiua* & *diuidua* vocat: quæ singulis multorum eundem numerum distribuunt; quæ semper plura sunt naturaliter, vt scribit Prisc. vt singuli, bini, terni, quaterni, &c. Præter hæc nomina numeralia, sunt quoque aduerbia numeralia: vt semel, bis, ter, quater, &c. de quibus omnibus est sequens tabula.

Cardinalia.		*Ordinalia.*
Vnus		*Primus*
Duo		*Secundus*
Tres		*Tertius*
Quatuor	Hæc a quatuor ad centum sunt generis omnis & indeclinabilia.	*Quartus*
Quinque		*Quintus*
Sex		*Sextus*
Septem		*Septimus*
Octo		*Octauus*
Nouem		*Nonus*
Decem		*Decimus*

Canon.

In cardinalibus vocatis a decem ad sedecim minor numerus semper præcedit, idque in compositione, vt Linac. *lib. 3. præcipit.* Idem quoque seruatur in Ordinalibus & Distributiuis.

Vndecim, decem & vnus Prisc.	*Vndecimus*
Duodecim, decem & duo	*Duodecimus*
Tredecim, & Cicero pro Roscio Amerino : *Fundos decem & tres reliquit* : Ibidem : *De tribus & decem fundis.*	*Tredecimus*, & Tertius decimus: Sic reliqua ex vtraque parte declinantur, Priscianus.
Quaduordecim	*Quartus decimus*, & decimus quartus *l. 14. ff. de alimentis.*
Quindecim, Decem & quinque Cor Celsus lib. 7.	*Quintus decimus*, Thucyd. πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει.
Sedecim, Sexdecim, Decem & sex Cic. *pro Cluent.*	*Sextus decimus*

Canon.

A sedecim ad viginti dupliciter proferuntur : & sine copula ad iam dictorum modum : & cum copula, maiore numero præcedente, vt Thomas Linacer præcipit, idem habet Priscianus *lib. de Ponderibus*, &c.

Septen-

Distributiua	*Aduerbialia*,
Singuli Hæc duo, quoad	*Semel*
Bini vocem, sunt a-	*Bis*
Terni & trini nomala, Prisc.	*Ter*
Quaterni	*Quater*
Quini	*Quinquies* a quinqui
Seni	*Sexies* vsque ad millies
Septeni	*Septies omnia in es*
Octoni, & octeni Prisciano	*Octies* productum definiunt, vt Prisc.
Noueni	*Nouies lib.* 15. testatur: item de
Deni & Deceni Prisciano	*Decies*, (Ponderibus

Vndeni	*Vndecies* Minor in
Duodeni	*Duodecies* his præponitur maiori in compositis.
Terni deni, ex duobus integris.	*Tredecies* & Terdecies, Cic. V. Verrina. Ibidem tamen nonnulli faciunt discrim͞: vt *Terdecies idem sit* quod Tricies
Quaterdeni, & Deni quarteni, Val. *lib.* 3.	*Quaterdecies*
Quini deni, Varro *lib.* 1. *c.* 11. Cicer V. *Verr.* *Deniquini*, Valla: quindeni, Prisc.	*Quindecies*, & quinquies decies apud Iustin. *lib.* 32.
Seni deni, Ciceró IV. *Verr.* Deni seni Vall.	*Sedecies & Sexdecies*, Plin. Fann. Prisc.

Canon.

Apud Græcos maior numerus minori præfertur in compositione absque coniunctione: qua interueniente minor præcedit: vt *δεκατρία* & *τριακαίδεκα*. &c. Sed id non est perpetuum, vt *ἕνδεκα δώδεκα*, &c.

Septem-

Cardinalia.	*Ordinalia.*
Septendecim, vel	*Septimus decimus*, vel
Decem & septem, Prisc.	*Decimus & septimus*
Octodecim, vel	*Octauus decimus*, vel
Decem & octo.	*Decimus & octauus*
	Decimus octauus leg. 20. ff. de arg. leg.
Nouendecim, vel	*Nonus decimus*, vel
Decem & Nouem ἐννέα καὶ δέκα. Iliad. vlt.	*Decimus nonus*

Duo proximi numeri, sic quoque proferuntur, vt Linacer ex Prisciano docet.

Duodeuiginti	*Duodeuicesimus*
Vndeuiginti	*Vndeuicesimus*

Canon.

Quæ ratio in omnibus reliquis ita vsurpari potest: vt Duodetriginta, vndetriginta: Duodequadraginta, Vndequadraginta: Duodequinquaginta, vndequinquaginta. Cicer. *pro Milone: Vndequinquagesima die totam ad Imperium Po. Ro. Siciliam adiunxit.* Græci &

Viginti	*Vicesimus & vigesimus*

Canon.

A viginti ad centum vsque vt maior numerus sine copula præcedit, ita copula interueniente minor præponi debet, vt docet Laur. Valla l. 3. *Elegant.* Cicer. *Verr. 3.* Cum ad HS vicies quinquies redegisse constaret. Idem *Verrina 5. Bis & tricies in annos singulos.* Idem seruant & Græci, vt apud Budæum *in Comment. Græca lingua* declaratur: Est tamen apud Ciceronem, vbi a regula disceditur, nisi exemplaria sint deprauata: vt *pro Cluentio* in editione Pauli Manutii: In consilium erant ituri iudices trigin-

Viginti vnus, *Vnus & viginti*, sic in omnibus vsque ad nouem.	*Vicesimus primus*, & *primus & vicesimus*
Triginta	*Tricesimus &* Trigemus

Qua-

Distributiua.	*Aduerbialia*
Septeni deni, vel	*Septies decies*, & Decies septies, Solinus Priscian.
Deni & septeni	& *Decies Septies*
Octoni deni, vel	*Octies decies*, Solin. c. 70. vel
Deni & octoni.	*Decies octies*
Noueni deni, vel	*Nouies decies*, vel
Deni noueni	*Decies nouies*
Duodeuiceni	*Duodeuicies*
Vndeuiceni	*Vndeuicies.*

ipsi sic loquuntur: Demosthenes: δυοῖν δέοντα εἴκοσιν ἐστιν, ἐξ οὗ ἐκείνω τὰ πατρῷα. Idem πεντήκοντα μιᾶς δεούσης ἔλαβε τριήρεις. Quod etiam dicitur δυοῖν λείποντα. Apud Polyb. 3. Histor. ταῦτα δ' ἐστὶ πρότερα τῆς Ξέρξου διαβάσεως εἰς τὴν Ἑλλάδα τριάκοντα ἔτεσι λείπουσι δυοῖν. Plura pete ex Budæo in Comment. Græcæ linguæ.

Viceni & vigeni	*Vicies & Vigeties* apud Prisc.

ta & duo. Item apud eundem *Verrina 6. Viginti & septem præterea tabulas, pulcherrime pictas, ex eadem sustulit.* Iurisconsultus *l.13. ff. de pupil. subst.*: Si intra vicesimum & quintum ætatis annum sine liberis vita decesserit. Apud Sueto. Tranq. est *in Caligula c.14. Vicies ac septies millies HS.* Sic est apud Liuium *l.7. Decad. 4. Militibus quini viceni denarii dati.* It. *Quini Quadrageni, ibidem.* Plura exempla ex vtraq; lingua Budæus *in Comment. græcæ linguæ congessit.*

Viceni singuli, & singuli & viceni	*Vicies semel: Semel & vicies.*
Quiniuiceni, Liuius. *viceni bini, vicenitrini*	
Triceni	*Tricies, Trigecies* apud Prisc. *Trigesies* apud Vitruv. *l.1. c.7.*

Cardinalia.	*Ordinalia*
Quadraginta	*Quadragesimus*
Quinquaginta	*Quinquagesimus*
Sexaginta	*Sexagesimus*
Septuaginta	*Septuagesimus*
Octoginta, Octuaginta	*Octogesimus, Octuagesimus*
Nonaginta	*Nonagesimus.*
Centum	*Centesimus*

Canon.

Supra centum & cum coniunctione copulatiua: & sine eadem numeri ordinem naturalem seruant, hoc est vt quisque maior est, ita quoque præcedit. Cicero *Verrina quinta:* Hic per triennium prope centies & tricies erogatum est. Ibidem *lib. 3. HS. decies*

Cardinalia.	*Ordinalia.*
Centum vnus, & centum & vnus	*Centesimus primus, Centesimus & primus*
Sic & in sequentibus:	
Ducenti	*Ducentesimus, Ducesimus*
Trecenti	*Trecentesimus, Trecesimus*
Quadringenti	*Quadringesimus, Quadringentesimus*
Quingenti	*Quingentesimus, quingesi. Liu. 31.*
Sexcenti	*Sexcentesimus, Sexcesimus.*
Septingenti	*Septingentesimus, septingesimus*

Octin-

Distributiua.	*Aduerbialia.*
Quadrageni	*Quadragies.* In antiquis monumentis additur, n, *quadragiens.*
Quinquadrageni Liuius	
Quinquageni	*Quinquagies* , *Quinquagesies* Plautus.
Sexageni	*Sexagies.*
Septuageni	*Septuagies.*
Octogeni	*Octogies*, & *octuagies* Plin. *lib. 2. c. 108.*
Nonageni	*Nonagies,*

Pro hoc Plinius *lib. 38. c. 8.* *Vndecentenis pedibus* dixit, sic Græci quoque loquuntur δυοῖν δέοντα ἑκατὸν ἔτη. Idem *lib. 2. c. 8.* Signiferi autem ambitum peragit trecenis & duodequingenis diebus.

Centeni	*Centies*

& octuaginta millia. Item HS quingenta triginta quinque millia. Item HS ducenta triginta duo millia. Plinius *lib. 2. c. 108.* Trecenties quindecies. Idem Plinius *lib. 2. cap. 8.* Qui fuit vrbis Romæ annus centesimus quadragesimus secundus.

Distributiua.	*Aduerbialia.*
Centeni singuli, & *Centeni & singuli*	*Centies semel*, & *Centies & semel.*
Ducenteni, Duceni, per syncopen	*Ducenties.*
Trecenteni, Treceni	*Trecenties.*
Quadringenteni, quadringeni	*Quadringenties.*
Quingenteni, Quingeni	*Quingenties.*
Sexcenteni, Sexceni	*Sexcenties.*
Septingenteni, Septingeni	*Septingenties.*

Cardinalia.	*Ordinalia.*
Octingenti	*Octingentesimus, Octingesimus*
Nongenti, Noningenti, Colum.	*Nongentesimus, Noningentesimus, noningesimus.*
Mille	*Millesimus*
Duo millia, &c.	*Bis millesimus*
Decem millia	*Decies millesimus*
Viginti millia	*Vicies millesimus*
Centum millia	*Centies millesimus*
Ducenta millia	*Ducenties millesimus*
Trecenta millia	*Trecenties millesimus*
Quadringenta millia	*Quadringenties millesimus*
Quingenta millia	*Quingenties millesimus*
Sexcenta millia	*Sexcenties millesimus*
Septingenta millia	*Septingenties millesimus*
Octingenta millia	*Octingenties millesimus*
Nongenta millia	*Noningenties millesimus*

Canon.

Quæ vltra nongenta millia sequentur, ea veteres per adverbia ferè eloquebantur, vt testatur Plinius *lib. 33. cap. 10.* cum inquit. *Non erat apud antiquos numerus vltra centum millia: itaque & hodie multiplicantur hac, vt decies centena millia, aut sæpius dicantur.*

Decies centum, vel decies centena millia.	*Decies centies millesimus.*

Exempla hujus rei sunt, vt apud Valerium Max. *lib. 6. cap. 24.* est: Darius Alexandro Magno filiam in matrimonium cum decies centum millibus talentum pollicetur. Iustinus *l. 2.* *Naues quoque decies centum millia numero habuisse fertur.* Plin. *lib. 2. c.* penult. *Octogies quinquies* centena septuaginta octo millia, &c. Plura exempla sequentia mox suppeditabunt.

DE

Distributiua.	*Aduerbialia.*
Octingenteni, Octingeni	*Octingenties.*
Nongenteni, Noningenteni, Nongeni.	*Nongenties, & Noningenties apud Vitruuium & Priscia.*
Milleni	*Millies.*
Bis milleni	*Bis millies.*
Decies milleni	*Decies millies.*
Vicies milleni	*Vicies millies.*
Centies milleni	*Centies millies.*
Ducenties milleni	*Ducenties millies.*
Trecenties milleni	*Trecenties millies.*
Quadringenties milleni	*Quadringenties millies.*
Quingenties milleni	*Quingenties millies.*
Sexcenties milleni	*Sexcenties millies.*
Septingenties milleni	*Septingenties millies*
Octingenties milleni	*Octingenties millies.*
Nongenties milleni	*Nongenties millies.*

Decies centies milleni	*Decies centies millies.* Aduerbiis numerorum infinitis & interponitur, *quotiens, totiens,* similiter *aliquotiens.*

DE

VSITATA ET EMENDATA NUMERUM NOTATUM ENUNCIANDI RATIONE LATINA.

CAP. XI.

VERA doctisq; probata numerandi ratio, qua quilibet numerus, quantumuis magnus, emendatè enunciatur, iam tra-

tradenda est. Cùm verò Latina numerum proferendi ratio à Græca differat, vtraq; seorsim explicanda est. Quare primum quidem latinam tractabimus, græcam mox subiuncturi: & vtramq; idoneis exemplis, ex probatis vtriusq; linguæ autoribus depromptis, illustrabimus.

Canon I.

Numerus à dextra incipiendo sinistrorsum more Chaldæorum, Hebræorum & Ægyptiorum, teste Herodoto *historia 2*, per denarium, in se multiplicatum assurgit ac progreditur.

Canon II.

Numerus si fuerit magnus, certis per puncta est distinguendus limitibus seu regionibus. Quorum primus limes μονάδων, hoc est vnitatum, ab vnitate ad denarium. Et est prima ἐννεὰς, hoc est classis nonaria, vt: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Secundus limes seu ἐννεὰς classis nonaria est δεκάδων, continetq; *denarios*: 10. 20. 30. 40. 50. 60. 70. 80. 90. Numeri hic tot denarios significant, quot in se continent vnitates.

Tertia ἐννεὰς, hoc est classis nonaria est ἑκατοντάδων, hoc est, *Centenariorum*, vt 100. 200. 300. 400. 500. 600. 700. 800. 900.

Quarta ἐννεὰς est χιλιάδων, hoc est *millenariorum*: & tot millia notat, quot in ea sunt vnitates: vt 1000. 2000. 3000. 4000. 5000. 6000. 7000. 8000. 9000. Hic limes in Siphris puncto, supra caput addito, notandus est.

Quinta ἐννεὰς classis nonaria seu limes est μυριάδων, hoc est *decem millium*, vt. 10000. 20000. 30000. 40000. 50000. 60000. 70000. 80000. 90000.

Sexta ἐννεὰς classis nonaria seu limes est ἑκατοντάδων χιλίων hoc est *centum millium*, vt: 100000. 200000. 300000. 400000. 500000. 600000. 700000. 800000. 900000. Est & hic limes puncto notandus propter numerationem latinis peculiarem.

Septima ἐννεὰς classis nonaria est *Decies centenûm millium*, seu, vt vulgo numerant *mille millium*, vt 1000000. 2000000. 3000000. 4000000. 5000000. 6000000. 7000000. 8000000. 9000000. *Tricies centena millia versuum legum* c. 2. c. 20. *lib. 1. Codicis.*

Octaua

Octaua ἐννεὰς classis nonaria est *centies centenum millium*, 10000000. 20000000. 30000000. 40000000. 50000000. 60000000. 70000000. 80000000. 90000000.

Nona classis est *millies centenûm millium*, 100000000. 200000000. 300000000. 400000000. 500000000. 600000000. 700000000 800000000. 900000000. Notatur & hic limes puncto.

1. *Millies centenûm millium* μυριάδων μυρίων.
2. *Centies centenûm millium* χιλιάδων μυρίων.
3. *Decies centenûm millium* χιλιάδων χιλίων.
4. *Centum millium* ἑκατοντάδων χιλίων.
5. *Decies millenariorum* μυριάδων.
6. *Millenariorum* χιλιάδων.
7. *Centenariorum* ἑκατοντάδων.
8. *Denariorum* δεκάδων.
9. *Vnitatum* μονάδων.

Effertur latinè hic numerus, Millies & ducenties tricies quater centena, & quinquaginta sex millia, septingenta octoginta nouem.

Canon III.

Numerus quilibet, vel Siphris, vel notis Latinis, vel literis ritè notatus, à sinistra dextrorsum progrediendo vsitatè profertur.

IV.

Vt autem pronunciatio sit facilior expeditiorq́, notati numeri limites diligenter sunt obseruandi ac notandi: & primus millenarius puncto, supra caput addito, est insigniendus.

V.

Monadici omnes cum proximis quoque coniunctim proferuntur: vt 87659. profertur *septem & octoginta millia sexcenta nouem & quinquaginta.*

VI. *La-*

VI.

Latini per centum seu centena millia : seu, vt Budæus loquitur, *per centenarios millenariorum vsitatè ferè numerant*, ideò centesimus millenarius quoq; puncto notandus est.

VII.

Numeri intra hos quidem limites per nomina cardinalia fere proferuntur : vt CM, *centum millia* : CCM. *ducenta millia* : CCCM, *trecenta millia* : DM, *quingenta millia* : DCCCM, *octingenta millia*: DCCCCM. *nongenta millia.* Cicero *lib*, 1. *ad Articum*: *L. Cincio HS nongenta pro signis Megaricis, vt tu ad me scripseras, curaui* : *subintellige millia.* Si quidem legitur in exemplari Argentoratensi: Sed aliter legendum esse, monui supra *cap. V.* Idem *pro Cluentio*: *HS sexcenta quadraginta millia.* Ibidem *Ad Sralenum HS sexcenta & quadraginta M. nummum esse delata.* Aliquando tamen etiam per aduerbia efferunt: vt apud Plin. *lib.* 33. *c.* 10. *De Pythio Bithyno*: qui Xerxis copias, hoc est, septies centena LXXXVIII. millia hominum excepit epulo, &c. cùm aliàs dixisset : *Septingenta & octoginta octo millia.*

VIII.

Limitum verò sinistrorsum hinc sequentium numeri non nisi per aduerbia Latina ratione emendate enunciantur. Quod Plinius confirmat, cuius verba capite præcedente allata sunt: *Non erat*, inquit, *apud antiquos numerus vltra centum millia* : *& hodie multiplicantur hæc, decies centena millia, aut sæpius dicuntur.*

IX.

A limite enim centenûm millium, velut à monadicis denuo limitum ordo incboatur : *vt limites à centesimo millenario rursus sint monadici, denarii, centenarii, millenarii* : *&c. qui tamen facto a denario initio per aduerbia omnes efferantur* : vt decies, vicies, tricies, &c. centies, ducenties, trecenties, &c. millies, bis millies, ter millies, &c. nouies millies centena millia: Quæ omnia idoneis exemplis fiunt illustriora. Ac primùm quidem adferam exempla, in quibus magni numeri integris vocibus siue notis efferuntur: quod minus est lubricum. Apud Plinium est *lib.* 3. *cap.* 5. *Decies centena & viginti millia pass.* Idem *lib.* 12. *c.* 18. *Minimaque computatione millies centena*

millia

millia HS annis omnibus India & Seres, peninsulaque illa imperio nostro adimunt: quæ summa siphris sic notatur, HS 100000000. & facit nostræ pecuniæ vicies quinquies centena millia coronatorum: 2500000, vncialium verò argent: 3125000. tricies semel centena & viginti quinque millia. Apud eundem est *l. 31. c. 1. Vicies centum millia versuum à Zoroastre condita Hermippus scripsit*. Apud Cæsar. est *lib. 5. Commen. belli Gallici fol. 50.* Ita omnis insula est in circuitu vicies centena millia pass. Solinus *cap. 67*. Spacium Indiæ decies septies centena & quinquaginta millia pass. panditur. Idem *cap. 68. Vicies & sexagies centena millia pass.* Vbi, pro vicies, ducenties, legendum est. Idem *cap. 8. Decies centena & viginti millia pass.* Iustinianus in *præfatione in Pandectarum libros 1. β ii γι.*, Legum multitudo in versuum tricies centena scilicet millia extendebatur. Plinius *libro sexto cap. 23. Digna res est, inquit nullo anno imperii nostri minus HS quingenties exhauriente India, & merces remittente: quæ apud nos centuplo veneant*. Item *lib. 2. cap. 108. Octuagies quinquies centena septuaginta octo millia pass.* 8578000. Item: nonagies octies centena & decem & octo millia pass. 9818000. Item: quinquagies bis centena quindecim millia pass. 5115000. Item: Quæ mensura Romana computatione efficit Trecenties quindecies centena millia pass. 31500000. Huc congeras licet plura exempla.

Porrò vtuntur quoque veteres suis notis: quæ notularia scribendi ratio licet compendiosa sit, lubricam tamen eam esse constat. Cuius rei hæc sunt exempla. Apud Plinium est *lib. 6. cap. 32.* XXXIV. XXXVIIMD pass. quod effertur Latine: *Tricies quater centena triginta septem millia & quingenti passus*. Quod siphris sic notatur 3437500. De lineola sursum vncinata, supra numeros posita, dictum est supra *capite de Notis*. Item: X̄Ī̄Ī̄. LXMD pass. hoc est, duodecies centena sexaginta millia & quingenti pass. 1160500. Plura exempla extant ibidem apud Plinium, & alibi passim. Apud eundem quoque sunt exempla: in quibus partim integræ voces, partim notæ numerorum Latinæ sunt admixtæ: vt *lib. 6. c. 30.* Æthiopum terram vniuersam cum mari Rubro patere in longitudinem

ſemel & vicies centena LXXM. paſſ. in latitudinem cum ſuperiore Ægypto duodecies centena XCVIM. Agrippa exiſtimauit. Prior quidem numerus ſiphris notatur 2170000: poſterior vero hoc modo: 1297000.

Canon X.

Duo limites ſeu monadici & decadici inter enunciandum & hic ferè coniunguntur etiam ſub omnibus ſequentibus punctis: vt 5643786. Effertur Latine bifariam: vel ordine naturali ſine copula, hoc modo: *Quinquagies ſexies centena, quadraginta tria millia, ſeptingenta, octoginta* ſex: vel copula interueniente: ſexies & quinquagies centena, tria & quadraginta millia, ſeptingenta, ſex & octoginta. Ex his & multis aliis exemplis, quæ apud claſſicos autores veteres paſſim occurrunt, ſatis conſtat: hanc enunciandi numerum rationem eſſe antiquam, veram, emendatam, &, cum ſummorum teſtimoniis abunde confirmari poſſit, ab eruditis quoque meritò probatam. Rude literatorum vulgus hæc hodie ineptè & barbarè tractat, vulgari numerandi ratione contentum, contra receptum eruditæ antiquitatis vſum. Sic enim exemplum Plinii, *Millies centena millia*, inſcitò enuntiaret: *Centies millies millia.* Item mox: *Termillies millia*, &c. In quibus vocem, Millia, non minus imperitè quàm ineptè iterare neceſſe eſt.

Fruſtra autem ſuæ inſcitiæ ac ignauiæ patrocinium ex Cicerone ipſo *in 3. Verrina* peterent: Vbi Verres acceptæ pecuniæ ſic rationes reddit: *Dedi ſtipendio, frumento, legatis, Proquæſtore, cohorti prætoriæ HS mille ſexcenta triginta quinque millia, quadringentos ſeptendecim nummos. Reliqui Arimini HS. ſexcenta millia:* In quo etſi ſumma accepti & expenſi pulchre quadrat: tamen quod dicit: Dedi mille ſexcenta, vix probari poteſt: cum potius dicendum erat: *Sedecies centena &c. millia* Nam & hoc nomine illas Verris rationes a Cicerone improbari arbitror. Neque hoc vulgi errorem excuſat, quod eſt apud Vitruuium *lib. 1. cap. 6.* cum ſcribit: *Orbis terræ circuitionem ab Eratoſthene Cyreneo eſſe inuentam ducentorum quinquaginta duûm millium ſtadiorum:* quæ fiunt paſſus ſemel & tricies millies mille, & quingenties mille. Huius autem octa-

octaua pars, quam ventus tenere videtur, est iter millies mille, & nongenties trigesies septies mille, & passus quingenti, &c. Nam locum deprauatum esse iampridem à Budæo *libro de Asse quarto* obseruatum est. Monet enim legendum esse: *Trecenties & quindecies centena millia.* Sic enim & Plinius habet *lib. 2. c. 108.* Item *Tricies nouies centena triginta septem millia & quingenti passus.* Quæ siphris sic notantur; 31500000; item 3937500. Meritò quoque reprehendendus est Poggius Florentinus, apud Diodorum Siculum *libro 2 de Fabulosis Ægyptiorum gestis:* quòd Græca perperam contra Latinorum consuetudinem transtulerit, cum inquit: *Scripta quoque summa erat omnis, in argentum redacta, minæ terdecies centena & ducenta millia millium.* Quæ Græcæ sic leguntur pagina 31. ὑπογέγραπται δ' καὶ τὸ πλῆθος, ὃ συγκεφαλαιούμενον εἰς ἀργύριον λόγον, εἶναι μνῶν τρισχιλίας καὶ διακοσίας μυριάδας: Quæ latine sic reddo: *Subscripta vero etiam fuit multitudo, in summam collecta, ad argenti rationem esse trecenties & vicies centena millia minarum:* Quod siphris sic notatur: 32000000. Facit drachmarum seu denariorum 3200000000: Coronatorum 320000000: argenteorum vncial: 400000000, vt lib. 3. De re nummaria veteri à me explicatur, HS. 2800000000: Centies vicies octies millies CM.

DE
ECLIPSI, IN HUIUSMODI FORMULIS
APUD VETERES AUTORES VSITATA.
CAP. XII.

OBSERVANDA autem est in huiusmodi de ratione numerandi formulis *Eclipsis*, à veteribus crebro vsurpata: qua post aduerbia numeralia in re nummaria Centum millia vsu autorum ferè desiderantur: vt apud Ciceronem *in Diuinatione: Quo nomine, inquit, abs te HS millies ex lege repeto, s. centena millia:* quod Siphris sic notatur: 100000000. Item ibidem *Verrina secunda:* Verres quadringenties HS ex Sicilia contra leges abstulit: subintellige, Centum millia: quod Si-

Siphris notatur 40000000. Apud eundem est *Philippica V. Illa verò dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est: per quam septies millies falsis perscriptionibus, donationibusque auertit.* Ibidem *in II. Philippica:* Vbi est septies millies HS? seu Centena millia, hoc est, si siphris scribas: 700000000. Suetonius Tranquillus *in Caligula: Totum illud Tiberii Cæsaris vicies ac septies millies HS non toto vertente anno absumpsit*, scilicet Centena millia: Siphris sic notatur: 2700000000. Nero Cæsar bis & vicies millies HS donationibus effudisse dicitur, vt est apud Cornel. Tacitum, hoc est 2200000000. Cæsar Dictator cùm ingens æs alienum conflasset: *Bis millies quingenties sibi adesse oportere dixit, vt nihil haberet*, scilicet Centena millia HS, hoc est, 250000000, vt Appianus testatur. Apud Plinium est *lib. secundo: Tricies quater* (centena) *quinquaginta millia*, hoc est, 3450000. Item, *Quinquagies bis* (centena) *quindecim millia pass.* 521500. Ibidem: Quæ mensura vniuersa ab eo mari efficit *octuagies quinquies* (centena) *septuaginta octo millia*, hoc est 8578000. In his exemplis post aduerbia subintellige, *Centum millia.*

Suetonius *in Cæsare: Forum de manubiis inchoauit, cuius area super HS millies constitit*, hoc est 100000000. Tacitus *lib. 17. de* Vitellii luxu loquens: *Nouies millies HS paucis mensibus* (octo) *interuertisse creditur*, h. est, centena millia, hoc est 900000000. Vespasianus Cæsar, vt est apud Suetonium Tranquillum, *HS quadringenties millies opus esse* dixit, vt respub. staret, hoc est, centum millia, hoc est 4000000000. Quid hæ summæ pecuniariæ nostratis nummi faciant, in *Historia rei nummariæ* perspicuè declaratur *lib. 2. c. 5.* Quòd autem in his exemplis, centum millia per eclipsin desint, ex Cicerone ipso planum est. Is enim cum *III. Verrina*, Decies HS dixisset: id mox in sexcenta & quadringenta millia HS distribuit, cum inquit: *Multis efflagitatus aliquando dixit HS decies, vbi subiungit:* HS sexcenta millia cum accepta retulisset, HS, quadringenta millia soluta non sunt. Id autem adeo verum est, vt etiam cum singulari numero, quasi centum millia non desiderarentur, coniungatur: vt apud Ciceronem *IIII. Verrina*: HS vndecies

cen-

erogatum est, ibidem Verrina V. Sestertium bis & tricies in annos singulos Verri decernebatur, quod aratoribus solueret, hoc est 3200000. Ibidem: Per triennium prope centies & tricies erogatum est, hoc est 13000000.

Aliquando gemina eclipsis in his locutionibus deprehenditur. Nam non solum centum millia: sed & vox seu nota Sestertiûm HS, post aduerbia numeralia crebro veterum autorum vsu abest. Cicero *pro Sex. Roscio:* Bona patris huiusce Sexti Roscii, quæ sunt sexagies: subintellige, Centena millia HS. Plura exempla & ante relata sunt, & passim sunt obuia. Obseruandum est & hoc: non idem esse: *Centum sestertios: Centum sestertia: & Centies sestertiûm:* vt in *De re nummaria* declaratur.

DE
RATIONE ENVNCIANDI NUMERUM NOTATUM GRAECIS VSITATA.
CAP. XIII.

ABSOLVTA numerandi ratione Latina, sequitur, vt quæ sit apud Græcos vsitata, eruditisque probata, breuiter explicetur. Hæc vero ex Latina quodammodo iam facilior futura est: cum multa inde huc quoq; transferri possint. Quemadmodum autem Latini per *centena millia*, ita Græci per *chiliades & myriades* magnos numeros expeditius enunciant. Illi enim his vocibus, numeros significantibus delectantur: quales sunt: *μονάς, δυάς, ἐννεάς, δεκάς, ἑκατοντάς, χιλιάς, μυριάς,* quæ Latinæ redduntur, *vnitas, binarius, nonarius, denarius, centenarius, millenarius, decies millenarius*. μυριας enim decem millia significat. Et vt enunciatio expeditior fiat, myriadum limes puncto notandus est in numeris notatis supra caput notæ seu siphræ addito. Quæ res vt magis perspicua fiat, exempla, ex bonis autoribus deprompta, huc adferemus: vbi magni numeri integris vocibus Græca consuetudine efferuntur: mox alios numeros, suis notis notatos, eadem ratione proferemus. Et vt ab antiquissimo historico Ethnico initium faciamus,

apud Herodotum est *Historia VII.* vbi Xerxis copias bellicas, quas ille innumerabiles ferè, quantæ in nulla historia leguntur alia, in Græciam adduxit, recenset *pagina 231.* οὕτω πεντηκοσίας τε μυριάδας, καὶ εἴκοσι, καὶ ὀκτὼ, καὶ χιλιάδας τρεῖς, καὶ ἑκατοντάδας δύο, καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν ἤγαγε Ξέρξης ὁ Δαρείου μέχρι Σηπιάδος καὶ Θερμοπυλέων, hoc est: *Sic quingentas viginti octo myriades, termille ducentos & viginti viros duxit Xerxes, Darij filius, vsque Sepiadem & Thermopylas*: quod Siphris more Græcorum sic notatur: 5283220. Latini verò sic notant 5283220. Effertur latinè: *Quinquagies bis centena tria & octoginta millia ducentos & viginti viros.* In *eodem libro pagina 205* extat de Pythio Bithyno historia, qui Xerxis copias bellicas cum ipso Rege hospitio excepit, & epulum ei dedit: & præterea Regi in stipendium sponte promisit se daturum dono: ἀργυρίου μὲν δύο χιλιάδας ταλάντων, χρυσίου δὲ τετρακοσίας μυριάδας στατήρων, δαρεικῶν, ἐπιδεούσας ἑπτὰ χιλιάδων. hoc est: *Argenti quidem duo millia talentorum: auri verò quadringentas myriades staterum Daricorum, minus septem millibus.* Quod Siphris notatum sic latinè effertur: 3993000 *Tricies nouies centena nonaginta tria millia Daricorum.* Si stater Daricus sit δίδραχμος, hi stateres per duo multiplicati, faciunt drachmarum 7986000. hoc est, septuagies nouies centena & octoginta sex millia: quæ summa per tredecim multiplicata, quòd argentum ad aurum Herodoto *historia tertia* sit τρισκαιδεκαστάσιον tredecuplũ, facit argenti drachmarum, 103818000. millies tricies octies centena & octodecim millia: Coronatorum facit 10381800: argenteorum vncialium 8. drach. 12977250. Sin vero stateres τετραδράχμους facias, summa erit duplo maior: quippe drachmarum 15972000 Centies quinquagies nouies centena & septuaginta duo millia: argenti drachmarum 207636000. bis millies septuagies sexies centena & triginta sex millia: Coronatorum 20763900: argenteorum vncialium 25954500, ducenties quinquagies nouies centena & quinquaginta quatuor millia sexcentos. His addantur duo millia Talentorum argenti quæ faciunt 12000000. Coronatorum, drachmarum 12000000. argent. vncialium 1500000. Consulatur *historia rei nummariæ veteris* à me edita *lib. 3.*

lib. 3. cap. 15. & lib. 5. cap. 8. Apud Plutarchum est *in Galba*: δοκεῖ δὲ μηδ᾽ ἂν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις μόνον ἐλέσθαι τὸν Ὄθωνα κληρονόμον, ἀκόλαστον εἰδὼς καὶ πολυτελῆ πεντακισχιλίων μυριάδων ὀφλήμασι βεβαπτισμένον: Quæ verba sic reddo: *Videtur autem ne in priuatis quidem solum Othonem hæredem instituisse, vitæ incontinentia luxuque perditum, quinque millium myriadum debitis immersum*: quod siphris notatum hoc modo effertur: 50000000, *quingenties centena millia scilicet drachmarum*: & facit nostræ monetæ Coronatorum quidem 5000000. quinquagies CM. Argenteorum vero vncialium Ioachimic: 6250000 Sexagies bis centena & quinquaginta millia. HS bis millies 200000000.

Apud eundem est *in Antonio*: τῶν φίλων τινὶ μυριάδας ἐκέλευσε πέντε καὶ εἴκοσι δοθῆναι τοῦτο ῥωμαῖοι δέκιες καλοῦσι: hoc est, *Amicorum cuidam myriades quinque & viginti iussit dari, id Romani vocant decies.* Myriades drachmarum sunt intelligendæ, quæ siphris sic notantur 250000. Sunt drachmarum ducenta & quinquaginta millia, HS verò sunt 1000000. decies centena millia. Facit coronatorum 25000. argent: vncial: 31250. Antonius arbitratus maiorem esse summam, alteram tantam addere iussit, vt essent 500000. drachmarum.

Apud eundem est *in Cicerone*: Octauium Cæsarem ab Antonio repetiuisse, Bis mille & quingentas myriades s. drachmarum. Plutarchi Græca verba sic habent: καὶ περὶ τῶν δισχιλίων πεντακοσίων μυριάδων, ἃς Ἀντώνιος ἐκ τῆς οὐσίας κατεῖχεν, εἰς διαφορὰν κατέστη πρὸς αὐτὸν, hoc est. *Et de bis mille quingentis myriadibus, quas Antonius ex facultatibus tenebat, cum in eo in contentionem incidit*: quod siphris notatur 25000000: & latinè effertur *ducenties quinquagies centena millia drachmarum*. Quod Achilles Phileros perperam transfert: *Quinquaginta & ducenta millia* æris. Hermannus vero Cruserius rectè more veterum latinè interpretatur: *HS millies*. Si enim hanc summam per quatuor multiplicaueris, (tot enim sestertios drachma valet) euadent 100000000 HS h. e. millies centena sestertiûm millia. Facit nostræ monetæ coronatorum quidem 2500000. vicies quinquies CM. argen: vncial: 3125000. tricies semel centena & viginti octo millia.

Apud

Apud eundem Plutarchum est *in Pompeio*: πρὸς δὲ τούτοις ἔφραζε διὰ τῶν γραμμάτων, ὅτι πεντακισχίλιαι μὲν μυριάδες ἐκ τῶν τελῶν ὑπῆρχον. ἐκ δὲ ὧν αὐτὸς προσεκτήσατο τῇ πόλει μυριάδας ὀκτακισχιλίας πεντακοσίας λαμβάνουσιν. hoc est: *Ad hæc verò per tabulas ostendebat: quod è vectigalibus quidem quinque millia myriadum prouenirent: ex illis vero, quæ ipse Reip. acquisiuerat, myriades octies mille & quingentas accipiant, scilicet drachmas.* Prior summa siphris sic notatur: 50000000, & latinè effertur *quingenties C M. drachmarum.* Posterior verò siphris hoc modo notata 85000000. effertur: *Octingenties* & *quinquagies C M. drachmarum.* Vtramque summam minus latinè reddit Antonius Tuderinus interpres: Priorem quidem hoc modo: *Quinquagies decies centena millia*: posteriorem vero: *Octuagies quinquies decies centena millia.* Sed Hermannus Cruserius vtramque quadruplicato numero per HS latinè transfert: priorem quidem bis millies scilicet HS. 200000000, posteriorem verò: Ter millies quadringenties scilicet HS. 340000000. Facit nostræ monetæ prior quidem Coronatorum quinquagies C M. 5000000, argenteorum vncialium, 6250000. Posterior verò Coronatorum 8500000: argenteorum vncialium 10625000.

Idem *in Cæsare* refert, Myriades quingentas quinquaginta in annonam, Po. Ro. diuisam, impensas esse, scilicet drachmarum, quod siphris sic notatur: 5500000: effertur latinè: *Quinquagies quinquies centena millia scilicet drachmarum.* Quæ summa per quatuor multiplicata, more Latinorum effertur *ducenties & vicies centena* 22000000. M. Hermannus tamen Cruserius ex eiusdem Plutarchi Catone Minore legendum esse contendit: *Septingentas & quinquaginta myriades*: quas more Latinorum rectè interpretatur: *Trecenties scilicet HS*: quæ summa siphris notatur 30000000 & facit 1250. Talenta, vt Lapus rectè interpretatur: nostræ monetæ est Coronatorum quidem 750000: argen. verò vncialium 936500.

Idem Plutarchus *in Cicerone* testatur, Ciceroni accessisse ex dote vxoris duodecim myriades, scilicet drachmarum: quas Cruserius rectè interpretatur CCCCLXXX. Millia nummum. Facit coronatorum 12000. argent; vncial. 15000. Ibidem mox sub-

ſubiungitur: *καὶ κληρονομία τις εἰς ἐννέα δηναρίων συναχθεῖσα μυριάδας*, hoc eſt: *Et hereditas quædam ad nouem denariorum myriades coacta, ſcilicet ei venit.* Facit coronatorum 5000. argenteor vncial: 11250.

Idem ſcribit *in Lucullo* de Lucullo: *εἰώθει δὲ δειπνεῖν ἐν τῷ Ἀπόλλωνι πέντε μυριάδων*, hoc eſt: *Solebat verò in Apolline cœnare quinque myriadibus, ſ. drachmarum:* quippe quòd cœnaculum, cuius inſigne Apollo erat, has cœnæ impenſas conſtitutas haberet. Quinque myriades drachmarum faciunt drachmarum quinquaginta millia, coronatorum 5000: argent. vncialium 6250. Sylla legem tulit: ne quis vltra duo millia drachmarum æs alienum conflaret: ipſe poſt obitum trecentas myriades drachmarum æris alieni reliquit, hoc eſt HS 12000000, centies & vicies CM. Coronatorum 300000. argenteorum vncialium 375000. vt Plutarchus *in Sylla* teſtatur. Cornelia domum Marii emiſſe fertur *μυριάδων ἑπτὰ ἡμίσεος*, h. eſt, Myriadibus ſeptem cum ſemiſſe, ſcilicet drachmarum 75000. Guarinus perperam transfert: *Septuaginta millibus ſeſtertiûm ſemis.* Facit coronatorum 7500. argent. vncial. 9375. Eandem domum L. Lucullus poſt emit myriadibus ducentis quinquaginta 2500000. ſcilicet drachmarum. Adeò celeriter luxuria excurrit, Plutarchus *in Mario.* Facit coronat: 250000. argent. vncial. 312500.

Apud Strabonem eſt *lib. XV. De gaza Regis Perſarum: ἄλλοι δὲ πανταχόθεν συναχθῆναι παραδεδώκασι εἰς ἐκβάτανα ἑκ μυριάδας ταλάντων*, hoc eſt: *Alii autem, vniuerſas vndique coactas pecunias centum & octo myriades talentûm dicunt Ecbatana comportatas fuiſſe:* hoc eſt 1080000. decies centena & octoginta millia talentorum. Si talenta Attica minora LX. minarum intelligit, facit drachmarum 6480000000, quater & ſexagies millies octingenties centena millia, Coronatorum 648000000: ſexies millies quadringenties & octuagies centena millia, argenteo: vncialium 810000000. octies millies & centies CM.

Sardanapalus, vltimus Aſſyriorum Rex effœminatiſſimus à ſuis obſeſſus, cùm ſalutem deſperaſſet, tum ingentem auri argentique vim, in pyra congeſtam, vnà ſecum cremauit. Qua de

re Ctesias sic scriptum reliquit: *ἐνταῦθα περιέθηκε μὲν χρυσίου μυριάδας χιλίας· ἀργυρίου δὲ μυρίας μυριάδας ταλάντων.* hoc est: *Ibi circum se posuit auri quidem mille myriades, argenti verò decies mille myriades talentorum*, quod siphris notatum, effertur latinè 10000000. auri centies CM. argenti 100000000. *millies CM. talentorum.* Hæc alibi explicantur. De his summis nummarijs consule meam *historiam rei num: vet: l. 2. & 3.* Daniel 7. est: *χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν ἔμπροσθεν αὐτῷ.* h.e. *Millia millium ministrabant ei: & decies millies centena millia assistebant*, vt vetus Interp. reddit. Sed Sanctes Pagninus sic interpretatur: *Millies mille ministrabant ei: & decies millies centena millia coram eo stabant*, vterque sanè contra Latinæ linguæ consuetudinem loquitur. Siphris sic notatur: 1000000: item 100000000. & more Latinorum potius effertur: *decies centena millia*: item *millies centena millia.* Sed cùm plurali numero vtatur, innumeræ potius *chiliæ chiliades*: *& innumeræ myriæ myriades* sunt intelligendæ: quas numero non facilè expresseris.

Iosephus *l. 3. c. 10. Antiq. Iudaic. καὶ τὸ πλῆθος τῶν εἰσφερόντων ἦν ἑξήκοντα μυριάδες καὶ πεντακισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι καὶ πεντήκοντα*, h. e. *Et multitudo eorum, qui conferebant, erat, sexaginta myriades & quinque millia & quingenti & quinquaginta.* Qui numerus siphris notatur 605550. sexcenta & quinque millia quingenti & quinquaginta.

Matth. c. 18. domino, rationem à seruis exigenti, oblatus est, qui debebat *μύρια τάλαντα*, h. e. *decem millia talentorum.* Facit coronat: 6000000. sexagies CM. argent: vncial. 7500000. septuagies quinquies CM. Intelligo enim *Talenta Hebraica minora*, quæ idem valet quod *Attica.* Apocalypsis c. 5. est: *καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες μυριάδων καὶ χιλιάδες χιλιάδων*: quod vetus interpres reddit: *Et erat numerus eorum millia millium*: quædam enim omittit: Theodorus verò Beza ita transfert: *Numero millies & decies centies millies*: quod si rectè assequor, siphris sic notatur 100000000. & 1000000: & latinè effertur *millies centena millia: & decies centena millia.* Ibidem est *c. 11. Et erat numerus δύο μυριάδες μυριάδων*: quod vetus interpres contra vsum Latinæ ratio-

rationis transfert: *Vicies millies dena millia:* quem Eraſ. Roterodamus quoque ſequitur, Budæus & Theodorus Beza ſic latinè rectius reddit *bis millies centena millia* 200000000.

Ex iam enumeratis & multis alijs exemplis, quæ paſſim apud veteres autores occurrunt, abunde confirmatum declaratumque eſſe arbitror: Quæ ſit vera, antiqua, & eruditis probata numerum enunciandi ratio Græca. Sed quædam exempla Latinorum more Græcorum per myriades enunciabo: Licet id iam abunde me demonſtraſſe confidam in multis exemplis adductis. Illud ſepties millies HS. quod pecuniæ publicæ Antonius diſſipaſſe à Cicerone arguitur, ſiphris notatur per myriades effertur 700000000. *ſeptem myriades myriadum, ſeu ſeptuaginta millia myriadum.*

Quod Cæſar dixit: *Bis millies & quingenties ſibi adeſſe oportere, vt nihil haberet,* notatur & effertur hoc modo: 2740000000. Ducenta & ſeptuaginta quatuor millia myriadum. Veſpaſianus Cæſar quadringenties millies HS opus eſſe dixit, vt Reſp. ſtaret: quod ſiphris notatum more Græcorum effertur hoc modo: 40000000000. *quadringentæ myriades myriadum.*

Ad eundem modum quoſuis numeros more Græcorum per myriades pronunciare haud difficile fuerit, ſi quis id magnoperè deſideret. *Vltra myriades myriadum Græcis numerum non eſſe,* Budæus quoque teſtatur. Nam vltra hunc numerum itidem per aduerbia numerant, quemadmodum Latini vltra nongenta millia. *Ducenta millia talentûm* Antonius ex Aſia exegit: quæ faciunt HS 4800000000. quadragies octies millies: & faciunt quadraginta octo myriades myriadum: vel quater millies octingenties centena millia. Faciunt coron. 120000000 centies vicies centenæ myriæ: ſeu 120000000. millies & ducenties centena millia: argent. vncial: 1500000000. millies & quingenties centena millia: vel 1500000000. quindecim millia myriadum: ſeu centies quinquagies centenæ myriades. Decies millies centena millia 1000000000. ſunt *decem myriades myriadum:* Quod abaci ſtudioſi hodie vocant *Milliartum,* hoc eſt, *Millionem millionum,* vt Budæus *lib. 4. de aſſe refert.*

Obſeruandum eſt & hoc: *Græcis fere eſſe vſitatum, vt minores*

nores numeros maioribus nunc præponant, nunc postponant: quod exemplis est confirmandum. Apud Herodotum est *historia tertia pag.* 103. τὸ μὲν δὴ ἀργύριον τὸ Βαβυλώνιον πρὸς τὸ Εὐβοικὸν συμβαλλόμενον τάλαντον. εἶναι τεσσαράκοντα καὶ πεντακόσια καὶ ἐννεακισχίλια τάλαντα. Hoc est: *Argentum quidem, si Babylonium ad Euboicum talentum confertur, esse quadraginta & quadringenta nouem millia talentorum.* Sequitur: τὸ δὲ χρυσίον τρισκαιδεκαστάσιον (Budæus legit τρισκαιδεκαστάσιον) λογιζόμενον τὸ ψῆγμα εὑρίσκεται ἐὸν εὐβοικῶν ταλάντων. ὀγδώκοντα καὶ ἑξακοσίων καὶ τετρακισχιλίων, hoc est: *Aurum verò, si ramentum terdecies argento æstimes, inuenitur esse Talenta Euboica octoginta, & sexcenta & quater mille.* Apud Iosephum est *lib.* 18. *pag.* 564. De Tiberio: ἔθανεν χρεὶ αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ἡμέρας τρεῖς καὶ πέντε μῆνας, πρὸς ἐνιαυτοῖν δυοῖν καὶ εἴκοσι. Et mox in Herodoto naturalis ordo ibidem seruatur, cum inquit, *colligens in summam annuum Darii tributum, esse Euboicorum Talentorum* μύρια καὶ τετρακισχίλια καὶ πεντακόσια καὶ ἑξήκοντα: hoc est, *Quatuordecim millia & quingenta sexaginta* 14560. Quæ exempla perspicuè demonstrant, vtraque rationem esse apud illos in crebro vsu: vt nunc maior nunc minor, vtrobique interueniente copulatiua coniunctione, καὶ, numerus & præcedat & sequatur. Exempla plura passim extant apud autores, vt apud Appianum *lib.* 2. *Bellorum Ciuil pag.* 344.

Hæc de *Numeratione* vera, antiqua, emendata, & doctis probata, in gratiam eorum, qui elegantioris literaturæ, & eruditæ antiquitatis sunt studiosi, tradere, & perspicuè declarare volui: vt eorum studia in hac quoque parte nonnihil adiuvarem. Spero autem, imò etiam confido, hæc præcepta illis cum ad alia, tum verò ad historiam quinque librorum, quos de re nummaria veteri Romana, Græca, Hebraica, & aliarum gentium elucubraui, & superiore anno hic Francofordiæ ad Oderam in publicum emisi, multum lucis esse allatura. Cuius rei & in hoc opusculo quendam gustum obiter præbere volui.

FINIS.

HONESTO VIRO,
Virtute, Autoritate & pietate præstanti
DN. ANDREAE LINTHOLTO,
Consuli Strausbergensi prudentiss. affini
& amico colendo,
MATTHAEVS HOSTVS
S. P. D.

Diu multumq; hactenus mecum cogitaui, affinis charissime, quanam ratione grati animi aliquam saltem significationem tandem ederem. Me enim multum tuæ familiæ Lintholtianæ debere, libenter fateor: & persæpe apud alios prædico: iam verò hoc publico etiam scripto ingenue testor. Nam tuus pater Benedictus Lintholtus, vir prudens & pius, multa & magna in me beneficia contulit; adeò vt omnis meæ fortunæ melioris in tota vita post Deum primus & præcipuus autor extiterit. Quod tibi quoque satis notum esse puto. Vt autem aliis etiam innotescat, pauca quædam commemorabo. Nam pater tuus sapientia quidem sua Remp. patriæ suæ Consul multos annos, dum vixit, prudenter gubernauit, & sua virtute & autoritate feliciter conseruauit. Rem verò familiarem & domesticam sua sedulitate & industria ita benè auxit & parsimonia conseruauit, vt opibus facile superior esset reliquis ciuibus. Et cum ex Dei benedictione in fœcundo matrimonio numerosam haberet prolem, à primis statim annis suos liberos rectè educare & liberaliter instituere studuit. Puellas quidem, cum eam ætatem attigissent, vt nubiles essent, mature elocauit: & viris honestis,

nestis, piis & prudentibus in matrimonium tradidit: quod multis notum est. Filios verò domi prius in primis literis & rudimentis pietatis Christianæ rectè institutos quàmprimum per ætatem licuit: initio duos Nicolaum & Ioachimum fratres tuos, ad inclytam hanc nostram Academiam Francofordianam ad Oderam adduxit: & doctissimo viro, ac tum temporis diligentissimo, præceptori, D. Magistro Iodoco Willichio erudiendos & liberaliter instituendos tradidit ac commendavit, constituto honesto salario. Me verò his suis filiis pædagogum adiunxit: & vnà cum suis liberaliter erudiendum curauit: & aliquot annos tantisper suis sumptibus sustentavit, dum ipse mea industria mihi victum & amictum quærere & comparare possem. Porrò cum hi duo filii aliquot annos sub Iodoci disciplina vixissent, & iactis primarum artium fundamentis tantum profecissent, quantum minimè pœniteret, ambos pater domum reuocauit: & Ioachimum quidem, quòd literis aptior videretur, Heidelbergam in inclytam Academiam mox ablegauit, ad vberiorem ingenii cultum capiendum: vbi iurisprudentiæ gnauiter incubuit, vt statim idoneus esset, qui Italiam adiret, clarissimos iurisconsultos illic auditurus. Profectus itaque est in Italiam viatico à patre largè instructus. Ibidem iurisprudentiæ ita strenuè operam dedit, vt dignus esset, qui ad doctoralia insignia adspiraret. Quibus ornatus domum ad suos est reuersus, & ea solida eruditionis fama & opinione innotuit, vt mox ab Illustrissimo Principe Electore Brandeburgico Ioachimo II. Consiliariorum suorum aulicorum numero asscriberetur. In qua functione ita laudabiliter se gessit, vt omnibus charus esset, & suo officio satisfaceret abundè, vsque ad extremum vitæ exitum. Nicolao verò filio alteri vxorem honestam & opulentam Wismariæ in matrimonium conciliauit, ac despondit. Porrò prioribus duobus filiis auocatis mox alios duos, nimirum Iohannem

&

& te Andream surrogauit, in hanc quoque Academiam Francofordianam adduxit, & mihi in meam disciplinam liberaliter erudiendos tradidit. Ego verò vt essem gratus, beneficiorumque acceptorum memor, vos pro ingenii captu fideliter in pietate & artibus liberaliter institui. Porrò cum & vos duos aliquot annos in hac Academia benè erudiendos curasset, certo consilio vos domum reuocauit: & Iohannem quidem suæ negotiationi adhibuit ac præfecit: qui non ita multo post immatura morte ex hac vita in alteram longè meliorem emigrauit. Tu verò post patris charissimi obitum ipsi in rei familiaris gubernatione successisti: & nunc paternis vestigiis insistens, Remp. in patria magna prudentia feliciter gubernas. Est alioqui vestra familia Lintboltiana satis clara: in qua Berolini, Coloniæ ad Sueuum, & alibi multi ciues opulenti & re lauta vixerunt. Patrem tuum sæpe dicere memini de suo fratre tuo patruo Iohanne Lintbolto Vtriusque Iuris Doctore doctissimo, qui nisi immatura morte præreptus esset, magna gloria vestram familiam ornasset, multoque clariorem reddidisset. Vester agnatus Iohannes Lintboltus Iuris Doctor præstans fuit vir, primus in ordine Professorum artium in prima Academiæ Francofordianæ fundatione Decanus. Homo fuit laboriosissimus, in docenda adolescentia & industrius & diligens. Idem posteà Parochiæ in hoc oppido aliquot annos præfuit. Qui si in meliora tempora incidisset, magnus vir euasisset: id quod multa ingenii viuacis monumenta typis hic excusa satis abundè indicant. Sed tum omnes bonæ literæ fœda barbarie adhuc obscuratæ erant. Plura autem de tua familia nunc dicendi nec locus nec tempus est. Hæc verò pauca ideo commemorare volui, vt aliquam saltem gratitudinis de ingentibus beneficiis à tuo patre mihi exhibitis, significationem verbis declararem. Tibi autem, mi Andrea, ex meis libris, quos nunc in publicum emitto,

to, publicè inscribo insignem commentarium de Monomachia Dauidis cum Goliatho, ex primo lib.Reg.cap.17. vt cum tuo filio charissimo hoc vt tuo proprio tibique à me seorsim donato vtaris fruaris. Nihilominus tamen sis quoque particeps omnium illorum meorum scriptorum, quæ nunc à me simul in publicum eduntur, ad rem literariam elegantiorem pro virili mea iuuandam, fœdamque barbariem profligandam: quæ nunc multorum incuria sensim irrepere incipit: quæ, nisi maturè obuiam occurratur, magnum damnum datura est procul dubio. Sed iam finem facio. Quamobrem mi Andrea, affinis & amicè colende vale, cum tuis charissimis quam rectissimè me & meos quod facis amare perge. Datum Francofordiæ ad Oderam mense Aprili, Anno à Christo nato M D LXXXVI.

X

IN HISTORIAM

MONOMACHIÆ DAVIDIS ET GOLIATHI,

PRIMO LIBRO REG. CAP. XVII.

INQVISITIO:

MATTHÆO HOSTO AVTORE.

CYRI THEODORI PRODROMI

εἰς τὴν σφαγὴν Γολιάθ.

Δαβίδ, ὁ ποιμὴν ὁ βραχὺς κατὰ χρόνον,
κτείνει Γολιὰθ τὸν γίγαντα τὸν μέγαν,
τὸν ὁπλίτην ἄοπλος ἐξ ἑνὸς λίθου.
τῷ δ' Ἰσραὴλ καύχημα γίγνεται μέγα.

εἰς τὸ αὐτό.

Βάρβαρος ἀλλοφύλοισι πεσίασυτο, ἐκ δὲ καλεῖτο
ἀνέρα μουνομάχον, εὖ εἰδότα δηϊοτῆτος.
θαῦμα δ' ἰδέσθαι ἔην. μικρὸς δέ μιν ὤλεσε Δαβίδ·
καὶ εἰ ὁ βληθεὶς κεῖται καὶ μεγαλωστὶ τανυσθείς.

DE OCCASIONE MONOMACHIÆ.

Cap. I.

I.

VT Dauid, qui paulo ante in Regem populi Israelitici iussu Dei a Samuele propheta inunctus erat, Saule propter inobedientiam reprobato, paullatim innotesceret: & velut è tenebris in lucem productus, nomen & auctoritatem aliquam in suo populo consequeretur, commoda illi ad eam rem occasio diuinitus oblata fuit. Nam Palæstini, *qui & Philistini & Philistym* appellantur vsu Scripturæ sacræ, potentes & perpetui hostes populi Israelitici, primum ingenti nuper clade accepta, quod ipsorum statio a Ionatha, Saulis Regis filio, cæsa esset, iterum irritati: deinde vt & illam ignominiam, quam superiore bello acceperant, abolerent, bellum regno Israelitico denuo intulerunt: commodam se ad hoc occasionem nactos arbitrati, quod Saulem regem furore correptum esse intelligerent; & ideo ad bella gerenda minus idoneum arbitrarentur.

II. Gens Philistinorum diu valde potens fuit: quorum potentia iam inde ab ingressu populi Israelitici in terram promissam vsque ad regem Ezechiam durauit, *vt 4. Reg. 18.* scribitur. Regio enim Palæstina (sic enim apud Herodotum *historia VII.* dicitur) tempore Iosue in quinque Principatus, seu Regulos diuisa fuit: qui sunt *Gazæus, Azotius, Ascalonita, Getheus*, & *Accaronita*, vt est *Iosue 13.* & *primo Reg. 6.*

III. Hos quinque *Principes* seu *Satrapas*, & omnes *Cananeos*, & *Sidonios*, & *Hiueos*, montis Libani accolas, Dominus in terra promissa non deleuit, sed reliquit: idque certis de caus-

 sis,

sis. Quarum *prima fuit*, vt Israelem in eis erudiret: vt ab illis pugnare discerent. Sic enim est *Iudic 3. Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, & omnes, qui non nouerant bella Chananæorum: & postea discerent filii eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. Quinque Satrapas Philistinorum, omnemque Chananæum, &c.*

V. *Altera* causa ibidem mox subiungitur, cum inquit: *Dimisitque eos, vt in ipsis experiretur Israelem, vtrum audirent mandata Domini, quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non. Itaque filii Israel habitauerunt in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pheresæi, & Iebusæi.* Per has enim gentes Deus sui populi impietatem & scelera puniuit, & fidem eius exercuit.

V, *Tertiam* caussam Scriptura sacra indicat, cum inquit: *Iam nunc scitote, quod Dominus Deus vester non eas deleat, ante faciem vestram: sed erunt vobis in foueam ac laqueum, & offendiculum ex latere vestro: & sudes in oculis vestris*, vt Iosue 23. est. Sic quoque est *Num. 33. Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus: & aduersabuntur vobis in terra habitationis vestræ: & quicquid illis cogitaueram facere, vobis faciam.* Item *Iudicum 2. Quamobrem nolui delere eos a facie vestra, vt hostes habeatis, & Dii eorum sint vobis in ruinam.*

VI. Quod autem non simul, sed paullatim gentes illas deleuerit, caussa alia affertur, Exod. 23. cum ait: *Non tamen eiiciam eum* (loquitur de incola terræ promissæ) *a facie tua vno anno, ne terra fiat deserta, & bestiarum multitudo contra te augeatur. Paulatim eiiciam eum a facie tua, donec crescas, & terram possideas:* item Deuter. 7. cum inquit: *Ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes: non poteris eas delere pariter: ne forte multiplicentur contra te bestiæ.* Hæ sunt sane grauissimæ causæ, cur Dominus DEVS incolas terræ promissæ non statim omnes deleuerit, sed ad tempus adhuc reliquerit.

VII. Cum autem Palæstini præ ceteris gentibus essent potentes, indignum ac iniquum esse iudicabant, se populum validum ab externa gente longe inferiore ex patritis auitis-

que

que sedibus per vim expelli, continua cum populo Israelitico bella gesserunt, eumque magna sæpe clade affecerunt. Commoda itaque occasione a Saulis Regis furore oblata, copias ingentes, quas possunt, contra Israelem educunt, in regni Israelitici ditionem impressionem faciunt: castra in tribu Iuda inter Socoth & Azeach locant, pugnæ fortunam experturi.

VIII. Quare & Saul, Rex Israeliticus, hosti occursurus, copias, quantas potest, non fortassis quantæ hostium numero pares essent, contrahit: contra Palæstinos educit: & castra sua *in valle Elah* locat: & aciem aduersus hostes instruit, vt, quemadmodum officii ratio exigebat, suos aduersus hostes defenderet, & illatam iniuriam propulsaret.

IX. Vt autem in vtroque exercitu rei militaris quædam scientia non vulgaris, & industria appareat, vtrique montem, castris commodum locum, occupant: vt vallis in medio relinquatur, & vt castra castris sint opposita.

X. Ex Philistinorum autem castris in medium inter duas acies prodiit Goliath, prodigiosæ staturæ Gigas, tot, talibus, tantisque armis armatus & instructus, vt omnibus Israelitis & Regi Sauli ipsi ingentem metum incuteret, & terrori esset.

XI. iste Gigas quotidie bis, mane & vesperi, per dies quadraginta continuos, probris, maledictis, & contumeliis populum Israeliticum lacessere, aut lacerare non desticit, vnum quemlibet ex omnibus Israelitis ad certamen singulare provocans: quæ est huius Monomachiæ occasio commodissima.

XII. Hæc *Monomachia* cognitione sane dignissima est: quæ multas habeat de magnis & vtilibus rebus commonefactiones: quæ pias mentes modo legere & cognoscere velint, plene erudire queant. Quare ego, vt iis gratificer, qui huiusmodi eruditis commentationibus afficiuntur, eam historiam repetam, & paulo diligentius in eam inquiram fusiusque explicabo.

XIII. Hic autem primum obseruandæ sunt *prosopographie*, hoc est, personarum descriptiones: qui & quales, quibusve armis instructi bellatores singulari certamine sint decerta-

turi. Deinde *qua oratione*, quibusue verbis sese ante ad pugnam mutuo lacessant. Vnde certo constabit, quibus vterque caussis, quippe longe diuersissimis dissimilimisque ad hoc duellum impellatur. Ad hæc *euentus quoque & exitus*, caussis illis impellentibus consentaneus, consequetur: Postremo quædam quoque *notatu digna* in fine commemorabuntur.

DE

GOLIATHI PROSOPOGRAPHIA.

Cap. II.

XIV. Ad personas quod attinet, Gigas iste priore loco describendus est: cuius pleniorem ex locis personarum descriptionem paucis perstringam, quædam mox copiosius explicaturus: potissimum quæ ad *staturam & armaturam* pertinent. Hic Goliath, a Iosepho dicitur terminatione Græca γολίαθος, ad formam nominum tertiæ declinationis simplicium apud Græcos: a Prudentio dicitur *Golias* media longa, ad formam nominum primæ declinationis latinæ. Differt autem hic Goliath ab altero Goliath posteriore, qui Dauide iam sene floruit, cuius mentio fit 2. *Reg* 21. & huius esse frater dicitur, 1. *Paralip*. 20. Hunc Goliath scriptura virum vocat non tam a sexu, quam a virtute viribusque & ætate virili. Natione est *Philistinus*: vetus translatio infamat, ac si non legitimo toro natus esset: vocat enim *Spurium*, sed vox Hebræa significat, quod in medium inter duas acies accederet, (nam & Iosephus sic habet: στὰς τοίνυν ὁ γολίαθος οὗτος μεταξὺ τῶν στρατοπέδων, &c. hoc est, *cum constitisset itaque Goliathus inter acies instructas) vt conuiciis hostes laceraret*. Fuit de stirpe *Enakim*: qui soli in tribus Philistinorum oppidis, scilicet *Gaza Geth*, & *Azoto*, a Iosue sunt relicti, cæteris deletis, *Iosue* 11. Respectu populi Israelitici fuit ἀλλόφυλος, h.e. *alienigena*, externus, vtpote a natione & religione Iudaica prorsus alienus. Patria fuit *Gethæus* ex Geth, insigni Philistinorum oppido: Inusitata corporis statura præditus fuit: ἀνὴρ παμμεγέθεστατος

γίγας, hoc est, vir omnium maximus, vt Iosephus vocat: nimirum longus *sex cubitos cum semisse*, hoc est, cum pedis dodrante: qui faciunt *pedes Græcos nouem cum pedis dodrante*, qui continet tres palmos: quæ fuit proceritas enormis & monstrosa: qua de re mox plura. Corporis vires fuerunt immensæ & stupendæ: quæ e statura facile æstimari queant. Professione, conditione & vitæ genere fuit miles, bene exercitatus & veteranus: bene armatus, ad prælium ad stuporem vsque armis instructus, vt mox explicabitur copiosius. Ingenio, animo, & moribus est arrogans, superbus, gloriabundus, non solum in homines minax & maledicus, vt quos indignis modis lacerat: sed & in Deum verum & viuum Israelis ipsum blasphemus. Is enim prouocat quemlibet ex castris populi Israelitici ad Monomachiam: sed, infelici pugna cum Dauide congressus, turpiter vincitur, & interficitur: eiusque caput suo ipsius gladio amputatur & aufertur: & contumelia factis digna, afficitur: quod cæsus sepulturæ honore caruerit, cadauere eius cœli volatilibus & bestiis agri obiecto. Caput Hierosolymam est portatum, arma partim in Dauidis ædibus sunt condita, partim in loco sacro consecrata, vt de eius gladio constat: vt essent perpetuum monumentum victoriæ tam insignis, a cæso tanto Gigante mirando euentu reportatæ. Hæc breuis quidem est personæ Goliath descriptio: vnde postea quædam sunt repetenda, & copiosius explicanda.

XV. Nam statura huius Gigantis *sex cubitorum & trium palmorum* est inusitata & monstrosa: quam omnes quidem cum stupore audiunt & admirantur: pauci vero recte intelligunt. Dabo itaque operam, vt ex collatione mensurarum Hebraicarum cum nostratibus interuallorum mensuris hæc monstrosa staturæ proceritas omnibus innotescat; vt, quantum vsitatam hominum staturam superat, omnes intelligant: & ex hac statura huius Cyclopis ingens corporis robur, & vires maximas æstiment. Hæc enim certe omnia non in alium vsum a Spiritu sancto literis prodita sunt, quam vt, qui legunt, recte pleneque intelligant, admirentur, & pro cæso hoc monstro reportataque victoria Deo meritas gratias agant. Hæc enim

enim ratione futurum est, vt hæc herois Dauidis victoria longe clarior illustriorque reddatur.

XVI. Porro insigne quidem alioqui decus & ornamentum est procera corporis statura: quæ vere heroica est, & personæ dignitatem valde auget ornatque. Nam & Saul, filius Kis, in Regem populi Israelitici eligendus, in Scriptura ab insigni corporis statura prædicatur. Sic enim est *1. Reg.19. Ab humero & sursum eminebat*. Et apud Virgilium est de Turno *libro 7. Æneidos:*

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice supra est.

Apud Homerum frequens est:

—— ἠΰς τε μέγας τε, hoc est: *Bonusque magnusque:* quo significatur in claris viris præter ingenii dotes & virtutem prædicari & proceram corporis staturam.

DE *GIGANTIBVS, ET ALIIS MONSTROSIS HOMINVM STATVRIS TAM IN EXCESSV QVAM IN DEFECTV.*

Cap. III.

XVII. Verum hic quædam adferemus de monstrosa hominum statura, quæ communem corporum molem, magnitudinem & vires, vel longe superat, vel ab eadem multum deficit: & merito est admirationi, quod minus sit vsitata. Nam immensæ proceritatis & virium homines ante diluuium fuisse, quos Gigantes vocant, Scriptura sacra *Genes. 6.* testatur. Hi Enos vrbem circa Libanum maximam incoluerunt, & vniverso orbi imperarunt, corporis & vastitate & robore confisi, vt Berosus *lib. 1. scribit*. Quæ vt euidentiora fiant, initio huius explicationis adferam exempla quædam alia, tam e sacra quam profana historia repetita, priscis seculis, & ante & post diluvium, fuisse homines non solum immanis inusitatæque proceritatis, sed & ingentis roboris, viriumque maximarum; quæ communem staturæ humanæ quantitatem & robur longe superant.

I. NE-

I. NEPHILIM.

XVIII. His autem ſunt variæ appellationes apud varias gentes. Nam primum & ante,& poſt diluuium vniuerſale fuerunt *Nephilim,Geneſ.6.* Sic dicti a verbo *Naphal* Hebræo, quod *cecidit* ſignificat. Habent enim nomen *a cadendo* : vel quod a vero Dei cultu & religione pura deciderint,defecerintque : vel quod homines ad eorum conſpectum territi corruerint,ſeque ſupplices abiecerint,ad eorum pedes proſtrati : vel vt referas ad ipſos Gigantes, quod irruendo & impetum faciendo,quippe ſuperiores,viribus, vi, armisque imbecilliores oppreſſerint. Fuerunt enim Tyranni violenti.

XIX. Non dubium autem eſt, quin hi fuerint legitimi Magiſtratus,Principes & gubernatores : nimirum homines famoſi, magni nominis,clari,& illuſtres : ſed qui,vt fere fieri ſolet, ſua poteſtate potentiaque freti,opibus,diuitiis,viribusque abuſi,ſuis ſubditis ſuperbe per vim imperarint, eosque crudeliter oppreſſerint : vt non ſolum Regnum, ſed & Sacerdotium ſibi iniuſte vendicarint, vt D. Lutherus ait. LXX. hos reddunt γίγαντας : quos & vetus interpres ſecutus *Gigantes* vocat. Lutherus Germanice transfert Tyrannen / propterea quod ſui officii,legitimi magiſtratus,obliti, in Tyrannos degenerant.

XX. Philo *l. 1. De vita Moyſis* ſic habet : ἑώρων ἀπείροις τὸ πλῆθος περιμηκεστάτοις γίγαντας, ἢ γιγαντώδεις τὰς τῶν σωμάτων ὑπερβολὰς ἔν τε μεγέθεσι καὶ ῥώμαις, hoc eſt, *videbam innumeros multitudine immenſa magnitudinis Gigantes, aut ad Gigantes prope accedentes, enormi corporum magnitudine & viribus eminentes. Pſal.33.* a ſeptuaginta voce γίγας redditur vox Hebræa *gibbor*, cum inquit : καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ, hoc eſt, *Et gigas non ſaluabitur in multitudine roboris ſui.*

XXI. Tales *Nephilim* fuerunt & poſt diluuium : vt patet ex hiſtoria & natione *Num. 13. verſu vlt.* vbi exploratores, terra Canaan promiſſa perluſtrata, renunciant, ſe ibi vidiſſe *Nephilim* : *quibus ipſi comparati, viſi ſint velut locuſtæ.* Septuaginta & hic reddunt γίγαντας. Et Noah gigantes genuiſſe poſt diluuium, teſtatur Beroſus *l.2.*

II. REPHAIM.

XXII. DEINDE *Genes. 14. Deut. 2. & 3.* alii sunt *Rephaim*, seu, vt alii efferunt, *Raphaim*, dicti, a verbo *Rapha*, quod significat *sanauit*, &c. quasi d. *Medici, Sanatores, Proceres, Saluatores terræ, Patriaque Patres*; a Septuaginta iterum redduntur γίγαντες. Fuerunt & hi heroes, principes, statura corporis proceri, & viribus pollentes, alios per vim opprimentes, ideo dicti violenti & tyranni: Hos percussos esse ibidem refertur. Horum fit quoque mentio *Ios. 17. & 18.*

XXIII. *Rapha* gigas fuit, cuius quatuor filii numerantur *2. Reg. 21.* quorum primus fuit *Iesbi in Nobe*: cuius cuspidis ferrum pondere fuit 300. siclorum æris: quod facit libras Zygostaticas, nobis hodie vsitatas, nouem cum quinta parte, si siclos tetradrachmos accipias. Vetus vero interpres 300. vncias reddit: qua ratione faceret pondus Zygostaticarum librarum octodecim cum dodrante: hoc est, cum tribus libræ quadrantibus, qui sunt 12. vnciæ. Hunc interfecit Abisai, Saruiæ filius. Alter erat *Saph in Gobe*: quem Sobochai interemit. Tertius erat *Goliath Gethæus*, cuius hastile hastæ erat quasi liciatorium texentium: hunc fratrem esse volunt huius Goliath, a Dauide cæsi, *1. Paralip. 20.* quem Elhana trucidauit. Quartus & vltimus erat vir mensuræ scilicet inusitatæ, sedigitus in manibus & pedibus, in quibus viginti quatuor digitos habuit: qui a Ionatha, filio Samma, fratris Dauidis, cæsus est. Hos quatuor Rephaim Scriptura sacra refert fuisse filios Rapha, *de genere Gigantum in Gath, 2. Reg. 21.*

XXIV. Volebant autem Rephaim & videri & esse, Patres Patriæ, terræ custodes & defensores, & vt Lutherus ait, Saluatores, quippe heroes, magnis viribus prædití, rerum gestarum magnitudine clari.

XXV. *Og, rex Basan*, ex Gigantibus fuit, de reliquis Rephaim, *Iosue 12. & 13. Numer. 21.* cuius ferreus lectus fuit longus cubitos nouem, latus cubitos quatuor, *Deuter. 3.* Per hunc lectum intelligunt nonnulli eius sepulchrum, seu monumentum.

III. EMIM.

XXVI. *Genes. 14.* sunt & *Emim*, itidem inusitatæ staturæ, ingentisque roboris: quippe populus multus, magnus & excelsus, sicut

Ena-

Enakim : ac pro *Rephaim* haberi possunt, sicut *Enakim*. Ideo Moabitæ appellat eos *Emim*, vt est *Deut.2*. Dicti autem sunt Emim *a metu & terrore*, quem infirmioribus & imbecillioribus incutiebant: quod essent *metuendi, horribiles, formidabiles, & terribiles*. Fuerunt & hi Gigantes & Tyranni : quippe suis viribus, opibus, & potentia aduersus abiectiores abutentes.

IIII. ENAKIM.

XXVII. *Deuteron. 1. 2. & 9.* sunt & *Enakim*, filii & posteri *Anak*: qui nomen habent a *torque gestando*. q. d. *Torquatos*, quod aureis torquibus & catenis insigniti, & magnifice exornati essent. Huiusmodi tres numerantur scilicet *Achiman, Sesai, & Tholmai, Num.13.* quos Caleb e suis sedibus expulit, *Iosue 15. Iudic.1.*

XXVIII. Plutarchus *in Theseo* varias quærit etymologias vocis ἄναξ, qua Rex significatur : sed magis consentaneum esse videtur, deriuari ab origine Hebræa & voce *Anak*, quæ torquem significat : quod reges fere sint torquati, hoc est, aureis torquibus & catenulis splendidioribus præ cæteris insigniti. Nam Nobiles, Principes, Duces, Reges, & Imperatores, & alioqui magni & clari viri, omnibus seculis vsque ad nostram memoriam aureis torquibus & catenis exornari & insigniri solent : vt in bellis, præliis & in celebriorib. conuentib. honoratiores essent, faciliusque cognoscerentur. Quemadmodum ordinum ductores plumis insignuntur, vt a suis militibus in prælio facilius internoscantur, & iussa capessere possint.

XXIX. De *stirpe Enakim* esse credebantur Emim, quasi Gigantes : quod essent similes filiorum Enakim, *Deuter.2.* Caleb deposcit sibi montem in finibus filiorum Iuda, in qua Enakim erant, & vrbes munitæ & magnæ : & eos deleuit. Et Arba e numero Enakim fuit, *Iosue 14. & 15.*

XXX. Iosue interfecit Enakim de montanis Hebron & Dabir, & de Anab, &c. absque ciuitatibus Gaza & Geth & Asoto, in quibus solum relicti erant. *Iosue 11.* Horum sic meminit & Iosephus *lib.5.* ὑπελείπετο δὲ τὸ τῶν γιγάντων ἔτι γένος, οἳ διὰ σωμάτων μεγέθη, καὶ μορφὰς οὐδὲν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις παραπλησίας παράδοξον ἦσαν θέαμα, καὶ δεινὸν ἄκουσμα. δείκνυται δ᾽ ἔτι καὶ νῦν τούτων ὀστᾶ, μηδὲν τοῖς ὑπὸ πίστιν ἐρχομένοις ἐοικότα, hoc est: *Relinquebatur autem adhuc gigan-*

tum genus : qui, propter corporum magnitudines & formas aliis hominibus nihil similes, admirabile spectaculum erant, & res auditu horrendæ. Monstrantur autem adhuc etiamnum horum ossa, in nullo iis, qui sub fidem veniunt, similia.

V. HORIM.

XXXI. Adhæc sunt & *Horim seu Horæi*, incolæ Seir : quos Edonitæ, filii Esau, deleuerunt, eorumque sedes occuparunt, *Deut. 2.*

XXXII. Dictos esse volunt vel *a vestium colore*, quod candidis vestibus, qui Principum in Oriente mos fuit, insigniti essent : vel sic appellantur, quod essent *conspicui, clari, illustres, spectabiles, optimates, nobiles, &c.*

VI. ZVZIM.

XXXIII. *Genes. 14.* sunt & *Zuzim*, populi in *Ham*, quasi dicas *fortes* & *robustos* : quos percussos esse ibidem refertur. Sic enim textus de his & de superioribus habet : *Quartodecimo vero anno venit Kederlaomor, atque Reges, qui cum eo erant : & percusserunt Rephaim in Asteroth Karnaim, atque Zuzaim in Ham, & Emim in planitie Kiriathaim, & Horæum in montanis Seir, &c.*

VII. ZAMEZVMIM.

XXXIV. *Deuter. 2.* sunt & *Zamezumim* : vetus Interpres habet *Zomim*. Fuerunt Rephaim, hoc est Gigantes, ab Ammonitis olim sic appellati : populus magnus & robustus, & proceræ staturæ, sicut Enakim, *Deut. 2.*

XXXV. Sic appellati sunt *a Zam*, quod est *scelus, flagitium*, &c. quasi dicat, *consceleratos, flagitiosos, &c.* Fuerunt enim insignes grassatores, prædones, & latrones : qui suis viribus abusi, de sceleribus nihil intentatum reliquerunt : vtpote tyranni, omnia pro sua libidine ausi, omnia sibi licere arbitrantes : qui neque homines neque Deum ipsum aut curabant, aut reuerebantur.

XXXVI. Baruch Propheta *cap. 3.* de his omnibus sic habet : *Ibi nati fuerunt gigantes nominati ab initio, qui ingenti corporis magnitudine præditi fuerunt, rei bellicæ peritissimi. Non hos elegit Deus : neque viam scientiæ dedit eis : & perierunt, eo quod prudentiam non haberent : perierunt sua ipsorum imprudentia.*

XXXVII. Ex his omnibus ſatis ſuperque conſtat, olim fuiſſe homines longe proceriores & robuſtiores, vtpote vaſtis corporibus, & immenſis viribus præditos: quos, quod violenti & tyranni fuerint, quippe ſuis viribus, opibus, & potentia aduerſus imbecilliores abuſi, infamat ac traducit paſſim ſacra Scriptura: & *Geneſ. 6.* inter cauſſas diluuii hæc quoque vna numeratur: quod *fuerint ſuper terram Gigantes*, hoc eſt, tyranni.

VIII. CYCLOPES.

XXXVIII. Sed & ex profanis hiſtoriis idem confirmatur abunde: olim fuiſſe homines immenſæ & prodigioſæ ſtaturæ. Nam & Homerus habet *Cyclopes* homines monſtroſos, cum inquit *Odyſſ. 7.*

ὥσπερ κύκλωπές τε καὶ ἄγρια φῦλα γιγάντων,

hoc eſt: *Quemadmodum Cyclopes & feræ gentes gigantum.* Fingit enim poeta Cyclopes homines *monoculos* (quales Arimaſpos eſſe autor eſt Herodotus) in montibus Siciliæ habitantes, monſtroſæ proceritatis, viriumque longe maiorum, quam quibus alii homines præditi ſunt: ad quos Vlyſſes appulit, & Polyphemum Cyclopem ſua verſutia excæcauit: qua de re longa narratio extat apud eundem poetam *lib. 9. Odyſſ.* Vnde & Virgilius quædam in ſuam Æneida tranſtulit, vt eſt *Æneid. lib. 3.*

XXXIX. Poetæ fabulantur Gigantes fuiſſe verius monſtra quam homines, Terra matre natos, inuſitatæ proceritatis, & ideo robuſtiſſimos: qui Ioui ipſi bellum inferre ſunt auſi: vnde natum eſt nomen γιγαντομαχία apud Platonem *lib. 2. De Rep.* Cicero de *Senectute ſic interpretatur*, cum inquit: *Quid enim eſt aliud Gigantum more bellare cum diis, niſi naturæ repugnare?* Diodorus Siculus *lib. 5.* teſtatur Gigantes dici terra genitos propter ingentem corporum molem.

IX. DE ALIIS HOMINIBVS INVSITATÆ STATVRÆ.

XL. Apud Diodorum Siculum eſt *lib. 1.* Ægyptios ſcribere, Iſidis ætate fuiſſe vaſto corpore homines, quos Græci dixere Gigantes, Sacerdotes Ægyptii monſtra quædam, ab Oſiride poſtmodum deuictos. Hos vero nomen ſortitos caſu, cum multa præclara edidiſſent opera.

XLI. *Orestis* corpus, oraculi iussu refossum, *septem cubitorum* fuisse, monumentis traditur, vt est apud Plinium *lib.7. cap.16.* Oraculum, cuius hic mentio fit, extat apud Herodotum *historia prima*, repetit *lib.3. cap.10.* Gellius. Septem cubita Græca faciunt pedes Græcos decem cum pedis semisse : qui efficiunt vlnas Francofordianas quatuor cum tribus vlnæ quadrantibus & duabus pedis vnciis. Hic Orestes filius fuit Agamemnonis illius, qui exercitus Græcani ad Troiam summus Imperator erat. Porro Gellius *libro 3. cap.10.* septem cubita facere scribit pedes xis. cum quadrante, vt intelligantur cubiti Regii, qui sunt tribus digitis longiores, hoc est digitorum 27. apud Herodotum *hist.1.* Sed Agricolæ displicet.

XLII. Eleazarus quidam Iudæus, septem cubitorum, qui propter magnitudinem Gigas appellabatur, dono missus est Tiberio Cæsari ab Artabano, Parthorum rege, vt refert Flauius Iosephus *lib.18. cap.7.* ἀρχαιολογ.

XLIII. *Syrbotas* gentem Æthiopum Nomadum octona cubita longitudine excedere, autor est Plinius *lib. 6. cap.30. & lib.7. cap.2.* Octo cubita faciunt pedes Græcos duodecim, quinque vlnas Francofordianas cum semisse.

XLIV. Apud Plinium quoque est, *lib.7. cap.16. Procerissimum, inquit, hominem ætas nostra diuo Claudio Principe Gabbarum nomine, ex Arabia aduectum IX. pedum & totidem vnciarum vidit. Fuere sub diuo Augusto semipede addito : quorum corpora eius miraculi gratia, in conditorio Sallustianorum asseruabantur hortorum : Pusioni & Secundillæ erant nomina.* hæc ille. Nouem pedes Rom. cum totidem vnciis, faciunt vlnas Francofordianas quatuor cum eius quadrante, pedisque vncia.

XLV. Porro vastiora & proceriora corpora hominum fuisse antiquorum, & nunc quasi iam mundo senescente rerum atque hominum decrementa esse, & Plinius *lib. 7. cap.16. & Gellius lib.3. cap.10.* ex Homero teste refert. Exempla extant apud Homerum passim, vt *Iliad. 6. 7. & 20.* Idem & Virgilius indicat, cum canit de Turno loquens *Æneid. lib.12.*

Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens :
Saxum antiquum, ingens : campo qui forte iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.

Vix

Vix illud lecti bis sex ceruice subirent :
Quales nunc hominum producit corpora tellus.

Sanctus Augustinus *lib.15. cap.9. de Ciuitat. Dei*, hac de re ex professo loquens, refert, a se & ab aliis quibusdam in Vticensi littore visum esse molarem hominis dentem tam ingentem, vt si in nostrorum dentium modulos minutatim concideretur, centum nobis videri facere potuisse. Sed illum Gigantis alicuius fuisse crediderint.

Vincentius *lib. 26. historialis narrat*, quod tempore Henrici II. Imp. corpus Pallantis illius Euandri filii, quem Turnus apud Virgil. *lib.10. Æneid.* interfecit, integrum inuentum sit Romæ circa annum Domini M. LIIII. Hiatus autem vulneris, quod in medio pectore Turnus fecerat, quatuor pedibus cum dimidio mensuratus est. Corpus vero muro applicatum sua magnitudine mœnia vicit : Ad eius caput lucerna accensa reperta est, quæ non potuit extingui, donec quidam stylo sub flamma fecit foramen, & sic aere subintrante euanuit.

X. DE HOMINIBVS NANIS.

XLVI. Hæc sunt exempla proceritatis monstrosæ, quæ quis, quod inusitata in excessu sunt, merito admiretur. Sunt autem exempla quoque *statura* hominum *nimis exiguæ ac pusillæ* in defectu, quæ a communi hominum statura multum deficit. Cuiusmodi dicuntur *nani & pumiliones*, vt Gellius meminit *lib.16. cap.7.* Idem *lib. 19. c. 13.* scribit : *quippe homines statura nimis parua, νάνους vt Græci vocant, homines breui atque humili corpore, paulum supra terram extantes.*

XLVII. Apud Plinium est *lib.7. cap.16.* cum inquit : *Eodem præside* (de diuo Augusto loquitur) *minimus homo duos pedes & palmum Conopas nomine, in delitiis Iuliæ neptis eius fuit : Et mulier Andromeda, liberta Iuliæ Augustæ. Marcum Maximum, & M.Tullium, equites Romanos, binum cubitorum fuisse, autor est M.Varro, & ipsi vidimus in loculis asseruatos, hæc Plinius.* Duo pedes Romani cum palmo faciunt vlnam Francofordianam pleniorem, duo cubita Rom. faciunt vlnam cum quadrante & duabus vnciis pedis Rom.

XLVIII. Idem Plinius autor est *libro 7. c.2.* Pygmæos esse *Spithamaos, ternas spithamas* longitudine, hoc est, ternos dodrantes non

exce-

excedentes, salubri cœlo, semperque vernante, &c. Strabo *lib.2.* Pygmæos inde vocat τρισπιθάμους. Tres Spithamæ seu tres dodrantes Græci faciunt vlnam Francofordianam & vnciam pedis. Gellius *lib.9. cap.4.* refert esse longos duos pedes cum quadrante. Sed de his iam satis dictum sit. Redeo itaque ad institutum.

De statura Goliath.

CAP. IV.

XLIX. QVOD hic dicitur, Goliath fuisse *sex cubitorum cum cubiti semisse*, vel cum pedis dodrante, intelligendi sunt *cubiti Hebraici*: qui, si non maiores cubitis Græcis fuerunt, non certe minores, sed pares eos fuisse, docti viri arbitrantur. Hi sex cubiti cum dodrante pedis Græci, faciunt pedes nouem cum dodrante, vlnas hic Francofordiæ ad Oderam vsitatas quatuor cum semisse, Lipsicas vero vlnas faciunt quinque cum triente: quæ statura, si ad nostri seculi homines eam referas, non solum est inusitata, sed etiam monstrosa.

L. Quod hic dodrantem reddo, in Hebræo est *Zereth*: quam vocem LXX. recte reddunt σπιθαμὴν: & vtraque vox recte redditur Latine *dodrans*: estque intelligendus *dodrans pedis, non cubiti*: qui continet tres palmos, hoc est, tres pedis quadrantes, vncias nouem, digitos duodecim Græcos. Cubiti autem dodrans integrum pedem Græcum & duos digitos continet, hoc est octodecim digitos Græcos.

LI. Vetus interpres *Zereth* vocem Hebræam, vel σπιθαμὴν Græcam, perperam transfert *palmum*, non hic tantum, sed passim in veteri testamento, *vt Exod.28. Esa.40 Ezechielis 43. &c.* Eodem modo & D. Hieronymus *lib.12. Comment. in Ezechielem* Zereth palmum latinè vertit: quos sequuntur Pagninus, Munsterus, & Iohan. Forsterus.

LII. Non temere quidem a tot tantisque viris dissentiendum esset: quod id arrogantis temeritatis sit. Cum vero hic error literis noceat, & alios in similem errorem abducat: veritatem laborantem potius defendendam esse, omnes sanæ mentis homines æquissimum esse arbitrantur: præsertim cum hic sacrarum literarum autoritati nihil prorsus decedat, sed de interpretibus tantum censura

fiat

fiat,absque vllo piaculo, quod & illi homines fuerunt,in illis non prorsus ἀναμάρτητοι, quæ sunt literarum humaniorum: quas non omnes ex æquo expendunt: nec vt par erat,his satis exculti sunt.

LIII. Frustra autem nonnulli, vt huic errori remedium inueniant,erroremque,studiis noxium,stabiliant, *duplicem palmum fingunt,maiorem & minorem.* Ac *minor* quidem illis est quatuor digitorum,trium vnciarum,pedis quadrans: qui & vnicus,& solus, & verus quoque est palmus: præter quem autores veteres probati alterum palmum nesciunt. Hic Græcis dicitur ἡ παλαιστὴ, & ἡ παλαιστὶς & ὁ παλαιστής, δοχμὴ, δακτυλοδόχμη, & δῶρον. His enim quatuor appellationibus hunc verum palmum Græci appellant, dignanturque.

LIV. *Maior* vero palmus eisdem est,quo Græcam vocem σπιθαμὴν aliqui reddunt: quod & Plinius σπιθαμὴν aliquando palmum reddat: vt quod est apud Dioscoridem *lib. 3. De Ambrosia*: θαμνίσκος ἐστὶ τρισπίθαμος τὸ ὕψος, Plin. *24. c. 4.* vocat, fruticem altitudine trium palmorum.

LV. Idem tamen *lib.7. cap.2.* de Pygmæis loquens, tres Spithamas recte interpretatur tres dodrantes,cum inquit: *super hos extrema in parte montium Spithamei Pygmæi narrantur, ternas Spithamas, hoc est,ternos dodrantes non excedentes*, hæc Plinius. Et Strabo *lib.2.* Pygmæos inde τρισπιθάμους appellat. Quare qui recte transferunt, σπιθαμὴν nunquam palmum, sed potius & rectius dodrantem reddunt.

LVI. Sed vt omnes intelligant,quantum hæc monstrosa istius Gigantis statura communem hominum staturam excedat, quædam hic obiter explicanda sunt. Nam vulgaris hominum proceritas hodie quatuor cubitos, h e.sex pedes Græcos aliquando nondum attingit, aliquando attingit, sed raro superat: quæ mensura Græcis est ὀργυιά.

LVII. Hanc ὀργυιὰν noster Saluator Christus IESVS, nondum attigit. Nam, si Nicephori testimonio *lib. 1. cap. vlt.* standum est, is fuit ἑπτὰ σπιθαμῶν, hoc est, *septem dodrantum*: qui faciunt *tres cubitos Græcos cum semisse* eiusdem cubiti Iohannes Langus, Nicephori interpres, perperam vertit *septem palmorum*: *pro septem do-*

drantum. Fuit ergo hic IESVS Christus statura mediocri, longus *duas vlnas Francofordianas cum quadrante, & cum quatuor pedis vnciis*: quæ faciunt pedis trientem.

LVIII. Hodie raro inuenias, qui sex pedes Græcos, h. e. orgyiam superant sua statura: Sex pedes faciunt duas vlnas Francofordianas cum trib. vlnæ quadrantibus.

LIX. Illustrissimus Princeps Elector Brandeburgicus, Sacri Rom. Imperii Archicamerarius, Ioachimus II. Rusticum quendam Michaelem N. nominè, propter inusitatam corporis staturam, vt nunc sunt homines, ex agro Witstochiano, nomen pago est *Zat*[illegible], Coloniam ad Sueuum in aulam accersiuit: quem κατ' ἀντίφρασιν appellant *pusillum Michaelem*, den kleinen Michael: huius statura est quinque cubitorum Græcorum: qui faciunt vlnas Francofordianas tres cum vlnæ semisse. Goliath gigas hunc Michaelem statura excedit sesquicubito, hoc est, integra vlna Francofordiana.

LX. Quinque cubitorum ossa viri inuenta esse in exercitu Persarum, a Græcis cæsorum, est apud Herod. *hist. 9.* quod admirationis gratia ibidem narratur.

LXI. Nicephorus *lib. 12. cap. 37.* duo in humana natura monstra refert fuisse: *vnum* Antonium nomine in Syria cubitorum quinque cum dodrante pedis. *Alterum* Ægyptium ita breuem, vt perdici persimilis esset: is prudentia præditus fuit, vox a Musis non abhorrens: sermo generositatem præ se ferebat. Cubita quinque cum dodrante faciunt vlnas Francofordianas tres cum tribus vlnæ quadrantibus & digito.

LXII. Hac sane ratione Goliath sua portentosa longitudine, vsitatam & communem staturam sex pedum Græcorum superaret cubitis duobus cum cubiti semisse, hoc est, tribus pedibus & trium palmis Græcis, qui faciunt integram vlnam Francofordianam, cum tribus fere vlnæ quadrantibus. Deest enim fere tantum vna pedis tertia. Hæc staturæ enormitas merito esset admirationi, si quis eum iusta membrorum totiusque corporis symmetria in pariete depictum videat, & cum nostrate conferat.

De

De Goliath armatura.

CAP. V.

LXIV. IAM vero πανοπλὶα, hoc eſt, *vniuerſa armatura* diligentius explicanda eſt: vnde eiusdem Cyclopis robur & vires facile æſtimabuntur. *Arma* hic enumerantur *duplicia*: φυλακτήρια & ἀμυντήρια. Sic & Cicero *pro Cæcinna* dicit, arma eſſe ſuis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum.

LXV. Ac φυλακτήρια quidem arma ſunt, quibus totum corpus a capite vſque ad pedes, ſeu a vertice vſque ad calcem armatur, tegitur, & munitur: & quibus hoſtium tela, ictus, inſultus, & impetus excipiuntur & ſuſtinentur. Hæc arma hic quadruplicia enumerantur: vt *galea*, *thorax* ſeu *lorica*, *ocreæ*, & *clypeus*.

LXVI. Primum hic eſt *galea* ſeu *caſſis ærea*, qua caput munitur ac velut cingitur: vnde a LXX. recte redditur περικεφαλαία.

LXVII. Deinde eſt *Scireon*, a Septuaginta redditur θώραξ *æreus*, hoc eſt, *thorax*: Vetus *loricam* interpretatur: quæ lorica qualis fuit, additur: nimirum *hamata*, ſeu potius *ſquammata*, hoc eſt, ferreis hamis, ſeu lamellis ſquammatim conſerta: hac munitur medium corpus: vt ſunt pectus, venter.

LXVIII. Tertio ſunt *ocreæ æreæ*: quæ ſunt apud Septuaginta κνημῖδες, quæ tegunt & muniunt crura a natibus vſque ad calces. Hiſce armis totum corpus ſatis ſuperque ex omni parte opertum & munitum eſt: vt ad omnem iniuriam excipiendam ac ſuſtinendam aptum ſit.

LXIX. Sed additur quarto & vltimo his *clypeus ſeu ſcutum*: quod manu huc & illuc transferri, telis & ictibus obiici poteſt: vt corpus aduerſus quemuis impetum protegat, tela & ictus excipiat, &c.

LXX. Ἀμυντήρια vero arma hic ſunt, quibus vis & iniuria illata repellitur, propulſatur, ac vindicatur: quibus hoſtes rurſus cæduntur, vulnerantur, & interficiuntur. Hæc ſunt hic *duplicia*, ſcilicet *haſta præpilata & gladius*: illa eminus, hoc cominus pugnatur.

LXXI. Haſta enim eminus pugnatur: hac hoſtes procul repelluntur & arcentur, ne propius ad nos accedant, hac cæduntur, vulnerantur, traiiciuntur. Huius duas partes facit: quarum vna eſt *haſtile*, κόντος, vt Septuaginta vocant: altera eſt *cuſpis ferrea*.

LXXII. Hastilis crassitudinem saltem, non etiam longitudinem, ex collatione ostendit, & æstimandam relinquit: nimirum quod fuerit instar *iugi liciatorii*: quod a Septuaginta redditur μεσάντιον, & est lignum illud, cui textores pannificii lanei & linei licia, hoc est fila, nimirum stamina inuoluunt: cuius crassitudo minimum fere esse solet, vt illud cingat filum, quod pedem longum sit.

LXXIII. Quam longa vero hæc hasta fuerit, non additur. sed coniectura colligendum est ex corporis statura ingenti, eiusque robore, viribusque maximis.

LXXIV. *Hastæ bellicæ* longæ esse solent: vnde apud Homerum est ἔγχος μακρὸν, hoc est, hasta longa, ἔγχος δολιχόσκιον, πελώριον, hoc est, hasta longam iaciens vmbram, prodigiosa, hoc est longitudine admiranda.

LXXV. Hectoris ἔγχος apud Homerum Iliad. σ est, ἑνδεκάπηχυ, hoc est, *vndecim cubitorum*: qui faciunt pedes Græcos sedecim cum semisse pedis: cuius longitudine hodie fere esse solent hastæ militares, quibus milites pedites vti solent in bello.

LXXVI. Hæc hastarum longitudo habet proportionem duplam cum sesquialtera & paulo amplius ad hominis staturam. Nam vt statura hominis fere sex pedum Græcorum dat exigitque hastam longam pedes sedecim cum semisse, vt de Hectoris hasta constat: ita statura Goliath fere decem pedum Græcorum, exigit hastam propemodum viginti sex pedum cum semisse seu besse iusta proportione. Hæc de hastili tantum dicta sint: de cuspide mox dicetur.

LXXVII. Deinde est *gladius*: quo pugnatur cominus: quo ictus excipiuntur, & infliguntur: quo hostes & punctim, & cæsim feriuntur.

LXXVIII. Hæc est vniuersa huius gigantis armatura: qua munitus, armatus, & ad stuporem vsque instructus, in prælium ibat. Sed vt corporis robur, & ingentes vires pro ratione huius armaturæ melius æstimentur, armorum pondus diligentius examinandum est.

LXXIX. Thoracis quidem seu *loricæ squammatæ*, & cuspidis ferri pondus hic additum est: reliquorum vero pondus coniectura colligendum est. Thoracis enim pondus est quinque millium siclorum æris, intelligo siclum tetradrachmum, qui semunciam pendit Germanis dicitur ein Loth / quorum 32. faciunt libram Zygostaticam sedecim vnciarum.

LXXX.

LXXX. Non autem verisimile est, æris & ferri, vilioris metalli siclum minorem fuisse siclo argenti tetradrachmo, quod est metallum preciosius. Etsi nonnulli hoc pondus vilioris metalli asserunt grauius fuisse pondere metalli carioris, vt mox dicetur. Faciunt itaque quinque millia siclorum tetradrachmorum libras Zygostaticas 156. cum quadrante: si eadem per 32 diuiseris.

LXXXI. Pondus cuspidis ferreæ hastæ fuit 600 siclorum: qui faciunt libras Zygostaticas 18. cum dodrante, hoc est, cum tribus quadrantibus.

LXXXII. Hastile quoque tam crassum, vt dictum est, & ex probabili coniectura tam longum, quippe pedum 26. cum besse, pondus habuit 600 siclorum minimum: vt tota hasta fuerit siclorum mille ducentorum. Facit ergo hac coniectura pondus hastæ præpilatæ libras Zygosta ticas triginta septem cum semisse.

LXXXIII. Ponderis galeæ hic nulla mentio fit: vnde itidem coniectura colligendum erit. Aiunt autem artifices ὁπλοποιοὶ, h. e *armorum fabri*, grauissimum galeæ pondus hodie esse fere decem librarum Zygostaticarum: quæ faciunt siclos tetradrachmos 320. Quod si itaque pondus galeæ huius gigantis statuis esse ἡμιόλιον tantum, hoc est, vt proportio sit sesquialtera: erunt sicli tetradrachmi 480. qui faciunt libras Zygostaticas 15.

LXXXIV. Ocreæ æreæ, quibus ambo crura a natibus vsque ad calces munita fuerunt, si duplicatum tantum galeæ pondus habuerunt, fuerunt siclorum 960. qui faciunt libras Zygostaticas triginta.

LXXXV. Clypeus seu scutum quam graue fuit, non dicitur: sed eodem modo coniectura colligendum est. Aiacis Telamonii σάκος ἑπταβόειον est apud Homerum Iliad. λ. seu ἑπτάβοιον apud Sophoclem, hoc est, scutum *septemplex*: quod *ex septem coriis bubalis contextum esset*. Quod si hoc tantum triginta librarum Zygostaticarum fuit: hæ faciunt siclos sacros tetradrachmos 960. Qua ratione huius Gigantis clypeus non certe minoris ponderis fuisse censendum est, quippe librarum 30.

LXXXVI. Restat gladius, qui, si tantum fuerit siclorum 130. fuit librarum Zygostaticarum quatuor cum vncia.

LXXXVII. Fuit ergo summa totius armaturæ Goliath. & omni-

omnium armorum pondus ſiclorum 8730. hoc eſt librarum Zygoſtaticarum 272. cum tredecim vnciis. Tanto onere hoc monſtrum onuſtum in prælium progrediebatur. Mirum profectò eſt, quod tot tantiſque armis grauatus hic miles ſe mouere, & expedire potuerit.

LXXXVIII. Porro ſi ſiclus æris & ferri grauior fuit ſiclo argenti tetradrachmo, quippe vncialis, vt quidam arbitrantur, pondus armorum Goliath fuiſſe duplo maius: nimirum ſiclorum ſacrorum tetradrachmorum 17460, librarum Zygoſtaticarum 545. cum decem vnciis.

LXXXIX. Nam & vetus Bibliorum interpres 300. ſiclos, vt veritas hebraica habet, interpretatur trecentas vncias.

XC. Alcimus quidam Epirota, vt eſt apud Plutarch. *in vita Demetrii*, vſus eſt armatura minarum Attic. 120. cum cæteri milites vterentur armis, quæ tantum eſſent minarum 60.

XCI. Illa quidem armatura Alcimi fuit duorum talentorum Atticorum: hæc vero reliquorum militum vnius talenti tantum.

XCII. Talentum Atticum habeat minas Atticas, centum drachmarum ſexaginta: quod talentum minus dicebatur. Erat enim & maius talentum minarum 80.

XCIII. Duo talenta Attica minora faciunt ſiclos ſacros tetradrachmos ter mille: libras Zygoſtaticas 93. cum dodrante: quod fuit pondus armorum Alcimi, Reliquorum vero militum pondus fuit vnius talenti Attici minoris, librarum Zygoſtaticarum quadraginta ſex cum 12 vnciis.

XCIV. Budæus *lib. 4. de Aſſe* ſcribit, iuſtum baiuli onus eſſe librarum Zygoſtaticarum 160. hoc onus longe ſuperat pondus armorum Goliath, vt a duplicato baiuli onere non multum abfuerit: vnde, quantæ eius vires fuerint, facile æſtimari poteſt: quod tot tantiſque armis vt miles vti potuerit: cum tantum onus impedimento potius eſſet. Hæc de ſtatura & armatura Goliath repetere & copioſius explicare volui.

XCV. Quod apus Plinium eſt *lib. 7. cap. 20.* merito admirantur omnes, cum inquit: *Fuſius Salutus duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duo humeris contra ſcalas ferebat.* Nos quoque vidimus Athanatum nomine prodigioſæ oſtentationis quingenario thorace plumbeo indutum, cothurniſque quingentorum pondo calceatum in ſcenam ingredi,

XCVI.

XCVI. Ducenta pondera Ro. ter faciunt sexcenta pondera Ro. duodecim vnciarum: & faciunt vnciarum septem millia & ducentas: ex quibus colliguntur libræ Zygostaticæ sedecim librarum, quæ hodie in vsu sunt, quadringentæ & quinquaginta. Hoc onere onustus Fusius Salutius scalas scandebat. Bis quingenta vero Athanati pondo sunt mille libræ Ro. duodecim vnciarum, & faciunt 12000. vnciarum, vnde colliguntur libræ Zygostaticæ septingentæ & quinquaginta.

De moribus Goliath.

CAPVT VI.

XCVII. Huius Gigantis *ingenium*, & *mores*, quæ sunt adiacentia, vnde actiones proficiscuntur, hic quoque enumerantur. Hæc enim bellua, quod armis ad bellum optime instructus esset, & viribus polleret, a conuiciis non abstinebat: sed in maledicta prorumpebat: erat minax, maledicus, arrogans, blasphemus: vt portentosæ corporis staturæ oratio quoque monstrosa conueniat, respondeatque.

XCVIII. Bis quotidie, mane & vesperi, per dies quadraginta continuos e suorum Philistinorum castris in medium inter duas acies progressus, exercitui populi Israelitici insultabat, & horrendo clamore, magnaque pertinacia vnum quemlibet ex castris populi Israelitici ad monomachiam prouocabat, vt duello quisqiam secum decertaret.

XCIX. In hac prouocatione non sibi a conuiciis temperabat: quin potius totum populum & exercitum Israelis, veram Dei Ecclesiam, ex magno contemptu infandis contumeliis superbe lacerare, & Deum verum ipsum impie blasphemare nunquam desistit.

C. Iactabat quoque se Philistæum, velut e libera ac bellicosa gente ortum esse: Israelitas vero contra velut seruos vituperabat: quod, cum liberi essent, colla iugo Regio submisissent.

De monomachiæ legibus.

CAPVT VII.

CI. Vt autem Goliath facilius persuaderet: &, vt, qua conditione hoc duellum, quoue iure esset, intelligatur, *conditiones proponit:* nimi-

nimirum vt hoc bellum minori cum damno, & maiori cum fructu finiatur, vnius tantum militis damno, & vt victoria minus cruenta reportetur, si summa rerum hoc duello dirimatur.

CII. His sane conditionibus in singulari certamine decertatur: primum, vt de rerum summa prælio dimicetur: de summa imperii contendatur, pars vtraque extremam belli fortunam in vno experiatur, & summa salus in periculum veniat: vtri alteris seruiant: vt exercitus eius, qui victus fuerit, in victoris potestatem & seruitutem veniat: quod apud Polybium est περὶ τῶν ὅλων κρίνεσθαι.

CIII. Hac sane conditione μονομαχία apud Homerum *Iliad.* 3. instituitur ac sancitur inter Parin & Menelaum: vt tali duello totum illud bellum decennale tandem dirimeretur. Sic enim inter duces conuenerat.

CIV. Hanc rationem gigas iste minime iniisset, multo minus proposuisset ipse, nisi viribus armisque fretus, inani persuasione victoriam somniasset, certoque sibi promisisset: quod neminem in tanto exercitu hostium similibus armis instructum, paribusue viribus præditum intellexisset. Neminem enim in hoc duellum temere proditurum sperabat.

CV. Quotidiana sane experientia per multos dies hactenus didicerat hic Gigas: quod omnes Israelitæ ad ipsius conspectum exterriti, de fuga potius, quam de pugna cogitarent: quod hoc monstrum & enormi staturæ proceritate præditus esset, & inusitatis armis instructus. Vnde quotidie animosior factus, maiores indies spiritus concipiebat: ignominiosas voces perpetuo crepabat, maximis, indignisque probris quemlibet lacerabat, lacessebatque.

CVI. Est enim hæc humanæ rationis carnisque sapientia, & virium humanarum præsumptio & confidentia: vt quis se quiduis, vel Deo ipso inuito, efficere posse confidat. Quemadmodum Aiax Telamonius patri Telamoni, ad modestiam hortanti, vt strenue quidem dimicaret, victoriam vero a Deo peteret, respondit arroganter superbeque: *Maior sum, quam cui possit Fortuna nocere: timidis & ignauis opus est auxilio Dei. Ego vero vel sine Deo adiutore vincere possum*: & ideo furore punitus est. Sic Aiax alter Oileus inuito numine per mare redire voluit, vt est apud Homerum Odyss. 4.

Φῆ ῥ'

φῆ δ' ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης.

Sed mox pœnas dedit submersus.

CVII. Et Apries, Ægypti Rex, vane cogitauit, iactauitque: *Ne Deum quidem Regnum ipsi eripere posse.* Qui tamen mox non solum regno turpiter exutus est, sed etiam ab Amase suo duce, suis ciuibus misere strangulandus traditus est, vt est apud Herodotum *historia secunda.*

De Dauidis Prosopographia.

CAPVT VIII.

CVIII. Iste Goliath hæc sua conuitia & probra tamdiu continuabat quotidie bis, donec Dauid forte in castra venit: qui hoc monstrum sua manu mox confecit. Vt autem intelligatur, quis Dauid sit, & qua occasione ad exercitium venerit, & quibus de causis in hanc pugnam descenderit, eius Prosopographia subiungenda est, non quidem plena, sed quantum ad præsentem pugnam & victoriam satis est.

CIX. Hic itaque *Dauid* nomine, Isai patre natus est, inter octo fratres natu minimus: ætate adolescens, seu, vt Scriptura vocat, puer: patria Bethlemites, e tribu Iuda, ex oppido Bethlehem: in quo natus est IESVS Christus ex virgine Maria, anno Imperii Augusti Cæsaris quadragesimo secundo (Est enim & altera Bethlehem in tribu Zabulon) arte Musicus erat citharœdus tanta peritia & excellentia, vt ex omnibus vnus electus sit, qui Saulem in grauissimo morbo recrearet, doloremque leniret melodia suauissima: mox Saulis armiger constitutus est. Rege vero pristinæ valetudini nonnihil restituto, ab hoc officio remotus, ad patrem Isai ex aula in patriam Bethlehem remittitur: vbi a patre pascendis ouibus rursus præficitur. Hanc autem fortunæ varietatem æquo animo tulit. Deo patienter obediens. Vbi paulo post præ omnibus suis fratribus in regem amplissimi regni populique Israelitici a Samuele propheta inungitur. Saule propter inobedientiam reprobato. Statura corporis erat mediocri: quemadmodum & alter Dauid IESVS Christus, vt dictum est ante, corpore fuit formoso: quippe ruffus seu potius rubicun-

 dus

dus & pulcher aſpectu, decoraque facie. Valet & hic, quod Virgilius de Euryalo dicit: *Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.* Eſt enim corporis pulchritudo æque atque robur, donum diuinum. Recte & Paris apud Homerum ait *Iliad.* γ.

Οὔ τι ἀπόβλητ᾽ ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.
Ὅσσα κὲν αὐτοὶ δῶσιν, ἑκὼν δ᾽ ὐκ ἄν τις ἕλοιτο.

hoc eſt: *Non abiicienda ſunt Deorum præclara dona. Quæcunque ipſi dederint: ſponte vero nemo acceperit.* Corpore, viribus, & celeritate pedum antecellebat: vt qui leonem & vrſum, ouium gregem inuadentes, aggredi, inſectari, celeritate conſequi, prædam eripere, & apprehenſos interficere auſus ſit: rei militaris peritiſſimus, ſic enim prædicatur: quod fuerit fortiſſimus, & vir bellicoſiſſimus, *1 Reg. 16.*

CX. Elucebant in hoc adoleſcente præterea virtutes plurimæ: quæ pium hominem maxime decent, eximieque ornant: vt ſunt vera Dei cognitio, timor vere filialis, amor ſincerus, firma cordis erga Deum fiducia in omnibus periculis, ardens oratio & inuocatio, cum ſpe certiſſima exauditionis & liberationis, de acceptis beneficiis iuſta gratiarum actio, aſſidua verbi diuini meditatio: puræ doctrinæ & ſinceræ religionis acre ſtudium, cura, & vel cum vitæ diſcrimine, defenſio: quemadmodum hoc præclarum victi Goliath facinus ſatis abunde declarat. Amor, honor, obedientia, & reuerentia erga Iſai, patrem ſenem: στοργαὶ φυσικαὶ, hoc eſt, affectus naturales admirandi erga fratres: ad quos cum viatico & commeatu in caſtra ad exercitum a patre mittitur, & hac occaſione ad hoc duellum cum Goliath attrahitur. Sed quis omnes eius virtutes enumeret? neque enim hoc iam noſtri inſtituti eſt.

CXI. Videri poteſt ac ſi Dauid forte fortuna ad hanc cum Goliath monomachiam venerit: verum ſi quis rem diligentius expenderit, facile perſpiciet eum diuinitus ad tam præclaram victoriam vocatum ac incitatum fuiſſe, vt tantam Gigantis inſolentiam retunderet, probra, contumelias indignas coerceret ac vlciſceretur: ne impius iſte Cyclops impune haberet, & tantas iniurias, quibus populum Dei affecit, & tantas blaſphemias, quas monſtrum iſtud in Deum quoque ipſum euomere auſus eſt.

Quæ

Quæ ſane omnia ingentem dolorem Dauidi attulerunt: adeò, ut iuſta ira inflammatus, tantam impietatem vlciſci ſtatuerit.

CXII. Quare cum paulo ante in Regem inunctus eſſet, Deus hunc hac occaſione in regno & populo Iſraelitico paulatim innoteſcere & inclareſcere, & ſic velut e tenebris ad lucem venire voluit.

CXIII. Et cum fides in rebus bellicis præcipue luceat, Dauidi ſuæ fidei exercendæ hæc occaſio diuinitus oblata eſt. Cum enim blaſphemi Gigantis contumelias & probra, quibus & Eccleſiam Dei, & Deum ipſum impie lacerabat, ipſe coram audiret, pio zelo, iuſtiſſimoque dolore & diuino inſtinctu inflammatus, hanc contumeliam vlciſci, & probra a ſuo populo auferre: verum Dei cultum aſſerere ac defendere, in animum ſuum induxit.

CXIV. Non itaque diu diſtulit: ſed mox hanc præclaram ſuam voluntatem decertandi cum tali monſtro palam præ ſe tulit ac declarauit. *Quis enim eſt*, inquit, *iſte Philiſtinus incircumciſus? quod acies Dei viuentis probris afficiat*: quæ vox illius fidei pleniſſima fuit, quaſi dicat: Homo viliſſimus, a Deo abiectus, impius Ethnicus: qui Deum quoque grauiſſime offendit; & qui populo Dei tam inſolenter inſultat.

De præmiis Monomachiæ propoſitis.

CAPVT IX.

CXV. Porro ſolent quidem Principes ampliſſima in magnis periculis proponere munera & certaminis præmia; quibus generoſos animos ad exercendam virtutem, & ad res arduas ſuſcipiendas & gerendas inuitare & extimulare poſſint. Caleb, cum Hebron obſideret, filiam ſuam Axam vxorem, tanquam certaminibus brabeum, ſe daturum promiſit ei, qui vrbem Cariathſepher percuſſiſſet, ac cepiſſet. Quod cum Othoniel auſus eſſet, Axam vxorem accepit, *Ioſ. 15. Iudic. 1.* Dauid Rex ſe daturum promittit vniuerſi populi στρατηγίαν ei, qui primus arcem Ieroſolymorum conſcendiſſet: hanc dignitatem Ioab ſua virtute conſecutus eſt, Ioſephus *lib. 7.* ἀρχαιολ.

CXVI. Centum talenta promissa sunt ab Atheniensibus ei, qui Xerxem, regem illum Persarum potentiss. vel viuum vel mortuum Athenas attulisset, vt est apud Suidam: quæ pecunia facit coronatorum quidem 60000, argenteorum vero vnc. 75000.

CXVII. Alexander M. octoginta talenta donat duci in Aornon Petram, apud Curtium *lib. 8.* quæ faciunt coronatorum 48000. argent. vncial. 60000.

CXVIII. Talentis mille Darius licitatus est percussorem in Alexandrum M. vt est apud Q. Curtium *lib. 4.* Facit coronat 600000. argent. vncial. 750000.

CXIX. Agamemnon, summus Imp. exercitus Græcanici ad Troiam, ad munus explorandi castra hostium Troianorum sollicitat hisce præmiis: primum a futura gloria: deinde quod singuli principes in exercitu daturi essent οἶν θῆλυν ὑπόρρηνον, h. e. ouem fœminam fœtam: postremo ab honore illi habendo in conuiuiis celebriorique epulo.

CXX. Et Magni viri generos sibi antiquitus quærebant virtute potius præditos, quam diuitiis opibusque pollentes. Malebant enim viros absque pecunia, quam pecuniam absque viro.

CXXI. Sic Dauid & hic sciscitatur, potissimum caussa declarandi suam voluntatem, quid ei fiat, quæ præmia expectet is, qui istum Philistinum percusserit: & tanta probra a populo Dei abstulerit. Ad quæ passim respondetur: amplissima præmia proposita esse a Saule rege, quæ illum mansura sunt, quisquis tandem cum hoc monstro congredi, & probra a populo Dei auferre ausus fuerit.

CXXII. Primum rex se ditaturum promittit illum multis magnisque diuitiis: deinde daturum quoque illi vxorem filiam suam, vt regis sit gener: postremo omnem patris eius domum ab omni tributo & munere ac onere perpetuo facturum immunem.

CXXIII. Hæc sunt profecto munera splendidissima, a Saule rege proposita, quibus ad tantum certamen aliquem antagonistam ex toto exercitu solicitare voluit. Nemo autem præter Dauidem inuentus est; qui se tanto periculo committere ausus fuit.

CXXIV.

CXXIV. Verum tamen non tam hisce præmiis præclaris Dauid se moueri & adduci significat, quam pio zelo iustæ vindictæ ad tantum facinus incitari demonstrat: quippe vt suum populum a tantis probris asserat: pro vero Dei cultu dimicet: contumeliosum & blasphemum gigantem tandem compescat & vlciscatur: meritoque supplicio afficiat.

CXXV. Non tamen vult Dauid nisi Saulis regis permissu in hoc prælium cum Goliath descendere: vt suo exemplo moneat omnes: disciplinam militarem non esse laxandam: non enim nisi legitime astricto per iuramentum & sacramentum militare pugnare licet.

CXXVI. In hoc honestissimo proposito ingenuus adolescens ab omnibus, præsertim a suis, confirmandus erat: Tantum vero abest, vt a quoquam eidem animus addatur, vt etiam a fratribus, fortassis ex inuidia, obiurgetur, & velut temerarius arguatur ac deterreatur.

CXXVII. Mox ad Saulem Regem adductus, ab eodem audiuit: *Eum esse puerum, & ideo bellicæ rei adhuc rudem & imperitum, non posse dimicare cum tanto Gigante*, milite veterano, viribus magnis prædito, armisque tot tantisque optime instructo. Veritus enim est Rex, neque belli totius molem, rerumque fortunam ac summam huic puero committere ausus est.

CXXVIII. Hisce velut validis machinis Dauidis animus oppugnatus, si non satis obfirmatus fuisset, facile expugnatus esset. Verum tantum abest, vt is aut hisce fratrum increpationibus moueatur: aut regis ipsius diffidentia ex desperatione terreatur: vt regem ipsum, de se dubitantem, potius confirmet, bono animo esse iubeat: ipse quoque contra audentior eat, spe diuini auxilii fretus ac suffultus.

CXXIX. Suam enim fidem & animum erigit ac confirmat a priorib. Dei in se beneficiis: quod is ante in cæde leonis & vrsi, suum gregem ouium deprædantis, ipsi adfuerit. Hac fiducia diuinæ opis, futuræque liberationis spe confirmatus, in proposito pio constans permansit.

CXXX. Redditur enim Dauid ad hoc duellum animosior: quod dimicaturus sit ipse, veræ puræque religionis cultor, cum

 idolo-

idololatra: quod pius cum blaſphemo: quod circumciſus Deoque vero confœderatus cum incircumciſo, & a fœdere veri Dei alieniſſimo: quod ope diuina certiſſima fretus, cum eo qui ſuis viribus armisque fallacibus fruſtra confidit: quod denique pro vera religione & populo Dei aduerſus impiam gentem hoc duellum ſit ſuſcepturus.

CXXXI. Id omnibus piis diligenter quoque eſt cogitandum, ſi aduerſus veræ religionis, puræque doctrinæ hoſtes bellum gerendum ſit: vt ſuam fidem ſimilibus cauſis & exemplis confirment.

De Dauidis armatura.

CAPVT X.

CXXXII. SAVL rex, videns generoſi animi conſtantiam, permittit, vt adoleſcens Dauid de ſumma rerum cum iſto monſtro depugnet: licet ipſe diffidentiæ ſit plenus: &, vt inſtructior eſſet, armis ad hoc duellum ipſe armat ac inſtruit: galeam capiti imponit: lorica pectus munit, latus gladio cingit. Quibus Dauid indutus, an ad pugnam futuram conueniant, periculum facit: ſed incedens ſtatim aduertit, hæc arma, quod iis aſſuetus non eſſet, minime ſibi conuenire: mox itaque eadem deponit.

CXXXIII. Quin potius ad ſua arma paſtoralia redit, & ſe nonniſi baculo, ſeu pede ſuo, funda & pera, quinque lapidibus, e torrente lectis, referta, ad futurum certamen cum iſto gigante tantis & viribus & armis inſtructo, præparat ac inſtruit.

CXXXIV. Ideo autem quinque lapidibus ſe armat, vt, ſi primo ictu aberraret, cæteris ictu iterato vteretur.

CXXXV. Hæc ſane ridicula eſt armatura paſtoris aduerſus veteranum militem Goliath, armis optime inſtructum, ſi oculis carnis inſpicias. Verum Dauid, non tam his armis vilibus, quam ope & auxilio diuino fretus, ad hanc pugnam alacrior redditur: quippe indutus πανοπλίαν τῦ Θεῦ, hoc eſt, armatura vniuerſa Dei: qualis copioſe deſcribitur a S. Paulo *ad Epheſios 6. ex 59. Eſaia.*

CXXXVI.

CXXXVI. Nonnihil tamen præterea quoque confidit, & ſpei aliquid in fundæ peritia ponit: qua exercitatum fuiſſe, pugnæ euentus edocuit, & fortiter quoque dimicat.

CXXXVII. Nemo enim vnquam in vllis certaminibus gymnicis eſt coronatus, niſi qui legitime certauerit: quemadmodum & D. Paulus meminit in 2. *ad Timoth. cap.* 2.

CXXXVIII. Non enim Deus ocioſis adeſt, ſed certantibus, vt Demoſthenes quoque teſtatur *Olynth.* 2. cum ait, ὐκ ἔνι δ' αὐτὸν ἀργοῦντα, ὐδὲ φίλοις ἐπιτάττειν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ποιεῖν, μήτιγε δὴ τοῖς θεοῖς, hoc eſt: *Non vero, ſi ipſe ceſſes, ne amicis quidem, nedum diis, vt pro ipſo aliquid agant, imperare licet.*

CXXXIX. Ad fundam quod attinet, funditores olim erant peritiſſimi: adeo vt coronas modici circuli magno ex interuallo loci aſſueti ſaxa globoſa traiicerent: & non ſolum capita hoſtium vulnerarent, ſed quem locum deſtinaſſent oris, vt ſcribit Liuius *lib.* 5. *Decad.* 4.

CXL. Et apud Virgil. *eſt* 9. *Æneid.*

Stridentem fundam, poſitis Mezentius armis,
Ipſe ter adducta circum caput egit habena,
Et media aduerſi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit harena.

Fundæ maximus vſus, & inde peritia olim fuit in Balearibus inſulis, vt teſtatur Diodorus Siculus *lib.* 6.

CXLI. Fundæ vſus creber & peritia admiranda quoque fuit in populo Iſraelitico. Sic enim eſt *Iudic.* 20. cum inquit textus: *Septingenti erant viri fortiſſ. ita ſiniſtra vt dextra prælian tes: & ſic fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoque poſſent percutere: & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur.*

CXLII. Magnæ quidem peritiæ indicium eſt, ſcopum præfixum immobilem certo tangere poſſe: ſed longe magis admirandum eſt, ferire ſcopum mobilem, & frontem certo percutere hominis concitato greſſu incedentis.

De colloquio ante congreſſum.

CAPVT XI.

CXLIII. Porro Dauid armis tam vilibus, & in ſpeciem contem-

temptis cum Philiſtæo in prælium deſcendit: quem Goliath conſpicatus tanquam viliſſimum homuncionem contemnere cœpit, idque tribus de cauſis, primum quod puer eſſet, ætate militari nondum præditus. Deinde quod rubicundus & pulcher aſpectu, a ſole non aduſtus nec induratus. vt miles: quippe ad choreas & ludos, quam ad prælium & tantam pugnam aptior. Poſtremo quod adeſſet inermis: vt qui aduerſus ſeſe viribus pollentem, & armis bene inſtructum, baculo armatus, tanquam aduerſus canem adueniret. Ingenti itaque aduerſus Dauidem ira inflammatur.

CXLIV. Ante vero quam armis confligunt, manusque conſerunt, colloquuntur: ſeque mutuo laceſſunt. Is enim mos fuit veterum heroum, vt in prælium congreſſuri ante colloquerentur, ſeque inuicem ante laceſſerent, quam manus conſererent. Cuius rei multa exempla paſſim apud Homerum extant *in Iliade*: vnde & Virg. in *ſua Æneid.* imitatus eſt.

CXLV. Sed vt Senarius habet apud Græcos: *χαρακτὴρ ἀνδρὸς ἐκ λόγου γνωρίζεται.* hoc eſt: *Viri nota ex oratione noſcitur.* Prcderit itaque, vt vtriuſque oratio paulo accuratius examinetur, quod animi eadem ſit index: vt de toto homine iudicium inde fiat.

De oratione Goliath.

CAPVT XII.

CXLVI. Ac Goliath quidem, vt ſuperbior & contumacior, ſuis viribus & armis fretus, certiſſimam victoriam ſtulte ſibi pollicetur: *καὶ πρὶν νενικηκέναι ποιεῖτε καὶ ᾄδει εἰς ἑαυτὸν ἐγκώμιον*, vt eſt apud Plat: *in Lyſide*: h. e. *Priuſquam vicerit, & facit & canit de ſeipſo encomium.*

CXLVII. Quin potius ante pugnam *ἐπινίκιον* canit, vt Prouerbio dicitur: cum prælii fortunam & aleam incertam eſſe conſtet: vt Pindarus *in Iſthmiis* præclare canit, cum inquit: *ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας καὶ μαρναμένων πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι.* hoc eſt: *Eſt autem incertitudo fortunæ etiam pugnantium, priuſquam ad ſummum finem perueniatur.*

CXLVIII.

CXLVIII. Iste itaque Gigas Dauidem ἀνταγωνιστὴν, h. e. aduersarium probris indignis prior lacessit: eique ferocius per suos deos maledicit. Fortassis dixit: *Dii mei, Dagon & Astaroth, perdant te: hoc est*, mala quæque imprecatus est, Non enim nouum est, sed vetus quoque: Milites diris imprecationibus etiam cum grauissima numinis offensa vti. Deinde thrasonice ad se venire, propiusque accedere iubet: &, ac si iam victoriæ certissimus esset, se carnem antagonistæ Dauidis volatilibus cœli & bestiis agri daturum esse superbe minatur, vaneque iactitat.

CXLIX. Est sane hæc istius beluæ oratio satis superque superba, iactabunda, minax, ferox, contumeliosa, arrogans & blasphema: non ex vlla Dei ope, sed ex humanarum virium fiducia profecta, &c. tali tamen monstro dignissima est.

De oratione Dauidis.

CAP. XIII.

CL. Dauidis vero oratio contra est modesta, pia, fidei, speique plena: qua, se istis maledictis tam atrocibus, minis tam superbis, viribus ingentibus, armisque horrendis minime terreri, demonstrat: quin potius fide indubitata, & spe certa de diuino auxilio fretus, vtpote S. Dei adiutus ac suffultus, animosior ad hanc pugnam redditur: & minis tam horrendis vnicam Dei opem opponit: eiusque futilem orationem graui oratione refutat, fortiterque retundit.

CLI. Hanc Dauidis orationem docendi gratia in quinque partes distribuam: quarum *prima* est, cum inquit: *Tu quidem ad me venis cum gladio & hasta & clypeo.* Quæ grauis est confutatio probrorum de viribus & armis, quæ monstrum istud contumeliose euomuerat: & innuit omnem fiduciam, quæ in arma & vires collocatur, esse vanam, inanem, irritam, & fallacem, nisi Deus ipse adiuuerit.

CLII. *Altera* pars est, cum inquit: *Ego vero venio ad te in nomine Domini exercituum:* quibus verbis fiduciæ humanarum virium armorumque nomen Domini firma fide certaque spe futuræ

liberationis opponit: seque aduersus tantum antagonistam munit & armat.

CLIII. Hoc Dei nomen hic in duas partes distribuitur: nimirum in Dei *potentiam*, & eius *voluntatem*. Ac potentiam quidem indicat, cum Deum vocat *Iehouah Sebaoth*, hoc est, Dominum exercituum: nimirum quod in eius militia, castris, & exercitu sint primum omnes boni angeli Dei: quos cum vidisset Iacob, dixit. *Castra sunt hæc Dei, &c. Gen. 32.* Horum angelorum millia millium Deo ministrant: & decies millies centena millia, h. e. 1000000000 ei assistunt, *Daniel. 7.* Deinde omnes etiam creaturæ in Dei exercitu sunt, vt quæ ad Dei, velut Imperatoris & ducis, nutum perpetuo præsto adsint, vt, quæ iubeat, cito faciant & exequantur. *Iohel. 1.* per noxia animalia quæque & insecta, Deus pœnas peccatorum exigit, vnde & illa exercitus Dei appellantur. Hæc enim sunt Prophetæ verba *c. 2.* interprete Pagnino: *Reddam præterea vobis annos, quos comedit locusta, bruchus, chasil,* (rubigo) *& eruca, exercitus meus magnus, quem miseram in vos.* Verum Deus perpetuo omnibus seculis sui verbi contemptum bello punit: vt Christus claris verbis testatur, cum inquit *Matth. 22. Cum vero Rex audiuisset, iratus est: & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & vrbem eorum incendit.*

CLIV. Huius exercitus Princeps est ἀρχιστράτηγος, hoc est Archidux, vt a Septuaginta vocatur, der Ertzhertzog / filius Dei ipse, qui in viri forma humana specie, & gladium euaginatum manu tenens, Iosuæ apparet, *Ios. 5.*

CLV. Hic est angelus ille, de quo dicitur *Exod. 23. Ecce ego mitto angelum ante te, vt custodiat te in via, & introducat te in locum, quem præparaui. Reuerearis faciem eius: & audias vocem eius: nec irrites eum, quoniam non parcet iniquitati vestræ, & meum nomen est in illo. Si autem vocem eius audieris: & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicorum tuorum: & aduersarius aduersariorum tuorum, &c.* Idem quoque est metator castrorum filiorum Israel, vt est *Deut. 1.* Idem est, qui in Castris populi Israelitici perpetuo apparuit, & itineris dux fuit, noctu quidem in columna ignis, interdiu vero in columna nubis, vt est *Exodi 13.* Idem enim est sui populi & Eccle-

Ecclesiæ omnibus seculis in his terris perpetuus gubernator, protector, propugnator, defensor, custos, & conseruator.

CLVI. Vir luctans cum Iacob Patriarcha vsque mane, etiam intelligitur de filio Dei, in humana specie apparente, *Gen. 32.* quod constat ex *decreto Synodi Syrmiensis,* quod sic habet: εἴτις τῷ ἰακὼβ μὴ τὸν υἱὸν ὡς ἄνθρωπον καταπεπαλαικέναι, ἀλλὰ τὸν ἀγέννητον θεὸν, ἢ μέρος αὐτοῦ λέγει, ἀνάθεμα ἔστω. hoc est: *Si quis cum Iacob non filium tanquam hominem luctatum esse, sed ingenitum Deum, aut partem eius dicit, anathema sit.* Id decretum extat in Socrate Scholastico *lib. 5. hist. Tripartitæ.*

CLVII. Eodem modo filius Dei in specie Angeli apparet Gedeoni, *Iudic. 6.* eumque consolatur & erigit: & se ei aduersus hostes Madian affuturum esse affirmat.

CLVIII. Quod autem hic non angelus creatura, sed Deus ipse, filius Dei vnigenitus intelligi debeat, constat, quod *Iehouah* appellatur: quod vocabulum nulli creaturæ in sacris literis, sed vero Deo tribuitur soli.

CLIX. Hic filius Dei in forma hominis adfuit quoque tribus viris, a rege Babyloniorum Nabuchodonosore in accensam fornacem coniectis, vt rex ipse videt & fatetur, *Dan. 3.* cum inquit: *Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & detrimentum nullum est in eis: & forma quarti est similis filio Dei.*

CLX. Est hic filius Dei magnus ille Michael, qui cum suis angelis aduersus magnum Draconem ruffum cum suis angelis pro fœmina illa parturiente perpetuo pugnat, & victoria potitur, *Apoc. 12.* Sed ad rem redeo.

CLXI. Est itaque Deus fortissimus, *Ios. 22.* Triumphator in Israel: *1 Reg. 15.* vt qui perpetuo de suis hostibus deuictis victor triumphet.

CLXII. Hæc de Dei potentia in præsentia dixisse sufficiat: sequitur iam de eius voluntate. Quod enim Dauid Deum hic vocat *Deum acierum seu castrorum Israelis*, Dei erga se, suumque populum voluntatem & benignum animum sibi in memoriam reuocat: eoque se consolatur ac erigit, & Giganti magna fiducia opponit. Quæ est tertia pars eius orationis. Grato enim animo pie agnoscit, certaque fiducia firmiter statuit: hunc Deum in

hoc exercitu populi Israelitici esse præsentem propugnatorem, defensorem & conseruatorem: vt qui expresso verbo huic populo se patefecerit: inauditis stupendisque miraculis aduersus omnes hostes semper defenderit: & ex omnibus periculis tandem liberarit, ac conseruarit: & sic se huius populi Deum esse perpetuo testatus sit.

CLXIII. Est itaque Deus quoque optimus, hoc est beneficentissimus: vt qui totum genus humanum, & bonos & malos, suis bonis donisque quotidie accumulet. Piis vero, & in se credentibus non solum temporalia bona in hac vita abunde largiatur: sed & æterna bona ex mera gratia benignissimus pater prolixe promittat, eadem in altera vita certissime donaturus.

CLXIV. Alioqui *nomen Dei est*, quicquid sacra scriptura de Deo commemorat: *quippe quod sit æternus, sapiens, magnus, excelsus, omnipotens, bonorum remunerator, fortis, zelotes, seuerus, scelerum vindex, iustus, bonus, Pater clemens, misericors, miserator, multæ misericordiæ, longanimis, verax, creator, redemptor, sanctus, saluator, custodiens misericordiam in millia, auferens iniquitatem & scelera atque peccata, &c. Exod. 34.* Sed quis hic omnia enumeret?

CLXV. Sequitur *quarta* orationis pars, in qua dicit: hanc beluam Deum Israelis probris affecisse: vnde bona collegit consequentia: hunc ἄθεον, maledicum, contumeliosum, & blasphemum, iustissimas mox pro meritis daturum esse pœnas: quod Deus sit seuerus scelerum vindex.

CLXVI. Dauid cum esset propheta, post inunctionem in regem initiatus, Deique Spiritu donatus, victoriam Dei auxilio de hoc Gigante cæso reportandam certo prædicit, sibique pollicetur. Hanc vero quadam distributione per circumstantias explicat: primum quod Deus ipse tantæ impietatis iustus vindex, hunc blasphemum ipsi Dauidi in suam manum sit traditurus: & velut ferocem beluam, furiosumque hominem conclusurus. Deinde quod sic a Deo traditum & conclusum sua ipse manu sit percussurus: adhæc quod eius caput sit amputaturus, & ab ipso ablaturus. Postremo prædicit non gigantis solum cædem: sed totius quoque populi & exercitus Philistinorum hostium stragem a consequentibus: quod & Gigantis & Philistino-

rum

aliorum cadauera sit obiecturus volatilibus cœli & bestiis terræ. Hanc enim ignominiam impii iusto Dei iudicio merentur: qui est certissimus effectus, & finis diuini auxilii aduersus blasphemos.

CLXVII. In *quinta* & ultima parte suæ orationis Dauid monet de *vero vsu & fine* tam illustris victoriæ: eumque duplicem facit: quorum prior est, cum inquit: *Et cognoscent omnes habitatores terræ, quod est Deus Israeli.* Sic & Ezechias precatur *Esa. 37. Salua nos de manu Sennacherib: vt sciant omnia regna terræ, quod tu solus sis Deus.* Quo significatur, quod Deus ipse suum populum, a se electum adiuuet, defendat, tueatur, ac liberet, gloriosa victoria donet ideo, vt in toto terrarum orbe apud omnes homines innotescat: hunc verum Deum in suo populo vbique & semper vere esse præsentem defensorem, & conseruatorem.

CLXVIII. Alter finis & vsus est, cum inquit: *Sciatque vniuersa congregatio ista: quod non gladio & lancea saluum facit Iehouah.* sic est & *Osee 1. Saluabo eos non in gladio & arcu, & in bello, & in equis, & in equitibus, sed in Domino Deo suo saluabo eos*, hoc est, vt hæc gloriosa victoria sit & extet perpetuum & certissimum exemplum & monumentum, vnde hæc congregatio in utroque exercitu, hoc est, & Ecclesia Dei, & hostes eius discant, cognoscant, certoque statuant; omnem fiduciam armorum, præsidiorum, & virium humanarum, quamlibet magnarum, esse vanam, inanem, & fallacem: vt quæ non saluent eos, qui in his confidunt.

CLXIX. Grauissime itaque concionatur: omnem fiduciam in solidum ponendam esse in hunc Deum ipsum: non in vlla præsidia humana, vt sunt vires, opes, diuitiæ, arma, munitiones, arces. copiæ, &c. Quod Deus Israelis suos defendere ac liberare potest, etiam exigua manu, exiguis copiis, vilibus in speciem armis, &c. vt alia desint humana præsidia & media, vt dicitur *2 Paralip. 20.* Dei est adiuuare exercitum, & in fugam conuertere. Id, vt alia iam omittam, insignis victoria Gedeonis de Madianitis reportata, perspicue demonstrat *Iudic. 7.* Præclara sententia extat & apud Xenophontem *lib. 3. Anabas. Cyri:* οὔτε πλῆθος οὔτε ἰσχὺς ἐν τῷ πολέμῳ τὰς νίκας ποιεῖ, ἀλλὰ θεός: hoc est, *Neque multitudo, neque robur in bello victorias facit, sed Deus.* Sic quo-

quoque eſt apud Homerum *Iliad. 7.* *αὐτὰρ ὕπερθεν νίκης πείρατ' ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν*, hoc eſt, *At ſuperne Victoriæ metæ hærent inter immortales Deos.*

CLXX. Porro hæc non eo dicuntur, neque ita accipienda ſunt, vt omnia præſidia humana prorſus negligantur: quinimo magna cura, ſolicitudine & induſtria ea ſunt comparanda. Nam & Salomon ait *Prouerb. 21. Equus paratur ad bellum, ſed a Deo proficiſcitur victoria*: quo docetur vtrumque, ſcilicet vt magna cura bellici apparatus comparentur: ſed a ſolo Deo petatur victoria, certoque expectetur, vt cui in ſolidum aſcribenda ſit.

CLXXI. Nam Dauid certe hic non prorſus eſt imparatus: quin potius præter preces, quibus animum obfirmat, concepta ſpe futuræ liberationis, nonnihil quoque certe præſidii ponit in fundæ peritia, & celeritate, viribusque corporis: & fortiter dimicans Gigantem curſu anteuertendo vincit, Deo ictum fundæ feliciter gubernante.

CLXXII. *Αἰτιολογία* ſubiungitur: *Bellum Iehouæ eſſe*: quod eſt epiphonema conſolantiſsimum. Erat enim hoc bellum reuera DOMINI: quod populus Iſraeliticus gerebat, vt verus Dei populus, & vera Dei Eccleſia, aduerſus Philiſtinos, vt contra gentem impiam, & a vera religione, & a cultu Dei vero prorſus alienam: vt defenderetur verus Dei cultus a Deo ipſo traditus expreſſo verbo, & hactenus in hoc populo conſeruatus: idem quoque longe lateque apud omnes gentes diuulgaretur, ad omnem poſteritatem propagaretur: & vt hoc ipſo Dauid teſtaretur, ſe in hoc cœtu & regno Iſraelitico habere, tueri & conſeruare veram religionem.

CLXXIII. Aſioqui Deus non hoc tantum bellum ſui populi ſibi vendicat, ſed omnium quoque gentium. Vere enim dicitur 2. *Par. 20. Deus Iſrael in cœlo eſt, dominatur cunctis regnis gentium: cuius eſt fortitudo & potentia.* *Exod. 15.* eſt: *Dominus vir bellator, Dominus nomen eius*: Luth. der HErr iſt der rechte Krigßmann/ HErr iſt ſein Name.

CLXXIV. Et *Eſai. 37.* eſt: *Domine exercituum Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubin: tu es Deus ſolus omnium regnorum terræ, tu feciſti cœlum & terram.* Pſal. 47. *Rex omnis terræ Deus.* Quin tota ſacra

cra historia testatur: quod Deus ipse omnia bella gerat: vt qui ipse omnes terræ promissæ incolas in manus sui populi Israelis tradiderit. Et contra, quod hunc suum populum delinquentem in manus hostium perpetuo tradat. Sic est apud *Esai. c. 42. Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus? Nonne Dominus ipse? cui peccauimus?* &c. Sed idem perspicue confirmatur exemplo Cyri, quem ipse Deus manu apprehendens gentes eidem subiicit, vt est *Esa. 45.* Nebukadnezari regi Babylonio Deus florentiss. regnum Ægypti velut certaminis brabeum & præmium promittit, donatque de opera strenue nauata in Tyro excindenda, vt est *Ezech. 29.* Tradit quoque Deus ipse suum gladium huic in manum contra Pharaonem, *Ezech. 30.*

CLXXV. In fine orationis suæ Dauid repetit de certo duelli euentu: *Et tradet Iehouah vos in manum nostram.* Ante dixit: *Dabo cadauera castrorum Philistinorum hodie volatilib. cœli*, &c. quæ iteratio non est ociosa, neque inanis tautologia: sed cum graui emphasi dicta. Certissimo enim præsagio euentum aduersus hostes felicem secuturum esse affirmat: quo hostes terret, metumque incutere conatur.

De conflictu & victoria.

CAPVT XIV.

CLXXVI. Finito colloquio concurrunt, confligunt, & manus conferunt: in quo concursu vterque in suam occasionem intentus est: quod vterque rei bellicæ peritissimus sit. Surrexit quidem prior Philistinus, & in occursum Dauidi appropinquauit. Sed & Dauid festinans in aciem accurrit in occursum Philistino. Funda vero paratus gigantem anteuertit: qua rotata præter expectationem lapidem tanto impetu in frontem incircumcisi inflixit, illisitque, vt vnius lapidis iactu ictuque tantum Gigantem prosterneret: & vt percussus pronus in terram super faciem suam caderet: quo prostrato propere accurrit suo prostrati hostis ipsius gladio, cum ipse nullo accinctus esset, caput Gigantis amputat: & diuina ope adiutus, licet & viribus & armis longe inferior esset, præclaram victoriam cum maxima sua suique populi glo-

gloria, & cum victi Gigantis & gentis Philistinorum turpi ignominia & dedecore reportauit.

CLXXVII. Additur velut ἐπινίκιον & ἐπιφώνημα, cum ait: *Robustior itaque Dauid Philistæo funda & lapide, percussitque Philistæum, & interfecit.* Confirmatur autem hoc euentu clare id, quod ante dictum est: *Dominum saluum facere non gladio & lancea.*

CLXXVIII. Quod autem scriptura dicit: hunc Gigantem suo ipsius gladio iugulatum & decollatum esse: diuinæ beneficentiæ argumentum est: Quod Deus hostium arma nostra faciat: & sæpe in hostes ipsos conuertat retorqueatque: vt suis ipsorum armis percussi præter suam expectationem, suisque technis capti iusto Dei iudicio pereant.

CLXXIX. Id sane iure suoque merito accidit: quod, qui carnem ponunt brachium suum, sint maledicti, vt est apud *Hier. c. 17.* & spe sua frustrati tandem confundantur,

CLXXX. Recte D. August. ait: *Qui de viribus suis præsumit, antequam pugnet, ipse prosternitur.*

CLXXXI. Salomon quoque ait *Prou. 16. Abominatio coram Deo omne cor superbum.* 1. Petr. 5. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

De iis, quæ victoriam secuta.

CAPUT XV.

CLXXXII. Quæ cædem Goliath secuta sunt, historia narrat & subiungit: nimirum Philistinos mox fugisse, quo quisque potuerit castris relictis, factos fœdifragos, cum illum cæsum esse vidissent, in quo maxime fidebant: in quo spem suam omnem, bellique fortunam posuerant. Eam autem fortunam vitream & fragilem fuisse, euentus abunde demonstrauit.

CLXXXIII. Hoc exemplum monet, hostes populi Israelitici raro fidem seruare aduersariis: quod illos maxime facere decebat, idque iure ac lege monomachiæ: nimirum vt sese cum omnibus suis bonis Israelitis dederent. Euentus itaque perspicue docet: hoc duellum non candide, sed callide a Goliath esse consti-

constitutum: & vana fallacique de virib. & armis præsumptione, absque diuini numinis pia inuocatione susceptum.

CLXXXIV. Hostibus territis cæde sui Goliath, fugaque saluti consulentibus, Israelitæ mox cum magno clamore insurgunt, hostes vsque ad vallem & ad portas Ecron persecuti sunt: in qua fuga hostes Philistini passim vulnerati cadunt in Saraim vsque ad Gath & Ecron: Mox, ab insecutione reuersi, castra hostium opulenta diripiunt: idque iure belli & lege monomachiæ faciunt: quod, cæso in duello hoste, omnia sua bona amisissent.

CLXXXV. Fuit sane hic Monomachiæ euentus diuersus: tristiss. quidem Philistinis hostibus: gratissimus vero lætissimusque Israelitis. Quod dissimiles caussas, dissimilis quoque exitus ac effectus consequi soleat. Nam quemadmodum is, qui diuina ope nititur, felicem rerum successum tandem certo experitur: ita contra, qui suis viribus confidit, sua spe tandem frustratus certo confunditur.

CLXXXVI. Dauid hac insigni victoria lætus, caput quidem hostis in signum victoriæ Hierosolymam tulit: arma vero spoliaque opima, hosti detracta, in patria domi in tabernaculo reponit. Sed gladius postea in loco sacro consecratus fuit, vt ex *cap. 21.* huius 1. libri *Samuelis* constat. Nam Achimelech sacerdos in Nobe Dauidi, Saulis furorem fugienti, hunc gladium reddit.

CLXXXVII. Ideo autem hic gladius Goliath in loco sacro consecratus fuit, vt perpetuum monumentum esset victoriæ tam illustris, Dei opere portatæ, vt huius diuini auxilii perpetua memoria apud posteros quoque extaret.

CLXXXVIII. Parem hostem in singulari certamine superare, magna sane gloria censenda est: tanto vero superiorem viribus, & armis talib. tantisque instructum vicisse, & tam insignem victoriam reportasse, non nisi diuinum beneficium esse, vt reuera est, iudicandum est: nimirum quod suos sanctos Deus mirificare soleat.

CLXXXIX. Dauid iam ante quidem in regem populi Israelitici inunctus erat: sed non statim initio ad regium illud ἀξίωμα euectus: quin potius vt ab ouibus, quas pascebat, ad hanc inun-

ctionem aduocatur, ita mox ad easdem oues a patre ablegatur neque quicquam regiæ dignitatis continuo apparet.

CXC. Etsi enim postea in regis Saulis aulam accersitur: vt, cum insignis citharœdus esset, regi, cum graui morbo melancholico conflictanti, mœrorem suaui musica leniret, eumque exhilararet: & vbi, cum regi placeret, eius armiger mox constitutus esset: nihilominus tamen, ac si de regno nulla spes reliqua esset, paulo post ad patrem in patriam Bethlehem ex aula domum remittitur.

CXCI. Hic adolescens a patre ouibus pascendis rursus præficitur: cui patienter paret: suaque modestia & pietate voluntati diuinæ acquiescit, de Dei prouidentia minime dubitans, fore vt suo tempore ad regiæ maiestatis euehatur fastigium.

CXCII. Mittitur postea a patre in castra ad exercitum Saulis ad fratres visendos, vt illis commeatum ferret, non eo animo aut consilio, vt cum hoste dimicaret. Mirabili vero Dei consilio quasi inscius ac inuitus ad hoc singulare prælium cum Goliath pertrahitur, iusto zelo motus, vt præclaro facinore edito, cæso tanto Gigante, hac insigni victoria reportata in suo populo innotesceret.

CXCIII. Hæc victoria fuit velut προγύμνασμα & præludium quoddam: & velut alter gradus, quo ad futuram dignitatem ac maiestatem regiam eueheretur, e pastore abiecto contemptoque potentiss. Rex euasurus: idque in populo Dei Israelitico.

Quæ in historia hac obiter sunt notanda.

CAPVT XVI.

CXCIV. Porro quæ in hac historia, de illustri victoria, a Dauide reportata, obiter obseruatione digna visa sunt, ea magna quidem ex parte inter enarrandum iam ante indicata sunt: pauca tamen quædam præterea hic subiiciam: quæ e personis quatuor præcipuis huius historiæ peti commode possunt: vt sunt Deus ipse, *Dauid, Goliath,* & *Saul* Rex.

CXCV. Ad Dei personam quod attinet, primum hæc historia pie monet, certoque docet, vt inde vtiliter discamus, &

con-

constanter confiteamur: Deum Israelis, qui se huic populo, expresso suo verbo edito, patefecit, esse verum & vnicum & viuum Deum: eumque in suis promissionibus esse veracem: qui, quemadmodum benigne promittit, ita quoque promissa veraciter præstet: qui suo populo & Ecclesiæ perpetuo præsens adsit, eamque suo verbo doceat, erudiat, sua potentia defendat, curet, regat, gubernet, & custodiat.

CXCVI. Deinde hic docemur, nullam religionem aliam, nisi eam, quæ populo Israelitico a Deo ipso reuelata & tradita est, esse aut antiquiorem, aut veram, & a piis omnibus iam inde a condito mundo omnibus seculis receptam defensam, in vniuersum terrarum orbem propagatam & diuulgatam: & ad nos in Germaniam in hoc Europæ angulo diuinitus tandem transmissam, ac defensam.

CXCVII. Adhæc etsi Deus pios, huius veræ, omniumque antiquissimæ Religionis Christianæ cultores & custodes omnibus seculis sæpe ab impiis hostibus in hoc mundo infestari, vexari, tribulari, affligi, ac premi sinit: idque duplici nomine, priore quidem vt fides ipsorum probetur, posteriore vero, vt peccati suæque imbecillitatis admoneantur: nihilominus tamen hostibus perditis tandem ex omnibus calamitatibus miseriis & ærumnis eosdem liberat, recreat, fouet, ac custodit: idque fere absque gladio & hasta, propter nominis sui gloriam.

CXCVIII. Iam vero quod tum maxime suis adesse & opem ferre soleat, cum omnia sunt deploratissima: nec vlla spes in rebus humanis amplius restat: vt liberatio & victoria soli Deo in solidum ascribatur: vt nostris viribus, armis, & præsidiis diffidere, & in solo Deo omnem spem nostram reponere discamus.

CXCIX. Mox ex his quoque discimus, quod Deus non sinit impios impune habere nec probra nec contumelias, quibus pios lacerare non cessant, nec blasphemias suas, quibus Deum quoque ipsum flagellare non erubescunt: sed eos tum fere confundit ac perdit, cum maxime florere videntur.

CC. Est itaque Deus reuera puræ doctrinæ, veræ religionis, suæque Ecclesiæ omnibus seculis ipse perpetuus custos, defensor, & conseruator: quemadmodum præter alia hæc quoque de

Monomachia Dauidis & Goliath historia abunde testatur. Quæ cum ita sint, omnibus piis maxime opera danda est, vt hanc puram Ecclesiæ doctrinam ab omnibus corruptelis, quemadmodum in sacris literis a Deo tradita est, integram asseramus, conseruemus, ad posteritatem transmittamus, & vel cum periculo omnium fortunarum atque adeo vitæ ipsius defendere non dubitemus.

CCI. Ad Dauid quod attinet, proponitur in hoc heroe viuum exemplum multarum excellentium virtutum, quæ piis ad imitandum proponuntur: vt est vera Dei notitia, inuocatio ex sincera fide cum fiducia exauditionis: spes certa de futura ex omnibus malis liberatione: gratiarum actio: nominis diuini prædicatio: verbi diuini meditatio: veræ religionis amor, studium, cura, & cum periculo vitæ defensio. Deinde erga senem patrem reuerentia, amor, pietas & obedientia: στοργὴ φυσικὴ erga fratres: reuerentia erga regem Saulum: heroica virtus & fortitudo in adeundis subeundisque periculis, sed quis hic omnes virtutes eius enumeret?

CCII. Porro hoc Dauidis præclarum factum heroicum non temere quis sibi ad imitandum proponat: propterea quod non facile quispiam ad huiusmodi monomachiam similibus de causis impellatur. Dauid enim heros haud dubie diuinitus ad hoc duellum excitatus fuit: quod paulo ante in regem initiatus esset: licet clam absque aliis arbitris externis. Deinde donatus Spiritu S. & diuina ope adiutus ante confecerat leonem & vrsum, suum ouium gregem inuadentes, quibus factis animosior redditus, eo audentior se ad hanc cum Goliath pugnam offert: adhæc probris, conuiciis, contumeliis, & blasphemiis, quibus Gigas iste & populum Israeliticum, & Deum ipsum diu multumque lacerabat, inflammatur: & alioqui pio zelo pro pura religione, pro suo populo & patria flagrat. Minime quoque dubitabat, Deum, seuerum scelerum vindicem, tanta probra, tantas blasphemias tandem vindicaturum. Sperat præterea sui populi liberationem: & certissimam de hoc impio monstro victoriam cum summa Dei gloria sibi pollicetur. His & aliis caussis ad tam pium periculum subeundum est paratissimus. Nec spes

eum

eum frustrata est fefellitue, sed voti compos factus est cæso Gigante. Hæ vero caussæ non facile simul in quemuis alium concurrunt. Quare quisque se intra metas suæ mediocritatis contineat: nec facta heroica, quæ sunt supra regulam, temere imitetur.

CCIII. Tanta autem est veræ virtutis vis, amor, efficacia, & approbatio, vt alios quoque vel ignotos ad se pelliceat, sibique amicos conciliet. Ionathas enim Saulis filius tanto amore post hanc victoriam Dauidem complecti cœpit, vt mox perpetuæ amicitiæ fœdus cum eodem inierit, & per totam vitam artissimo amicitiæ vinculo hi duo coniunctissimi vixerint. Id autem diuino profecto consilio factum esse putandum est: vt is Dauidem iam amicum aduersus Saulis patris furores tueretur, occultaret, patris conatus impediret ac frustraretur: id quod is, fœderis initi memor, perpetuo fideliter fecit. Alioqui Dauid Saulis peruersas insidias ac machinationes vix euasisset. Sunt itaque hi duo Ionathas & Dauid verorum amicorum par incomparabile, veris caussis pie conglutinatum.

CCIV. Quod Dauid nonnisi Saulis regis permissu cum hoste duello dimicare voluit, suo exemplo nos monet, ne disciplinam militarem, εὐταξίαν tam in Rep. quam in Ecclesia temere laxemus, neque nostra libertate abutamur. Sunt enim duæ pestes in Rep. & Ecclesia nocentissimæ, nimirum ἀταξία & ἀναρχία: quod vt illa bonum ordinem in legitima societate cum magno incommodo turbat: ita hæc legitimi magistratus imperium detrectat. Quæ duæ pestes hodie passim grassantur, & multas resp. & Ecclesias bene constitutas misere labefactant, sæpeque euertunt. Cuius rei multa exempla vbique extant, si quis obseruare velit.

CCV. In persona Goliathi proponitur exemplum hominis carnalis, rationis iudicio omnia æstimantis, Dei notitiæ, timoris, amorisque prorsus vacui, curæ religionis veræ penitus expertis: vt qui suis viribus corporis, quibus pollet, & armis, quibus armatus & bene munitus est, fretus, se vel sine Deo hostem vincere posse confidit: quod de Aiace Telamonio Sophocles testatur. Quam vero fallax hæc fiducia in vires & arma sit, euentus clare demonstrat: quod tales sæpe ab inermi propemodum, viribusque longe minoribus prædito, prostrati & victi succumbant, & cum maxima ignominia & dedecore interficiantur.

CCVI. Vtiliter itaque hic gigas suo exemplo & malo omnes monere potest: Nullis viribus corporis, quamlibet magnis, nullis armis, quantumuis splendidis firmisque, temere fidendum esse, quod hæc omnia sint inania & fallacia, præsertim contra Deum, eiusque Ecclesiam.

CCVII. Addamus & hoc: Quemadmodum Dauid, præstans ille heros, Christi typus est: ita Goliath Diabolum, superbiss. spiritum, adumbrat. Nam vt Dauid, etsi in Regem in regno Israelitico inunctus esset, non tamen se mox pro rege superbe gessit: sed humilis, abiectus, patris iussu oues pascit, fratres inuisit, & quæque domestica officia & opera in re familiari patienter exequitur: vt humilitatis & subiectionis viuum exemplum merito esse possit. Nihilominus tamen, quamuis adolescens & propemodum inermis videretur, cum tanto Gigante congredi ausus, eum prosternit, trucidat armisque spoliat.

CCVIII. Eodem modo verus ille Dauid, Christus Iesus, in forma serui abiecti, humilis in hunc mundum venit a Patre cœlesti missus, ad genus humanum redimendum, nostram carnem induit: & patri ad mortem vsque, mortem autem crucis, obediens fuit: vt in hac humili specie & in forma serui Satanam falleret, & superbientem Goliath præter suam expectationem debellaret, vinceret, exarmaret, & expoliaret: & sic genus humanum liberaret a peccato, a legis maledictione, a tyrannyde diaboli, ab ira Dei, a perpetua damnatione, perpetuis piorum hostibus: vt hæredes Dei in suo regno faceret, omnes quotquot in ipsum credunt.

CCIX. Goliath reuera Diabolum adumbrat: quemadmodum enim iste gigas enormi corporis statura, immensis viribus, & armis insignibus ac inusitatis, omnes Israelitas quidem & pios, atque adeo Saulem ipsum ita territat, vt quo se vertant, nesciant, & de fuga potius quam de pugna cogitent: soli vero Dauidi, quamuis puero & propemodum inermi, minime formidabilis, fuit: sed cum eodem congressus prosternitur, vincitur, & interficitur.

CCX. Eodem sane modo Satanas omnibus hominibus & piis tantos errores offert, tantosque terrores incutit de suis hostibus, quos dixi, vt, quo se vertant, nesciant: donec ab vnico illo heroe & gigante forti, Iesu Christo, pro in se credentibus caput serpentis illius conteratur, & fortis ille armatus e suo atrio,

quod

quod magna vi custodit, eiiciatur, spirituali pugna prosternatur, vincatur, conficiatur, exarmetur, & expolietur: vt quem exarmatum ac expoliatum in suo regno Ecclesia per solius verbi ministerium *παραδειγματίζων ἐν παρρησίᾳ θριαμβεύσας ἐν αὐτῷ*, vt est ad Coloss. 2. hoc est, *ostentet palam per semetipsum de illo triumphans*, postquam in cruce pendens de peccatis totius mundi dependisset.

CCXI. Dauid quoque certe non eo animo hoc duello cum Goliath dimicat, tantumque periculum adit, vt sibi aliquod commodum comparet, sed potius vt cum sui populi Israelitici commodo vincat, probra auferat, hostem impium vlciscatur: quæ est viri vere heroici virtus, quemadmodum Cicero testatur, cum præclare inquit *lib. 2. de Orat. Eam esse virtutem præstantis viri, quæ est fructuosa alii, ipsi autem laboriosa, aut periculosa, aut certe gratuita.* Eodem modo & Christus Iesus, horum omnium nihil indigus suæ Ecclesiæ, omniumque piorum commodo & salute cum Satana dimicat, perpetuo bellum gerit, eumque vincit, suis piorumque pedibus subiicit, per viscera suæ misericordiæ erga genus humanum.

CCXII. Et vt Dauid post gloriosam illam victoriam de Goliath reportatam, ad sublime in amplissimo regno Israelitico fastigium euectus est: ita Iesus Christus post deuictos suos hostes per suam crucem, mortem, gloriosam resurrectionem & ascensionem in cœlos Rex omnium factus & declaratus est: quemadmodum ipse dicit post suam è mortuis resurrectionem: *Nunc mihi data est omnis potestas in cœlo & in terra, Matth. vlt.*

CCXIII. In Saule rege proponitur exemplum hominis, a Deo abiecti, & propter suam erga Dei verbum inobedientiam, in reprobum sensum dati, quod ideo in sacra scriptura proponitur, vt omnes inde discant, alieno exemplo cautiores facti, Deo præstare obedientiam: vt verbo eius adhæreant, ab eiusque præscripto ne latum quidem digitum, vt dicitur, discedant.

CCXIV. Hæc sunt, quæ hoc tempore in gratiam bonorum commentari volui de præclara illa, celebrique Dauidis & Goliath Monomachia, quæ pios de magnis & multis vtilibus rebus abunde erudire potest, modo sint, qui cognoscere velint.

Pru-

Prudentius hanc Monomachiam his verſibus in Pſychomachia breuiter perſtringit.

Extinctum Vitium ſancto Spes increpat ore:
Deſine grande loqui: frangit Deus omne ſuperbum:
Magna cadunt: inflata crepant: tumefacta premuntur,
Diſce ſupercilium deponere, diſce cauere
Ante pedes foueam, quiſquis ſublime minaris:
Perulgata viget noſtri ſententia Chriſti:
Scandere celſa humiles & ad ima redire feroces.
Vidimus horrendum membris, animiſque Goliam
Inualida cecidiſſe manu: puerilis in illum
Dextera, fundali torſit ſtridore lapillum:
Transiectamque cauo penetrauit vulnere frontem,
Ille minax, rigidus, iactans, truculentus, amarus,
Dum tumet indomitum, dum formidabile feruet:
Dum ſeſe oſtentat clypeo: dum territat auras:
Expertus pueri quid poſſint ludicra parui,
Succubuit teneris bellator turbidus armis.

ΤΕΛΟΣ. τῷ Θεῷ μόνῳ δόξα.

IENÆ,
e chalcographeo IO. ZACHAR. NISI,
cIↄ Iↄc XCII. Menſ. Ian.

SV

INDEX
SVMMA RERVM CAPITA
EXHIBENS.

A.

B.

Fal-

L.

M.

N.

O.

Μόνῳ Θεῷ δόξα.